

Ex libris I. V. D. Laurentii [illegible]

XXIX

CASTAGN

et

BAET.

et

ROT. ROM.

DE BENEFICIO DEDVCTO NE EGEAT TRACTATVS SIVE

Quæstiones aureæ, & practicabiles, de ijs qui non tenentur vltra quam facere possunt

IO. CASTAGNAE

SICVLI I. C. CELEBERRIMI.

CVI POST ACCVRATAM RECOGNITIONEM hac vltima editione, ob materiæ connexitatem accesserunt

DE INOPE DEBITORE TRACTATVS

GASPARIS BAETII

HISPANI I. C. EXIMII.

NEC NON COMPLVRES AD REM FACIENTES

S. ROMANAE ROTAE, ET ALIORVM

Tribunalium Italiæ

NOVISSIMAE DECISIONES.

Cum Indice Rerum, & Verborum locupletissimo

& Priuilegio Summi Pontificis.






ROMAE, Ex Typographia Nicolai Angeli Tinassij. M.DC.LVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Sumptibus Dominici Grialdi ad signum Syrenis.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiſſimus Patri Magiſtro ſacri Palatij Apoſtolici.

M. A. Oddus Viceſgerens.



Imprimatur

Fr. Raymundus Capiſuccus Sac. Pal. Apoſt. Magiſtro Ordinis Prædicatorum.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO

D. LVCAE TVRRIGIANO

Sanctæ Rauennatensis Ecclesiæ

ARCHIEPISCOPO ET PRINCIPI

Cameræ Apostolicæ Clerico, &c.



RODIT iterum Ioannis Castagnæ Regij Consiliarij præclarum opus, de Beneficio, Deducto ne egeat; quod quantum per se valeat, satis declarat exemplorum diuenditorum maxima copia; quocirca id denuo typis mãdaui:& ne huic editioni aliquid deesse videatur, visum mihi fuit nomini tuo Illustrissimo illud inscribere. Ingens sanè huic operi accessio fuit; dum patrocinio tuo munitum erit; & vt verum fatear, titulus quodãmodo me inuitauit, vt Antistiti tam benefico, librum de beneficijs offerrem; quòd omnibus, qui rationem in consilium adhibent,facile patet quo studio vnicuique prodesse velis. Sentit id Roma,vbi nuper tanto Prælatorũ numero S. D. N. te prætulit, vt Suecorum Reginam Statum

Ecclesiasticum ingredientem vnus ex Nuncijs exciperes. Sentit id Rauenna, quæ Præsidis sui cura difficillimis temporibus, vel ad inuidiam vsque floruit. Patere igitur ILLVSTRISSIME PRINCEPS, vt librum tibi dedicans ipseme totum tibi dedicem: nam fœlicem me reputabo, si me in Clientum numerum recipias, quod mihi tituli loco erit. Vale. XVII. Kal. Iunias Anno à Christo nato M.DC.LVI.

D. T. Illustriss. & Reuerendiss.

Humillimus Cliens

Dominicus Grialdus.

INDEX

INDEX

Argumentorum, Quæstionum, & Capitulorum, quæ in hoc Tractatu Deducto ne egeat continentur.

Quæstio I. fol. 31.

R Maritum in id quod facere potest condemnari exploratum est. sed hoc hæredi extraneo non esse præstandum, ff. solut matr.

Quæstio II. fol. 109.

Sume ex summario.

Quæstio III. fol 123.

L. etiam filios mulieris, qui patris hæredes extiterunt, in id quod facere possunt, condemnandos, Labeo ait.

Quæstio IV. fol. 130.

L. verum, versic. namque Iulianus lib. 14. digestorum scribit, defensorem socij, in id quod facere potest cōdemnari oportere: idemque in patroni defensore accipi debere ait: Et vtique idem erit in vniuersis, qui in id, quod facere possint conueniuntur, ff. pro soc. Concord. l. alia causa ff. sol matrim.

Quæstio V. fol. 133.

L. sunt qui in id, quod facere possunt, conueniūtur; id est, non deducto ære alieno. Et quidem sunt hi ferè, qui pro socio conueniuntur: socius autem omnium bonorum accipiendus est Item parens, ff. de re iudic. Concordat §. sed etsi quis cum parente suo, instituit de action.

Quæstio VI. fol. 146.

In eum, qui emancipatus, aut exhæredatus erit, quiuè abstinuerit se hæreditate eius, cuius in potestate, cum moreretur, fuerit; eius rei nomine, quæ cum eo contracta erit, cum in potestate esset, siue sua voluntate, siue iussu eius, in cuius potestate erit, contraxerit, siue in peculium ipsius, siue in patrimonium eius, cuius in potestate fuerit, actionem causa cognita dabo in (id) quod facere potest; & si citra emancipationem iui iuris factus sit, vel in adoptionem datus, deinde, pater naturalis decesserit. item si quis ex minima parte sit hæres institutus; æquissimum est, causa cognita, etiam in hunc dari actionem in id, quod facere potest.

Quæstio VII. fol. 156

Socero quoque, cum quo Nurus de dote agit, idem honor habetur, vt in id dānetur, quod facere potest, ff. sol. matrim.

Quæstio VIII. fol. 168.

Qui sub armata militia stipendia meruit, condemnatus: eatenus quatenus facere potest cogitur soluere, ff. de re iudicat. Concordat l. itē miles ff eod tit.

Quæ-

Quæstio IX. fol. 189.

Qui dirimunt ambigua fata causarum, suæque defensionis viribus sæpe publicis in rebus, ac priuatis, lapsa erigunt, fatigata reparant; non minus prouident humano generi, quam si prælijs, atque vulneribus patriam parentesque saluarent. Nec enim solos nostro Imperio militari credimus illos, qui gladijs, & clypeis, & thoracibus nituntur, sed etiam Aduocatos: militant namque causarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam & posteros defendunt, C. de aduocat. diuers. Iud. Concordat l miles, & ibi glos. in verbo facere potest, ff. de re iud.

Quæstio X. fol. 199.

Cap. Odoardus Clericus proposuit, quod cum P. Clericus, & B. Laicus, & quidam alij, ipsum coram Officiali Archidiaconi Remenen. super quibusdam debitis conuenissent: idem in eum recognoscētem huiusmodi debita, sed propter rerum inopiam soluere non valentem excommunicationis sententiā promulgauit. Et infra. Mandamus, quatenus si constiterit, quod prædictus O. in totum, vel pro parte, non possit soluere debita supradicta, sententiam ipsam sine difficultate qualibet relaxetis: recepta prius ab eo idonea cautione, vt si ad pinguiorem fortunā deuenerit, debita prędicta persoluat, de solu.

Quæstio XI. fol 219.

L. is qui bonis cessit, si quod postea acquisierit, in quantum facere potest conuenitur. Sabinus, & Cassius putabant, eum qui bonis cessit, ne quidē ab alijs quibus debet posse inquietari.

Quæstio XII. fol. 227.

L. inter eos, quibus eadem ex causa debetur, occupantis melior conditio est: Nec deducitur, quod eiusdem cōditionis hominibus debetur, sicut fit in actione de peculio: Nam, & hic occupātis melior causa est. Sed & si cum patre, patronoue agatur, non est deducendum æs alienum; maxime quando eiusdem conditionis personis debetur, vt liberis, libertisque. Is quoque, qui ex causa donationis conuenitur, in quantum facere potest, condemnatur: & quidē is solus deducto aere alieno, & inter eos, quibus ex simili causa pecunia debetur, occupātis potior erit causa. Imo nec totum, quod habet, extorquendum ei puto; sed & ipsius ratio habenda est, ne egeat, ff. de re iudic.

Quæstio XIII. fol. 234.

L. verum est quod Sabino videtur; etiamsi vniuersorum bonorū socij sint, sed vnius rei; attamen in id quod facere possunt, quodue dolo malo fecerūt, quo minus possint, condemnari oportere: hoc enim summam rationem habet; cum societas ius

quo-

TRA-



TRACTATVS BENEFICII DEDVCTO NE EGEAT, SIVE QVÆSTIONES personarum, quæ non tenentur vltra quam facere possunt deducto ne egeant.

Cum suis ampliationibus, & fallentijs; &c.

AVTHORE

IO. CASTAGNA REGIO CONSILIARIO IVRISCONSVLTO PANHORMITANO.

Prooemium.

SVMMARIVM.

1 *Auaritia est mater omnium malorum, & radix, & nu. 2.*
2 *Auaritia est Idolorum seruitus.*
3 *Auaritia eò creuit in hominibus, vt plerumque probibeatur beneficium iuribus concessum.*
4 *Filij secundùm legem Dei tenentur parere parentibus, n. 5.*
Filij tenentur parentes colere. ibidem.
5 *Filij amorem, ac obseruantiam parentibus denegant.*
Experientia rerum omnium magistra docet. ibidem.
6 *Filij, præ nimia auaritia parentibus insidiantur.*
7 *Leges Romanorum conditæ fuerunt per legislatores gentiles ante aduentum Christi.*
8 *Leges à Christianis parum sunt obseruatæ.*
Leges sacratissimæ sunt, ibidem.
Leges ab omnibus seruari debent, ibidem.
Leges in foro conscientiæ sunt seruandæ, ibidem. & quando. post nu. 9. & sub n. 10.
9 *Deus constituit de cœlo Imperatores, vt per eorum ora diuinitus leges conderet.*
Leges dicuntur emanare diuino quodam motu. ibidem.
Leges sunt seruandæ quando legi diuinæ non contradicunt. ibid.
10 *Lex, vel statutum quando repugnat fini æterno non valet, nec seruari debet.*
Lex temporalis debet esse ad similitudinem legis diuinæ. ibidem.
Beneficium, quatenus facere potest, deducto ne egeat, est secundùm legem Dei, ibidem.
11 *Paupertas cogit ad turpia.*
12 *Inopia prompta est in perpetrandis malis.*
Multi propter inopiam deliquerunt. ibidem.
13 *Dignitas, & honestas per familiarum diuitias conseruatur, quæ ob earum inopiam perit.*
14 *Publicè interest familiarum dignitatē conseruari.*
15 *Beneficium, deducto ne egeat, conceditur certis personis, effectis non soluendo, ex causa ne pereant, earumque conditio conseruetur.*
16 *Lex est sanctio sancta, præcipiens honesta, prohibensque contraria.*
17 *Memoria labilis est.*
18 *Diuinum auxilium in minimis quoque rebus debemus implorare.*
19 *Multiplicatis intercessoribus largiaris.*
20 *Protestatio Catholica Authoris apponitur.*



1 VM auaritia, † quæ malorum omnium mater est, *Auth. vt iudic. sin. quoque suffrag. §. 1. post vers. administratione, colum. 4.* Imò radix omnium malorum, *Sanctus Greg. in 4. moral. lib. 9. c. 2. c. bonorum 47. dist. gl. notab. in c. quia radix, de pœnitent. dist. 2.* ac I-
2 dolorum † seruitus, *addit. ibi in d. §. 1. vers. administrationes, im margine, c. Auaritiæ, extr. de præbend. & dignit. Raph. Fulgos. in cons. 6. in fin. Paul. Apostol. ad Ephes. cap. 5. Bertac. in*
3 *suo repert. in verbo Auaritia*, eò creuerit † in

A ho-

hominibus, vt contra ius, fasque prohibeatur plerumque beneficium, à sacris Iuribus concessum, idque robur iam habeat, vt filij, qui secundùm legem, quam rerum omnium moderator Deus hominibus colendam indi-
4 dit, parere † parentibus teneantur, *l. veluti, & ibi gl. in verſ. parentibus ff. de iuſt. & iur. §. Si vero expectet, col. 4. de nupt.* eosque colere, ex praecepto Dei iv. & Matth. c. 25. amorem
5 † illis, ac obseruantiam denegent, vt experientia ipsa rerum omnium magistra docet, *c. cum ſit, de election. in 6. Iaſ. in l. is cui nu. 9. verſ. confirmatur. ff. de verb. oblig.* iisque eo-
6 rum † nimia auaritia insidientur, vt ait ille Sanazarius:

Regnan le voglie praue, e le perfidie
Per la robba mal nata, che gli ſtimula,
Talche il figliuolo al padre par ch' inſidie.

ad imitationem Thomae Grammatici, qui vsus est versibus Francisci Petrarchae, in q. 1. post nu. 1. suarum decisionum, & sequitur *Franc. Carrab. in ſuo tractatu de ſindic. par. 2. num. 201. fol. 187.* vnde non solum exteris etiam hominibus, non nullis in honestis, atque in legitimis articulis pernegentur beneficia, ac priuilegia, authoritate Iuris Pontificij, & Caesarei concessa, quae infra notabimus, contra iustitiae cultum, Christianae religionis, & Gentilium dispositiones, quia
7 † per legislatores Gentiles, diuinae legis ignaros, conditae fuerunt leges Digestorum ante aduentum Christi, *vt dicit Bart. in l. multum intereſt, ff. de verb. obligat. & infra not. verſ.*
8 *quod mirifice*: sed † etiam à nobis Christianis parùm obseruatae reperiantur, non obstante quod leges sacratissimae sint, *l. leges ſacratiſſima, C. de legibus* quae ab omnibus obseruari debent. *l. leges gentiles, C. eodem titul.* etiam in foro conscientiae, vt infra probatur: alioquin sequeretur, quod omnis legum forma, & subtilitas ad inferos, & quòd scientia legum esset magis damnosa, quam maleficium, *Bal. in c. in omni negotio, de teſtibus. Bertac. in repert. in verbo, lex debet verſ. 1.* nam
9 † Deus constituit de caelo Imperatores, ad hoc vt per ora eorum diuinitus leges conderet, *§. quia igitur, in Authent. de inſtru. cauth. & fid.* & ideo dicuntur leges emanare diuino quodam motu *l. fi. C. de praeſcrip. long. temp.* ergo seruari debent, tamquam de caelo conditae, in foro conscientiae, quando legi diuinae non contradicunt, *ſequitur Intrigl. ex noſtratibus ſuper Bull. & Reg. Pragm. q. 3. n. 26. allegat Bal. in l. quidam, §. illo, C. de neceſſar. ſeru. & in Auth. ingreſſi, col. 8. C. de ſacroſ. eccleſ. gl. 1. in principio c. quae in Eccleſiarum, extra de conſtit. Fely. in c. 1. col. 14. eod. tit. Tiraque de retr. Lignag. in praefat. num. 23.*
10 secus † quando lex, vel statutum repugnat fini aeterno, quia non valet, nec seruari debet, *vt in epiſt. inter claras, C. de ſum. Trinitat. & fide Catholica. c. fi. de praebendis. c. inter haec, 33 q. 2. c. erit autem lex, 4. diſt.* ex quo lex temporalis debet esse ad similitudinem legis diuinae, *§. cumque hoc, vbi notat Ang. in prohem. inſtit.* sed beneficium istud est secundùm legẽ Dei, iuxta illud Euangelium: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi: scilicet cum ad pinguiorem fortunam peruenero, *Matth. cap. 18.* ergo beneficium nostrum seruari debet in foro conscientiae, secundum Iura notata; & quia ab omnibus non seruatur, quotidie videmus, non nullos nobili prognatos genere mendicare, & miserabiliter viue-
11 re, eosque † paupertatem ad turpia cogere, *arg. l. 3. & ibi gl. in verbo, egens, ff. de teſtib. §. ſancimus Auth. eodem titulo. l. ſpadonem, §.*
12 *fi. de excuſat. tut.* † & inopia prompta est in perpetrandis malis: multi enim propter inopiam deliquerunt, *Rol. à Vall. conſ. 16. n. 28. lib. 1. Ceph. conſ. 435. nu. 62. vol. 3. Achill.*
13 *Petroch. conſ. 8. nu. 106. & 107.* & per † familiarum diuitias dignitas, & honestas conseruantur, quae ob earum inopiam perit, firmat *Bal. in l. maximum vitium col. 1. & 3. de liber. praeter. Soc. ſen. conſ. 47. nu. 6. vol. 3. Pariſ. conſ. 1. col. 2. in fin. nu. 28. & conſ. 18. col. pen. & vlt. vol. 3. Brun. de ceſſ. bonorum. q. 1. in princip. nu. 4. Decian. reſpon. 6. nu. 69. vol. 1. & reſponſ. 17. num. 28. eodem volum.* vbi dicit, agnationes, & familiae, bonis conseruantur, & diuitijs, sine quibus destruuntur, & sordescunt, *Soc. Iun. conſ. 1. num. 38. vol. 1. & conſ. 42. num. 13. adde Mar. Mut. in c. Regno Sicil. Regis Iacobi in prooem. poſt n. 130 tom. 1. Andr. Molfeſ. conſ. 12. nu. 24. poſt comment. ad conſuet. Neap. 14.* vbi etiã dicit quòd
14 † publicè interest familiarum dignitatem cõseruari, *l. 1. §. pen. ff. de ventr. in ſpicien. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. nu. 45. lib. 6. vbi alios citat*; ideò non immeritò tractare decreui de personis, quibus beneficium, deducto ne egeat, competit, concessum tam per leges gentiles, *vt l. ſunt qui, & l. miles, ff. de re iudic. l. maritum, ff. ſol. matr. cum concordantibus*; quàm per sacrum Iustinianum Imperatorem, *vt inſtit. de act. §. ſed & ſi quis, & ibi gl.* iureque Pontificio confirmatur, *c. Odoardus, & ibi Doctores de ſolut. gloſ. in c. ſtu-*
15 *deat, 50. diſt.* etenim † huiusmodi beneficium personis infrascriptis omni iure conceditur, quas locis suis omnes ex ordine per notabilia declarabo, effectis quidem non soluendo ex causa illa, ne pereant, earumque conditio conseruetur, *Iaſ. in l. Neſennius poſt n. 8. col. 2. ff. de indic. Alexan. in d. l. ſunt qui nu. 5. & infra notabo*: quod beneficium concessum fuit tamquam iustum, & honestum propter hominũ debita, tam iure naturae, quam iure contractus, contrarium fieri prohibendo tamquam
16 iniustum, & inhonestum, quia lex † est sanctio sancta, praecipiens honesta, prohibensq; contraria, *gloſ. Magiſtr. in l. 2. in verb. non faciendorom ff. de leg. & ſenat. conſult.*

Et licet ego Io. Castagna Panormit. minimus, atque minimus sim, & inter omnes Pontificij, Caesareique Iuris Doctores, vltimarum partium me reputem, & non nullis ne-

go-

gotijs M. R. C. ac officijs, & dignitatibus hu-
ius Siciliæ Regni pro seruitio Regis Nostri
impeditus existam ; tamen in arcem huius
causæ omni vi , totoque pectore incumbam
17 pro mea memoria , † quæ labilis est , *l. si arbi-
tror ff. de probat. Bertac. in ver. memoria, circa
finem*, & quantùm meæ tenues vires poterunt
notabo pro vt infra per modum quęstionum.
Primum omnium implorando diuinum au-
xilium ; vt diuinus attestatur *Plato in eius 1.*
18 *libro Timai*, nam † in minimis quoque rebus
diuinum debemus auxilium implorare, refert
Plot. in prohemio de in lit. iurand. & Illibatæ
Dei Opt. Max. Parentis adiutorium, sub cu-
ius præsidio indignè milito, atque omnes san-
ctos cælestialis curiæ, imprimisque beatum
Ioannem, Patronum, & Protectorem meum,
quibus omnibus intercedentibus gratiā me
19 recepturum confido , † iuxta illud (mul-
tiplicatis intercessoribus largiaris) vt legitur
per nostram sanctam Romanam Ecclesiam
in oratione diei celebritatis omnium Sancto-
rum, in fine; Vnde confisus Dei Omnipoten-
tis gratia , deuenio ad infrascripta notabilia
personarum , quæ non tenentur vltra quàm
20 facere possunt , deducto ne egeant . Quæ †
omnia notabo cum protestatione Catholicæ
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ; & ea quæ à Chri-
stiana Republica abhorrere videntur , non
notaui , nec notare intendo, & nunc pro tunc
annullaui , & pro non veris declaraui, & de-
claro tamquam falsa, supponendo me in om-
nibus, & per omnia Pontificis Imperio, cuius
vita sit annorum centum , & vltra , ac sacro-
sanctæ Inquisitionis reuisioni; ac emendatio-
ni Illustriss. & Reuerendissimi Don Ioannet-
tini d' Oria Cardinalis Sanctæ Romanæ Ec-
clesiæ, & Archiepiscopi Metropolitani huius
Felic. Vrb. Panhormi , Locumtenentis , &
Capitanij Generalis per suam Catholicam
Maiestatem, in hoc Siciliæ Regno, cuius glo-
ria ad sidera volat , in perpetuas æternitates.

PROOEMIVM PRIMAE PARTIS.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium , quatenus facere potest , deducto ne egeat , multis conceditur rationibus .*

2 *Beneficium quatenus facere potest , competit parentibus , soceris , & patronis ratione reuerentia persona .*

Beneficium, quatenus facere potest, competit marito , & vxori . ibid.

Beneficium, quatenus facere potest . deducto ne egeat, competit Militibus , Doctoribus, & Aduocatis , ac militibus calestis militia . ibidem .

Beneficium , quatenus facere potest , deducto ne egeat , competit socijs & donatoribus . ibidem .

Beneficium , quatenus facere potest, deducto ne egeat , competit eis , qui bonis cesse-vunt . ibidem .

Beneficium quatenus facere potest , competit officialibus in sindicatu . ibidem .

Beneficium . quatenus facere potest, competit defensoribus personarum . ibidem .

Beneficium , quatenus facere potest, competit filijs familias , effectis sui iuris . ibidem .

Priuilegium deducto ne egeat, conceditur ex priuilegio speciali .

3 *Beneficium , quatenus facere potest, conceditur quando conueniuntur personę ex proprijs contractibus .*

4 *Beneficium ne teneatur quis vltra quam facere potest , nil aliud est nisi quòd debitor aliquid retineat , ne egeat .*

5 *Beneficium , deducto ne egeat, est beneficium miserationis .*

6 *Beneficium , deducto ne egeat , intelligitur non vltra id , quod debitor facere potest commodè .*

7 *Illud possumus, quod honestè possumus.*

Commodè , & honestè non videtur fieri posse quod non potest fieri conuenienter . ibid.

8 *Posse non dicimur quod commodè & salua dignitate facere non possumus .*

9 *Habentes beneficium , deducto ne egeat , non deducunt æs alienum, nisi donator, pater, & filius sui iuris effectus .*

10 *Beneficium , deducto ne egeat, conceditur retinendo , non autem petendo .*

11 *Habens beneficium deducto ne egeat, soluendo non repetit .*

12 *Habens beneficium , deducto ne egeat , carcerari non potest , & n. 13. & 18.*

14 *Maritus ad instantiam vxoris , cuius est debitor , carcerari non potest .*

15 *Beneficium deducto ne egeat , operatur , vt debitor necesse non habeat cedere bonis .*

16 *Beneficium cessionis bonorum fuit inuentum ad effugiendum carcerem .*

17 *Habens beneficium deducto ne egeat , tenetur cauere cum iuramento de soluendo cũ venerit ad pinguiorem fortunam .*

18 *Qui non potest conueniri vltra quàm facere potest allegato priuilegio , carcerari non potest .*

Debitores carcerati non habentes in bonis , post quadraginta & quinque dies sunt excarcerandi cum iuramento de soluendo cum venerint ad pinguiorem fortunam de consuetudine Messana . ibid.

19 *Beneficio , deducto ne egeat , an possit renuntiari ?*

20 *Vir , socer , & parentes beneficio . deducto ne egeat , renuntiare non possunt , etiam cum iuramento .*

21 *Iuramentum mariti , renuntiantis suo priuilegio in fauorem vxoris, valet . sed contra est communis opinio . ibid.*

22 *Vxor debet reuereri maritum , vt dominum , & patrem , ex diuina institutione .*

23 *Renuntiatio contra bonos mores, quamuis adsit iuramentum , non valet .*

24 *Pactum , quòd maritus conueniatur in*

solidum ; est contra bonos mores naturales.

25 *Ius reuerentiale remitti non potest.*

26 *Absolutio iuramenti, ubi est renunciatum huic beneficio, an sit necessaria?*

27 *Personæ quibus non debetur reuerentia, beneficio deducto ne egeat, renuntiare possunt.*

28 *Gentiles legis diuinæ sunt ignari.*

29 *Leges conditæ fuerunt 300. annis ante aduentum Christi.*

30 *Christiani legis diuinæ periti.*

31 *Socer loco parentis habetur.*

32 *Socerum se cum genero lauare, apud veteres nefas erat.*

33 *Pactum contra beneficium, deducto ne egeat, non valet, nec iuramento firmatur ratione reuerentiæ personæ.*

34 *Ecclesia exempta per pactum ab Episcopo, tenetur illi reuerentiam exhibere.*

35 *Obligatio personalis contra illud beneficium non valet.*

Nulla exceptio impedit ritum. ibidem.

36 *Exequutio facta in personam mariti, vel soceri vigore pacti inualidi, non valet.*

37 *Beneficium istud non admittitur, nisi post adimplementum, stante Ritu Magnæ Regiæ Curiæ.*

38 *Oppositiones post adimplementum contra executionem factæ reijci non possunt in tali beneficio, & n. 71.*

39 *Pendente discussione super tali beneficio quis carcerari non potest.*

40 *Author fuit Iudex M. R. C. sedis ciuilis.*

Debitor potest præueniendo ad iudicium trahere creditorem. ibid.

41 *Pactum de non opponendo aduersus beneficium deducto ne egeat non valet, & n. 49 & 50. amp. n. 50. & 51*

42 *Pactum, vt maritus non conueniatur in quãtum facere potest, non valet.*

43 *Constante matrimonio pactum de non opponendo non valet, secus illo soluto. vide n. 50.*

44 *Maritus ex negotijs gestis soluto matrimonio in solidum tenetur, & nu. 48. vide q. 1. amp. 3.*

45 *Maritus conuentus actione de dote, tam constante quàm soluto matrimonio gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

46 *Culpa viri non facit perdi beneficium, deducto ne egeat, nisi cadat in dolum.*

47 *Reliquiæ reuerentiæ matrimonialis durant soluto matrimonio.*

48 *Maritus conuentus soluto matrimonio de negotijs gestis non vt maritus, sed vt extraneus, non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

49 *Pactum de non opponendo aliquas exceptiones soluto matrimonio, & vt non vtatur beneficio isto, non valet.*

50 *Pactum de non opponendo non valet.*

51 *Pactum de non opponendo istud beneficium, neque constante, neque soluto matrimonio, valet.*

52 *Ius reuerentiale pacto remitti non potest.*

53 *Captura est iniuria irreparabilis.*

54 *Inreuerentia semel illata numquam tollitur.*

55 *Facta infecta fieri non possunt.*

56 *Pactum quòd non conueniatur in solidum valet.*

57 *Consuetudo inducitur ex pluribus sententijs, & interlocutorijs.*

58 *Pactum quòd bona vendantur ad discursam aduersus beneficium, deducto ne egeat, non valet.*

59 *In exigendo contra aliquem in quantum facere potest, inspicitur quantũ in eius patrimonij fructibus potest redigi, non quantum ex venditione rerum redigeretur & n. 62. & 63.*

60 *Alimenta si debeantur ex legato, vel ex donatione, non sunt vendenda possessiones.*

61 *Alimẽta si debeantur titulo oneroso proprietas vendi potest.*

62 *Qui potest facere quod potest, videtur posse.*

63 *In condemnato quantum facere potest, in exigendo non inspicitur valor ædificij sed fructuum. vide n. 59.*

64 *Contrarium asserenti incumbit onus probandi.*

65 *Alia est domus viri nobilis, alia viri rustici.*

66 *Prædium est consignandum marito, ex cuius fructibus possit se, & suos alere.*

67 *Sumptus, vt maritus viuere possit, deducitur pro toto tempore, ita & de alijs personis.*

68 *Res dimissa marito, vt viuat, non potest alienari.*

69 *Bona alienata transeunt cum sua causa.*

70 *Creditori danda sunt bona in solutum, reseruatis alimentis debitoris, & est cautela.*

71 *Interlocutoria lata in fauorem beneficij, deducto ne egeat, referuntur.*

72 *Iudex, qui iudicat contra beneficium, deducto ne egeat, ex ignorantia iuris dicitur facere, & in syndicatu venit puniendus.*

73 *Generalitas restringitur per specialitatem.*

74 *Statutum tollens in genere defensiones, censetur tollere defensiones facti, non iuris.*

Don Garsias Mastrill. laudatur. ibid.

75 *Exceptio, deducto ne egeat, est exceptio iuris non facti.*

76 *Instrumenta habent exequutionem iuxta formam Ritus.*

77 *Beneficium, deducto ne egeat, habet locum in promissione de rato, non obstante statuto, & num. 85.*

78 *Sententiæ, & interlocutoriæ, latæ in fauorẽ mariti, non obstante promissione de rato, referuntur.*

79 *Adimplementum fit per carcerationem, per pignora, & per fideiussionem.*

80 *Binæ sententiæ in contradictorio iudicio faciunt consuetudinem.*

81 *Ea, quæ certam habuerunt interpretationem ab antiquis, minime mutanda sunt.*

82 *Promittens de rato tenetur ad factum, nec gaudet beneficio cessionis bonorum.*

Pers

3 ENEFICIVM † nostrũ (quatenus facere potest, vt quis conueniatur, & non vltra, effectus nõ soluendo) ex casu post facto multis conceditur rationibus, scilicet, aut ratione reuerentiæ personæ, aut ratione dignitatis personarum, aut ratione accidentiæ facti, aut ratione liberalitatis, *glos. in l. in condemnatione, ff. de reg. iur. Bald. in c. 1. in princ. vers. sed nunquid, de nat. feud. idem sentit gl. in l. verum, in princip. ff. pro soc.* Competit † scilicet istud Beneficium ratione reuerentiæ personæ, parentibus, soceris, & patronis, *l. alia, §. eleganter, ff. sol. matrimon. §. sed & si quis, instit. de actio.* Competit marito, & vxori ob reuerentiam maritalem, *d. §. eleganter & l. maritum ff. solut. matrimon. & l. unic. §. cum autem C. de rei vxor. act.* Competit alijs ratione dignitatis personarũ, vt possint vtilitati publicæ inseruire, vt sunt Milites, Doctores, & Aduocati causarũ, ac etiam Milites cælestis Militiæ, vt sunt Clerici, *l. miles, & ibi gl. ff. de re iud.* Competit alijs ex accidentia facti, & sunt qui bonis cesserunt, *l. is qui bonis, ff. de cession. bonorum l. qui sunt & ibi notat Ias. post num. 16. ff. de re ind.* Competit alijs ratione liberalitatis, vt donatori, *l. nec liberalitate, ff. de re iud. l. ex donatione ff. de donatio.* Alijs ratione contractus vt puta societatis, vt sunt socij *d. l. verum, in princ. ff. pro soc.* Alijs ratione officij, vt sunt officiales in sindicatu. Alijs ratione defensionis, vt sunt defensores personarum. Alijs ratione filiationis, vt sunt filij, & hæredes: ac etiam non nullis alijs, de quibus, Deo dante, & infra particulatim notabo per modum quæstionum, de quibus notat *Parlad. lib. 2. rer. quotidianarum, c. fin. p. 5. §. 6. num. 17. cum sequentibus, & Rol. Rodolf. in sum. notular. in tract. de renunt. §. beneficium:* at beneficium deducto ne egeat, est concessum prædictis personis ex priuilegio speciali, vt cum condenandis ijs non totum quod habent extorqueatur, sed earum ratio habeatur, ne egeant *Ioan. Crauellus dec. 115. nu. 4. 11. & 12. Scipio Rend. in suo tractatu prompt. recepiar. sent. tit. 123. de viro, & vxor. num. 1. vt supra num. 6.*

3 Conceditur autem istud Beneficium prædictis personis, & alijs, quos infra notabo, quando conueniuntur ex eorum contractu, secus ex alterius obligatione. *Ang. Aretin. in d. §. sed & si quis post num. 3. instit de action.*

4 Quod Beneficium, (ne teneatur vltra quã facere possit) nil aliud est dicere, quam si dicatur, quod debitor retineat, ne egeat, *Bald. in l. eius rei n. 1. C. quod cum eo &c. Ruin. cons. 144. num. 12. vol. 5. Crot. in repet. l. si constante, num. 162. ff. sol. matrim. Neapod. in consuet. Neap. incip. vbi dos, post n. 43. fol. 236. vers. secundò exponitur, vt remaneat sibi vnde vitam transigere possit, l. parentes, ff. solut. matrimon. l. sunt qui, & l. inter eos, ff. de re iud. dixit Beat. in tract. de inope debit. q. 17. num. 2. Surdus de aliment. part. 1. quæstion. 78. num. 2.*
5 *& q. 39. nu. 14.* Et † fuit introductum istud Beneficium, ne egeant personæ supradictæ, *Brun. de cessione bonor. q. 22. q. 4. princ. nu. 1.* ac miserationis gratia, *vt per Ceph. cons. 193 nu. 14. lib. 2. Aret. in §. si. instit. de actio. n. 12. Marc. Ant. de Amat. dec. 16. nu. 27. & Corn. Bencin. de paupert. & cas. priuileg. q. 8. special. 2. n. 14.*

nu.14. & 16. quod priuilegium personale est. *Giurb. dec. 42. nu. 4. not. infra 14. q. 1.* & in-
6 telligitur † (deducto ne egeat) non vltra id,
quod commodè, & honestè facere potest,
Molin. in tract. de contractibus disput. 113. n. 6.
7 quia † illud possumus, quod honestè possu-
mus, *Roderi. Suar. in l. 2. tit. de los casamientos,*
post num. 33. circa medium, per l. illud, ff. de
manum. vindict. ex quo commodè, & hone-
stè non videtur fieri posse, quod non potest
fieri conuenienter, *gl. in l. in condemnatione,*
ff. de reg. iur. l. nepos proculo, & ibi addit. in
marg. ff. de verb. & rer. signif. gl. & Bar. in d. l.
maritum ver. quaro quid si dictum, ff. soluto
matrimonio. l. filius, qui fuit, ff. de condict. indeb.
l. facere potest, ff. sol. matrim. Bald. in d. l. 2. C.
quod cum eo &c. Dec. in l. diuus, col. fi. ff. de
reg. iur. Ias. in l. sunt qui ff. de re iud. n. 2. Surd.
d. q. 78. n. 2. Rol. Rodulf. in d. summ. notular.
d. §. beneficium col. 1. vers. non enim totum, Iac.
de Aret. & Bal. in l. si maritus ff. sol. matrimon.
Brun. cons. 89. n. 3. Neapod. d. consuetud. vbi
dos, num. 43. Tiber. Decia. resp. 6. num. 14.
8 *& 15. p. 4. vbi dicit,* † non dicimur posse,
quod commodè, & salua dignitate facere
non possumus, & ea dicuntur fieri posse, quæ
commodè possunt secundùm qualitatem per-
sonarum, *Molfes. ad consuet. Neapol. p. 5. q. 11.*
n. 9. Quomodo autem fieri debeat ista dedu-
ctio secundùm qualitatem suarum persona-
rum, vide ea, quæ notabo infra *in dict. q. 1.*
ampl. 1. & Fontanell. d. pact. nuptial. claus. 7.
9 *gl. 3. n. 31. 32. 33. 37. 100. lib. 2.* & † perso-
næ, quibus competit istud Beneficium, non
deducunt æs alienum, nisi donator, pater, &
filius sui iuris effectus, vt suis locis notabi-
mus, *vt est tex. in l. si maritus. ff. sol. matrim.*
10 Istud † verò Beneficium conceditur reti-
nendo, non autem petendo, *Ias. in l. quod no-*
mine, vbi Bal. in fin. Alex. & alij. ff. de con-
dict. indeb. Bar. in l. ex diuerso §. fi. ff. solut. ma-
trim. vers. quaro, quod sit tutus, Cy. in l. fi. C.
11 *de iur. dot.* & quod † maritus, vel aliquis,
habens huiusmodi Beneficium, soluendo,
non repetit, dicit etiam *Crot. cons. 127. n. 12.*
gl. in l. inter eos, ff. de re iud. l. in diem ff. de
condict. indeb. Franc. dec. 164. post n. 10. &
notabo infra q. 1. fall. 9. ad quam me remitto.
12 Infertur insuper quod † istud beneficium
(ne conueniatur vltra quiam facere potest)
tribuit quod carcerari non potest, *Vinc. de*
Franc. dec. 164. n. 2. Flamin. Cartar. dec. 7.
n. 1. Cepoll. caut. 14. Ias. in l. qui iurasse, §. si
pater, n. 2. ff. de iureiur. Soc. regul. 201. fol. 455
Paris. cons. 94. lib. 1. Bal. & Lanfranc. in l. do-
tis causa, in fi. ff. solut. matrim. Bertac. in verb.
debitor pauper, vers. 22. & in ver. dotis restitu-
tio, vers. 19. Aug. Aret. in §. sunt præterea dict.
vers. sed & si quis n. 1. instit. de action. ita ex-
pressè sentit *Thesaur. in dec. 153. post num. 4.*
vers. quòd secundum decretum sublimatur, &
13 *n. 6. in dec. 119.* & † habens istud Beneficium,
non est premendus carcere, dixit *Gasp. Beat.*
c. 3. n. 2. & c. 19. nu. 33. vers. quales, & n. 34.
vers. quare in d. tract. de inope debit. Marsil. in
sua pract. crim. in §. attingam n. 65. Marc. Ant.
de Amat. d. dec. 16. nu. 26. Barbos. in d. l. ma-
ritum n. 2. Intrigl. ex nostratibus cas. 35. de casibus
conscientiæ nu. 40. dicit etiam *Bertac. in verbo*
socius non potest, vers. 2. vbi dicit, socius ha-
bet istud priuilegium, ergo carcerari non
potest. idem tenet *gl. & ibi Bal. in l. liber ca-*
ptiuus, C. de postlim. reuers. Castill. in l. 62. taur.
Regn. Hisp. Couar. variar. resol. lib. 2. c. 1. n. 3.
Roderic. Suar. in l. 2. for. tit. de los goviernos
n. 4. & 5. secundum l. 1. tit. 5. p. 5. Regni præ-
dicti Castill. Parlad. lib. 2. p. 5. c. fi. §. 6. n. 17.
Merchul. de diuis. bonorum c. 9. nu. 23. Gutier.
Hisp. in pract. q. 62. n. 3. vers. quod si non po-
test lib. 2. Franc. de Aret. in l. alia §. eleganter,
ff. solut. matrim. col. 2. vers. antequam, Io. Oi-
notom. in §. soluitur num. 7. instit. de soc. sicut
14 † maritus, qui ad instantiam vxoris, cuius
est debitum, carcerari non potest, ex quo
non tenetur ei vltra quam facere potest, *l. 3.*
§. tutor. ff. de suspect. tuto. Io. Petr. Fontanell.
de pact. nupt. d. clausul. 7. gl. 3. num. 39. ra-
tio est, quia habens istud beneficium non
tenetur de persona, *vt in princ. notaui, per d.*
l. alia, §. eleganter & l. in condemnatione, vbi
gl. ff. de reg. iur. & reuerentia debetur perso-
næ, & non rebus, *l. 2. C. de in ius vocand. l. sem-*
per, ff. de iur. immunit. nam dicit Couar. loco
citato, & initio relection. c. quamuis de pact.
in 6. aut non habentur bona, & tunc persona
est tuta propter istud beneficium, *eximius*
Do. Don. Gars. Mastrill. ex Nostratibus in de-
cis. 69. post nu. 41. lib. 1. Borgn. Caualcan. de tut.
& cur. c. 1. nu. 318. vbi dicit quod illæ, per-
sonæ, quæ non tenentur. Vltra quam face-
re possunt deducto ne egeant, si non sunt
soluendo, pro debito detineri, & carcerari
non possunt, *alleg. Petr. Duen. reg. 312.* ergo
persona semper est tuta. *not. q. 5. ampl. 2.*
15 tanto magis quod † istud Beneficium opera-
tur, vt ipse necesse non habeat cedere bonis,
Brun. de cess. bonor. q. 33. p. 4. in princ. Beat. d.
c. 17. post nu. 33. & post nu. 34. in fin. & d. c. 3.
nu. 2. & 3. Anto. Monach. de execut. in vesti-
16 *bus c. 11. post nu. 2.* Sed † cessio bonorum in-
uenta est ad effugiendum carcerem *l. 1. C.*
qui bon. ced. poss. & ibi Saly. nu. 7. post Bal. Fa-
ber in d. §. fi. nu. 9. instit. de act. Soc. reg. 46. fall.
12. Bar. in l. si filio familias nu. 8. ff. solut. ma-
trim. Nicol. Boer. dec. 349. post num. 8. col. 8.
vers. & est ratio, ergo habēs istud Beneficium,
est tutus carcere, & per consequens persona-
liter cogi non potest, *Beat. d. c. 3. nu. 8. per*
d. l. liber captiuus, dixit etiam Aret. in d. §. sed
& si quis instit. de action. & Intrigl. d. cas. 35.
nu. 40. vbi allegat Menoch. cons. 373. nu. 4. vo-
lum. 4. Bapt. de Sanct. Blas. de dot. cent. 4. n. 50.
vbi dicit, quod maritus in causa dotis car-
cerari non potest; nec per consequens cede-
re bonis, quoniam istud beneficium conce-
ditur propter paupertatem, scilicet, qunado
aliquis habentium tale beneficium, factus est
non soluendo, vt notauimus, in principio,

&

& Iaf. in l. Nisenninis post n. 8. col. 2. vers. ad illum textum respondeo Ang. in l. sunt qui ff. de
37 *re iud.* debet † tamen cauere per iuramentum de soluendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam, *Bal. in l. 2. in fin. C. quod cum eo &c. Bertac. in verbo debitor pauper, vers. 26. Ang. Aret. in d. §. sunt praeterea, vers. item si de dote post n. 1. in fi. & sub n. 2. tex. est sing. in l. filio, vel seruo, & ibi glos. in verb. cautioni, ff. vt lega. nom. cau. & ibi Bar. iuxta Cap. Ritus huius Regni Siciliæ 190. Rol. Rodulf. in d. tract. notular. vers. item nota quod quando, de renunt. in gl. col. 4. circa fi. Io. Bosch. de nupt. l. 4. n. 18. & 19. Fontanella vir doctissimus eleganter de pactis nupt. claus. 7. gl. 3. p. 11. lib. 2. à nu. 68. vsque 74. hanc sequitur opinionem.* & sic carcerari non potest, & ita fuit prouisum per Illustrissimum Marchionem Hieracis, Præsidentem huius Regni, ad instantiã Antonij Crixensa mariti, *virtute literarum emanatarum sub visione M. R. C. Pano. die 7. Sept. x. ind. 1596. & infra notabo q. 1.* per quas patet quòd fuit prouisum quod non molestetur, nec inquieretur de persona; & in bonis gaudeat beneficio (deducto ne egeat) & non obstante executione causata, non fuit molestatus, iuxta iuris dispositionem, communem opinionem dicit *Pet. Nunez. Anendagn. resp. 8. n. 7. & ita fuit obseruatum in curia prætoriana in personam V. I. D. Vinc. Lanfrucc. conuentis ad instantiam Octauij Patumia V. I. D. fororij in anno 1623.* & quòd maritus pro debito dotali, vel paraphernali non carceratur,
38 secundum regulam, quod † ille, qui non potest conueniri vltra quam facere potest, non potest allegato priuilegio capi, & carcerari, tenet *Roder. Suar. per bona iura in l. tit. de los gouiernos in for leg. col. 3. fol. 183. & notabo infra, vers. & consequenter num. 39. & in quæst. 10. n. . . & Messana adest consuetudo in tit. qualiter creditor. sunt ad solut. cogend. cap. 4. vers. debitor,* vbi si debitor carceratus nihil habeat in bonis, nec sit in dolo, deductis expensis vitæ necessarijs, cum iuratoria cautione excarceratur, si per quadraginta & quinque dies in carceribus fuit detentus; si ergo debitor pauper habet istud beneficium per consuetudinem prædictam, quanto magis est concedendum parentibus, & alijs habentibus expresse de iure huiusmodi beneficium? ergo tales carcerari non possunt.

39 Videndum nunc est, an † isti beneficio, ne quis teneatur vltra quam facere potest, renuntiari possit, cum tolleret misericordiam, & esset contra bonos mores, vt dixit *Rebuff. in suo tract. de sanct. pronis. art. 3. num. 38.* Pro resolutione huius notabilis hoc modo distinguendum esse arbitror, aut sumus in parentibus, & similibus, quibus debetur reuerentia, vel in viro, & vxore propter eorum correlationem, *vt d. l. alia, §. eleganter, l. rei iudicatæ, §. socero, iuncta gl. & l. quia ff. de re iud.*
20 *§. sed & si quis instit. de action.* & † tunc vir, socer, & parentes tali beneficio renuntiare non possunt, etiam cum iuramento, *Palac. Rub. in repet. c. per vestras, §. 11. post n. 17. col. 1. vers. subdit tamen, fol. 184. par. 4.* vbi loquitur in marito, ratione reuerentiæ, quæ sibi debetur, *gl. magistralis in l. pactum, C. de pactis, Rol. cons. 37. col. 2. num. 10. lib. 2. Bapt. de Sanct. Blas. cent. 2. n. 71. de dote, Campeg. de dote, q. 147. p. 3. Couarr. in d. c. quamuis pactum, in initio 2. par. num. 8. Gasp. Beat. cap. 17. n. 36. & 37. & ibi testatur de communi, de inope debitor. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gl. 3. nu. 58. lib. 2. fol. 743.* quoniam esset contra reuerentiam, quam iure diuino, & naturali vxor marito, & filius patri debet, vt ibi per eum, *per d. §. eleganter, sequitur Intrigl. super constit. huius Regni sing. 90. lib. 1. allegat Federic. Campix. de nostratibus in quodam suo cons. incip. dubium, de quo quæritur, manuscripto,* vbi notatur ita fuisse decisum, obtenta prius absolutione. dicit etiam *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gl. 3. de resp. dot. num. 56. licet Ferdin. Vasq. in tract. de succ. creat.*
21 *lib. 3. §. 28. vers. teneo*, † iuramentum mariti renuntiantis suo priuilegio, in fauorem vxoris, validum esse; quam opinionem sequitur *Gutier. de iur. confir. p. 1. cap. 16. num. 49. tenet Menchaca de succes. creat. §. 28. n. 18.* late hanc eandem opinionem tenet, probat, ac defendit *Lader. Imol. in casu quo adest pacto iuramentum cons. 30. num. 10. & est optima decisio Rotæ Romanæ 485. in recollect. per Farin. vlt. vol. vbi pluribus probat, & ibi decisum refert dicit Fontanel. d. gl. 3. de rest. dot. num. 59. & 60. sed n. 63.* refert quod Senatus, non obstante renuntiatione simpliciter declarauit non tolli beneficium renuntiatione. & hanc partem *Gaspar Beat. loco cit. sequitur secundum comm. opin.* & ratio est ibi per eum, quo-
22 niam † vxorem reuereri maritum, non aliter quam dominum, vel patrem, institutio est diuina, *Paul. Apost. ad Ephe. cap. 5. vbi inquit, vir caput est mulieris, & Petr. Apost. in epistola canonic. cap. 1.* præcipit, mulieres subditas esse viris, tenet etiam *Auch. in cap. quamuis, de pact. in 6. Rol. Rodulf. in d. §. beneficium in gl. col. 2. vers. dicendum est, & col. 4. in prin. in d. tit. de renuntiat. Marc. Ant. Amat. d. dec. 16. num. 32. & 54. in fi. Bernard. Bend. super Rit. M. C. Vicariæ p. 5. dub. 30. communem etiam dicit Alciat. in cap. cum contingat num. 69. de iureiur.* magis communem dicit *Couarr. d. c. quamuis num. 4. Io. Gutter. de contract. iurat. cap. 16. num. 47. Ceph. cons. 300. num. 33. Vinc. de Franc. d. dec. 164. n. 13.* dicens ita iudicatum fuisse, *ante omnes Bar. in d. l. alia §. eleganter n. 7. Alex. n. 4. Barbos. in prin. cons. 25. & in l. maritum num. 28. Ginrb. dec. 42. num. 9. & 12. Annell. Amat. in materia beneficij quod cum eo, cons. 41. Lader. d. cons. 30. num. 9. Paschalis de viribus patriæ potestatis par. 2. cap. 9. num. 26.* vbi dicit magis com. opin. & dicit quamlibet renuntiationem etiam iuratam non obesse marito, & similibus. sequitur *Scipio Rendin. in suo tract. promptuarij receptarum sent. tit. 61. de iuramento num. 8.* Vbi etiam dicit

cit comm. doctorum opin. ratio est ibi, quia est inductum ob eius personæ reuerentiam beneficium istud, & sic contra bonos mores, & ex consequenti pactum etiam iuratum non valet, *per gl. in d. §. eleganti. in fi. Sempronius Afcius de c. 75. num. 93. Mart. de iurisdict. par. 4. cent. 2. cas. 182. Muscatell. de appel. par. 3. gl. detinebitur. num 122. Maran. cons. 30. nn. 7. Ann. alleg. 102. nu. 6. 7. 8. Tusc. lit. E. concl. 382. num. 11. 17. lit. R. concl. 171. num. 16. Franch. decis. 164. num. 4. 16. 17. Minad. dec. 2. num. 2.*

23 Ratio Doctorum est supradicta. quia † talis renuntiatio est contra bonos mores, & ideo etiam iuramento firmata non valet, *Brun. de cessio. bonor. quæst. 20. num. 22. par. 4. princip. Couar. in relect. c. quamuis par. 2. in prin. n. 4. vers. postremo. Pet. Nunez Auendaño de exequendis mand. Regum Hisp. cap. 27. num. 9. vers. quam legem. fol. 240. col. 1. in fin. par. 2. Afflict. dec. 222. Molfes. ad consuet. Neapolit. par. 4. in tit. de renunt. quæst. 9. num. 12. & seq. Intrig. de sing. 90. lib. 1. Cephal. cons. 300. num. 32. & 33. vol. 2. Mastrill. d. decis. 93. num. 3. & 6. lib. 1.* vbi testatur de magis communi opinione, dicit etiam *Fontanell. de pact. nupt. d. claus. 7. glos. 3. num. 39.* quæ est contra receptam reuerentiam, quæ maritis exhibenda est. & ita consuluit *Io. Ant. Canniz. ex nostratibus, pro marito in quodam suo consil. vt infra notabo, vers. & consequenter*, vbi testatur de commu-

24 ni opinione Doctorum, & dicit ibi, quod † pactum, quòd maritus conueniatur insolidum, est contra bonos mores naturales, & tenet *Franc. Duaren. in d. §. eleganter*, vbi eleganter dixit, quòd quando iurisconsultus dicit simpliciter, contra bonos mores, intelligitur, contra bonos mores naturales, vel iuris gentium: quam partem sequitur *Alciat. in d. §. cum contingat nu. 68.* à qua magis communi opinione non est recedendum, *sequitur Ant. de Ball. in quodam suo consil. vt infra*, vbi etiam testatur de magis communi opinione. Sed hoc est verum quando boni mores sunt fundati super ratione naturali, tanquam causa proxima, secus si sunt fundati super ratione naturali, tanquam causa remota, *secundum Alciat. loco citato num. 74. facit etiam Gomes de Amescua in suo tract. de potesta. in se ipsum, quæst. 24. num. 2. lib. 2.* vbi dicit, quod maritus non potest renuntiare, etiam cum iuramento, per rationem supradictam, quia iure diuino vxores iubentur reuereri viros suos, *Alex. cons. 34. num. 2. lib. 2.* & ita fuit pluries iudicatum, vt infra not. magis communem dicit *Fontanell. d. gl. 3. sub num. 55. Ant. Gomes. in l. 53. Taur. num. 49.* licet *Surd. quæst. 78. num. 48. & 49. de aliment. tit. 1.* dicat, quod maritus non potest renuntiare isti Beneficio constante matrimonio, & renun-

25 tiatio non operatur, quia † ius reuerentiale remitti non potest, *Io. Monach. gl. in 6. decretal. c. mulieres num. 3. de iud. Couarr. loco cit.* cessante autē reuerentiæ ratione, potest renunciare, & sic soluto matrimonio talis renuntiatio iurata valeret, secundum eum. Tamen in contrarium est magis communis opinio & ita seruatum est in isto Regno, *vt not. in prædicto vers. in personam Antonini Crexenza mariti*, qui soluto matrimonio per mortem vxoris, non fuit molestatus, qui erat conuentus ad instantiam eius socrus, non obstante quod in contractu matrimoniali, & dotium confessione, istud Beneficium fuerit cum iuramento renuntiatum, & tandem fuit admissus ad nostrum beneficium, vt patet virtute dictarum litterarum *sub visione M. R. C. sub die 7. Septembr. 10. indict. 1596. & notaui in-*

26 *fra quæst. 1. num. 6. 7.* Sed † an sit necessaria isto casu absolutio iuramenti, *not. infr. in 2. p. proœm. vers. infertur etiam, in fi. & in q. 10. post num. 45.* quamuis *Fontanella d. gl. 3. de restit. dot. num. 64.* teneat, quod valet renuntiatio beneficij, ne egeat, facta ante contractum matrimonium. *sed in fin. num. 65.* dicit, tu cogita, quia multum ex alia parte premit tot doctorum, & Senatus in contrarium declarata sententia: nolo enim quòd mihi credas plusquam sit iustum.

27 Aut † sumus in alijs personis, quibus non debetur reuerentia, & tunc potest tali beneficio renuntiari, *Dec. in l. Diuus, ff. de reg. iur. Bapt. de Sanct. Blas. cent. 2. num. 71. Campeg. d. quæst. 245. Palat. Rui. in d. c. per vestras, §. limita tamen, & intellige, num. 16. fol. 184. col. 1. Imol. in d. c. cum contingat, num. 33. & parum ante num. . . Ang. in d. §. item si quis, & §. item si de dote, instit. de actio. l. cum ex causa, & l. inter eos, ff. de re iudic. Alex. in d. §. eleganter. num. 16. Bar. in l. si quis à liberis §. parens. in fi. num. 2. ff. de liber. agnosc. & l. pactum, n. 17. C. de collat. notatur per Din. in l. iura sanguinis, ff. de re iudic. Soc. in c. si diligenti in 2. memb. princip. col. 4. de for. compet. not. Brun. d. q. 20. nu. 24. in fi. Laderch. cons. 30. num. 10. Surd. d. quæst. 78. n. 55. Amat. d. dec. 16. num. 54. Alex. d. cons. 139. post num. 2. Amesc. d. q. 24. n. 13. 16. 17. & 19. vers. contrarium*, vbi filius, donator, & similes possunt renuntiare, quia non debetur illis reuerentia, *Rip. in l. miles, n. 4. ff. de re iudic. l. si quis in conscribendo C. de pact. Franch. d. decis. 164. num. 7. & 8. & decis. 182. in princ. Afcius decis. 75. post num. 13. Giurb. d. decis. 42. post num. 9. Fontanell. de pact. nupt. d. gl. 3. num. 58.* & circa hoc infra diffusius notabo *in vers. exceptio, ne quis par. 2.* ad quæ me remitto.

28 Quod mirificè perpendendum est à Gentilibus, † legis Diuinæ ignaris, solo rationis

29 naturalis instinctu, cum leges † fuerint conditæ 300. annis ante aduentum Domini nostri Iesu Christi, *dixit Bar. in l. multum interest, vers. item vltimum ff. de verb. oblig. l. spadonem, §. iam autem, ff. de excusat. tut. l. Titia, ff. de aur. & arg. legat. Bertac. in ver. iustitia debet, post num. 8. vers. 1. & vers. lex debet, vers. 2. & 81.* & anno trecentesimo post vrbem conditam, *dixit Aulus Gellius lib. 19. c. 1.*

30 idque † cōmendatum esse, quod hodie apud

nos

ños Christianos, legis diuinæ peritos ægrè
obseruatur; quibus traditum est præceptum
honora patrem, & matrem, præcept. Dei 4.
videtur enim filios, & generos inhumanè
31 agentes contra patres, & soceros, qui † loco
parentum sunt, *gl. in d. l. rei iudicatę, & l. quia parentes, ff. de re iud.* Imò apud veteres
tanta erat reuerentia erga socerum, quod
32 † ipsum cum genero lauare nefas esse crediderunt, vt legitur *apud Cicer. 1. offic. & in Apostol. in dicta l. quia parentis, Amat. dec. 16. num. 27 Cephal. cons, 492. num. 15. lib. 4.*
33 Et ex hoc infertur, quod † pactum, contra hoc beneficium, non valet, nec iuramento firmatur, ratione reuerentiæ personæ, vt infra not. & per ea, quæ supra notaui, *& gl. in d. §. eleganter, vbi Ang. & Imol. dicunt,*
34 quod † licet ecclesia sit exempta per pactum ab Episcopo, tamen tenetur ei reuerentiam exhibere, *secundum Oldr. & Bald. in l. fin. de bon. liber. refert Alex. in addit. ad Bar. in d. §. eleganter, post num. 5. lit. D.* ergo obligatio
35 † personæ, apposita in contractu, non tenet, nec astringit eam, quia directè tendit contra hoc beneficium, si possit capi persona arbitrio creditoris, quod iniustissimè, & inhonestè (salua pace) practicatur in isto Regno Siciliæ, sub colore nostri statuti Ritus, scilicet, quod nulla exceptio impedit Ritum, vt infra not. in seq. vers.
36 Et consequenter † perperam faciunt iudicio meo, quod executiones scribunt in personam mariti, vel soceri: quia si non valet pactũ obligationis personæ, nec valet executio, facta in persona vigore pacti inualidi; sed in isto Regno Siciliæ de consuetudine contrariũ
37 seruatur, in quo † non admittitur, nisi post adimplementum, stante Ritu M. R. C. quod nulla exceptio impedit Ritum, vt supra in præcedenti vers. not. & ita Ritus fuit semper interpretatus, & ego vidi eximium præceptorem meum de Stunica, carceratum ad instantiam eius generi pro debito dotium, sed ipse dicebat, quod erat carceratus contra iuris dispositionem, & reuerentiam debitam ex quo in isto Regno Siciliæ prima facie fit adimplementum executionis in quindena, qua præstita, vel eo carcerato (vt infra notatur ves. amplia quod istud) oppositiones
38 † solummodo, contra talem exequutionem factæ, reijci non possunt, rationibus supradictis, ex quo Ritus noster iam habuit eius executionem, & ita consuluerunt *Io. Anton. Cannizo, Anton. de Ball. & de Saragusis*, Nostrates, *vt patet per eorum consilia, manuscripta penes D. Vitum Lombardo V. I. D. Aduocatum eximium*, & est videre per nonnullas interloquutorias in q. 1. 7. & 10. In quibus locis patet obseruantia nostri Ritus 101. quod post adimplementum, in prima instantia pluries fuisset decisum, stent oppositiones, vel reijciantur, deducto ne egeat. *Muta in dec. M. R. C. dec. 94. post n. 27.* & ego pluries obtinui, & iudicaui, & ita seruatur in M. R. C. dicit etiã *Giurb. dec. 44. nu. 12. not. in fin. q. 1. n. 7. &*
39 *q. 10.* licet de iure, † pendente discussione super beneficio, carcerari non potest, *Fab. de Ann. cons. 126. num. 12. lib. 2. & not. in q. 10. vers. nec carcerari potest*, & ita vidi seruari in causa Art. Medic. Doctor. Laurentij de Natali, conuenti ad instantiam eius generi V. I. D. Petri Nancleri in Tribunali S. Officij, qui dum discutiebatur, an sibi competeret beneficium istud, ex quo erat deterioratus ex quadam infirmitate, non fuit carceratus, & optimè fuit seruatum iuxta iuris dispositionem, non obstante Ritu; & adde quod ita etiam seruauimus in M. R. C. in mense Septemb. 1615. ad instatiam Vincentij Ridolfo, soceri, contra Vincentium Ciminita, generum, de Terra Alcami, virtute literarum emanatarum Messanæ, dum
40 ego † eram Iudex dicti Tribunalis M. R. C. sedis ciuilis cum eximio D. Petro de Amico altero ex collegis, qui propter eius merita plures obtinuit talem dignitatem supremam & habuit non nulla alia officia perpetua incõmendata ab Excellentiss. D. Duce de Ossuna, Prorege nostro dignissimo; ita etiam fuit obseruatum in personam Don Caroli de Septimo conuenti pro restitutione dotiũ ab eius sororio, hærede soceri in mense Nouembris 1622. ac etiam in personam V. I. D. Vincentij Lamstucchus, Magist. Not. Reg. Patr. huius Regni, conuenti à cohæredibus eius patris pro solutione certæ summæ pecuniarum debitæ patri; qui dum discutiebatur in Ann. 1623. istud beneficium, non fuerunt carcerati, vt notatur in locis suis. Et ad hoc est notandum quod habentes tale priuilegium, qui reperiuntur debitores, possunt implorare, vt admittantur ad istud beneficium (deducto ne egeat) & ita iudicatum fuit ad instantiam Don Vincentij de Dominico in Curia Metropolitana huius Vrbis Panormi, sub die . . . . qui præueniendo, ex reo factus fuit actor, *iuxta tex. in l. diffamari, C. de ingenu. manumiss.* Nec non in fauorem magistri Ludouici Sauermu contra Iulianum Bauera eius generum, qui de Sauermu erat debitor dicti Iuliani Bauera ad summam vnc. 250. ex causa dotium, & petebat admitti ad nostrum beneficium, & fuit per Magnam Regiam Curiã, cui fuit commissum negotium statim per suam Excellentiam, interloquutum (procedat petitio, expensis hinc inde compensatis) à qua interloquutoria fuit appellatum ad Tribunal Consistorij S. R. C. ex quo erat per testes probatum, dictum de Sauermu habere artem, ex qua viuere poterat, qui testes non fuerunt collecti in dicta decisione, & fuit per dictum Tribunal prouisum (declaretur nulla, & in meritis dicatur quod iste magister Ludouicus Sauermu non molestetur de persona pro supradicto residuo dotium, & earum interesse, & admittatur ad beneficium, deducto ne e-

geat, quo ad bona mobilia tantum, adiu-
dicata, ad præsens existentia penes dictum
de Sauermu, saluis tamen iuribus dictis iu-
galibus de Bauera, casu quo dictus de Sa-
uermu perueniet ad pinguiorem fortunam)
sub die 5. Aprilis decimaquarta indictione
1615. ex quo erat deterioratus conditione
ex quadam infirmitate: quæ causa fuit de-
uoluta via reuisionis ad Magnam Regiam
Curiã sedis criminalis, & adhuc pendet. Ra-
tio est, quia potest debitor præueniendo ad
iudicium trahere creditorem, vt agat; alias
silentium illi imponeret *per l. si contendat v-
bi DD. de fideiuss. Marius Burg. post omnes
de laudem. part. 2. insp. 31. per totam, in casu
nostro dicit Giurb. dec. 44. numer. 1.* secus in
debito iuxta formam Bullæ Regiæ pragma-
ticæ, quia neque excipiendo, neque præue-
niendo admittitur in prima instantia ad
istud beneficium, *vt ibi Giurb. num. 10. no-
tatur infra post num. 91.* hoc est ratione pacti
de non opponendo, *& dicit Milanen. dec. 7.
lib. 2. num. 29. & 30. vt infra numer. 94. 96.
97. vbi videas*

41 Nec † pactum de non opponendo valet
aduersus huiusmodi beneficium, id quod op-
time probatur *per glos. & Din. in l. alia §. ele-
ganter, ff. solut. matrimonio*, vbi ait Iurecon-
42 sultus, non † valere pactum, vt maritus non
conueniatur in quantum facere potest, se-
quitur *Bap. de sanct. Blas. in dicto tractatu de
priuileg. dot. cent. 1. numer. 71. Ruy. in l. si
constante in repet. ff. soluto matrimonio. Ioannes
Campeg. de dot. q. 244. part. 3. Barb. in l. alia §.
eleganter, n. 22. ff. soluto matrimonio. Giurb. dec.
44. n. 5. Ias. in l. 1. num. 18. C. de iur. & fact.
igno. & ibi Randell. num. 39. Auen. tit. de las
except. num. 28. Parlad. lib. 2. rer. quotid. c. fi.
part. 5. §. 11. num. 25. Laderch. cons. 123.
num. 5*, & sic non obstante pacto de non
opponendo, exceptio ista potest opponi
aduersus contractum guarentigiatum cum
pacto de non opponendo, per Doct. supra
allegatos, *Muta dec. 94. num. 15.* & etiam
soluto matrimonio maritus non potest fa-
cere pactum, vt in solidum conueniatur,
*idem Campeg. q. 245. de dot. secundum glos. &
Din. in d. §. eleganter, licet Guliel. de Cun.
Bald. Ang. & Paul. de Castr. ibi teneant contra
glos. & Din. quos sequitur Surd. de alim. q. 78.
43 n. 48. p. 1.* vbi dicit, † quod constante matri-
monio hoc pactum fieri non potest, quia est
cõtra ius reuerentiale, quod remitti non po-
test, at cessante reuerentiæ ratione, renun-
tiari potest, *vt not. in preceden. vers. & sic
tenet quod soluto matrimonio potest pacisci, vt
per glos. & Doct. in d. l. si constante, & ibi A-
lex. Hostiens. Ioan. Andr. & Imol. in c. Odoard.
de solut. Ruuios in d. §. 24. numer. 16. in repet.
c. per vestras de donatione inter virum & vxo-
rem: tamen Campeg. in d. q. 245.* tenet contra
Doctores, tenentes, quod pactum istud de
non opponendo soluto matrimonio valet, &
defendit opinionem Dyn. & dicit, quod *l.
diuortio*, in qua Bar. facit magnum funda-
44 mentum, non probat, quia † maritum ibi te-
neri in solidum ex negotijs gestis ab eo, non
est contra bonos mores soluto matrimonio,
& sic non actione de dote; vnde non mirum
si non gaudet isto beneficio, quia in illo sapit
naturam actionis de dote, nos autem (infert
45 ipse) loquimur quando † conueniebatur
actione de dote, vnde licet talis actio nata
sit soluto matrimonio, tamen non cessat
beneficium mariti, & facit ad hoc per eum
46 contra Imol. quia † culpa viri non est suffi-
ciens ad perdendum huiusmodi beneficium,
nisi talis culpa cadat in dolum, vt pulchrè
*notatur in l. etiam §. licet ff. solut. matrim. &
not. infra quæst. 1. vers. qua quidem dotis*, &
pro defensione Dini hanc adducit rationem:
scilicet vbi maritus conuenitur ex promissio-
ne facta ex causa dotis, non perdit hoc bene-
ficium, & est casus *in l. quod si maritus, ff. so-
47 luto matrimonio*, ex quo reliquiæ † reuerentiæ
matrimonialis durant quò ad id quod geri-
tur soluto matrimonio ex causa dotis, *secun-
dum Campeg. d. q. 245. vbi etiam dicit, quod
Bart. non videtur benè respondere ad Angel. in
l. tempus, ff. de hered. instit. & not. q. 1. nu. 3.*
& sic restat dicendum, quòd etiam soluto
matrimonio pactum non valet, ex quo adhuc
durat reuerentia: & contraria opinio Bart.
48 & aliorum procedit, quando maritus † con-
uenitur soluto matrimonio de negotijs gestis,
non vt maritus, sed vt extraneus, quo casu
marito nulla debetur reuerentia, & patet per
iura allegata per *Surd. d. q. 78. vbi allegat Ru-
uios in d. §. 24. post n. 16.* qui loquitur in socio,
cui competit istud beneficium ratione con-
tractus; & ideo potest tolli per pactum per re-
gulam *in l. si quis in conscribendo C. de pact.* ergo
49 restat dicendum, quod † pactum de non op-
ponendo aliquas exceptiones soluto matri-
monio & vt non vtatur beneficio isto, non
valet. Certè id affert pactum de non oppo-
nendo, quia per hoc pactum excluditur ex-
ceptio beneficij, quæ pacto remitti non po-
test, vt notat. supra vers. ex hoc infertur, &
50 infra notabo: ac etiam cum † iuramento pa-
ctum de non opponendo non valet, aduersus
huiusmodi beneficium. *Intrig. d. sing. 90. lib. 1.
super consti. Regni Siciliæ, Caphal. cons. 300.
n. 32. vol. 2. Brun. de cessio. bonor. q. 10. num. 22.
51 Tiraq. de constit. par. 1. in princip.* & quòd † pa-
ctum de non opponendo istud beneficium,
neque constante, neque soluto matrimonio
valet, *dixit Rol. Rodulf. in d. summ. in tit. de re-
nuntiat. d. §. beneficium, in glos. colum. 2. in fin.
vers. item quòd si soluto matrimonio, & colum.
na 4. vers. item quòd iuratur.* ratio est ibi su-
pradicta, quia continet reuerentiam personæ,
52 & † ius reuerentiale non potest pacto remitti.
*Cy. in l. honorem, C. de Episcop. & Cler. A-
mat. d. decisione 16. num. 32.* quia si persona
53 semel capiatur, & in carcerem tradatur, cum †
captu-

captura sit iniuria irreparabilis, *Angelus in l. nemo carcerem C. de exactoribus tributorum. Intrig. super bull. q. 11. num. 12. dixit & Beat. loco cit. c. 8. num. 14. de inop. debit.* quo absoluat huiusmodi iniuria, & irreuerentia semel
56 illata, nunquam tollitur, facta † enim infecta fieri non possunt, *l. in bello §. facta ff. de capt. & postlim. reuers. & not. in q. x. post n. 35*
57 & in contrarium pactum † quòd non conueniatur in solidum, valet, *Surd. d. q. 78. nu. 16. Rol. Rodulf. in d. §. beneficium in glos. circa medium, collumn. 4. vers. sed hic quaro, l. si quis crediderit, & ibi Bal. ff. de pact.* & circa istam materiam distinguendum est modo, quo notat infra q. 1. fallent. 13. & ita fuit pluries iudicatum in isto fidelissimo Regno Sicilię tam per M. R. C. quàm per Curiam Prætorianam huius Vrbis, & Curiam Archiepiscopalem eiusdem Vrbis, quàm etiam per Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis, & quàm plura Tribunalia Regni, vt patet per nonnullas interloquutorias *in q. 1. 7. & 10.* quas infra suis locis notabo: ex quibus omnibus
57 sententijs, & interloquutorijs patet quod † in isto Regno inducta est consuetudo; *Vinc. de Franc. dec. 16. & notabo infra vers. Amplia quod istud, & q. 10. vers. quo quidem beneficio, in fine*, & hodie ita seruatur in practica, *vt not. supra vers. & consequenter.*

58 Nec pactum, quod † bona vendantur ad discursum, valet contra huiusmodi beneficium: quia, cum hoc beneficium contineat, vt maritus cogatur quatenus facere potest, deducto ne egeat, secundum dignitatem, & qualitatem personæ, vt infra notabo vendendi pactum ad discursum destruit hoc beneficium, & hanc moderationem, si bona scilicet vendantur ad quodcumque pretium, etiam minimum, quod in discursu offertur: quoniam si venderetur ad discursum palatiũ Regium Vrbis Panormi, quod valet plus quam quinque centum millibus aureis, distraheretur pro millibus vncijs, & minus virtute talis pacti, vnde nullæ facultates sufficerent si esset vendendum; Ideo omnino est dicendum, non valere huiusmodi pactum contra istud beneficium, & patet, quod si aliqua dictarum personarum haberet domum, quæ valeret mille vncijs, & locaretur centum aureis, ex quibus viuere debet secundum eius qualitatem, non tenetur eam vendere, quia domus non consideratur ratione pretij, sed ratione redditũum, *secundum Bart. in l.*
59 *qui bonis, ff. de cessione bonorum* vbi † in exigendo contra aliquem in quantum facere potest, inspicitur, quantum ex eius patrimonij fructibus potest redigi, non quantum ex venditione rerum redigeretur, idem *Bar. sing. 17. Dec. in l. Diuus, in fin. ff. de reg. iuris, Vital. in tractat. clausul. in titululo an renunciari poss. alim. col. 12. circa principium. d. Pet. de Rauen. sing. 75.* & hanc opinionem dicit verissimam *Surd. de aliment. titulo 4. q. 9.* scilicet, quando in genere quæritur, an qui teneatur in quantum facere potest, retineat sibi bona habita ratione reddituum, non proprietatis, cùm illis distinctionibus, vt ibi per eum, *Bal. in l. si maritus, ff. solut. matrimonio & in l. 2. num. 2. C. quod cum eo*, sed cum distinctione, vt infra, *& ibi Iacob. de Aret. & Doctor. in l. si fundum per fideicommissum, & ibi Bart. ff. de legat. 1. ita etiam sentit Brun. de cessione bonorum q. 30. part. 4. princip. num. 9 Molin. in tractat. de contractibus disp. 113. n. 7. Angel. in l. 1. C. de leg. & in l. Diuus, ff. de petitione hæred. & in l. Imperator, ff. ad Trebel.* qui facit magnum festum, dicens, se vnà cum Bald. consuluisse apud Ariminum *per d. l. qui bonis, Bar. in d. l. Imperaror, in fin. & ibi addit. in lit. C. vbi etiam Ioan. facit l. 1. §. mulier autem ff. de ventr. in poss. mittend. & ibi Ang. qui tex. est valde* notab. secundum eum; hanc quæstionem notabo loco suo in q. 11. sequitur *Lud. Rom. cons. 189. & cons. 510. in fine* Ratio est, quia in alimentis præstandis non habetur ratio proprietatis, vt per Doctores, quos supra notaui, *Iac. Menoc. de arb. iud. cas. 169. numer. 3. lib. 3. cent. 2.* vbi dicit ex reditibus, non autem ex alienatione proprietatum, præstanda esse alimenta, *per Bar. in l. pen. alimen. & cib. leg. Cranett. cons. 199. nu. 11. Goza. cons. 95. num. 64. Alexan. cons. 100. in fine lib. 1. Bologn. in addition. Ioan. de Anna cons. 13. qui est sequutus Cranet. cons. 219. Rol. à Vall. cons. 22. num. 21. libro 1. & licet Ioannes de Imol. in d. l. maritus teneat contrarium per d. l. qui bonis C. de cessione bonorum* quod scilicet illo casu qualitas rei est consideranda, & non redditus: ratio tamen est per eum, quia *d. l. qui bonis*, loquitur de bonis acquisitis post cessionem, in quibus magis fauetur debitori, quam creditori, secus in acquisitis ante cessionem bonorum, dixit *etiam Alexan. in d. l. maritum post num. 2. & ibi Ioan. de Imol. ita Campeg. in tractat. de dot. q. 357.* & cum hac opinione transit *Gasp. Beat. q. 17. num. 75. de inop. debit. & Cuman. in d. l. qui bonis, Ias. in §. sed & si quis nu. 11. instit. de actio: Paul. Montep. in l. Titia cum testamento, §. Titia cum nuberet, column. 13. vers. 61. quæro, ff. de legat. 2. Tellius in 10. l. Taur. Regn. Castell. vers. respectu el 2. Nicol. de Neapol. & Bal. in l. 2. C. quod cum eo. idem Bal. in l. quod nomine, in fin. ff. de cond. ind. & in l. fin. C. qui bon. ced. poss.* sed cum distinctione, vt infra, ita etiam tenet *Beat. in tractat. de decim. tut. c. 10. nu. 3. & 4.* quoniam illa opinio, quòd cum danda sunt alimenta, non sunt vendendæ possessiones, sed ex redditibus alimenta præstanda, non est simpliciter, nec generaliter vera, vt tradit *Zas. in tractat. qual. marit. condem. ad dot. pagina 4.* quem inserit in *d. l. maritum*, & illud proce-
60 dit, quando † alimenta debentur ex legato, vel donatione, vt ibi, & secundum *casum Ang. & Baldi, vt infert Boer. decisione 19. numer. 8.* secus vbi debentur ex titulo oneroso, seu procedente ex causa onerosa, licet à de-

bito, quod contraxit, nam, vt illud diſſoluat, & ſibi alimenta retineat, cogitur domum vendere, *Ang. in d.l.qui poteſt,ff.de reg. iuris*, quam opinionem æquiſſimam, & prudẽtiſſimam dixit *Beat.* loco citato; ſufficit enim quod creditores cogantur relinquere alimenta ſecundum qualitatem perſonæ, & ita intelligenda eſt doctrina *Bar.in d.l.qui bonis, ſecundum Doctores allegatos, & Surd. in loco cit.*
61 *n.*17. dixit, quod † quando alimenta præſtanda ſunt titulo oneroſo, proprietas vendi poteſt, dixit etiam *Alex.in d.l.maritum, in fi.verſ. ſed tunc contra Bal.* vel quando cogitur de alienanda proprietate, non vt ex pretio ſoluantur alimenta, ſed vt pretium conuertatur in emptionem prædiorum, & ex illorum fructibus quis alatur, quia tunc vendi debet proprietas, cum hoc modo ſatisfiat vtrique parti, *ſecundum Imol. in d.l.maritum*; ita etiam maritus cogitur vendere rem magni valoris, quando ex pretio poteſt dotem ſoluere, & ex reſiduo emere prædium, cuius fructus ſufficiant ad alimenta: quam opinionem ſequitur *Bald. in d.l.3. poſt num.2.in fi.* per illa verba (*per hoc tamen non ſequitur*) quòd ſi inuenitur condignum pretium, non teneatur vendere, vel ſibi computare. ratio aſſignatur
62 *per Surd.loco cit.* nam † qui poteſt facere quod poteſt, videtur poſſe, *cap.qui poteſt de reg. iur. in 6.* niſi tractetur de alimentis præſtandis ſecundum decorem, & conditionem perſonæ, quia tunc non eſt vendenda proprietas, ſed pro neceſſarijs ad vitæ ſuſtentationem ſunt retinenda, ſed alimenta in caſu noſtro ſunt retinenda: & præſtanda ſecundum conditionem, & qualitatem perſonæ, prout notaui ſup. poſt nume.8. *& ita dixit Surd. d. quæſt.9. num.17.18.& 21.ſecundum Cord. in l. ſi quis à liberis num.45. de liber. agnoſc.* cum hac opinione tranſit etiam *Boer.d.deciſ.19.num.7.* vbi
63 dicit, quod † in exigendo aliquem quatenus facere poteſt, non eſt redigendum quantum redigeretur ex venditione ædificiorum, quia non habetur reſpectus ad qualitatem ædificij, ſed ad quantitatem fructuum, *Vrſill. deciſ. 222.num.4. & ſequitur Zaſ. vbi ſup. And.Molfeſ.ad conſuet. Neapol. par.6. quæſt.9. num.11.* ratio eſt per eum, quia in alimentis præſtandis non habetur ratio proprietatis, vt ſupra notaui, refert etiam *Iac. Menoc. de arbit. iud. lib.2. cent.2. caſ.183. num.25.26.* & ſic non obſtant contrarium tenentes; & hoc in tantum eſt verum, quòd ſi ille, cui competit iſtud beneficium, dixerit, non habere niſi vnam domum, vel vnum prædium, ex quo
64 percipit alimenta, & non vltra, † contrarium aſſerenti incumbit onus probandi, *Gozadi. conſ.94. col.9. Curt. iun. conſ.150. col.5. Iaſ. in conſ.34. col.3. lib.1. Viuius in ſuis comm. opin. in verb. donator habet, Io.Franc. Prouinzal. de noſtratibus in annot. ad d.l. maritum, refert, & ſequitur Muta etiam de noſtratibus in cap. huius Regni Siciliæ 188. num.6.* vbi eleganter dicit, quod ſi donator dixerit, habere vnum prædium tantum, ex quo percipit alimenta, & donatarius aſſerit contrarium, illi incumbit onus probandi, & ſic reſtat vera opinio Bar. & quatenus opinio Io.de Imol. & aliorum militaret, procedere debet ſecundum diſtinctionem, & caſum *Bal. in d.l.fin.C. qui bo.ced. poſſ.num.6. & 9.* vbi dicit, quod ſi debitor eſt perſona ruſtica, & vellet retinere, & habitare domum magni valoris, iniquum eſſet in damnum creditoris; ſi verò debitor eſſet nobilis, retinere poteſt. vbi etiam dicit, quòd tali caſu relinquitur arbitrio iudicis, quia
65 † alia eſt domus viri nobilis, alia viri ruſtici, niſi exceſſus non eſſet magnus, ſequitur *Brun. de ceſſ. bon. d. quæſt.30. princ.* & cum hac opinione tranſit etiam *Saly. in l. ex contractu in 5. quæſt. de bon. author. iud. poſſ. dixit etiam Beat. d.quæſt.17. num.74. Petrin. Bell. in tract. de re milit. tit. de ſaluis cond. num.46. par.9. Menoc. d. caſ.183. num.24. & 28. de arbi. iud. lib.2.* qui loquuntur in eo, qui bonis ceſſit, cui non debentur alimenta ſecundum decorem, & conditionem, prout notaui in quæſt.11. Ergo quanto magis in eo, qui non tenetur niſi quatenus facere poteſt, ob reuerentiam, vel ex contractu? prout notaui in princ. in ijs, quibus debentur alimenta ſecundum qualitatem, & decorem perſonæ, vt ſupra diximus; & ſecundum iſtam opinionem prouiſum fuit per Illuſtriſſimum Marcum Antonium Columnã tunc Proregem huius Regni digniſſimum, bonæ memoriæ, in fauorem Mariani Mirabella ſoceri, vt patet per literas, datas Panormi die 4. Ianuarij 1578. ſub viſione Domini de Campix, tunc iudicis periti{ſſimi}, qui noſtro Ritui lucem dedit, cui fuit commiſſa cauſa, quarum literarum verba ſunt hæc,
„ *Vi dicemo, & ordinamo ad inſtanza di detto de*
„ *Mirabella, per lo debito, ch'è obligato de reſtante à complimento delle doti, che deue dare à detto*
„ *de Aſero ſuo genero, procederete alla ſatisfattione di quelle ſopra li beni di eſſo de Mirabella, deducendo quanto poteſſe ſopra quelle viuere, e*
„ *campare giuſta la ſua conditione cum eius domo,*
„ *& familia, & indumentis, ac omnibus alijs neceſſarijs, conforme alla diſpoſitione legale del deducto ne egeat, all'hora, procederete in la diſtrattione delli beni per la ſatisfattione predetta contra eſſo, dummodo, che li ſia prima taſſata, dato, e conſignato ſopra onde s'hà di notrire, e campare, particolarmente ſopra detti beni, e non lo farrete moleſtare di perſona, & eſſendo carcerato, lo eſcarcererete, & eſſendo ligato à pleggeria de redeundo lo leuerete di redeundo*) & ſic
66 per verba prædicta clare patet, debere conſignari prædium, ex cuius fructibus poſſit ſe, ſuoſque alere: ergo pactum prædictum non valet, & ita ſeruatur in M.R.C. vt ſupra notaui, verſ. & conſequenter.

Item etiam ex verbis prædictis notandum
67 eſt, quod † ſumptus, vt maritus, vel aliquis cui competit iſtud beneficium, viuere poſſit, deducitur pro toto tempore, iuxta doctrinam *Ang. in §. præterea, verſ. item ſi de dote num.4.*

68 *instit. de action.* Dubium est, an † res sibi di-
missas, vt inde viuat, potuerit exinde aliena-
re, aut alia debita contrahere, & per hoc ha-
beat creditorem deludere, in hoc dicit *Bal.*
in l. eius rei, num.3. C. quod cum eo, quòd si
non facit in fraudem, poterit hoc facere,
69 † ita tamen quòd bona alienata transeant
cum sua causa, *vel l.1. §. ex contrario, ff. de se-*
parat. ex hoc sequitur, quod illud sibi com-
mittitur, vt non egeat in plena proprietate,
alias non posset alienare; & *ob id Bal.* ibi dat
70 cautelam, & consilium, vt † creditori dentur
in solutum bona, reseruatis almentis debito-
ris, quo casu, nec alienari, nec obligari pos-
sunt, *l. cum hi §. si vni, ff. de transact. & notaui*
infra q.1. num.35.

71 Et ideò † oppositiones, quæ fiunt contra
exequutionem, causatam in persona, virtute
instrumenti dotalis, cum pacto de non op-
ponendo, & quod bona vendantur ad discur-
72 sum, nullo modo possunt reijci, & † ita
fuit interloquutum per Curiam Prætoria-
nam huius vrbis Panormi, quod stent oppo-
sitiones, & per M. R. C. interloquutoria præ-
dicta confirmata, *vt not. infra quæst.1. & q.7.*
in quibus locis apparet, pluries fuisse iudica-
tum in isto Regno, & pulchrè dixit *Iure-*
consultus in l. ex diuerso, §. fi. ff. sol. matrim.
73 quòd † iudex, qui contra hoc beneficium
condemnat maritum, dicitur ex ignorantia
iuris hoc facere, *& ibi Doctores omnes* & per
consequens veniret puniendus in sindicatu,
& not. inf. par.2. num.60.

Nec obstat Ritus noster, quòd nulla exce-
74 ptio impedit ritum: quia † illa generalitas
restringitur per alia iura, loquentia in bene-
ficium istarum personarum, *Vinc. de Franch.*
75 *in dec.162. num.14.* & statutum † tollens in
genere defensiones, & exceptiones, censetur
tollere defensiones, & exceptiones facti, &
non iuris, *vt not. in l. facultas, C. de iur. fisc.*
lib.10. Fely. in cap. dilecti, num.7. de except.
Cumia super Rit. M.R.C. cap.40. num.42. &
44. Io. Aloysius de Sept. super d. Rit. cap.110.
lit. E. Alex. ad Bar. in l.1. §. & parui, in verb.
legitime, vers. adde quod exceptiones, ff. quòd
vi, aut clam, Bald. cons.169. vol.5. Alciat.
resp.74. Plot. cons.78. num.6. Graff. (*in suis*
operibus copiosus, & inter Nostrates eleganter
in suo tract. de excep. in prælud. num.136. post
omnes addo eximium *Don Garf. Mastrill.* qui
vltra additiones aureas in diuersis tractati-
bus Petri de Gregorio, fecit Commentum
super Indulto, ac non nullas decisiones Tri-
bunalis Consistorij huius Regni, cuius fuit
meritissimus Iudex, ac etiam decisiones Tri-
bunalis. M. R. C. cui fuit ter assumptus in
Iudicem ob eius merita) *in decis.69. in fin.*
76 *par.1.* Sed ista † est exceptio iuris, & non
facti, vt est videre per iura, & Doctores su-
pra relatos, & per dicta *Bald. in l. quod nomi-*
ne, vers. sed quod, de condict. indeb. ergo non
censetur exclusa à statuto, excludente omnes
exceptiones aduersus instrumentum, *Graff.4.*
stimà

tract. de except. except.23. num.2. Sed in isto
Regno contrarium seruatur, quia virtute di-
cti statuti, nulla exceptio impedit exequutio-
nem instrumenti, *vt in cap. Rit.* 100. 101. 110.
77 *&* 111. vigore cuius Ritus † instrumentum
habet exequutionem paratam, *Burg. de lau-*
dem. inspect.29. num.13. par.3. Ideo fit adim-
plementum in quindena, secundum eius in-
terpretationem, & obseruantiam, vt supra
notaui, & post adimplementum admittitur
ad nostrum beneficium, deducto ne egeat, &
ita fuit interloquutum per Curiam Archiepi-
scopalem Vrbis Panormi sub die 26. Nouẽb.
3. indict. 1604. & not. infra q.10. & per M.R.C.
& Curiam Prætorianam d. Vrbis Panormi, &
per non nulla alia Tribunalia, vt supra not.
& infra locis suis not. & in vers. seq. licet sit
contra iuris dispositionem, ex quo ista exce-
ptio admittitur instrumentum guarentigia-
tum *not. inf. in 2. par. post num.82.*

78 Primo amplia quod † huiusmodi benefi-
cium habet etiam locum in promissione de
rato, non obstante statuto huius Regni Si-
ciliæ, disponente, quod promittens de rato,
aut adimpleat, aut carceretur, *vt in cap. Rit.*
193. secundum Bernard. Band. super Rit. M.C.
Vicariæ par.5. declar.30. Regni Neapol. vbi in
specie tractat hanc materiam, dicens hanc
exceptionem opponi posse non obstante Ri-
tu: ratio est ibi, quia qui habet istud nostrum
beneficium (deducto ne egeat,) carcerari
non potest, vt supra not. vers. Infertur etiam
quod beneficium; & maximè circa personas,
quibus debetur reuerentia, etiamsi fuerit
cum iuramento renuntiatum, *dixit etiam D.*
de Mastrilli d. dec.69. d. num.4. par.1. & ita
fuit iudicatum per binas sententias in fauo-
79 rem † Mariani Mirabella contra Io. Grego-
rium de Asero eius generum ad cuius instan-
tiam fuit dictus de Mirabella carceratus,
stante d. nostro Ritu, scilicet quod nulla exce-
ptio impedit Ritum, vt not. in præcedenti
vers. virtute contractus matrimonialis, in
quo erat d. de Mirabella obligatus de rato,
& eo carcerato, se opposuit, & fuit interlo-
quutum per Curiam Prætorianam huius vr-
bis Panormi (stent oppositiones, & iste de
Mirabella excarceretur, pro debitis, & rati
promissionibus, pro quibus stat carceratus ad
instantiam Ioannis Gregorij de Asero, in bo-
nis tamen deducto ne egeat, sub die 6. Iunij
7. ind. 1579.) à qua interloquutoria fuit ap-
pellatum ad M.R.C. per quam Magnam R.
C. fuit interloquutoria prædicta confirmata,
vt patet, sub die 10. Octob. 8. ind. 1579. ratio
fuit, quia per carcerationem fuit factum ad-
implementum, & Ritus habuit eius effectum,
cum fiat exequutionis adimplementum tri-
80 plici modo, † scilicet, aut per pignora, aut
per fideiussionem, aut per carcerationem,
vt in cap. Rit.124. & ibi Cumia, & frater Ma-
rian. Maringo de Nostratibus, in praxi super d.
Ritu M. R. C. not.74. par.1. secundum Bal. in
l.2. C. de senten. quæ sin. cert. quant. profe. num.8.
& sic

& ſic patet quod fuit bis in iſto caſu iudica-
81 tum, per quas binas ſententias † in contra-
dictorio iudicio dicitur in iſto Regno intro-
ducta conſuetudo, *Franch. deciſ.91. num.6. Apont. conſ.45. num.14. Marc. de Mantua ſing. 131. num.2. Bal. in rubr. C. quæ ſit long. conſuet. num.4. & Maſtrill. loco cit.* dicit quod ita Ri-
tus prædictus fuit ſemper in iſto Regno inter-
pretatus, tam in iudicando, quam in con-
82 ſulendo, per doctiſſimos viros: & quæ † cer-
tam habuerunt interpretationem ab anti-
quis, minime mutanda ſunt, *Affl. deciſ.222. in fin. Franch. deciſ.441. num.7. per l. minime ff. de legib. & not. infra quæſt.10. verſ. quo qui-dem beneficio.*

Non obſtat, quod promittens de rato te-
83 neatur † ad factum, qui non gaudet ceſſione
bonorum, ergo nec iſto beneficio, *vt not. in-fra quæſt.11. per cap. Rit.590.* Nam Ritus lo-
quitur in eo, qui vult cedere bonis, quando
eſt obligatus ad ſeruitia, ſeu opera perſona-
lia; nos autem verſamur in ſolutione dotium,
84 ſeu pecuniæ debitæ per perſonas, † quibus
competit iſtud beneficium: ſcilicet, quando
ſocer ſe obligauit ſoluere dotem, & pro ge-
neri ſecuritate promiſit de rato pro aliquo,
quo caſu ſocer ſoluendo dotem, liberatur ab
ipſa promiſſione de rato, & ſic eſt debitor
pecuniæ: ſed ſi pro debito dotium carcerari
non poteſt, per iura ſuperius notata, ergo
non obſtante dicta rati promiſſione, gaudet
iſto noſtro beneficio, & moleſtari non poteſt.

85 Secundo, amplia, quod militat quoque †
noſtrum beneficium in cenſu annuali iuxta
formam Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ, debi-
to per perſonas, quæ non tenentur vltra
quam facere poſſunt, deducto ne egeant. Ra-
86 tio ea quidem eſſe videtur, quia iſtud † bene-
ficium modificat executionem, *vt infra not. in 2. par. verſ. & iſta exceptio, & verſ. ſeq.* &
87 exceptio modificatiua † admittitur aduerſus
executionem cenſus bullaris, *eximius Pet. de Greg. de noſtratibus, quæſt.9. num.22. de cenſib.* vbi dicit, quod eodem modo poterit op-
poni exceptio modificatiua executionis, ſi le-
gitimè conſtiterit authenticis documentis,
vel alijs ſcripturis plenam fidem facientibus;
quæ non impugnaret ipſam executionem,
prout opponi poteſt exceptio modificatiua
ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam,
allegat *Iaſ. in l.1. C. de iur. & fact. ignor. & not. infra par.2. num.15.* & iſtud beneficium
88 † admittitur aduerſus ſententiam, quæ tran-
ſiuit in rem iudicatam, *Ang. Aret. in §. ſed & ſi quis, in fin. inſtit. de action. & not. infra in 2. par. verſ. & licet exceptio, circa finem, num.26.*
& patet ex eodem met inſtrumento authenti-
co plenam fidem faciente, *vt infra not. poſt num.97.* Ergo eodem modo poteſt opponi
aduerſus executionem cenſus bullaris: cum
qua opinione videtur tranſire *Milan. dec.13. num.72. lib.2.* ratio eſt ibi, quia Regia prag-
matica reijcit exceptiones, quæ impugnant
89 eius executionem: ſed exceptio † modifica-
tiua non impugnat ſententiam, ita nec diſ-
fert: nec impedit eius executionem, ergo be-
neficium iſtud admittitur, quia nec impu-
gnat ſententiam, nec eius executionem im-
pedit, *vt ſupra not. & infra notabo in 2. part. d. verſ. & iſta exceptio.* Et licet *Intrigl.* contra-
rium teneat *in ſuo tract. ſuper Bulla, & Reg. pragm. quæſt.61. num.17. & 18.* per rationem
90 ibi, quod ſtante pacto de non † opponendo
quod ſolet apponi in contractu bullari, re-
pelluntur omnes exceptiones modificatiuæ;
quæ opinio ante eum fuit *Pet. de Greg. in d. tract. de cenſib. quæſt.10. num.13. & refert, & ſequitur Milan. d. deciſ.13. poſt num.72. & 73. in fin.* vbi dicit, quod hodie ex modo con-
trahendi virtute dicti pacti reijciuntur exce-
ptiones modificatiuæ, & ſequitur etiam *Burg. d. tract. de laudemio, inſpect.40. num.6. par.3.*
attamen ea ratio non obſtat huic noſtræ am-
pliationi, quia pactum de non opponendo
91 † etiam iuratum, non valet aduerſus huiuſ-
modi beneficium, *vt not. ſupra, verſ. nec pa-ctum, dixit Intrigl. ſing.90. lib.1.* ergo eius ra-
tio iſto in caſu non obſtat, & ſic non obſtan-
te dicto pacto reiectiuo, admittitur iſtud be-
neficium in debito iuxta formam Bullæ, &
Regiæ pragmat. hoc eſt, quando conueniun-
tur parentes, quibus debetur reuerentia, nam
illis omnino pactum prædictum non obſtat,
vt not. in d. verſ. nec pactum, quaſi per to-
tum; tanto magis, quod pactum de non op-
92 ponendo, † contra bonos mores non valet,
dixit *Intrig. d. quæſt.61. num.8.* etiam iuratum:
& iſtud pactum, per quod parentes venirent
conueniendi in ſolidum, eſt contra bonos
mores, *vt not. ſupra in verſ. videndum eſt n.23. & in d. verſ. nec pactum, num.41. & ſeq. & par.1. verſ. quæ exceptio num.29.* ergo pactum
de non opponendo nihil operatur aduerſus
noſtrum beneficium ratione reuerentiæ na-
93 turalis, debitæ parentibus, qui † non ob-
ſtante tali pacto poſſunt excipere iſtud bene-
ficium in prima inſtantia: ſecus circa alias
perſonas, quibus reuerentia non debetur, vt
notaui in d. verſ. nec pactum, num.48. ex quo
quando non debetur reuerentia, pactum
de non opponendo tollit iſtud beneficium, &
omnes exceptiones modificatiuas aduerſus
executionem cenſus bullaris in prima inſtan-
tia, ſecus in alia iudicij inſtantia, *Intrigl. quæſt.14. num.4. & quæſt.46. nu.25. in d. tract. de cenſib. Milan. d. deciſ.13. num.63. Foller. ſuper bull. in verb. quæ quidem exceptio num.16. & 34. & per Rit. huius Regni 139. Regis Alphonſi, Paul. Caſtrenſ. in l. ſi feriatis diebus ff. de ferijs, Muta in M.C.R. cap. deciſ.94. num.27. idem Muta ſuper c. Regni Sicil. Regis Alphonſ. tom.5. poſt cap.355. ſuper prag. de cenſibus n.218. fol.115. per Giurb. dec.44.* vbi dicit in fin.
quod fuit deciſum cõtra filium familias obli-
gatum cum patre ſui iuris effectum opponẽ-
tem de beneficio noſtro ſibi competente pro
obligatione cẽſus iuxta formam bullæ, quod
non audiatur niſi facta prius ſolutione cen-

ſuum

suum decursorum: ratio est infra, vt in sequenti vers. & sic ratio prædicta valet aduersus personas, quibus reuerentia non debetur,
94 secus aduersus parentes, † quibus debetur reuerentia, quia neque tacitè, neque expressè, possunt renuntiare isti beneficio etiam cum iuramento, *vt notaui supra, versic. videndum est, per totum, & infra par.2. vers.& ista exceptio n.10.& 11.*

Et sic in prima instantia obstat ratio, quã refert *Do. Intrigl. loco citato num.19. contra D.Pet.de Greg.* quòd pragmatica super bull.
95 † reijcit exceptiones modificatiuas: nam ratio est ibi, quòd quando statutum fauet exe-
96 quutioni instrumentorum, reijciuntur † exceptiones modificatiuæ, prout dictat pragmatica super Bulla, per illa verba in text. (quæ quidem exequutio &c.) quam sequitur *Grass. de except. in prælud. num.233. in fin.& ante omnes firmat. Io.Aloysius de Sept.de Nostratibus, super Bull. in illa quæstione, an admittatur exceptio simulationis, in 2. argum. vers.2. vt refert Milan. d.decis.13. num.64. cum seq.* secus quando fauet instrumento, *vt not.infra par.2.ver.amplia 1. in fin.* sed isto casu pragmatica super Bull. fauet executioni instrumentorum, ergo exceptiones modificatiuæ non admittuntur aduersus eius exequutionem, & per consequens ista nostra exceptio, quæ modificat exequutionem.

Tandem ratio prędicta non habet locum in casu nostro, quia Doctores loquuntur de exceptione modificatiua, quę impedit, vel minuit executionem, quæ requirit altiorem facti indaginem; *prout not. par.2.num.20.* & talis exceptio repellitur per pragmatic. no-
97 stram super Bulla, & non exceptio, quę † euidenter ex facie instrumenti liquet, *Alex. cons.33. num.16. vol.3. Marsil. in rubr. C. de probat. num.159. Io.Bapt.Ferrett.cons.85.n.5. lib.1. Burg. d. inspect.40. num.125. & not. infra par.2.num.55.* dicit post omnes *Milanens. d.decis.7.num.32.* & per ea quę dicit idem de *Milanens. decis.13. num.69.70.* sed ista exceptio liquet ex ipso instrumento debitorio, vel contractu bullari, ergo non dicitur exclusa ab ipsa pragmatica super Bulla, quia neque malitiosè, neque causa differendi solutionem opponitur, & dicitur exceptio notoria, quo casu omnino admittenda est, quia aliàs esset contra receptam reuerentiam naturalem, & contra bonos mores, ex quo in carcerem detruderentur parentes per filios, & generos, qui loco filiorum sunt, *l. contra parentis, ff. sol. matrim.* contra præceptum Dei, Honora parentes, *Matth. cap.15.* Imo induceretur peccatum mortale, *vt not. in q.5.* quia si exceptio isto casu non admitteretur, esset denegare alimenta parẽtibus, vt ibi not. ergo ad remouendum peccatum mortale, dicendum est, quòd istud Beneficium competit parentibus aduersus exequutionem cõtractus Bullaris, ac etiam marito ob reuerentiam maritalem in prima instantia, ex quo non impedit, neque minuit exequutionem, sed exequutio fit, deducto ne egeat, ne parentes careant alimentis: patet, quia si pactum de non opponendo, cum iuramento, non obstat isti nostro beneficio fauore parentum, quibus debetur reuerentia naturalis in prima instantia, vt supra not. ergo neque
98 statutum; ratio est, quia † plus operatur pactum, quàm statutum, *Ioan. de Amic.cons.32. in fin. Milan. d.decis.13. num.81. lib.2.* & pin-
99 guius † prouidentur contrahentes pacto de non opponendo; quàm pragmatica super bulla, *Pet. de Greg.de censib. d. quæst.10. n.10. Milan. d.decis 13. post num.72.* & nihilominus pactum prædictum iuratum non obstat nostro Beneficio, ergo neque pragmatica. Confirmatur per ea, quæ not. in prima ampliatione: scilicet, quod istud nostrum beneficium admittitur aduersus exequutionem promissionis de rato, non obstante statuto: ergo si non obstat statutum, neque pragmatica super bulla obstare debet, quia nil aliud est pragmatica, nisi statutum, ex quo pragmatica dicitur rescriptum Principis, *glos. in c.peruenit 101 dist. Bertac. in verb. pragmatica*
100 *in princ.* & statutum † & rescriptum æquiparantur, *cap.quæ in Ecclesiarum, & ibi Innoc. de constit. Bal. in l.1. in 2. notab. C. de legib. Bertac. in ver. statutum, vers.25.* ergo sicut non obstat statutum, ità etiam non obstat pragmatica super Bulla, *adde Grass. de effect. clericat. effect.7. nume.15.* qui loquitur in clerico, qui in casu isto gaudet beneficio *capit. Odoardus,* & carcerari non potest, *& not. q.10. ampliat. secunda.* & ita pluries fuisse iudicatum in fauorem soceri, vt notaui in q. septima; & licet per Curiam prætorianam huius vrbis Panormi semel fuisset interloquutum (reijciantur oppositiones) tamen in M.R.C. fuit dicta interloquutoria reuocata per D.de Milanens. tunc iudicem d.M.R.C. cui fuit commissa causa, à qua fuit appellatum ad Tribunal Consistorij S.R.C. per quod Tribunal fuit prædicta sententia dicti D.de Milanens. confirmata in fauorem soceri, & ita interloquutum fuit per d. Curiam Prætorianam in fauorem Mariani Mirabella soceri conuenti ad instantiam Ioannis Gregorij de Asero pro residuo dotium, virtute capitulorum matrimonialium, in quibus erat redditus constitutus iuxta formam Bullæ, & Regiæ pragmaticæ, cum pacto de retrouendendo, & fuit admissus ad nostrum beneficium, & appellatum ad M.R.C. & fuit interloquutoria confirmata, *vt not. in d.quæst.7.& etiam not. in præcedenti ampliat.* & ab ista opinione non est recedendum, neque in iudicando, neque in consulendo, dicit etiam *Giurb.d.dec.44.post n.12.* quicũque igitur creditor ostendat instrumentum publicum, inde est, vt bullari executione concepta, pronuntiat semper M.R.C. reijciantur, oppositiones deducto ne egeat; hoc est post adimplementum in quindena iuxta interpretationem nostri Ritus, prout

etiam

etiam not. in præcedenti ampliat. licet videtim pluries seruari per non nullos prudentes iudices, admittere soceros ad istud beneficium ante adimplementum, non obstante Ritu, iuxta iuris dispositionem, *vt not. su-*
101 *pra num.39. in fin.* & vbi non † adest tale statutum, vel obseruantia, ante adimplementum admittuntur, non obstante pacto de non opponendo.

Primo fallit si is, cui à lege, vel ab homine conceditur beneficium, committat ingratitudinem: nam quemadmodum propter in-
102 gratitudinem † amittuntur alimenta *l. fin. C. de alim. liber. Bal. in l. fin. C. de reuocand. donat. Bar. in tract. de aliment. num.11.* vbi dicit ex quibus causis péter filium exhæredare potest, eidem filio, vt ingrato, alimenta denegare potest, *per gl. in l. quis à liberis, §. vnde si*
103 *index, ff. de lib. agnosc.* ita amittitur † beneficium deducendi quantum opus est, ne egeat, ex quo conceditur ratione alimentorum, vt supra notaui in prin. vers.2. & dixit etiam *Ias. in §. sunt præterea vers. sed & si quis num.5. instit. de act. Surd. de alim. par.1. quæst.78. post num 57-59. seq.* vbi dicit, quod iste casus non ponitur ab alijs.

PROOEMIVM
Secundæ Partis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere potest, est dilatoria, & non perpetua.*
2 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere potest, est dilatoria solutionis, & non iudicij.*
3 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quàm facere potest, non semper obstat agenti.*
4 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere potest, ad hæredem extraneum non transit.*
5 *Exceptio, ne teneatur vltra quam facere potest, est mera personalis, & non obstat cui facta est delegatio ex causa lucratiua, vel onerosa, licet obstaret deleganti.*
6 *Bannitus an possit cedere bonis.*
7 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere potest, obstat delegato, quando obligatio non mutatur, tam ex causa lucratiua, quam onerosa.*
8 *Exceptio, quæ obstat cedenti, obstat cessionario.*
9 *Exceptio, quæ concernit iurisdictionem subdelegantis, obstat delegato.*
10 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quàm facere potest, opponi potest post sententiam.*
11 *Reuerentia maritali non potest, neque tacitè, neque expressè renuntiari.*
12 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere potest, sententiam non impugnat.*
13 *Exceptio, quæ non impugnat sententiam, potest semper opponi.*
14 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere potest moderat executionem.*
15 *Exceptio, quæ non impugnat sententiam, res indicatas non reijcit.*
16 *Exceptio, quæ sententiam non impugnat, potest opponi post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, & num.26.*
17 *Exceptio dilatoria debet infra triduum allegari, & infra quinque dies immediate sequentes probari, ex constit. Regni.*
18 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere potest, modificat executionem sententiæ.*
19 *Constitutio Regni loquitur de exceptione modificatiua, probanda per testes.*
20 *Litis contestatio impeditur per obuentu dilatoria exceptionis, donec probetur exceptio.*
21 *Exceptio, quæ impedit litis contestationem, debet ante illam opponi.*
22 *Exceptio, quæ impedit litis contestationem, orta post litis contestationem, potest opponi post litis contestationem.*
23 *Exceptio, impediens litis ingressum in vim peremptoria, potest opponi post litis contestationem, vt plenariè sequatur absolutio.*
24 *Exceptio dilatoria, continens grauamen successiuum, potest opponi quandocunque ante sententiam.*
25 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere potest, potest opponi in exequutione sententiæ.*
26 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quàm facere potest, potest opponi post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam.*
27 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere potest, potest quandocumque opponi, & allegari.*
28 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere potest, quando competit ratione reuerentiæ personæ, illi renuntiari non potest.*
29 *Exceptioni, ne quis teneatur vltra quam facere potest, etiam cum iuramento renuntiari non potest, & num 38.*
30 *Pactum contra bonos mores non firmatur iuramento.*
31 *Pactum de futura successione, non valet, nec iuramento firmatur.*
32 *Pactum contra bonos mores naturales non firmatur iuramento.*
33 *Ius naturale est indispensabile, & incommutabile. & num.39.*
34 *Pactum contra bonos mores ciuiles, valet & firmatur iuramento.*
35 *Iuri naturali propriè renuntiari non potest.*
36 *Reuerentia, quæ debetur parentibus, & soceris, debetur iure naturali.*
37 *Reuerentia, quæ debetur parentibus, & soceris, est de iure diuino.*
38 *Exceptioni, ne quis teneatur vltra quàm facere potest, debita ratione reuerentiæ naturalis, renuntiari non potest, etiam cum iuramento.*
39 *Ius naturale est immutabile; ius autem ciuile mutari potest.*

Reue-

40 *Reuerentia, quæ debetur patronis, est quasi naturalis.*
41 *Benefacientibus benefacere iure naturali tenemur.*
42 *Reuerentia quasi naturalis, etiam cum iuramento remitti non potest.*
43 *Filij, negando alimenta parentibus, plusquàm mortaliter peccant.*
44 *Pactum, inducens peccatum mortale, etiam iuratum, non valet.*
45 *Ius diuinum, ac naturale, per consuetudinem minimè mutari potest.*
46 *Peccata quanto sunt diuturniora, tanto sunt grauiora.*
47 *Pactum, inducens solum veniale peccatum, non firmatur iuramento.*
48 *Iuramentum, interpositum super obseruantia peccati mortalis, est nullum.*
49 *Reuerentia, quæ debetur patri per filium, debetur etiam marito per vxorem.*
50 *Reuerentia, quæ debetur marito, debetur vxori.*
51 *Pactum, quòd maritus conueniatur vltra quàm facere potest per vxorem, non valet.*
53 *Iuramentum mariti renuntiantis isti beneficio, est nullum, & illicitum, & non obligat, & admittitur, absque absolutione.*
54 *A iuramento nullo non est necessaria absolutio.*
55 *Absolutio iuramenti super contractu simulato non requiritur.*
56 *Absolutio non est necessaria à renuntiatione hypothecæ, cum iuramento, quando adest enormissima læsio ad agendum.*
57 *Iuramentum quod seruari potest sine dispendio salutis æternæ seruari debet: iuramentum quod non obligat, absolutio est superflua. ibid.*
58 *Quod necessario destruendum est, authoritas superioris non est necessaria.*
59 *Absolutio à iuramento contra bonos mores naturales non est necessaria.*
60 *Iuramentum quod seruari non potest sine interitu salutis æternæ, non est obligatorium & iurans potest propria authoritate contrauenire.*
61 *Renuncians beneficio deducto ne egeat cum iuramento, eo vti non potest, nisi obtenta absolutione.*
62 *Priuilegium concessum ex causa reuerentiæ ducta à bonis moribus, vel ex alia causa, in nobilibus, & militibus potest cum iuramento renuntiari.*
Reuerentia debetur nobilibus & militibus, à bonis moribus iuris ciuilis. Reuerentia, quæ debetur à bonis moribus iuris ciuilis renuntiari potest. ibidem.
63 *Reuerentia quæ debetur parentibus, & marito, est introducta à bonis moribus iuris naturalis.*
Reuerentia, quæ debetur à bonis moribus iuris naturalis, renuntiari non potest. ibid.
64 *Iuramentum mariti, vel parentum renuntiantium beneficio deducto ne egeat, est inductiuum peccati mortalis, & seruari non debet.*
65 *Iuramentum inducens peccatum mortale non est seruandum, nec requiritur absolutio.*
66 *Absolutio iuramenti in sex casibus non est necessaria.*
67 *Iurans non loqui patri, matri, sorori, vel fratri, aut eis humanitatis subsidium non exhibere, absoluendus est.*
Iuramentum non loqui parentibus fratribus, & sororibus, vel eis humanitatis subsidia non cohibere, est illicitum, & repugnat rationi naturali. ibidem.
68 *Sensus capituli, cum quidem § vltimi, est quod absolutio ad cautelam potius in ea specie, quam necessario requiritur.*
69 *Absolutio est necessaria, quoties id, quod aliquo casu poterit seruari sine interitu salutis æternæ, licet eius obseruatio peccatum inducat.*
70 *Iuramentum inducens peccatum veniale non valet, nec seruari debet.*
71 *Absolutio à iuramento, illicito, vel contra bonos mores, non est necessaria, licet iurans committat peccatum iurando id, quod in dispendium salutis æternæ manifestè vergebat.*
72 *Opinio, quod absolutio non est necessaria à iuramento illicito, & contra bonos mores, est sequenda tamquam benignior.*
73 *Absolutio à iuramento illicito, & contra bonos mores, tam agendo, quàm excipiendo, non est necessaria, & ita pluries fuit decisum.*
Vbi leges non distinguunt, nec nos distinguere debemus. ibid.
74 *Parentes & Maritus de stilo Mag. R. C. admittuntur absq; absolutione iuramenti*
75 *Iuramentum interpositum contra bonos mores, & ius naturale, est illicitum, & non obligat.*
76 *Stylum debemus attendere.*
77 *Stylus vbi non est, tutius est petere absolutionem ad cautelam.*
Absolutio non est petenda ex necessitate alias sequeretur iuramentum esse validum, quod est absurdum ibid
78 *Petitio absolutioni à iuramento illicito, & contra bonos, mores, vti debet verbis protestatiuis, & peti debet ad cautelam.*
79 *Absolutionem petens ad cautelam non videtur fateri absolutionem debitam, nec eius delictum.*
80 *Absolutio vbi de necessitate requiritur, antequam agatur peti debet.*
Absolutio à iuramento concedi non potest ei, qui prius contra iuramentum venit. ibid
81 *Frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem.*
82 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere potest, potest opponi aduersus instrumentum,*

tum, non obstante statuto, quòd nulla exceptio opponi possit.

83 *Exceptio. qua colligitur ex inspectione eiusdem instrumenti, admittitur non obstante statuto, dictante, quòd nulla exceptio opponi possit.*

Ritus priuilegiati instrumentum publicum in publica forma redactum, confectum in Sicilia. ibid.

84 *Exceptio, quæ colligitur ex inspectione eiusdem instrumenti, est pariter priuilegiata quemadmodum actio.*

85 *Statutum fauens executioni instrumenti, nullam exceptionem admittit, etiam modificatiuam.*

86 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quã facere potest, si non est opposita in termino dato ad opponendum omnes exceptiones dilatorias ante sẽtetiã, postea opponi non potest.*

87 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quàm facere potest, opposita ante sententiam, & per iudicem reiecta, amplius opponi non potest, nisi fuerit appellatum.*

88 *Iudex si condemnat in solidum eum, qui non tenetur vltra quàm facere potest, est puniendus in sindicatu.*

89 *Obligatio in solidum facta post sententiam per eum, qui non tenetur vltra quàm facere potest, tenet, & in solidum ille tenetur.*

90 *Hæres, si post aditam hæreditatem in solidum se obligauit, in solidum tenetur.*



1 QVÆ † quidem exceptio nostra, ne quis teneatur vltra quam facere potest, deducto ne egeat, est dilatoria, & non perpetua, *Bar. in l. sunt qui, num. 1. ff. de re indic. & in l. 3. vbi glo. nu. 4. de exceptio. & ibi Hugo.* quem allegat ibi *Bar. contra Ioan. per l. nam si maritus, ff. de condict. indeb. Ioan. in l. inter eos, ff. de re iud. Cy. in l. exceptionem C. de probatio. sed melius in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. & ibi Doctores.* Ratio est *per Bar. in d. l. 3.* quia actionem non perimit, nam si venerit ad pinguiorem fortunam, poterit conueniri, *Alex. in d. l. sunt qui num. 9.* vbi dicit, quòd communiter tenetur, quod
2 sit dilatoria, & quod † sit dilatoria solutionis, & non iudicij, *dixit Paul. de Castr. ibi. nu. 2.* quia si peruenerit ad pinguiorem fortunam, tenetur soluere, *per ea quæ notan. in l. si patronus, ff. de re iud. Bart. in l. si creditores, n. 3. ff. de separat.* vbi dicit, licet hodie non quæratur, cras poterit acquirere, *alleg. l. si defunctus, C. de arbit. tut. l. cura, §. deficientium, ff. de munerib. & honorib. Zas. sing. respons. §. 1. num. 15. lib. 2. Giurb. dec. 41 post num. 15.* & quod sit dilatoria, tenet etiam *gl. in d. l. inter*
3 *eos, in verb. inter eos,* scilicet, quia † exceptio ista non semper obstat agenti, *§. perpetua, & ibi glo. vers. secus ratione persona.* Et quod ista exceptio nostra sit dilatoria, & temporalis, dixit *Bar. in l. exceptiones num. 4. de exceptionib. & in l. quod nomine, ff. de condict. indeb. §. appellantur, in princ. & ibi gl. instit. de except. Campeg. in tract. de dot. p. 3. q. 257.* scilicet quando quis vno tempore non est soluendo, potest prodesse debitori, & obesse creditori, alio tempore, in quo peruenerit ad pinguiorem fortunam, erit soluendo, & in solidum tenebitur, *ita Vinc. de Franch. dec. 221. num. 21. Alber. de Rosat. & Bal. in l. ex diuerso, ff. sol. matrim. d. l. cura, §. deficientium, & ibi Bar. ff. de muner. & honor. Gugl. & Iacob. Butrig. in l. nam & si maritus, ff. de cond. indeb. Paul. Castr. in l. rei iudicata, ff. sol. matrim. Bar. in l. ex diuerso, §. si in iudicio num. 15.* vbi dicit, quod ista exceptio est temporalis, quia
4 finitur in vita, † & ad hæredem extraneum non transit, *per l. maritum, & seq. ff. sol. matrim. l. etiam filios, & ibi Doctores, tit. cod. Ias. in l. 1. num. 15. C. de iuris & fact. ignor. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. de dot. rest. par. 11. num. 90. fol. 743. lib. 2.*

5 Quæ † exceptio, ne quis teneatur vltra quã facere potest, est mere personalis, & non obstat ei, cui facta est delegatio ex causa lucratiua, vel onerosa, licet obstaret delegatio, *Alex. in l. Nesennius, in princ. ff. de re iud. & ibi Paul. de Castr. num. 1. sequitur Ias. ibi nu. 1. 2. 3. & 6.* vbi dicit, quod ista exceptio non solum est personalis ex parte opponentis. sed etiam est personalis ex parte eius, contra quẽ opponitur: vnde non potest opponi contra habentem causam à donatario, etiam lucratiuam, *tex. est in l. qui id quod §. si. ff. de donatio. ibi dicit tex.* quia nihil *Primus secundo, à quo cõuenitur, donauit, licet sit ei delegatus ex causa donationis, l. in adibus, §. pen. ff. de donation.* & ideò egreditur personam, quia est mere personalis, *l. quia tale, ff. sol. matrim. Salyc. in l. nec maritus, ff. eod. tit.* & sic non obstat ei, cui facta est delegatio ex causa lucratiua *l. doli mali, ff. de nouation. in verb. diuersum est, & est text. expressior, quàm sit in iure, secundũ Bart. Bal. & alios ibi,* & alibi non habetur, vbi ad hoc Bar. facit distinctionem, quæ videnda est, ex quo est vtilis, *idem Bart. sing. 33. Io. Andr. in cap. 1. & ibi glos. de iur. patr. in 6. Aug. in d. l. Nesennius num. 1 idem Bar. in l. apud Celsum, §. si cum legitima num. 1. ff. de dol. mal. & met. cau. Specu. in tit. de cess. actio. §. 1. vers. illud num. 26.* vbi facit differentiam inter causam lucra-
6 tiuam, & onerosam; & ibi quæritur, an bannitus possit cedere bonis: & dicit quod si sit bannitus ex causa, ex qua bona publicantur, & tunc cessio non valet, quia actiones competunt fisco, & sic obstat exceptio delegato: si verò ex alia causa, distinguit, aut ex causa lucratiua, & tunc obstat delegato; si vero ex causa onerosa, & tũc nõ obstat *d. l. apud Celsũ §. si quis autem. Bal. in l. 3. §. si filius, ff. quod quisque iur. & lege, per diuersas, C. mandat. lege, &*

bære-

haredi, §. nos autem, ff. de pact. Ang. & Bal.
in lege, si enim dotem, §. si patri. ff. sol. matrim.
& in d. l. apud Celsum, §. si cum legitima. Hoc
7 † autem verum quando mutatur obligatio,
secus quando non mutatur; quo casu semper
obstat cessionario, tam ex causa lucratiua,
quam onerosa, Ias. in d. l. Nesennius post num 6.
vers. ad hoc limita, & vers. secus quando non mu-
tatur, per tex. in l. si post diuortium, & per l. si ma-
ritus, ff. solu. matrim. idem Ias. in l. si res obliga-
8 ta, num. 4. ff. deleg. t. vbi exceptio † quæ ob-
stat cedenti, non obstat cessionario, quando
est diuersa ratio, l. fin. & ibi glos. C. de iure do-
tium: ergo quando est eadem ratio, obstat
cessionario, vt not. in quæst. t. ampl. 6. per Mi-
lanens. decis. 1. lib. 2. Socin. iun. cons. 74. num. 6.
vol. 6. Bero. cons. 32. num. 46. lib. 2. Gabriel.
cons. 70. num. 2. & cons. t55. lib. 1. in fin. & ita
dicit Pet. de Anch. in cap. si diligenti, ff. de offi.
deleg. in 6. vbi exceptio, quæ obstat delegan-
ti, obstat eius subdelegato: & dicit ibi, hoc
9 esse verum, quando exceptio † afficit, & con-
cernit iurisdictionem subdelegantis; & sic
quando est eadem ratio, exceptio, quæ ob-
stat deleganti, obstat delegato, not. quæ-
stion. t. numer. 27. & numer. 30. & quæstion. t2.
fall. 5.

10 Et ista † exceptio, ne quis teneatur vltra
quam facere potest, deducto ne egeat, po-
test opponi post sententiam, quando iudex
simpliciter condemnat maritum, quia tacitè
hoc beneficium habet à lege, Bal. in l. 1. num. 1.
C. quod cum eo, & glos. & ibi Imol. in l. ex di-
uerso, §. si in iudicio, vbi dicit, quod est speciale,
& ibi Bar. num. 8. & Alex. nu. 3. ff. sol. matr.
§. præterea, & ibi glo. magna instit. de except.
Spec. in tit. de except. & replicat. §. 1. post n. 7.
& §. dicto, vers. 4. & 5. num. t4. l. vnic. §. cū
autem, C. de rei vxor. actio. Gasp. Beat. de inope
debit. c. 17. num. 77. Campeg. in d. tract. de dot.
p. 3. quæst. 253. Nicol. Caluolus in prax. iudicio-
rum. §. except. contra libel. concl. 1. num. 12. fol.
252. Ratio est ibi, quia non impugnat sen-
tentiam, Marant. in Specu. aur. praxis ciuilis
par. 6. de except. fol. 105. num. 18. & alia ratio
11 est per Imol. in d. §. si in iudicio, propter reue-
rentiā maritalem, cui non potest expressè re-
nuntiari, secundum Pet. Barbos. & alios in l. alia
§. eleganter post num. 26. in fin. & sub num. 29.
ff. sol. matrim. ergo neque tacitè, per l. mulier,
ff. ad Velle. sed voluit allegare, l. tam etsi ff. ad
Maced. Roman. cons. 372. Vincent. de Franch.
decis. 164. Alex. in l. sunt qui num. 10. & ibi Paul.
Castr. post num. 1. ff. de re ind. glos. in l. inter eos,
vers. inter eos, & l. vlt. ff. de re indic. Bar. in l.
t. C. de iur. & fact. ignor. Molin. in tract. de
contr. disput. 113. num. 15. & not. per Affl. de-
cis. 379. in fin. vbi cessio bonorum potest fieri
post sententiam. Ratio Doctorum est, quia
12 † exceptio ista, ne quis teneatur vltra quam
facere potest, ipsam sententiam non impu-
gnat, vt DD. quos supra not. & Ias. in l. cum
qui §. si mulier, ff. de iureiur. sed modificat,
ideo opponi potest, dixit Alexand. in dicta le-
ge, sunt qui numer. tt. & ibi Castrens. post nu-
mer. 1. versicul. quia ista exceptio, Bar. in lege
si fideiussores §. ibidem, & lege, dubitatur, ff. de
fideiuss. Ias. in lege, si res obligata post numer. 45.
ff. de legat. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7.
13 dict. glos. 3. numer. t01. fol. 743. lib. 2. & † ex-
ceptio, quæ non impugnat sententiam,
potest semper opponi, etiam post senten-
tiam, dixit Brun. de cess. bonor. quæstione 20.
4. part. princip. numer. 27. vbi dicit commu-
nem opinionem, in versic. & nihilominus, Ca-
pell. Tholo. quæstion. 321. quando non fuit op-
posita ante sententiam, Rol. consil. 28. Fa-
nus de pignorib. in 4. memb. princip. 5. part. nu-
mer. 10. versic. secunda conclusio, Ias. in dicta
lege, inter eos, numer. 10. Paul. Castrens. consil.
143. Ang. consil. 132. Bart. in lege pen. ff. de
confess. Specul. in tit. de instrum. editio. §. dicto
numer. 18. Alexand. consil. 61. numer. 2. versic.
præterea, lib. 3. Bart. in lege, si filius familias,
ff. quod cum eo, sicut exceptio legis 2. ff. & C.
quod cum eo, potest opponi ad impediendum
instrumenti liquidationem, siue liquidati
instrumenti exequutionem, non obstante
iuramento. Prouinc. in prag. t. ad Macedon.
numer. 24. ex his quę Franc. not. decisione t81.
numer. 11. Carauit. super Rit. Neapol. 266. nu-
mer. 17. Misad. consil. 17. numer. 4. Giurb. de-
cisione 44. numer. 4. etiam post sententiam,
ad impediendum illius exequutionem: quæ
14 † exceptio, ne quis teneatur vltra quam
facere potest; concernit condemnationem
factam, & facit ne condemnetur vltra quam
facere possit: si autem non opponatur ante,
sed post in exequutione moderatur exequuti-
onem; licet condemnatio sit facta insolidū.
ita dicit Paul. Cast. in l. maritum post n. 1. vers.
in tex. ibi ff. sol. matr. Anch. cons. 6. idem Castr.
cons. 45. Alb. de Rosa. in l. hos accusare, ff. de
accusat. Fontanel. de pact. nupt. claus 6. glos. 3.
numer. 46. fol. 468. part. 3. lib. 2. Vbi dicit,
exceptio, quæ non impugnat sententiam,
sed tractat de modo, & forma illam exe-
quendi, seu de executione infringēda, admit-
titur, prout est ista nostra exceptio, dicit
Cardin. Mantica decision. 326. numer. 1. & quod
15 † exceptionem, quæ non impugnat senten-
tiam, res iudicata non reijcit, dixit Pet. de Gre-
gor. quæstion. 9. numer. 20. 2t. & 22. de censib.
Iason. in dicta lege 1. C. de iur. & facti ignor.
& ibi Bar. Boer. decision. 43. numer. 18. &
Brun dicta quæstion. 2. versic. nec est mirum:
16 quoniam omnis † exceptio, quæ senten-
tiam non impugnat, etiam post senten-
tiam, quæ transiuit in rem iudicatam, op-
poni potest, Guid. Pap. sing. 735. vbi dicit,
quòd exceptio nostra, ne quis teneatur vl-
tra quam facere potest, potest opponi post
sententiam, quæ transiuit in rem iudi-
catam, Ang. Aret. in lege, Nesennius, ff. de
re indicat. sed Imol. in dicto lege ex aduerso,
§. si in indicio, dicit quod hoc est verum circa
personas, quibus reuerentia debetur; secus
circa alias, quibus non debetur reueren-

tia, sequitur *Campeg. d. quæst. 753. in fin.* vbi dicit, *quod est bene notandum. not in vers. seq.*

17 Et licet † exceptio dilatoria debeat infra triduum allegari, *per Constitutio. Regni, exceptiones dilatorias, in titul. de exception. & & dilatio. proponend. & ibi Isern. fol. mihi 159. colum. 1. lin. 59.* & in quinque dies immediatè sequentes probari, *Capic. decisio. 83. num. 1. Mart. de Fan. de exception. imped. lit. ingress.* vbi dicit, quòd exceptio dilatoria debet hodie probari infra octo dies, *& Pet. de Greg. de iudic. caus. feud. quæstio. 13. in princip.* dicit, quòd ex forma Ritus huius Regni Siciliæ exceptiones impedientes litis ingressum, infra dies octo tantum à die litis contestatæ proponantur, & infra duos menses, immediatè sequentes, expediantur: aliàs ipso iure tales exceptiones ad causarum merita reseruantur; & regulariter omnes exceptiones dilatoriæ probandæ sunt infra tempus Iudicis arbitrio assignandum, *Hierony. Fernand. in tract. diuersar. quæst. q. 25. num. 7.* Vnde repelluntur exceptiones impedientes litis ingressum: exceptio nostra non impedit litis ingres-

18 sum; sed † modificat exequutionem sententiæ ex priuilegio iuris, concesso personis, de quibus, Deo duce, notabo, quod est speciale, *vt l. ex diuerso, §. iudicio, vbi glos. ff. solut. matrim.* ex quo ista nostra exceptio non indiget probatione per testes, vel aliàs scripturas, sed patet ab ipsomet instrumento, quo conuenitur, *vt not. infra in ampliat. 1.* ergo non est sicut exceptio dilatoria, de qua loquitur dicta constitutio Regni, exceptiones di-

19 latorias: cum † tales exceptiones modificatiuæ probandæ sint per testes, vt ipsa declarat, quòd detur iuramentum excipienti, & opponenti, quòd non causa differendi iudicium, petit dilationem ad probandum dictas exceptiones dilatorias, sed pro defensione suæ causæ, *& Isern. ibi dicit in glos. in vers. exceptiones,* quòd inducitur quoddam nouũ,

20 † quod fortè multi ignorant, quòd per obiectum dilatoriæ exceptionis impediatur litis contestatio, donec probetur exceptio *l. eleganter §. si quis post, ff. de condict. indeb.* & dicit etiam *Fanus loco citato,* vbi ponit triginta quinque casus exceptionum, impedientium litis ingressum; alios etiam ponit *Ias. in l. ita demum, fall. 16. de procur.* inter quos non est ista nostra exceptio, quæ semper potest opponi tam ante, quam post sententiam, quia est exceptio dilatoria solutionis, quæ etiam post litem contestatam opponi potest, *dicit Bal. in l. fin. in prin. vers. aduerte, Nicol. de Mant. ibi C. de proba. Martin. Vran. in cap. ex-*

21 *ceptionem num. 88. de exceptio.* secus † exceptio dilatoria, quæ impedit litis contestationem, non potest opponi post sentẽtiam, sed opponi debet ante litis cõtestationem *Bal. in d. l. fi. in prin. & num. 3. Spec. in §. nunc videndum num. 2. de except. & replic. Alex. cons. 166. n. 3. lib. 6. & ita sentit Ias. in d. l. inter eos num. 10. ff. de re iud.* & talis exceptio dilatoria iudicij debet opponi ante litem contestatam, aliàs frustra operatur *Rodol. in summa in tit. de iud. par. 3. in rubr. de lit. cont. vers. noua additio col. 1. in fi. lin. 62. Guid. Pap. dec. 275. num. 4. per l. fi. C. de except. l. peremptorias, & ibi not. C. quæ sent. resc. non poss. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 4.*

22 *num. 9.* nisi fuerit † orta exceptio post litis contestationem, quia tunc opponi poterit, *vt in l. non distinguemus, §. cum quidem ff. de arbitr. l. 2. C. de consort. eiusd. lit. & in cap. insinuante, de officio delegat. Lanfranc. de Oria. de exceptionib. num. 2. Matthes. sing. 98. num. 2. not. Alex. & DD. in l. si mulier, ff. sol. matr. Paul. Castrens. in l. fi. C. de except. gl. & Bart. in d. l. 2. C. de consort. eiusdem litis:* vel nisi esset exceptio dilatoria, quæ reddit processum retro nullum. *Matthesil. d. sing. 98. num. 3. etiam post litem contestatam l. licet. vbi Bar. & Doct. C. de procurat. Salyc. in l. quod quis, C. eod. tit. Bald. in l. 1. col. 1. C. de iuris & fact. ignor. Fel. in c. exceptionem col. 9. vers. fallit. num. 8. de except.* vbi ponit non nullos alios casus: vel nisi sint pacto, vel conuentione coarctatę, seu alteratæ, quia tunc post litis contestationem possunt opponi *Guid. Pap. d. decis. 275. num. 5. arg. l. qui futuram, ff. de pact. & l. commissoriæ, C.*

23 *de pact. inter empt. & vend.* & licet † exceptio impediens litis ingressum, si ante litis contestationem, ad impediendum iudicium opposita non fuisset; vel si aliquis eam opposuisset, & succubuisset, ad hoc tamen in vim peremptoriæ potest opponi, & plenè probari, vt plenaria sequatur absolutio, *dixit Achill. Pedroch. in cons. 1. num. 244. per Bar. in extrauag. ad reprimend. vers. summariè num. 24. & 25.* vbi est ratio, quoniam priori casu ad impediendum processum opponitur, atque ita ad vnum finem: posteriore verò casu ad alium finem obijcitur, vt scilicet reus absoluatur *capit. veniens extr. de rest. quem sequitur Sard. in addit. Ias. in §. actionum vbi Ias. num. 132. Henrich. de Borch. in verb. exceptio. num. 7.*

24 vel † si exceptio dilatoria, cõtinens grauamen successiuum, poterit opponi quandocumque ante sententiam *Intrigl. sing. 60. n. 1 lib. 2. Ias. in d. l. ita demum num. 4. vers. 1. C. de procurat. Archid. in cap. hortamur, quæst. 9. Bald. in l. peremptorias colum. 3. C. sentent. rescind. non posse, Alex. in l. de ætate, col. 2. ff. ad Trebell. Geminian. in cap. statuimus, col. 2. de offic. delegat. lib. 6. Bald. in d. l. eleganter §. si quis post, col. 2. ff. de condict. indebit. Felin. in cap. accedens, colum. 2. num. 15. extr. vt lit. non contest.* & ideo exceptio nostra potest opponi quandocum-

25 que etiam † in exequutione sententiæ, vt supra notaui, *& dicit Paul. de Castr. cons. 141. per d. l. ex diuerso, §. fin. vbi Doctores omnes, Alexand. Trentacinque var. resolut. vol. 1 lib. 2. de except. resolu. 1. num. 9. Fontanell. de pact. nupt. d. gl. 3. num. 102. fol. 743. Bertach. verb. exceptione teneatur, vers. tertia ratio est,* quia ista exceptio non liberat debitorem in aliquo, *idem Paul. Castr. in d. l. Nesennius, §. in solidum, & ibi Doctores, ff. de re iudicat.* & quòd Reus

in executione sententiæ potest semper excipere, & proponere exceptionem, quæ sententiam non impugnat, dixit etiam Boer. d. decis. 43. post num. 5. vers. item reus col. 2. Ludouic. Bolog. in interpretationibus in d. l. Nesennius §. fin. l. si fullo, & ibi Bar. Alber. de Rosat. Paul. Castr. & Salyc. ff. de condict. sin. caus. Alex. cons. 123. col. pen. vers. circa quartum dubium lib. 2. Fely. post Abb. in capit. post exceptionem col. 13. vers. & nota quod succumbens, de exceptionib. Ang. Aret. in d. §. præterea, vers. sed & si quis, Cappel. Tholos. dec. 359. ante finem; &
26 in tantum hoc est verum, quòd ista † exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere potest, potest opponi etiam post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, Ang. de Aret. d. vers. sed & si quis, in fin. d. l. ex diuerso. §. fin. vbi Bartol. Guid. Pap. decis. 419. num. 3. vbi dicit, quòd omnis exceptio, quæ non impugnat sententiam, potest opponi post sententiam, quæ in rem transiuit iudicatam, vt notaui sup. vers. præcedenti, & dixit etiam Brun. de cess. bon. in quæst. 20. post num. 29. vers. nec est mirum, & Lanfr. de Orian. in loco cit. post num. 13. Vbert. de Bonac. in prac. tit. de except. & benefic. Pet. Iac. in tit. de actio. in fact. ex re iud. vers. item siue agatur: sed ista exceptio non impugnat sentẽtiam, vt supra notaui, ergo opponi potest; & sic restat dicen-
27 dum, quòd ista † nostra exceptio potest quandocumque opponi, & allegari, tam coram Iudice à quo, quàm coram Iudice ad quem, Francisc. Monald. cons. 28. num. 29. lib. 2. dixit etiam Grass. in tract. de effect. cler. num. 29. vbi loquitur in clerico.

28 Quæ exceptio, ne quis teneatur vltra quã facere potest, deducto ne egeat, quando competit ratione reuerentiæ personæ, renuntiari non potest, vt supra notaui in 1. p. vers. videndum est, per Vinc. de Franc. dec. 164. gl. in l. si conuenerit, ff. de re iudi. quam sequuntur Bart. Alex. & Paul. Cast. ibi, idem Paul. in l. maritum, ff. solut. matrimo. Alex. in l. alia, §. eleganter n. 16. & ibi Bar. ff. eod. Alber. de Rosat. in l. sunt qui nu. 2. ff. de re iud. Io. Andr. Hostiens. & Imol. in c. Odoardus, de solutio. Marian. Soc. in c. si diligenti de for. comp. Io. Oinot. in §. item si de dote, instit. de actionib. Ant. de Butr. cons. 42. Camp. in tract. de dot. q. 244. not. in 2. p. nu. 20. Ratio Doctorum est, quia est contra caritatem Alex. cons. 39. col. 3. vers. 3. lib. 2. & cons. 133. lib. 3. Alciat. in l. 2. §. mutui ff. si cer. pet. Rot. Bonon. in. dec. 28. Bal. in l. quod nomine, ff. de condic. indeb. & in d. l. alia, §. eleganter. Fontanell. de pact. nupt. d. gl. 3. n. 58.
29 claus. 7. fol. 743. lib. 2. nec † etiam si fuerit exceptio nostra renuntiata per pactum iuramento firmatum, valeret, quia est contra bonos mores, vt supra notaui, vers. quarto infertur p. 2 Bart. in d. §. eleganter num. 4. 5. 6. & ibi Alex. secundum eius gl. quam ab omnibus communiter esse approbatam, refert Couar. ini-
30 tio 2. p. relect. c. quamuis de pact. in 6. ex quo † pactum initum contra bonos mores nullius est momenti Ladesch. cons. 30. n. 9. in fi. Hieron. Fernan. de Otter. q. 21. n. 4. in suo tract. diuersarum quæst. Giurb. dec. 44. n. 5. Io. Criuellus dec. 48. num. 4. ideò non firmatur iuramento, vt ibi, & Boer. dec. 204. n. 18. Ang. in d. §. eleganter num. 1. 5. 22. q. 4. c. 1. de iureiur. cap. Quintauallis, & cap. cum quidam, cap. quanto, & cap. non est obligatorium de reg. iur. in 6. auth. quod eis, C. de nupt. Intrigl. super Bull. & Reg. pragm. de censib. quæst. 61. num. 8. Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta num. 6. ff. de verb. obligation. capit. fin. vbi glos. magna extr. de pact. Campeg. in tractat. de dot. part. 3. quæst. 249. etiam de iure canonico non firmatur iuramento, per iura notata, & dixit Imol. & Bartol. in d. §. eleganter num. 9. & ibi glos. fin. in fin. l. iuris gentium, §. generaliter, ff. de pactis, idem Bart. in l. si quis pro eo nume. 6. & 7. versic. non enim ff. de fideiussorib. Bald. in l. pactum, num. 6. C. de collat. idem Bald. in Rubr. C. de condict. ob turp. caus. num. 10. vers. Bart. dixit, Specul. in §. 1. num. 27. in fin. versic. sunt præterea, & seq. de renuntiat. & cond. Ias. in l. pacta quæ num. 1. C. de pact. & in l. pacisci, n. 1. ff. eodem. Decius cons. 448. num. 19. & 20. lib. 4. & cons. 236. num. 14. lib. 2. Alexan. cons. 28.
31 num. 2. & 4. lib. 3. vbi pactum † de futura successione non valet, quia contra bonos mores, nec iuramento firmatur, Molfesius par. 4. titul. de renuntiat. quæst. 9. num. 15. ad consuetud. Neapol. sed Abb. in dicto cap. cum contingat num. 7. de iureiur. ita distinguit: aut pactum iuratum est contra bonos mores naturales; aut contra bonos mores ciuiles: Primo casu
32 † pactum contra bonos mores naturales, etiã iuramento firmatum, non valet, vt per dictam regulam, non est obligatorium, de reg. iur. in 6. Beat. de inope debit. capit. 17. post num. 38. vers. quoniam tale, Marc. Anton. de Amat. decis. 16.
33 num. 32. Ratio est ibi per eum, cum † ius naturale sit indispensabile, & incommutabile.
34 Secundo casu, † si pactum est contra bonos mores ciuiles tantum, valet, Imol. in dict. cap. cum contingat num. 33. Corn. in auth. sacramenta puberum, nume. 28. C. si aduers. vendit. Bald. & Paul. Castr. in l. pacta, quæ contra C. de pact. Couar. loco cit. colum. 2. nume. 1. dicit, actum contrarium iuri naturali, vel canonico. non posse iuramento confirmari, nec posse iuramentum quemquam obligare ad agendum id, quod iure naturali, vel canonico vetitum sit: actum verò aduersum iuri tantum ciuili posse iuramento confirmari, & dicit ibi esse communem opinionem secundum Alberic. & alios supra not. post Baldum in l. penultim. C. vt in possess. legat. notat etiam Dec. in l. si quis in conscribendo num. 25.
35 C. de pact. vbi dicit, quod † iuri naturali renuntiari non potest, scilicet de iure naturali, propriè: secus si sit ius gentium, quod etiam appellatur naturale, secundum Abb. in d. cap.
36 si diligenti, col. 2. de for. compet. sed † reuerentia, quæ debetur parentibus, & soceris, debetur iure naturali, l. fin. & ibi Bal. in vers. vl-

timo

timo nota, *C. de oper. libert. Amat. d. dec. 16. num. 32. Idem Bal. in leg. liberti, libertaq; n. 6. C. de oper. libert. Bertach. in verb. reuerentia debetur, verſ. 5. gl. in leg. regula eſt, ff. de iur. & fact. ign.* vbi naturalis eſt illa reuerentia, quæ parentibus debetur, & *notat. in auth. vt cum de appellatio. cognoſcit. §. cauſas, & §. hęc autem §. 1. inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi delict. naſc.*

37 Immo † de iure diuino, vt ibi probat. in verſ. ex lege naturali, & dicit Dominus, honora patrem tuum, & matrem tuam, & eris longæuus ſuper terram, præter illud Pauli, dicentis, filij obedite parentibus veſtris in Domino *Sot. de iuſt. & iur. art. 4. verſ. reſtat fol. 51. latè Quintilian. Mandoſ. in tract. de ingrat. cap. 3. in rubr. de ingrat. filior. & parent. in verſ. contra verò filij, Amat. d. deciſ. 16. num. 38.*

38 ergo iſta † exceptio, quæ debetur parentibus ratione reuerentiæ naturalis, renuntiari non poteſt, etiam cum iuramento, & eius renuntiatio non valet, *vt ibi Abb. & Alex. conſ. 157. poſt. num. 17. verſ. & non obſtat lib. 2. Gregor. Rhomn. Thar. in q. ſuper affin. poſt num. 11. verſ. naturale autem vinculum*, reddit rationem ſu-

39 pradictam, quia † ius naturale eſt immutabile, ius autem ciuile ſemper mutari poteſt, *& Beat. de inope debet. cap. 16. num. 51.* & ſic reuerētia, quę debetur parentibus, non ſolum eſt de iure naturali, ſed etiam diuino; & ideo non operatur iuramentum, *ſequitur Veronen-*

40 *ſis cautel. 112. num. 4.* Quaſi † naturalis, eſt quæ debetur patronis, *l. 2. C. de in ius vocan.*

41 *& gloſſ. in d. l. regula*. Ratio eſt, quia † iure naturali tenemur ad benefaciendum benefacientibus nobis, *gl. in l. error facti, ff. de iur. & fact. ignorant. Alex. conſ. 131. nu. 28. lib. 5.*

42 *& not. infra q. 12. fall. 4.* & † reuerentia quaſi naturalis, pacto etiam remitti non poteſt, *Bal. in l. pactum quod dotale num. 22. de collat.* vbi dicit, quod pactum contra bonos mores iuris naturalis, vel quaſi, non valet, nec iuramento firmatur, *per d. l. veluti, ff. de iuſt. & iur. l. vnic. C. de in ius vocand. l. libertus, verſ. alimentorum, ff. de oper. libert.* & ſic pactum non ſolum non obſtat parentibus, ſed etiam patronis, ratione reuerentiæ quaſi naturalis.

43 Confirmatur illa ratione, quia † filij negando alimenta parentibus, pluſquam mortaliter peccant *Deciſ. caſ. conſcient. cap. 56. num. 21. & 22.* ſed beneficium conceditur ratione alimentorum, ne egeant, *gloſ. & Bar. in d. l. maritum not. in 1. par. verſ. quod beneficium, num. 4.* vnde ſi valeret pactum iuratum, negaretur iſtud beneficium, & per conſequens alimenta, & ſic induceret peccatum mortale, *Barboſ. in d. l. eleganter poſt num. 26. & ſeq.*

44 ſed † pactum inducens peccatum mortale, etiam iuratum, non valet, *Abb. in cap. cum contingat, & ibi Card. & in d. regula, non eſt obligatorium, & ſecundum communem ſententiam dicit Bald. Nouell. de dot. p. 6. & in priuileg. 21. num. 15. Barboſ. loco cit. adde Rodobald. Parin. in ſuo tract. de gabell. p. 7. pag. 31. num. 121. verſ. ſicuti. Card. Tuſch. alleg. concl. 815. num. 2.* & fortius, neque conſuetudo in contrarium valet contra ius naturale iſto caſu

45 quando inducit peccatum mortale, quia † neque ius naturale, neque ius diuinum poteſt immutari per conſuetudinem, & etiam conſuetudo non excuſat in peccatis quo ad Deū,

46 ſed potius accuſat; quia † quanto peccata ſunt diuturniora, tanto ſunt grauiora, *32. q. 7. cap. flagitia, & ibi gl. in verb. quæ ſi omnes, 4. diſt. cap. denique, in gl. in verb. conſuetudine, in*

47 *verſ. ſed contra*; & fortius, quod † pactum inducens etiam ſolum veniale peccatum non firmetur iuramento, *Archid. d. cap. quamuis de pact. in 6. & ibi Io. And. quod dictum eſt mirabile, Alex. in d. l. eleganter num. 5. refert Campeg. de dot. q. 249. p. 3.* licet ibi non tranſeat cum opinione Archid. ex quo pactum, ſolum inductiuum mortis æternæ, non firmatur iuramento, ſed peccatum veniale non videtur eſſe huiuſmodi, niſi præparatiuè *D. Tho. 4. ſent. q. 22. P. Ioannes Sala de Religione ſocietatis Ieſu in 1. 2. D. Thom. q. 88. tract. 13. diſp. 16. ſect. 23. per tot.* ergo firmatur iuramento ſecundum eum. Sed *Molfeſius ad conſuet. Neap. p. 4. q. 9. num. 20.* dicit, ſufficit etiam vt veniale peccatum committatur, vt iuramentum non ſeruetur, *ſecundum Archid. & Io. Andr. in d. cap. quamuis, Cacheran. dec. 100. num. 5.* plures alios cumulat, & probat *Facchin. lib. 8. controu. iur. cap. 72. verſ. reſpondeo*, id nega-

48 ri marito poſſit, quicquid ſit † iuramentum interpoſitum ſuper obſeruantiā peccati mortalis eſt nullum, dicit etiam *Roderic. Suarez in l. 1. poſt num. 24. tit. de las arras poſt eius allegationes fol. 428.* ergo pactum prædictum non valet, nec valere poteſt rationibus ſupradictis circa perſonas, quibus reuerentiæ ratione, ſimul & pietatis, aut naturalis dilectionis, hoc priuilegium conceditur, ratione quadam deducta à bonis moribus, ſecundum *Couar. in d. c. quamuis verſ. quanto aduerſum poſt num. 8.*

49 Infertur etiam, quod † non debetur minor reuerentia marito per vxorem, quam patri per filium *Iaſ. in l. tranſactionem num. 2. C. de tranſact.* & † illamet reuerentia, quæ debetur marito, debetur vxori, *Campeg. in tract. de dot. q. 245. p. 3. licet ibi referat Paul. Caſtr. in l. re iudicata, §. ſocero, ff. ſol. matrim.* dicentem quòd non reperitur iure cautum quòd maritus teneatur reuerentiam exhibere vxori; ſed bene è contra: tamen ipſe Caſtr. tenet contrarium, quòd maritus debet reuerentiam vxori, ibi, *& Iaſ. in l. 1. num. 1. C. de in ius voc. Specul. in §. 1. num. 25. de renunc. & cond.* vbi enumerat perſonas, quibus debetur reuerentia, quæ renuntiari non poteſt, inter quas eſt

50 vir & vxor; & ſic pactum quod † maritus conueniatur vltra quam facere poteſt per vxorē, & è contra, cum per illud tollatur ius reuerentiale, non valet, tanquam contra bonos mores, *Intrigl. ſing. 90. lib. 1. Affl. deciſ. 222. Cepoll. conſ. 300. num. 32. vol. 2. Muta ſuper conſuet. Senat. Panorm. cap. 59. num. 8. Brun.*

de

de ceſſ. bon. q.20.num. 22. & per ea, quæ ſupra
notaui, verſ. Infertur quòd iſtud, Alex. in l. alia
§. eleganter num.1. & 5. ff. ſolut. matrim. & ex-
tenditur ad vxorem ſecundum Caſtr. d. §. ſocero
num.3. in fin. propter ſocietatem communis
vitæ, l. 1. ff. rer. amot. Bald. in l. non dubium
poſt num. 36. verſ. ex prædictis concludo, C. de
legib. & conſtit. Idem Bald. in l. pactum quod do-
tale, num. 22. C. de collat. ratio eſt per eum,
52 quia † pactum contra bonos mores iuris na-
turalis, vel quaſi, non valet, nec firmatur iu-
ramento: ſed reuerentia, quæ debetur ma-
rito, non ſolum eſt de iure naturali, ſed etiam
de iure diuino, vt notaui ſup. num. 34. ſeq. &
notaui etiam in 1. p. poſt num. 20. eius ergò re-
53 nuntiatio iuramento non firmatur: & † ſic
iuramentum mariti, renuntiantis iſti benefi-
cio, eſt nullum, & illicitum, & non obli-
gat, & abſque eius abſolutione admittitur ad
54 iſtud beneficium, quia † à iuramento nullo
non eſt neceſſaria abſolutio, poſt alios ſequi-
tur Ant. Sol. ſuper conſtit. Pedemont. in tit. de
minorib. f. 103. Decretum ob quietationem num.
27. ſequitur Muta ſuper conſuetu. Panorm. cap.
21. num 17. Ancha. conſ. 345. incip. prætoria n.
35. de ſponſ. refert, & ſequitur Pet. Greg. in
ſyntagm. iur. lib. 50. cap. 12. num. 4. Paul. de
Caſt. conſ. 68. ad fi. Bertach. in ſuo repert. in verb.
55 abſolutio, verſic. 19. nec etiam abſolutio † re-
quiritur à iuramento, ſuper contractu ſimu-
lato interueniente, Hippol. de Marſil. ſing. 329.
num. 4. per Bal. in l. 1. C. de oper. libert. nec à
56. renuntiatione † hypothecæ cum iuramento
quãdo adeſt enormiſſima læſio, eſt neceſſaria
abſolutio ad agendum, Alex. conſ. 89. lib. 2.
multo refert. Curt. ſen. conſ. 43. num. 7. & 9. &
magis communem dicit Ludouic. dec. 27. num. 18.
& 20. & ita iudicauit Senatus dicit Theſau. dec.
Pedem. 223. num. 18. Si ergo caſibus prædi-
ctis iuramentum non obligat, ſequitur Pet.
Nunez Auendaño d. cap. 27. p. 2. num. 9. de
exequendis mandatis, nec eius abſolutio requi-
ritur, & tandem ſeruari poteſt ſine diſpendio
57 ſalutis æternæ, quo † caſu ſeruandum eſt,
Mathe. in l. vnic. C. de ſent. & interloq. omn.
iud. num. 7. Hippol. de Marſ. ſing. 359. num. 1.
Farinac. dec. Rot. poſt eius conſ. 69. poſt num. 7.
Hierony. Fernandez de Ottero in tracta. diuer-
ſar. quæſt. q. 10. num. 8. Fontanell. d. gl. 3. clauſ.
7. de pact. nupt. num. 62. lib. 2. quanto magis in
caſu noſtro non eſt neceſſaria abſolutio; quia
non ſolum hoc caſu iuramentum non obli-
gat, cum ſit illicitum cap. non eſt obligatorium,
de reg. iuris, in 6. Abb. in cap. dicatis num. 9. de
don. inter vir. & vxor. & quando iuramentum
non obligat, abſolutio quidem eſt ſuperflua,
ff. de condit. inſtit. l. quæ ſub conditione, §. fin. di-
xit Card. Zabarell. conſ. 35. poſt num. 1. in fin.
58 verſ. ad ſecundum. ratio eſt ibi, quia † in eo
quod neceſſario deſtruendum eſt, authori-
tas ſuperioris non eſt neceſſaria, l. fide, §. ſi
quis ff. de leg. 3. Verùm etiam quia eſt contra
59 bonos mores naturales, vt ſupra notaui: & †
quando iuramentum eſt contra bonos mores
naturales, non eſt neceſſaria abſolutio, di-
xit Facch. lib. 8. controuerſ. iur. cap. 72. verſ.
reſponderi, poſt Molfeſ. ad conſuet. Neapol. lib.
4. in d. tit. de renunt. §. 10. num. 21. nec ſerua-
ri poteſt ſine interitu ſatis æternæ, cum ſit
contra ius diuinum, vt notaui in præceden-
60 ti verſ. & iuramentum, quod † ſeruari non
poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, non eſt
obligatorium, ita quod propria authoritate
poteſt iurans contrauenire, Bertach. in ſuo
repertorio in verb. iuramentum ſeruãdum, verſ.
13. & non ſolum poteſt, ſed imò debet, 22.
q. 4. ſecundum Bertach. ibi, in fi. Zabarell. d.
conſ. 35. poſt num. 1. verſ. ergo. & poſſunt pro-
pria authoritate, & c. ſi verò aliquis, & ibi
gloſ. de iureiur. Nec obſtat Capell. Tholoſ. q.
61 258. vbi determinat, quod † ille, qui renun-
tiauit beneficio noſtro cum iuramento, non
poteſt illud conſequi, niſi obtenta abſolutio-
ne iuramenti, quem ſequitur Brun. de ceſſ.
bon. q. 22. p. 4. principal. num. 2. & Intrigl. ſin.
90. Fontanell. de pact. nupt. d. gl. 3. num. 56.
f. 743. quam opinionem tenet etiam Iac. Bu-
trig. in tract. renunt. 10. beneficio, quem allegat
Laderch. in d. conſ. 30. num. 10. vbi in fine
62 diſtinguendo † ita dicit: Priuilegium con-
ceſſum ex cauſa reuerentiæ ductæ à bonis
moribus, vel ex alia cauſa, vt in nobilibus,
& militibus, vel alijs, poteſt cum iuramen-
to renuntiari: & ita procedit opinio Butrig.
quæ reuerentia debetur nobilibus, & militi-
bus à bonis moribus iuris ciuilis, ideo poteſt
renuntiari, & notaui in præcedenti verſ. Sed
63 reuerentia, † quæ debetur parentibus, & ma-
rito, eſt inducta à bonis moribus iuris natu-
ralis, quæ renuntiari non poteſt, vt ſup. no-
taui: & hanc partem videtur tenere Lader-
ch. loco citato: & non ſolum non eſt neceſ-
64 ſaria abſolutio, † ſed eſt inductiuum pecca-
ti, & ſeruari non debet, dixit Pet. Barboſ. in
l. alia, §. eleganter à num. 25. 28. 29. & 30. cum
ſeq. vbi reprobat opinionem prædictæ Cap-
pell. Thol. & bene, quia contra iuſtitiam, &
65 bonos mores naturales, quia † iuramentum
inducens peccatum mortale, non eſt ſeruan-
dum, nec tunc requiritur abſolutio, vt ibi, &
dixit Innoc. in cap. venerabilem, in fin. de ele-
ction. Paul. de Caſt. d. conſ. 68. Io. Camill. Bel-
lot. in ſuo tract. de abſolut. iuram. lib. 1. cap. 9.
num. 7. Bertach. in verb. iuramentum ſeruan-
dum verſic. 71. Bal. in l. ſi ad excludendum nu.
66 3. de reb. credit. & iureiur. vbi facit † ſex caſus,
in quibus non eſt neceſſaria abſolutio: hanc
opinionem tenet, & defendit Couar. initio 2.
p. relect. cap. quamuis de pactis in 6. poſt num. 3.
in fin. Nec obſtat ſecundum eum tex. in cap. cũ
67 quidam §. vlt. de iureiur. qui dicit: Illi † verò,
qui iurant non loqui patri, matri, ſorori,
vel fratri: aut eis humanitatis ſubſidium
non cohibere; abſoluendi ſunt ab illius ob-
ſeruatione iuramenti, cum illicitum ſit, &
contrarium rationi: quod iuramentum re-
pugnat rationi naturali, non ſubuenire pa-
tri, cap. inter cætera, 22. q. 9. & tandem ab-
ſolu-

folutio necessaria est: ergo & in casu nostro, cum sit eadem ratio; tamen *Couar. loco cit.*
68 dicit, quod † sensus *dicti* §. *vlt.* est quod absolutio ad cautelam potius in ea specie, quã necessario requiratur, & ita dicit *ibi gloss. in verb. absoluendi vbi Hostiens. Imol. & Panor. Bellot. d. cap.* 11. *num.* 15. & licet aliqui co-
69 nentur defendere, quod † absolutio est necessaria, quoties id, quod aliquo casu poterit seruari sine interitu salutis æternæ, licet eius obseruatio peccatum inducat, quorum opinioni contradicit *Coua. loco cit. & Bellot. ibi post num.* 15. cum sit falsum, vt ostendit *Bar-*
70 *boss. loco cit.* quia † nec iuramentum, inducens veniale peccatum, valet, nec seruari debet, vt dicit *Archid. & Io. Andr. in d. c. quamuis, Cacher. dec.* 100. *num.* 3. plures alios cumulat, & probat *Facchin. d. cap.* 72. *vers. respondeo, refert, & sequitur Molfes. d. q.* 9. *nu.* 20. *Alex. in d. l. alia*, §. *eleganter num.* 5. *ff. sol. matrim. Zabarell. d. conf.* 34. *post num.* 1. *immo Bellott. d. cap.* 11. *quæstio.* 1. *num.* 3. ratio est ibi, quia dicitur esse dispendium salutis æternæ, & non interitus, quo casu non est necessaria absolutio, dixit *Bertach. in verb. iuramẽtum seruandũ, vers.* 59. *per Bald. in d. l. si ad excludendum*: ergo quanto magis in casu nostro, cum eius obseruantia inducat peccatum mortale? vt dicunt *Barbos. in d. l. alia*, §. *eleganter locis cit. & Couar. in d. cap. quamuis*, vt probat tribus rationibus, absolutio-
71 nem † à iuramento illicito, & contra bonos mores non esse necessariam, licet iurans committat peccatum, iurando seruare id, quod in dispendium salutis æternæ manifestè vergebat, & ita decisum fuit, dixit *Guid. Pap. dec.* 211. *in materia cessionis bonorum, post Bero. q.* 135. faciunt, quæ scribit *Ludou. dec.* 64. *nu.* 20. sequitur etiam *Thesau. dec.* 36. *post nu.* 4.
72 & hæc opinio † est in iudicando sequenda,
73 vti benignior, vt dicitur ibi; & sic tam † in agendo, quàm in excipiendo in casu nostro non est necessaria absolutio, per Doctores, quos supra notaui; eo magis, quia leges non distinguunt, nec nos distinguere debemus, *l. de pretio, ff. de publician. Milanens. dec.* 8. *nu.* 135. *lib.* 1. & ita decisum fuit in mense Iunij in Anno 1618. per Curiam Prætorianam huius Vrbis, in fauorem Aloysij Romeo, petentis admitti ad beneficium, contra hæredes Ioannę Nauarretto, eius vxoris, eo quia non excipiendo, sed principaliter agendo post annum, & dilationem sibi concessam, petebat admitti, & fuit dictum, quòd audiatur: & hoc stante stilo, M. R. C. in quo se subscripserunt non nulli procuratores: quæ decisio fuit confirmata in M. R. C. patrocinante Domino meo de Girgenti, & ita etiam fuit decisum in fauorem Don Caroli de Septimo contra Didacum Messana, filium, & hæredem Vincentij Messana, dotantis, eius soceri, ob mortem eius vxoris, & filiæ dicti
74 Vincentij in mense Nouembris 1612. & † de stilo M. R. C. maritus, & alij parentes admittuntur absque absolutione iuramenti, per infinitas decisiones, quas supra notaui *p.* 1. *num.* 40. *& in q.* 1. *in princ. & in quæst.* 11. Ra-
75 tio semper fuit supradicta, quia iuramentum interpositum contra bonos mores, & ius reuerentiale, est illicitum, & non obligat, secundum *Couar. Barbos. & Doctores sup. notatos*, & secundum magis communem opinionem, quam notaui in præcedenti vers. &
76 in d. q. 11. num. 19. & † hodie stylum debemus attendere, *Guid. Pap. dec.* 33. *ver. tamen & dec.* 119. *ver. quod stilus*, & *dec.* 252. *nu.* 3. cum sit obseruandus, & vim legis habeat, dixit *Affl. dec.* 135. *num.* 3. *per Cyn. & Bald. in l.* 1. *in fin. C. quæ sit long. consuet. & in l. de quibus, ff. de legib. Alex. conf.* 49. *num.* 21. *Guiliel. de Laud. sing.* 66. *per l.* 1. §. *nullum vers. sed si quæ legis C. de veter. iur. enucleand. l. fin. C. de fideiussor. l. Imperator* §. 1. *C. de appell. sequitur Muta in d. consu. Panor. cap.* 17. *num.* 8. *in fin. Thesu. Pede. dec.* 1. *num.* 9. *Osasc. dec.* 22. *nu.* 6. stylus enim facit ius, dicit *Dec. conf.* 699. *num.* 5. & contra stylum iudicans litem suam facit, *Neniz. conf.* 61. *num.* 16. *Cumi.*
77 *Rit. M. R. C. in prælud. num.* 53. sed vbi non † est stylus, tutius est petere absolutionem ad cautelam, secundùm *Glos. in d. c. cum sit* §. *vlt. in fin. in verb. item*, vbi dicit, item iuramẽtum illicitum non obligat, & ad cautelam à tali iuramento quis absoluitur, & dixit *Couar. in d. cap. quamuis nu.* 8. *vers. ideo prædicta responsio*, quem sequitur *Bellot. d. cap.* 11. *& Muta in consuet. Panormit. d. cap.* 11. *nu.* 17. vbi dicit, ad maiorem tamen cautelam consulitur, vt petatur absolutio *per Bon. de Rogg. lib.* 2. *conf.* 11. *cum seq. nu.* 46. *& sequitur Socin. iunior lib.* 1. *conf.* 144. *col.* 6. *num.* 7. non autem ex necessitate, quia alias sequeretur, iuramentum esse validum, quod esset absur-
78 dum, & contra magis communem: debet † ergo in petitione absolutionis à tali iuramento, vti verbis protestatiuis, petendo semper absolutionem ad cautelam, aliàs peccarent parentes, & maritus, quia peccato filiorum, & vxoris consentirent, secundum *Barbos. & Conar. in locis citatis*, & est secundum distin-
79 ctionem *Billot. d. cap.* 11. *num.* 9. quia † absolutionem petens ad cautelam, non videtur fateri absolutionem debitam, nec eius delictum, cùm eius confessio sit limitata, & potius ad cautelam pro scrupulo, quem habebat, dixit *Farinac. d. dec. Rot.* 69. *nu.* 7. *Abb. post Hostiens. post num.* 6. *in cap. exhibita, & ibi glosa in verb. veniam, in fin. de homicid. & in cap. Apostolicæ num.* 10. *de except.* & isto casu absolutio peti potest tam ante litem contestatam, quàm post, quia est voluntaria, &
80 ad cautelam: sed vbi de necessitate requiritur, antequam agatur debet peti absolutio, quia absolutio à iuramento concedi non potest ei, qui prius contra iuramentum venit, quàm petierit absolutionem, *Albert. Brun. consil. feudal.* 46. *num.* 3. vbi dicit magis communem opinionem, *per Alex. conf.* 17. *in* 2. *col.*

col.verf.& dubitat, in 3.vol. post Panorm. in
cap.1.de iureiur. Brun. à Sole in compendio
resolutio.f.2.à tergo in fin. licet contrarium
teneat Bero. quæst. 28. sed & quæsitum, refert
ibi Brun. à Sole, Io. de Imol. in cap. debitores,
& in cap.cum contingat de iureiur. ratio est ibi,
81 quia frustra † legis auxilium inuocat, qui
committit in legem, cap. quia frustra de vsur.
l. auxilium, de minorib.

82 Amplia primo, quòd † ista exceptio, ne
quis teneatur vltra quàm facere potest, de-
ducto ne egeat, opponi potest contra contra-
ctum, vel iustrumentum guarentigiatum ha-
bens executionem paratam, non obstante
statuto, quòd nulla exceptio opponi possit,
Bar. in l. si filius, §. sed quæro, ff. quod cum eo,
Felyn. videndus in cap. exceptione, col.14. vers.
Item fallit, de exceptio. Roman. cons. 300. Soc.
cons. 221. col.5. Ang. & Imol. in l. si fideiussores,
§. idem respondit, ff. de fideiuss. Ias. in l. 1. num.
18. C. de iur. & fact. ignorant. vbi Doctores;
est ratio, quia ista exceptio non opponitur
contra instrumentum, nec sententiam, sed
limitat eius executionem, & sic exceptio ista
ne quis teneatur vltra quam facere post, ad-
uersus guarentigiatum instrumentum statu-
to non obstante rectè admitti, dicit etiam
Giurba dec. 44. num.5. Fontanel. de pact. nupt.
claus. 5. gloss. 7. num. 8. lib. 2. fol. 120. vbi di-
cit, exceptio iuris, quocumque modo aga-
tur, etiam via executiua, opponi potest con-
tra instrumentum guarentigiatum habens
executionem paratam, videlicet, dolo facis
petere, quod restituturus es, per Alex. in l. 1. §.
& parui, ff. quod vi, aut clam. Roderic. Suarez
in l. post rem iudicatam, num. 45. de re iud. in
2.p.f.153. & Mastrill. dec. 63. num. 6. & isto
casu sunt consideranda verba statuti, vel pa-
cti, scilicet, aut dicunt quòd non possit op-
poni exceptio contra instrumentum; aut con-
tra exequutionem instrumenti: Primo casu
exceptio ista opponi potest, Giurb. d. dec. 44.
num. 11. Fab. de Ann. cas. 124. num. 6. Mut.
dec. M.R.C. 97. post num. 27. ratio est, quia
non impugnat instrumentum, sed modificat
eius executionem, vt sup. notaui, & dicunt
Ant. de Cauar. in tract. de exequut. instrum. q.
28. Benedict. de Barz. in tract. de guarent. p.2.
vers. nec exceptio num. 16. Corn. cons. 202. lib.
2. Dec. in cap. ex parte, el 2. num. 81. de offic.
delegat. Afflictus in pract. §.31. cap. 44. Menoch.
in tract. de præsumpt. præsumpt. 48. num. 31.
lib. 2. Lucas Pet. in practi. Cap. lib.3. cap.2. num.
18. & Cumi. in cap. 17. Ritus num. 37. & quòd
non impugnat, sed mutat, & restringit exe-
quutionem ad modum habilem, in terminis,
dixit Marc. Ant. de Amat. decis. 16. num. 49.
Gallef. ad formam Camer. obligat. q.3. vers. ter-
tio quæritur num. 1. Bar. Soc. in l. miles num. 3.
ff. de re iud. post omnes Grass. in tra. de except. ex-
cept. 23. num. 1. & 2. & notaui supra, in vers.
& licet exceptio; maximè quando exceptio
colligitur ex inspectione eiusdem instrumé-
ti, vt notat Bald. in l. ex prædys, C. de euiction.
& in l. fin. num. 1. vers. sed reuocatur C. de pro-
bat. Roman. in cons. 42. Imol. in cons. 136. n. 7.
dixit Dec. in l. qui pecuniam num. 4. ff. si cer. pet.
83 quòd stante † statuto, quod instrumento gua-
rentigiato nihil opponi potest, prout in isto
Regno Ritus cap.100. & seq. qui priuilegiat
instrumentum, dicit etiam Giurb. d. dec. 44.
num. 1. & 12. Burg. de laudem. p.3. inspect. 19.
num. 13. & per docto. quos infra not. non tolli-
tur ista exceptio, quæ colligitur ex inspectio-
ne eiusdem instrumenti, & notaui p. 1. num.
58. Ant. Columbet. sing. 1. post num. 1. versic.
quod procedit, per gloss. in cap. suscitatum extr.
de ininteg. restit. Abb. in cons. 64. incip. veniam
ad primum, loquuntur Nostrates Io. Aloys. de
Sept. super Ritu Siciliæ cap. 111. lit. E. versic.
stante statuto, circa medium, fol. 32. Franc. de
Podio super eundem Ritum 102. lit. D. fol. 157.
qui cum eximio, & veritatis amico, ac pau-
perum defensore Octauio Corsetto, primum
inter Nostrates aduocationis gradum tenue-
runt, sequitur Burg. in tract. de laudem. p.3.
inspect. 40. num. 58. Menoch. de præsumpt. præ-
sumpt. 48. num.3. & 4. Alex. cons. 60. num. 9.
lib. 2. Ruin. cons. 138. num. 10. vol. 1. Roman.
cons. 472. num. 2. Dec. cons. 239. num. 9. Rim.
sen. cons. 245. nu. 18. lib. 2. Rimin. iun. cons. 19.
num. 78. & cons. 195. num. 30. & cons. 468. nu.
79. Ant. de Butr. & Imol. in d. cap. ex parte el
2. de offic. deleg. quia ex vniuersali reiectione
exceptionum, & defensionum, non censetur
reiecta exceptio, quæ euidenter ex facie in-
strumenti liquet, Alex. cons. 73. nu. 16. versic.
tertio respondeo, vol. 3. Marsil. in rubr. C. de
probat. num. 159. & in l. 1. §. si serui num. 6.
vers. pro hac limitatione, ff. de quæstio. Io. Bapt.
Ferret. cons. 85. num. 5. vol. 1. Burg. d. inspect.
40. num. 125. Giurb. dec. 60. num. 10. Hoded.
cons. 17. num. 5. in 2. cons. 86. nu. 16. in 1. Sua-
rez in d. l. post rem iudicatam §. sed pro euidentia
num. 38. ff. de re iud. Turret. cons. 91. num. 14.
29. cons. 74. num. 39. vol. 1. Parlad. lib. 2. rer.
quotid. cap. fi. p. 5. §. 11. num. 26. 27. Bertaz.
cons. crim. 269. num. 1. 2. 3. Cancer. lib. 1. resol.
cap. 18. de excep. num. 23. & lib. 2. resol. cap. 3.
de instru. guar. num. 81. Eugen. cons. 29. nu. 25.
Barz. dec. 36. num. 20. Franch. dec. 623. num. 2.
3. iuramento non obstante. Ias. in l. si duo §. si quis
iurauerit, num. 4. ff. de iureiur. Roma. cons. 244.
Osasc. dec. 51. num. 20. quamuis exceptio non
sit liquida. Surd. cons. 186. n. 22. dicit Giurb.
loco cit. sed ista exceptio colligitur ex ipsomet
instrumento, siue contractu debitorio, vt no-
taui in 1. p. num. 97. ergo à debitore opponi
84 potest non obstante statuto: Immo dicitur †
pariter priuilegiata, quemadmodum actio;
Burg. d. inspect. 40. num. 59. per Bald. in l. ex præ-
85 dijs, num. 2. C. de euiction. Secundo casu † quan-
do priuilegiat executioné, nulla exceptio op-
poni potest, nec tunc modificatiua exceptio
opponi potest aduersus ipsam executionem,
vt notant scribentes, quos sup. notaui, & secun-
dum distinctionem Bart. in d. l. si filius, vers. sed
quæro, & ibi Castr. num. 3. & Ang. quam di-

stinctionem sequuntur *Cumi. super d. Ritu M. R. C. cap. 17. Milanens. decis. 13. vers. est alius casus num. 34. & 35. lib. 2. Maurus Burg. d. inspect. 40. num. 7. Intrigl. super Bulla, & Regia pragm. quæst. 61. num. 19. Aret. in §. minima. instit. de capit. diminut. Fab. de Anna cons. 126. nu. 16. lib. 2. & Gras. in prælud. d. tractatus de excep. num. 234.* & sic secundum interpretationem Ritus, fit adimplementum in quindena, & male practicatur, quia est exceptio iuris, prout notaui in 1. p. num. 75. quæ opponi potest contra instrumentum guarentigiatum, vt sup. not. per Fontanell. & alios, quia dolo facis petere, quod restiturus es: sed facto adimplemento in prima instantia pronuntiat semper M. R. C. Reijciantur deducto ne egeat, testatur & *Giurba decis. 44. post num. 12. Muta d. decis. 94. post num. 27. & super Ritu idem Mut. 191. num. 4. & per ea sup. not. in 1. par. num. 38.* sed ego pluries obseruaui, prout non nulli prudentes iudices obseruauerût, admittere ad istud beneficium in prima instantia, absque adimplemento, iuxta iuris dispositionem, not. in p. in 1. p. post num. 38. & ita consulo, maximè, quando conueniuntur parentes, & mariti.

Fallit primo, si Iudex ante sententiã statuisset Reo terminum ad opponendum omnes exceptiones dilatorias, peremptorias, & ano-
86 malas, † quo casu si ista exceptio nostra, ne quis teneatur vltra quàm facere potest, non fuit opposita ante sententiam in termino statuto, postea opponi non potest. *Alex. in l. ex diuerso, §. si in iudicio, post num. 4. versic. hoc singulariter limitauit, ff. solu. matrim. cap. pastoralis, vbi Abb. quasi per totum, & numer. 4. facit tres fallentias, de exceptio. Iaf. in l. ita demum post num. 7. vers. quarto limita, & vers. ego etiam C. de procur. Lanfranc. de Orian. de except. nu. 4.* vbi dicit, quòd reus potest plures exceptiones opponere, etiam diuersis temporibus, nisi sit statutus terminus ad opponendum exceptiones, quia tunc illo elapso, amplius non auditur, nisi forma seruata, *vt in dicto capit. pastoralis. idem Iason in l. prima, numero 17. C. de iur. & facti ignorant. Bald. in l. ab exequutione. C. quorum appellat. non recip.*

87 Secundo fallit, quando † ista exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere potest, fuit opposita ante sententiam, & per iudicem reiecta, vel reprobata, *Campeg. in tract. de dot. q. 238. fall. 17. p. 3. Alex. in l. ex diuerso §. si in iudicio, post num. 4. vers. secundo etiam, ff. solu. matri. & ibi Bal. per l. quod in diem § fin. de compens. secundum gl. in l. Nesennius, §. in solidum, in verb. continetur, vers. & hoc si non fuerit primo iudicio super hoc proposita exceptio, alias secus, ff. de re iud. l. duobus ff. de except. rei iudic. l. fi. §. fi. C. de fide instrum.* sed hoc est verum quando non fuit appellatum, quia tunc præiudicat condemnatio *glo. prædicta in d. l. Nesennius, §. in solidum, vbi Doctores omnes, Brun. de cess. bon. q. 20. p. 4. principal. num. 26. & 27 clement. fi. de appell. cap. suborta extr. de re iud. Bar. in l. ne quicquam §. vbi decretum, col. 2. vers. sed quero circa hoc ff. de officio proconsul. & legat. Ancha. cons. 6. Alex. cons. 3. num. 1. vers. sed quod est opus lib. 2. Roma. cons. 384. Calcan. cons. 115. Dec. in c. quoniam contra col. 17. in fin. vers. dicunt tamen, de probatio.* Et quod exceptio dilatoria, reiecta per iudicem, si non fuerit appellatum, sibi imputetur, dixit *Marius Anguisciol. cons. 49. n. 47. lib. 1. Ant. Butr. Abb. & Cardin. Flor. in c. ex parte de appel.* ex quo appellatio suspêdit, & ita M. R. C. semper obseruauit, ac etiam per omnia alia Tribunalia obseruatur, vt est videre in q. 1. & 7. Ratio est, quia ista exceptio potest opponi tam coram Iudice à quo, quàm ad quem. not. in
88 procem. p. 2. post num. 27. licet iudex † iniustè, siue iniquè, hoc faciat, & in sindicatu veniret puniendus, quia contra leges negat, & condemnat eum, qui non tenetur insolidum, nisi quatenus facere potest. *Bar. in d. l. Nesennius d. §. num. 1. vbi Paul. Castr. num. 1. & 2. idem Bar. in d. l. ex diuerso §. fin. num. 10. & ibi Paul. Castr. num. 2. & 3. Bal. cons. 289. lib. 3. Idem Bal. in l. ab exequutione, & ibi Bar. C. quor. appel. non recip. & notaui in p. 1. nu. 73.* nisi appareat ex scripturis, quòd non competat, prout locis suis nota. dixit *Campeg. d.*
89 *tracta. de dot. q. 253. p. 3.* vel si post † sententiam in solidum se obligauerit, tunc in solidum tenetur nullo habito respectu ad nostrû
90 beneficium; sicut † hæres, qui se post aditam hæreditatem in solidum obligauerit, dixit *Franch. dec. 164. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus tam constante quàm soluto matrimonio, pro dotium restitutione non tenetur nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat, num. 2. & num. 29. & 33. ampl. num. 30.*

2 *Soluto matrimonio maritus habet istud beneficium propter reuerentiam, quæ debetur marito per vxorem.*

3 *Reliquiæ reuerentiales remanent soluto matrimonio, & n. 9. in fi.*

4 *Maritus, siue eius hæres, qui tenetur dotem restituere, non gaudet beneficio, deducto ne egeat, ex consuetudine Neapol.*

5 *Vir, ab vxore conuentus ex alijs contractibus, vel ex antefato, non tenetur nisi in quantum facere potest.*

6 *Maritus conuentus ad restitutionem dotis gaudet beneficio, deducto ne egeat, pro se, filijs, eiusque familia, sine quibus stare non potest.*

Prouisiones, siue literæ, ex quibus patet, quod maritus fuit admissus ad beneficium, ibid.

7 *Gener, conuentus à socero habet beneficium, deducto ne egeat, pro dotis restitutione.*

Gener loco liberorum habetur. ibid.

8 *In correlatiuis dispositum in vno censetur dispositum in alio.*

Socrus,

9 *Socrus, & socer tenetur alere generum, & nurum, & num.* 13.
Gener habet illud beneficium, tam ratione filiationis, quam alimentorum. ibid n. 13.
10 *Dos est patrimonium vxoris.*
11 *Dos succedit loco legitimæ.*
12 *Pater quando videatur agere nomine filiæ vti hæres eius, ad dotis restitutionem.*
13 *Maritus gaudet isto beneficio, non obstante renuntiatione cum iuramento.*
Socer tenetur alere generum. ibid.
14 *Alimenta non possunt pacto renuntiari.*
15 *Renuntiatio contra bonos mores naturales non valet etiam cum iuramento.*
16 *Gener loco filij habetur.*
17 *Filio non debetur reuerentia à patre.*
18 *Filius an semper sit alendus à patre.*
19 *Pactum, quòd pater non teneatur alere filios egenos, non valet.*
20 *Beneficium, deducto ne egeat, an possit renuntiari.*
21 *Gener habet beneficium, deducto ne egeat, nec valet pactum in contrarium, etiam iuramento firmatum. & num.* 22.
23 *Alendi onus transit ad hæredem. & num.* 24.
25 *Maritus, vt gaudeat beneficio, de ducto ne egeat, an teneatur probare se esse pauperem.*
26 *Confessio, seu assertio paupertatis mariti, an noceat creditoribus.*
Pauper, vel diues quis sit, iudicis arbitrio remittitur.
27 *Maritus habet beneficium, deducto ne egeat etiam contra heredes extraneos.*
28 *Mutata persona actoris, non mutatur eius qualitas.*
31 *Debitor mariti si ab vxore conueniatur propter restitutionem dotis, quid maritus opponere debeat. & num.* 32.
Marito vergente ad inopiam mulier poterit creditoribus cessis denuntiare ne soluant. ibidem.
32 *Maritus conuentus ab vxore actione personali an gaudeat isto beneficio.*
34 *Dominium dotium quando transeat in ipsã vxorem. & num.* 35 & 40.
36 *Datio insolutum habet vim venditionis.*
37 *Mulier non potest alienare dotem sibi restitutam.*
38 *Priuatio præsupponit habitum.*
39 *Proprietas, & dominium quando præsumatur ex grauamine.*
40 *Dominium rei dotalis, vxori restitutæ, propter inopiam viri, transit ipso iure in vxorem.*
41 *Restitutio dotis soluto matrimonio, & restitutio dotis propter inopiam viri, à pari procedunt.*
42 *Maritus conuentus actione reali, vt tertius possessor, non gaudet beneficio deducto ne egeat.*
43 *Maritus priuilegio, ne egeat, non vtitur si agitur cum eo, non tanquam marito, sed alio possessore.*
44 *Restituere nil aliud est, nisi eum, cui fit restitutio, possessorem facere, fructuumque perceptorem.*
45 *Mulier constante matrimonio propter inopiam viri potest suas petere dotes.*
46 *Dos constante matrimonio regulariter peti non potest.*
Dos quibus casibus peti potest constante matrimonio.
47 *Maritus propter eius inopiam constante matrimonio cogi potest ad restitutionem dotis.*
48 *Marito vergente ad inopiam constante matrimonio, vxor potest petere dotem, & donationem propter nuptias, ac bona parafrenalia.*
49 *Vxor potest petere dotem si maritus incipit ad inopiam vergere, vel esset de dilapidatione suspectus.*
Dilapidans legis, & hominis beneficio indignus.
Maritus si vere similiter ad inopiam tendit, & periculum est, reditur in mora, mulier potest petere dotem etiamsi diues sit. ibid.
50 *Actione de dote annis 30. præscribitur à die soluti matrimonij, vel viro ad inopiam vergente declara ibidem. Et pro restitutione dotis ob inopiam, non datur annus. ibid num* 50.
Mulier quæ per decem annos non repetit dotem post quam vir cœpit vergere ad inopiã est exclusa à petitione dotis.
51 *Maritus possidens rem dotalem, vt extraneus, insolidum conuenitur.*
52 *Dos restituta constante matrimonio propter inopiam viri licet non eximatur, causat veram restitutionem.*
53 *Dos restituta non est amplius dos.*
54 *Maritus conuentus constante matrimonio actione personali non habet beneficium deducto ne egeat.*
Maritus ad instantiam vxoris carcerari nõ potest. ibi.
55 *Dos propter inopiam viri consignatur vxori, vt destruitur matrimonio, & pro eius oneribus.*
56 *Maritus soluto matrimonio habet beneficium, deducto ne egeat, non obstante consignatione dotium, facta vxori propter inopiam suam.*
57 *Maritus conuentus, non vltra quam facere potest. non deducit aes alienum.*
58 *Creditores mariti possunt auocare illud, quod maritus retinet ne egeat.*
59 *Donator conuentus à donatario ob rem donatam, & traditam in eius posse peruentam, in solidum tenetur.*
60 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.*
61 *Maritus siue conueniatur reali, siue personali, conuenitur ex causa dotis.*
62 *Restitutio, quæ fit vxori constante matrimonio, non est vera restitutio, sed sequestratio.*

Ius

107 *Ius commune pactis priuatorum tolli non potest.*

Pater non potest facere pactum dotium in praeiudicium filiæ.

108 *Dotans potest prouidere de restitutione dotis prout vult.*

109 *Dos reuertitur ad extraneum, qui eam constituit, si stipulatus est sibi reddi soluto matrimonio, etiam extantibus liberis.*

110 *Mulier compelli potest cedere actionem extraneo dotanti.*

111 *Actio inutilis cedenti, efficitur vtilis penes cessionarium.*

112 *Actio de dote constante matrimonio in casu inopiæ cedi potest: sed contra num.113.*

113 *Actio de dote constante matrimonio propter inopiam cedi non potest.*

Extranei dotantes gaudent isto beneficio.

114 *Secundum decretum in casu assecurationis dotis, vt transiret dominium in vxorem, procedi non potest.*

115 *Marito dilapidante dotem, fit sequestratio penes idoneam personam.*

Extranei qui dicantur.

116 *Maritus in casu sequestrationis dotium propter eius inopiam, non habet beneficium, deducto ne egeat.*

117 *Vir male vtens substantia sua, & sua propria bona dissipans, potest ab vxore conueniri ad restitutionem dotium.*

118 *Maritus conuentus, tam actione personali, quam hypothecaria, quando dissipat bona propria, pro dotis restitutione gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

119 *Dominium dotis restitutæ vxori, quando vir dissipat bona propria, transit in vxorem.*

120 *Restitutio dotium, quæ fit constante matrimonio, quando vir dissipat bona propria, an sit vera restitutio.*

Inopia probanda est p.c. de iure.

121 *Restitutio quando fit vxori bonorum mariti dissipantis bona propria, dominium transfertur in vxorem.*

122 *Res mariti. vxori restituta in dominium ex vera causa inopiæ, si pereunt, periculum erit vxoris.*

123 *Marito dissipante bona sua, mulier agere potest ad veram dotis restitutionem.*

124 *Maritus multis modis dicitur ad inopiam vergere.*

125 *Vergentia ad inopiam vulgi opinione probatur.*

Paupertas est probanda quando agitur de praeiudicio tertij. ibid.

Testes qualiter deponere debent. ibid.

Notorium quid sit. ibid.

126 *Dominium bonorum mariti, adiudicatorum per vxorem propter inopiam mariti, dissipantis bona propria, pro eius dotibus, acquiritur vxori, & perpetuum translatum est.*

127 *Datio in solutum vicem venditionis obtinet.*

128 *Maritus si incipit male vti substantia sua, quamuis sit ditissimus, mulier potest petere dotium restitutionem.*

129 *Dominium dotis restitutæ, acquiritur vxori irreuocabiliter.*

130 *Bona feudalia, & fideicommisso subiecta, pro causa vergentiæ ad inopiam, possunt in solutum dari constante matrimonio.*

131 *Infortunia sunt communia mariti, & vxoris quò ad dolorem animi, & ad succurrendū sibi inuicem.*

132 *Maritus soluto matrimonio, cōuentus rei vendicatione, vt quilibet extraneus possessor in solidum conuenitur, & exigitur.*

133 *Vir si venerit ad pinguiorem fortunam, dotem restitutam ex vera causa inopiæ non recuperat.*

134 *Dominium dotis restitutæ ex vera causa inopiæ est proprium translatum in vxorem.*

135 *Casus superueniens, qui ab initio impedit actū geri, tendit ad eundem effectum cum actu gesto, non tollit quod actum est.*

136 *Vir si venerit ad pinguiorem fortunam ex superuenientibus diuitijs, dotem consignatam, vel loco pignoris datam recuperat.*

137 *Dominium dotis consignatæ, vel loco pignoris datæ non est translatum in vxorem.*

138 *Pendente iudicio de petenda dote ob paupertatem mariti, si factus est diues cessat iudicium.*

139 *Dos sequestratur penes mercatorem, si mulier non est industriosa.*

140 *Maritus recuperat dotem restitutam cum causa sit reducta ad non causam.*

141 *Causa mutata mutat effectum causæ.*

142 *Maritus & socer offerentes mulieri cautionem de restituenda dote non admittuntur.*

143 *Cautionis fragilitati non debet mulier se committere.*

144 *Melius est res habere, quàm cautionem.*

145 *Maritus vergens ad inopiam offerendo cautionem recuperat ex iure Hispaniarum.*

146 *Actori vbi conceduntur plura remedia alternatiuè, vel simpliciter, electio est actoris.*

147 *Maritus si post restitutionem dotium propter inopiam, factus est diues, prudens, & sapiens, restituenda est ei dos.*

148 *Communis opinio est seruanda, quod maritus diues effectus non recuperat dotem, ex vera causa inopiæ restitutam.*

149 *Mulier viuens in matrimonio more Latinorum, vel Vrbis Panormi Messanę, seu Catinæ, propter inopiam viri potest suam tertiam partem petere.*

150 *Filij, mortua matre, si pater vergit ad inopiam, possunt petere sibi restitui dotem per eorum matrem traditam.*

151 *Priuilegium competens mulieri in repetitione dotis competit etiā filijs ipsius mulieris.*

152 *Filius videns se ex facto patris grauari in iure, & in bonis, in quibus habet actionem*

Exes

L. MARITVM IN ID, quod facere potest, condemnari, exploratum est; sed hoc hæredi extraneo non esse præstandum, ff. solut. matrimon.

QVÆSTIO PRIMA.

1 ARITVS † habet beneficium, quod non conueniatur vltra quam facere potest, deducto ne egeat, pro dotium restitutione, non deducto ære alieno *l. maritus facere posse, eodem. communiter transeunt DD. in d. l. maritum, & l. alia, §. eleganter, Bar. Bal. Ang. Zas. Alex. Paul. Castrens. Alber. de Rosat. Barbos. Iason & Doctores omnes. & lege ex diuerso, ff. eodem. lege, in condemnatione, ff. de reg. iur. glos. in l. non tantum, ff. de re iud. & ibi Alex. §. sed & si quis, & ibi Ias. Iac. Plat. Nicol. de Neap. Faber, & Ang. Aret. instit. de actio. & ibi Io. Oipot.*

not. verſ. item ſi de dote n.2. l. 1. §. cum autem, & ibi Bar. ff. de rei vxor. actio. Alber. de Roſat. in l. ſunt qui in id, quod, & ibi Doctores, ff. de re iud. Paul. Castr. in l. diuortio num. 2. ff. de neg. geſt. Soc. de reg. iur. reg. 257. Din. de reg. iur. reg. 7. num. 10. Idem Din. in §. ſunt præterea inſtit. de actio. Ludou. Bolog. in d. & ideo, ff. rer. amotar. Vinc. Paliot. in tract. de dot. num. 126. Io. Boſch. in l. 4. num. 18. de nupt. Thom. Perpel. ſuper l. 2. num. 80. ff. ſol. matr. Bact. de inope debit. q. 17. num. 50. Amanell. de Clar. aquis ſing. 188. Mar. Mant. ſing. 238. n. 2. Io. Pet. Fontanell. in tractat. de pact. nupt. clauſ. 7. gl. 3. n. 25. 26. 104. lib. 2. Ant. Monach. de execut. in veſtib. cap. 12. nu. 59. Neapod. in conſuet. Neap. conſuet. vnic. vbi dos poſt num. 43. verſ. in hoc intellectu fol. 237. Brun. de ceſs. bon. q. 20. p. 4. princip. num. 1. Bapt. de S. Blaſ. in tract. de priuileg. dot. in 350. priuileg. num. 50. Conſtant. de Rogger. de dot. verſ. octauo oportet nu. 70. Spec. in tit. de renunt. & concl. §. 1. num. 20. Veron. caut. 251. num. 3. Intrigl. de caſib. conſcien. caſ. 35. num. 4. Muta in cap. huius Regni Siciliæ cap. 189. poſt num. 6. Nepit. in conſuet. Catinen. conſuet. vnic. de reſtit. dot. tit. 18. num. 46. f. 160. Marc. Ant. de Amat. dec. 16. num. 11. Afflic. dec. 222. Cæſar Beat. dec. 56. num. 19. Rol. in tit. de renunc. §. beneficium, Surd. de aliment. p. 1. q. 78. num. 13. Benincaſ. de paupert. q. 8. in 2. inſpect. in conſtru. Menoc. conſ. 373. num. 4. vol. 4. Alex. Trentacinq. var. reſol. volu. 1. lib. 2. de except. reſol. 1. num. 9. Giurb. ſuper conſuet. Meſ. cap. 13. gl. 6. num. 4. p. 1. Io. Bapt. Marcheſ. in prax. commiſſ. reſcriptor. vtri. ſignat. lib. 3. de commiſſ. ceſſ. bon. cap. 2. §. 1. num. 62. fol. 285.

6 Ratio eſt, propter † reuerentiam præſtitam à muliere marito, *Iaſ. in l. ſi conſtante, num. 28. Doctores in d. l. alia, §. eleganter ff. ſol. matr. Andr. Facchin. in controu. iur. cap. 30. lit. E. ver. ſecundo quæro lib. 10. Baldaſſar. Montollon. de metu cap. 4. num. 3. Dialog. relator. in p. 3. c. 20. num. 6. Frater Mexia in ſuo tract. del eſtado del matrimonio lib. 1. cap. 10.* & ſoluto matrimo-

3 nio maritus habet iſtud beneficium: ex quo † ſoluto matrimonio maritus retinet priuilegium propter reliquias præcedentis matrimonij, *l. 1. & 2. ff. rer. amotar. l. vnius, §. ſeruo, ff. de quæſt. ſecundum Io. Andr. in cap. 1. quem ibi ſequitur Abb. de donat. inter vir. & vxor.* vbi reprobata gloſ. 2. dicit quod maritus in reſtituenda dote ob ſolutum matrimonium non conuenitur niſi in quantum facere poteſt, ob reuerentiam maritalem. ſequitur *Maſtrill. dec.*

1 *93. num. 1. p. 1. Canalc. dec. 21. num. 10. p. 4. Affl. dec. 22. Matheſil. ſingul. 261. Barz. dec. 56. num. 19. Surd. de alim. tit. 1. q. 37. nu. 14. Campeg. de dot. p. 3. q. 246. in fin. per l. ſi maritus, ff. de conſt. pecun. Din. & Cyn. in d. l. alia §. eleganter, notat. Decian. reſp. 43. num. 20. vol. 3. not. in proœm. par. 1. num. 47. Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius num. 94. ff. de lib. agnoſ. Franch. dec. 164. num. 6. 13.* ſecundum opinionem *gloſ. in d. l. alia* . & licet ibi poſt num. 19. contrarium dicat, eius opinio eſt

improbata à *Barboſ. in d. §. eleganter num. 34. in fin.* & ſic maritus pro reſtitutione dotium, tam conſtante, quàm ſoluto matrimonio non tenetur, niſi in quantum facere poteſt,

4 & non vltra. *In contrarium † eſt conſuetudo Neapolitana, vbi dos, tit. 8. de iur. dot.* dicens vbi dos eſt in caſu reſtitutionis faciendæ ſiue à marito, ſiue ab hæredibus mariti, & à quolibet alio, qui tenetur ad reſtitutionem dotis, in quolibet caſu fit condemnatio, & exactio in ſolidum, non obſtante lege, quæ in caſibus condemnationem, & exactionem dotis fieri vult, in quantum ipſe, qui ad reſtituendam dotem tenetur, facere poteſt, habita ratione ne egeat, *& ibi Neapod. num. 25.* etiam qua-

5 cumque actione petatur dos, ſecus † ſi ex alijs contractibus conuenitur vir ab vxore, quia in quantum facere poteſt condemnabitur, & etiam pro antefato non tenetur niſi in quantum facere poteſt, *& ibi Neapod. n.* & ita fuit deciſum in Sacro Concilio Neapolitano in cauſa Mag. Angeli Boue Actricis contra Mag. Franciſcum Suaſi eius ſocerum pro dote, & antefato, & fuit determinatum quòd pro antefato teneatur dictus Franciſcus in quantum facere poteſt, ſub die 21. Iunij, hoc non obſtante. ſimile ſtatutum eſt Lucæ, *Franch. deciſ. 164. poſt num. 3.* dixit etiam *Auiell. loco cit. lit. C. in addit. per Soc. in d. conſ. 43. verſ. 4. col. vlt. Maſtril. d. dec. 93. num. 3. lib. 1.* Aſt vbi non eſt talis conſuetudo in contrarium, vt in iſto Regno, ſeruatur iuxta iuris diſpoſitionem, & ita fuit prouiſum per Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Marcum Antonium Columna tunc Proregem huius Regni, virtute literarum ſub viſione M. R. C. datatum Panor. die 27. Nouemb. 1579. ſtante morte vxoris, & etiam interloquutum per M. R. C. ad inſtantiam Mag. Blaſij Colonna conuenti contra Angelum Lombardo, per quem fuit cauſata exequutio contra dictum de Colonna virtute cōtractus matrimonialis in vncijs ſexdecim, ſoluto matrimonio per mortem vxoris: & fuit dictum, Gaudeat beneficio deducto ne egeat ſub die 21. Ianuarij 9. ind. 1589. & gaudet iſto beneficio deducto ne egeat, pro ſe, filijs, eiuſque familia, ſine quibus ma nere non poteſt. & ita fuit prouiſum per Illuſtriſſ. Marchionem Ieracis, olim Præſidentem huius Regni, virtute literarum, emanatarum ad inſtantiam Antonini Crixenza Panor. die 7. Septemb. 8. Ind. 1596. quarum literarum verba ſunt hæc *(che per le dette dote, e dotario, che eſſo eſponente deue dare deducendo di li beni, che tene, tanto mobili, come ſtabili, tanta quantità, & ſumma, che ſi poſſi campare eſſo, ſoi figli, & famiglia che tene in poteſtà ſua; il reſto di quelli ſarete ſotiſfare) & not. infra q. 5.* contra quem poſtea fuit cauſata exequutio ad inſtantiam Antoninæ Boniorno eius ſocrus virtute contractus matrimonialis, non obſtantibus literis prædictis, & tandem non fuit moleſtatus vt patet penes acta M. R. C. ſub die 14. Nouemb. 11. ind. 1599. Idem fuit prouiſum per Illu-

Illustriss. Marchionem Ieracis ad instantiam
Cæsaris Morello ob mortem eius vxoris, vir-
tute literarum, sub visione M. R. C. datarum
Panor. die vltimo Aprilis 15. Ind. 1602. con-
tra sororem Margaritam Bonfiglio, ob mor-
tem vxoris: quæ literæ fuerunt missæ ad effe-
ctum, quod non sigillentur, & nihilominus
fuit interloquutum per M. R. C. (sigillentur,
saluis iuribus vtrique parti sub die 26. Octo-
bris 1. indict. 1602.) ratio est supradicta, ne
contra receptam reuerentiam maritus coga-
tur mendicare, *Ias. in d. l. si constante post num.
111. vers. pro ista, vbi dicit communem opinio-
nem*: & sic ex supradictis prouisionibus patet,
quod maritus habet beneficium deducto ne
egeat, non solum quando conuenitur ab vxo-
7 re, verum etiam quando † conuenitur à so-
cero, vel socru: ratio est, quia si socer habet
beneficium, deducto ne egeat, quando conue-
nitur à genero, vt notaui q. 7. quia loco pa-
rentis habetur *per l. quia parentis, ff. solu. ma-
trim. Amat. dec. 10. num. 34. Menoch. cons. 22.
num. 3. Barbos. in d. l. maritum num. 60.* è con-
uerso, gener habet istud beneficium quando
conuenitur à socero, quia loco liberorum
habetur, dixit *Surd. de alimentis tit. 1. q. 39.
num. 16. & 17.* quia filius quando conueni-
tur à patre, habet beneficium, deducto ne
egeat, ita gener, qui loco filij habetur *d. l. quia
parentis, & per Doctores, quos supra notaui*: &
8 ratione correlationis † dispositum in vno, cē-
setur in alio dispositum, *vt not. q. 2. Cordub.
in d. l. si quis à liberis §. sed si filius, n. 94.* & sicut
socer habet beneficium istud conuentus à ge-
nero pro solutione dotis, ita gener conuen-
tus à socero, sicut filius à patre: & ob hanc
9 rationem † socrus, & socer tenentur alere ge-
nerum, & nurum in subsidium, probat *Surd.
multis rationibus titu. 1. q. 38. de alim. sequitur
Molfes. in consuet. Neapolitan. p. 5. q. 11. num.
36. & dixit Barb. in d. l. maritum num. 60.* ergo
gener tam ratione filiationis, quàm ratione
alimentorum, habet istud nostrum beneficiū,
& notaui in d. quæst. 3. num. 18. quod benefi-
cium maritus habet non solum ex supradictis
rationibus, non obstante renuntiatione etiam
cum iuramento, *vt not. in proœm. 1. p.* sed
quia fuit maritus, *vt ibi tex.* dicit, *maritum
in id quod facere potest condemnari, exploratum
est*. & ob reuerentiam ab vxore receptam per
matrimonium, cuius reliquiæ soluto matri-
monio durant, vt supra num. 3. & agendo so-
cer ad dotis restitutionem agit nomine vxo-
ris, filiæ suæ, ex quo debet facere mentio-
nem de matrimonio contracto, & postea so-
luto; & sic agit contra maritum, cui compe-
tit istud beneficium, tam contra vxorem,
quàm contra eius hæredes, tam ratione per-
sonæ, quàm ratione reuerentiæ de iure diui-
no, & naturali, *vt not. in proœm. 1. part.*
quia pater succedit tanquam hæres filiæ,
vt dicit *Affl. decisione 323. numer. 4.* ex quo
10 † dos est patrimonium vxoris, *Milanens.
decisione 11. numer. 35. Io. Criuell. decisione 86.
numer. 5. Brun. à Sole in compend. resol. fol. 72.
Ludou. Roma. in l. 2. post numer. 56. versic. &
eius est ratio, ff. solu. matrim. l. 3. §. ego, de
minorib. Decia. consil. 89. numer. 6. li. 2. Corn.
consil. 26. incip. in hac consultatione lit. H. 2.
part. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 1.
part. 1. numer. 124. fol. 23. lib. 2. Ioseph de
Rusticis in com. ad legem, cum auus lib. 3. cap. 9.
numer. 11. ff. de condict. & demonstrat.* &
est in dominio vxoris. *lege, in rebus §. 1 de
11 iur. dot.* quia † succedit loco legitimæ,
*l. quoniam nouella, C. de inoffic. testam. Mi-
lanens. dicta decisione 11. à numer. 50. vsque
60. Brun. à Sole loco citat. Angel. consil. 124.
Corn. consil. 47. numer. 2. vol. 2.* & quando
succedit loco legitimæ, vide *Fossan. decisio-
ne 159. numer. 6. & Milanens. loc. citat. Fon-
tanell. d. claus. 5. glos. 1. numer. 111. fol. 20.
lib. 2.* & dicit, quod de ea disponere potest;
omnino videndus. Et sic pater vti hæres
filiæ agit contra maritum filiæ, deducto ne
12 egeat; maxime quando pater † stipulatus
est dotem reddi filiæ, & eius hæredibus, vel
patri, & eius hæredibus, quo casu pater
vigore talis stipulationis non videtur sti-
pulatus fuisse nomine proprio pro se, sed
nomine filiæ, & tanquam hæres filiæ. &
ita fuit decisum in sacro Consilio, *vt re-
fert Fab. de Rubijs in addition. ad consuetud.
Neapol. in consuet. si quis moriens, in versic.
si pater stipulatus est, sequitur Io. Bapt. de To-
ro in compend. decision. Neapolit. in verb. pa-
ter si stipulatus intuitu, per Luc. de Penn. ibi*,
& hodie de stilo Notariorum, vtuntur ver-
bis prædictis, vt est videre per instrumen-
ta matrimonialia: ergo non obstante qua-
cunque renuntiatione, etiam cum iura-
mento, conuentus à socero habet istud be-
neficium, si non est potens, quia non solum
13 isto casu posset vti isto beneficio, sed †
etiam socer eum tenetur alere, vt supra
notat. & sic pro alimentis, ne egeat, quæ
14 pacto † remitti non possunt, *vt not. quæ-
stione 5. numer. 12. Surd. d. quæstione 17. de
alim. Brun. à Sole in compend. resol. fol. 10. à
terg.* vbi dicit quod nec tacite, nec expres-
se, nec etiam valet consuetudo in contrarium
15 extans *Cranet. consil. 116. lib. 1.* ergo † non
valet renuntiatio, maximè cum sit contra
bonos mores iuris naturalis, *vt not. d. par. 1.*
Non obstat quod filius possit renuntiare
cum iuramento isti beneficio, ergo & ge-
16 ner, qui † loco filij habetur: quia non
militat eadem ratio, ex quo filio nunquam
17 fuit debita † reuerentia per patrem, prout
fuit debita marito per vxorem, quam reti-
net soluto matrimonio: & succedendo pa-
ter in dote, succedit in patrimonio filiæ, vt
supra notaui. Secundo, quia non obstante
18 renuntiatione, filius † semper est alendus à
patre, cui debentur alimenta iure sangui-
nis, & ex necessitate naturæ, *Bart. in suo*

tract. de alim. num. 8. & non potest dici, quod egeat: quod non esset ita in genero, si valeret eius renuntiatio soluto matrimonio, *secundùm gloss. in l. hoc ita ff. sol. matrim.* & sic
19 non est eadem ratio, quia † scilicet pactum, quod non teneatur pater alere filios egenos, non valet, *Giurb. decis. 5. n. 36. per Bar. in d. l. si quis à liberis §. parens, in fin. Tusc. tom. 1. lit. N. concl. 287. num. 7. 8. Sesse decis. 26. num. 103. 106. & 107.* Qua ratione retinet istud beneficium maritus: nec non respectu personæ maritus etiam habet istud beneficium, quia istud beneficium est concessum personæ mariti, *vt supra not. & dicit Alex. in d. l. alia, §. eleganter post num. 16. vers. in milite vero,*
20 vbi dicit, quod quando † competit priuilegium ratione personæ, licet actor, qui conueniat, sit persona, quæ ei non debet reuerentiam exhibere, tamen huic priuilegio renuntiare non potest, vbi loquitur in milite, & marito, *vt Ias. in l. sunt qui num. 1. de re ind. & per ea quæ not. quæst. 5. ampl. 2. n. 10.* & sic
21 remanet firma conclusio, quod gener, conuentus à socero, habet istud beneficium non obstante renuntiatione etiam cum iuramento, in puncto, tenet *Connan. lib. 8. comm. iur. ciuil. fol. 542. à terg. & fol. 543. in prin.* vbi dicit, quod gener, conuentus à socero, habet
22 istud beneficium, nec valet † pactum in contrarium, & non solum contra socerum, verum etiam contra eius hæredes, quia alendi
23 † onus transit in hæredem in subsidium, quando pater, qui viuens alere tenebatur, *Surd. de aliment. quæst. 23. lib. 1. n. 11. Bart. in l. si quis à liberi, §. item rescriptum, ff. de liber. agnoscend. Mathesil. sing. 147. Giurb. decis. 5. num. 19. Tepat. lib. 2. variar. tit. de aliment. colum. 3. vers.*
24 *onus*; si ergo hæres † tenetur alere generum, qui alendus erat à socero, si viueret, & sic non potest ab eo in solidum exigi, & ita fuit decisum in Curia Prætoriana huius Vrbis in mense Nouembr. 1622. in fauorem Don Caroli de Septimo contra Didacum Messana sororium hæredem, & filium eius soceri: & sic maritus habet istud beneficium tam ratione reuerentiæ, conuentus ab vxore, & eius hæredibus, quam ratione personæ ex bonis moribus naturalibus, quando conuenitur ab extraneo, *vt not. infra ampl. 6.* iuxta distinctio-
25 nem, ibi notatam, & isto in casu maritus † non tenetur probare esse pauperem *Paul. Castr. in d. l. maritum, num. 2. Lud. Roma cons. 245.* quia sufficit eius assertio paupertatis, & contrarium dicenti incumbit onus probandi, *vt not. supra in proœm. 1. per vers. nec etiam pactum,*
26 *quod bona, in fi.* sed ista † assertio, siue confessio inopiæ non nocet creditoribus, *Surd. decisione 156. num. 10. Giurb. decis. 24. numer. 4. per Cy. Alber. & Sal. in l. si constante numer. 4. ff. sol. matrim. Palat. Ruui. in cap. per vestras, §. 18. num. 32. de donat. inter vir. & vx. Cornaz. decis. 95. numer. 2. Milanens. decis. 7. num. 67. lib. 1. Costa de scient. & ignor. cent. 2. dist. 80. num. 6. Magon. dec. Lucens. 55. num. 4. 5. & dec. Florent. 125. Natt. cons. 438. num. 15. Crot. cas. 107. num. 3. vol. 1.* maximè si nequitia, & collusio interueniat; quam probari inquit *per Caphal cons. 304. num. 20. Surd. consil. 114. num. 17. lib. 1. & cons. 326. num. 22. lib. 3. D. Io. del Castillo Soto Maior vir copiosissimus, ac doctiss. de coniect. vlt. vol. cap. 26. post num. 5. fol. 415. in fin. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 2. par. 3. lib. 2. num. 39. fol. 563.* sed tantum marito nocet quando contra eum agitur *Ioseph Lud. dec. Lucen. 23. num. 15. & 16. not. infra vers. infertur etiam quod creditores, in fin.* & vt quis dicatur diues, vel pauper, iudicis arbitrio relinquitur, *latè Menoch. de arbit. iud. cas. 63. Didac. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 6. num. 8. Bernard. Alfan. collect. iur. ciuil. in d. l. si constante nu. 166.* aliàs esset contra bonos mores, & contra receptam reuerentiam, compellere maritum plus quam potest facere, & in iure habetur ratio honestatis, non solum vtilitatis, *§. iuris præcepta instit. de iustit. & iur. l. filius, ff. de condict. indeb.* & sic proceditur tam in dote, quam in dotario, dixit *Anell. de Bott. in addit. ad Neapod. in d. consue. dos vers. limita fol. 234.* vbi testatur ita iudicatum fuisse, *Vinc. de Franc. dec. 164. num. 4. & not. infr.*
27 *vers. seq.* Quod † priuilegium maritus non solum habet contra vxorem, socerum, & socrum, & hæredes, vt sup. not. verum etiam contra hæredes extraneos *l. si post diuortium, ibi Bart. & Doctores, ff. sol. matrim.* vbi habet,
28 quod † licet mutetur persona actoris, non mutatur qualitas actoris, scilicet respectu conuenti, sequitur *Mastrill. d. dec. 93. n. 9. lib. 1. Molfes. ad consue. Neapol. p. 4. q. 63. n. 6. & not. infra q. 12. fall. 5.* Adde quod ita iudicatum fuit per Iacobum Scaglione, Iudicem M. R. C. sedis ciuilis in fauorem Gabrielis Monsignori pro restitutione dotium vnc. 50. pro qua summa fuit causata exequutio p. p. f. & impleta iuxta interpretationem Ritus: fuerunt præsentatæ oppositiones per dictum de Monsignori, & fuit interloquutum (stent, expensis hinc inde compensatis sub die 15. April. 13. ind. 1616.) sic ergo remanet dicendum, quod
29 † maritus gaudet isto nostro beneficio pro dotium restitutione, vt patet per decisiones prædictas, tam constante matrimonio, quam soluto, tam conuentus ab vxore, quam à socero, vel ab hæredibus; tam quando promissio de restituendo facta fuit vxori, quam socero, vt est videre ex contractibus matrimonialibus superius not. in quibus obligatio de restituenda dote erat facta in casu soluti matrimonij socero dotanti, & tamen fuerunt ad nostrum beneficium admissi. Et hoc in tantum est verum, quod † si aliquis fuit adhi-
30 bitus ad stipulandum, scilicet, quod maritus promisit restituere dotem, vel partem dotis soluto matrimonio, de voluntate vxoris, extraneo, si iste soluto matrimonio agit, gaudet vir nostro beneficio *Lud. Bolog. in lege, quæ dotis, ff. sol. matrim. & dixit Bar. in d. lege, quæ dotis numer. 10. licet Vinian.*

Viuian.contra teneat in casu legis 2. ff sol. matr. versic. ego volo, quod maritus promittendo extraneo de voluntate vxoris, non gaudeat (licet cogendus non sit,) hoc est quando promittit restituere quantitatem expressam, *vt ibi Bar. & glos. & est tex. in lege, si prior maritus. ff. sol. matrim. & not. ampl. 6.* Quod beneficium non cessat per superueniētiam diuitiarum, quia semper est conueniendus deducto ne egeat, vt sibi remaneat vnde viuere possit, secundùm eius conditionem, dicit *Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 1. part. 2. num. 54. lib. 2. per Alex. in l. si constante num. 36. sol. matr.*

31 Ex hoc infertur, quod si mulier non agit contra maritum inopem, sed contra debitorem mariti actione hypothecaria, *vt lege hæredem mariti, ibi glos. mag. C. de hæredita. actio. vbi ad hoc Bal.* ibi facit distinctionem, an sit expressa, vel tacita hypotheca, & an mulier possit indiscusso marito, vel absque cessione agere, *vt not. infra à numer.*

32 *201. vsque 208. seqq.* isto casu potest † maritus comparere, & opponere hanc exceptionem, scilicet, ne mulieri soluatur, cum inde se ali alleget, dixit idem *Bal. in l. quod nomine, versic. quod si mulier C. de condict. indeb. & facit l. si filio, ff. solu. matrim. vbi Bal. & Doctores*, & pro intelligentia huius materiæ consideranda sunt tempora, scilicet *ff. Codicis & authent.* secundùm *D. Io. del Castill. de coniect. atque interpret. vlt. vol. cap. 26. numer. 10. lib. 4.* vbi tractat hanc materiam, & facit ibi dicta tria tempora dotium restitutionis: scilicet, tempus ff. à quo tempore mulier non admittebatur ad dotis repetitionem; nisi ab eo tempore quo euidentissimè costaret, bona mariti non sufficere, *secundum tex. in d. lege si constante.* Secundùm tempus fuit Codicis: vt quamuis maritus haberet bona sufficientia, & tamen deducto ære alieno, non remanerent ei bona sufficientia pro oneribus matrimonij, admitteretur vxor etiam constante matrimonio. *tex. in dicta lege, vbi adhuc.* Tertium tempus fuit ius Authenticorum, quo cautum fuit, vt quamuis maritus haberet bona sufficientia ad dotis exactionem pro oneribus matrimonij, nihilominus mulier admitteretur, si cœpit maritus male vti substantia sua, *text. in authent. de æqualitate dotis, §. sed illud quoque col. 7.* de quibus omnibus temporibus infra ordine suo Deo duce in hac quæstione pernotabimus: & marito vergente ad inopiam, poterit mulier debitoribus cessis denuntiare, ne soluant marito. *Octau. Cacher. decisione Ped. decisione 62. numer. 12. arg. legis, hæres cum debuerat, ff. ad Treb. & ibi Alexand. in fin. post Bart. Imol. Raph. Cuma.* quos refert, & sequitur *Iason in lege, si cum emptor numer. 10. ff. de pact. Roma. consil. 46. Affl. decis. 221. quos allegat ibi Cacher.*

33 Sed videndum est, an † maritus constante matrimonio, quando propter eius paupertatem, quia ad inopiam vergit; & agitur per vxorem actione personali contra virum ad dotis exactionem, gaudeat isto beneficio, deducto ne egeat. Duæ sunt opiniones circa huiusmodi quæstionem; Alia est affirmatiua: Alia negatiua. Affirmatiuam tenet *Bar. in l. si constante num. 106. versic. item non potest agere.* ratio est ibi per eum, quia maritus conuentus actione personali de dote, si exi-

34 geretur in solidum, dominium † dotium transiret in ipsam vxorem, & soluto matrimonio fieret sibi præiudicium, quia mulier ageret rei vendicatione; quo casu vir excuteretur in solidum, & non poterit opponi ista exceptio, qua omissa, viro non erit consultum per *l. Nesennius, §. fundum, ff. de re iud. & infra not. ampl. 4. versic. secus, sequitur Alex. in l. non tantum, ff. de re iud. & in d. l. si constante num. 38. & 29. vers. sed non obstat. Fontanell. de pact. nupt claus. 7. glos. 3. par. 11. sub num. 79. lib. 2. fol. 743. Palat. Ruui. in repetit. cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. §. 20. fol. 109. in fin. vers. sed potest dici*, vbi di-

35 cit, quod † tunc demum vxor acquirit dominium rerum mariti, sibi redditarum, quando agit actione personali pro sua dote propter eius inopiam, quæ forsan consistebat in pecunia, & loco illius data fuerunt in solutum bona mariti, tunc gaudet isto beneficio. *Franc. Capper. q. vnic. causa 102. post num. 12.* licet aliter sentiat, vt infra idem *Fontanell. vbi sup. de pact. nupt. d. claus. 7. glos. 3. par. 11. & d. num. 79. in fin. lib. 2. fol. 743. per Ant. Gom. in l. Tau. 50. num. 50. lim. 3.* quæ da-

36 tio † in solutum vicem venditionis obtinet, vt infra notaui, *per l. si prædium, C. de euictio. & patet per l. vbi adhuc C. de iur. dot.* vbi ha-

37 betur, quod † mulier non habet potestatem alienandi dotem, sibi restitutam, *& per d. tex. D. Petr. de Rauen. sing. 136.* dicit, quod facta restitutione dotis per maritum vxori ob vergentiam ad inopiam, est interdicta alienatio dotis ipsi mulieri, ergo est domina, dicit etiam *Bal. ibi, post n. 2. vers. ibi alienandi, Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. lib. 2. n. 44. p. 3.*

38 *fol. 163.* quia † priuatio præsupponit habitum *l. decem, ff. de verb. oblig. facit arg. l. Proculus ff. de*

39 *vsufr.* vbi grauamen † impositum vsufructuario, quod altius tollere non possit, facit, quod præsumatur habere proprietatem: sicut si fuerit vxor relicta vsufructuaria, cum hoc tamen quòd non alienet, videtur per tale grauamen reliquisse proprietatem: ita in casu nostro, quòd dos, mulieri restituta, prohibetur per ipsam alienari per *d. l. vbi adhuc*: ergo censetur dominium in eam translatū: hoc etiam dixit expresse *Bal. ibi post num. 6. vers. sed ita est,*

40 quod dominium † rei dotalis transit ipso iure in vxorem *in casu d. l. vbi adhuc*, per verbum (vendicari) & ita videtur sentire *Andr. Gail. pract. obseru. lib. 2. obseru. 83. numer. 2. 6. & 7.*

41 Ratio est ibi per eum, quia † ad actionis exercitium, siue dotis exactionem, à pari

procedunt, matrimonium esse dissolutum, vel matrimonio constante, marito ad inopiã vergente, dixit etiam *Ias. in d. l. si constante sub nu. 19. & 112. Fr. de Chapperijs d.q. vnic. causa 102. post num. 1.* vbi dicit, causa mortis, & inopia viri, de iure sunt æquiparatæ, *per d.l. vbi adhuc per illa verba, Vt potuisset si matrimonium eo modo dissolutum fuisset. Don Io. del Castillo de coniect. vlt. vol. d. c. 26. post num. 5. in fin. lib. 4.* Si ergo à pari procedunt est vera dotis restitutio: ex quo soluto matrimonio dos restituitur, & eius dominium transfertur in vxorem, vt infra not. ergo etiam isto casu, si à pari procedunt, dominium transfertur in vxorem, & soluto matrimonio ageret
42 rei vendicatione, & maritus † conuentus actione reali vti extraneus, & tertius possessor, non gauderet isto beneficio, refert *Surd. de alim. q. 78. p. 1. num. 40.* licet ibi cum hac opinione non transeat, facit *l. si cum dotem §. fi. ff. sol. matrim. l. depositi, ff. de pecul. Din. in d. l. maritum, & Cyn. in d. l. vbi adhuc in 10. q. Iac. de Aret. & Bar. in l. si maritus, ff. sol. matrim. sequitur Gugl. de Cun. in l. quod nomine, ff. de condict. indeb. & Io. de Imol. in l. si filio, la 2. ff. solu. matrim. Crauett. cons. 996.*
43 *lib. 6.* vbi † maritus priuilegio, & beneficio, deducto ne egeat, non vtitur quoties cum eo, non tanquam marito, sed alio possessore agitur. hanc sequitur opinionem *Alex. in d. l. maritum, col. 3. vers. item in quantum*; & quòd maritus conuentus actione rei vendicatoria, tanquam extraneus, non gaudeat isto beneficio, dixit etiam *Veronens. caut. 241. num. 2. ver. secus si conueniatur, Marc. Ant. de Amat. decis. 16. num. 11. circa fi. Scipio Rendina in tract. promptuarij receptarum sententiarum, tit. 123. de viro, & vxor. num. 8. vers. quo concordia. Ant. Monac. de exequ. in vestib. cap. 12. n. 59. Intrigl. de casib. conscient. cas. 35. num. 44.* vbi dicit, si res dotales per maritum constante matrimonio restitutæ fuerint vxori, & consequenter earum dominium in vxorem trãslatum, si in manus viri iterum peruenerint, teneretur in solidum; alleg. *Tiraq. de constit. sub num. 28. p. 1. per Bal. in l. filio familias, la 2. & ibi Paul. Cast. ff. sol. matr. & not. ampl. 4. huius primæ quæstionis*, & sic omissa ista exceptione, viro non erit consultum, sequitur *Campeg. in tract. de dot. p. 3. q. 238. fall. 8. in fin.* & sic isto casu maritus habet istud beneficium, ex quo dominium transit in vxorem, dixit etiam *Bertacch. in suo repert. in verb. dominium transfertur, vers. 54. & est de mente Cy. in d. l. vbi adhuc, vbi Bal. loco cit. & num. 26. in fin. sequuntur Imol. & Ludo. in d. l. si constante, & Bal. Nouel. p. 8. princip. priuilegio 6. num. 1. de dot.* vbi dicit, quod hæc opinio videtur esse communis de mente *glosæ in auth. donationem quoque C. de iur. dot. posita super d. l. vbi adhuc:* maximè quando fuit mulier posita in posses-
44 sione, *vt ibi glosa*, prout in casu nostro, quia † restituere nil aliud est, quàm eum, cui restitutio fit, possessorem facere, fructuumque perceptorem, *l. plus, ff. de verb. obl.* cum ob inopiam mariti mulier possit repetere dotẽ, *Bernard. Alfan. in collect. iur. ciuil. super d. l. si constante num. 1661. Tiraq. in tractat. cessant. caus. limit. 14. Franc. Turz. concl. 20. num. 21. gl. in §. dotis autem, in verb. ex causis, vers. item in auth. de nupt. secundum consuetudinem huius vrbis Panormi, cap. 80.* in illis verbis scilicet
45 (cũ iura dictant, quod † mulier etiã constante matrimonio, si vir vergat ad inopiam, possit petere dotes suas) *Bal. in d. l. si constante, in princ.* vbi dicit, quod marito vergente ad inopiam, mulier potest exigere dotem constante matrimonio, *gl. in §. fuerat, in verb. cum ipsa, vers. respondeo, instit. de action. Muta d. c. 80. num. 11.* vbi dicit magis communem opinionem. *Valenzuel. Velazquez cons. 31. nu. 28. l. 1. tit. 9. p. 3. l. 29. tit. 11. p. 4. Molina lib. 1. de Hispanor. primo g. c. 16. num. 8. Auend. responsf. 8. num. 1. Muta decis. M. R. C. dec. 23. n. 22. Don Io. del Castillo Soto maior de coniect. vlti. vol. cap. 26. in princ. vers. primo itaque lib. 4. f. 413. & num. 4. & 5.* Immo ex officio iudicis hoc facere potest, *Io. Bapt. Asin. in tract. de exequut. cap. 3. num. 112. ver. in tan-*
46 *tum est verum.* quamquam regulariter † dos constante matrimonio non possit contra maritum repeti, *l. 2. ff. sol. matr. & Bal. in d. l. si constante, in princip. Sempronius Ascius dec. 165. num. 1. not. infra num. 106. Nicol. Caluol. in prax. iudiciorum in prælud. n. 59. f. 9. Franc. de Clapper. q. vnica, causa 102. in prin. D. Ioan. del Castillo Soto mayor, de coniect. vlt. vol. c. 26. num. 2. & 3. lib. 4. f. 413. & num. 6. in fin. per Gail. d. obser. 83. num. 1. pract. obser. lib. 2.* nisi mulier Iudęa ad fidem conuersa fuerit, quæ à marito Iudæo constante matrimonio dotem exigere potest, *Caualc. decis. 21. p. 2.* aut si maritus se absentauit sine causa à domo sua, iustam vxori præbens causam à domo ipsius recedendi etiam, & ad domum patris, quæ solet semper esse filiorum securum refugium, se conferendi, qui cum in onere alendi ipsam substituatur, debet consequi fructus dotis: hæc sunt verba: *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gl. 2. p. 3. num. 75.* dicit ita fuisse decisum in Rot. Maceraten. per *Sebast. Medices decis. 47.* ex quo alibi non legi. Vel nisi maritus ad triremes fuerit perpetuò condemnatus, quo casu est locus dotis restitutioni, *Carroc. dec. 106. Io. Aloys. Ricc. in collect. dec. collect. 663. Franch. dec. 54. Surd. de aliment. quæstio. 35. part. 1. & quæstio. 36. n. 5. & idem Franch. decis. 440. numer. 8. & decis. 562. Molfes. ad consuet. Neapol. par. 6. quæst. 5. numer. 7. & 8. Napod. in d. consuet. vbi dos num. 27. & in consuet. viro mortuo num. 47. & 53.* ratio est, quia mortuo ęquiparatur, etiam si fuerit ad tempus ad triremes condemnatus, dixit *Molfes. d. q. 5. num. 7. & Neapod. d. num. 27.* Vel si fuerit deportatus, quia licet non separetur matrimonium, nihilominus de ęquitate mulier potest petere dotem, dixit *gl. 1. in l. 1. C. de repud. Bar. in d. l. si constante num. 18. in fin.*

ſin. Vel in caſu noſtro propter vergentiam ad inopiam vt per *Molfeſ ad conſuet. Neapol. d. q. 5. num. 20. & 27. Neapod. in d. conſuet. vbi dos d. num. 27. verſ. tertio caſu, Maſtrill. dec. 142. num. 1. 2. lib. 2.* dicens quod caſus reſtitutionis dotium deuenit ſtante inopia viri, & viri inopia probata ne dum dotes vxori debent reſtitui, verum etiam & dotarium
47 ſeu antefatum: Immo maritus † cogi poteſt ad reſtitutionem dotis *Io. Coraſius in l. qui liberos num. 210. ff. de rit. nupt gl. in l. mutus in verb. reddi, ff. de iur. dot. & Palat. Ruuios in repet. c. per veſtras, §. 17. in prin. de donat. int.*
48 *vir. & vxor.* vbi dicit, marito † ad inopiam vergente conſtante matrimonio, poteſt vxor dotem, & donationem propter nuptias, ac bona parafrenalia petere, *Roder. Suar. in l. 1. tit. de las arras fol. 162. num. 58. & 59. in lib. eius allegat. Affl. dec. 199. num. 332. Cancer. var. reſol. cap. 9. num. 19. Muta d. c. 80. num. 12. & Giurb. d. dec. 16. num. 1. Barboſſ. in d. l. conſtante num. 1. vſque 31. Ludou. dec. Lucen. 22. num. 7. Panciról. conſ. 133. num. 10. 11. conſ. 174. Franc. de fideiuſſor. cap. 3. num. 326. Bombin. conſ. 69. num. 31. Murilian. dec. 81. num. 2. Tuſc. tom. 2. lit. D. concl. 761. Roland. conſ. 9. lib. 1. Natt. conſ. 495. num. 15. conſ. 496. n. 9. Cartar. dec. 43. Dec. conſ. 13. nu. 12. conſ. 46. num. 136. lib. 2. Soci. 111. n. 5. vol. 3. à Pont. dec. 19. num. 19. & 20. Tepat. lib. 2. var. titul. de reſtit. & collat. dot. col. 3. in prin. & col. 6. in fin. Milaneuſ. dec. 7. num. 63. 64. lib. 1. Caualc. dec. 22. num. 43. p. 4.* hoc eſt, ſi conſtat dotem fuiſſe numeratam, ſecundum *Philip. Corn. conſ. 285. lib. 4. & conſ. 112. num. 6. lib. 1. Don Io. del Caſtillo Sotomayor de coniectu. vlt. volun. cap. 26. poſt num. 5.* vbi allegat infinitos doctores tenentes quod mulier propter inopiã viri poteſt petere dotem. *Fontanell. d. clauſul. 7. gloſſ. 2. par. 1. num. 12. lib. 2. fol. 763. Muta deciſ. 23. num. 16.* & non ſolum procedit quando vir omnia bona ſua dilapidauerat, vel maiorem partem, *d. lege ſi conſtante,*
49 verum etiam † quando incipit ad inopiam vergere, per *d. l. vbi adhuc*, ſed etiam ſi eſſet de dilapidatione ſuſpectus, *per tex. in d. §. illud auth. de æqual. dot. verſ. quia enim dedimus mulieribus, & gloſa in d. l. 2. verſ. ſuſpectum, & in d. l. ſi conſtante, vbi Ripa ff. ſol. matrim. Muta d. dec. 23. num. 20. Maſtrill. dec. 142. num. 1. lib. 2. not. infra num. 128. & ſic §. illud, corrigit d. l. ſi conſtante, & d. l. vbi adhuc,* cum ex ſola ſuſpicione inopiæ poſſit mulier repetere dotem, dixit *Bald. Nouell. p. 6. priuileg. 70. & p. 7. priuileg. 24. in tract. de dot. & gl. in d. §. illud, in verb. inchoante verſ. ſolutio, & magis communem dixit etiam Campeg. q. 18. 19. & 25. de dot. p. 3. ſequitur Maſtrill. d. dec. 142. n. 3. & 4. lib. 2.* vbi etiam teſtatur de magis communi opinione, *Barb. in d. l. ſi conſtante num. 10. & 30. Medic. de caſibus fortuit. p. 2. q. 4. n. 54. Cornaz. dec. 95. num. 1. Bombi. conſ. 44. n. 2. Benint. dec. 68. num. 5. Burſ. conſ. 56. num. 1. 5. Mont. de tut. cap. 36. reg. 1. num. 7. Carpa. ad ſtat. Mediol. 453. num. 4. p. 1. Put. dec. 359. ſub num. 1. & dec. 364. lib. 3. Capic. dec. 46. ſub num. 4. Franc. dec. 617. Viui. dec. 538. num. 8. 9. 10. Ludo. dec. Lucenſ. 22. num. 19. & 21. Caphal. conſ. 747. num. 15. 34. Gratia. diſcept. 44. num. 21. & dec. 194. num. 2. Tuſc. tom. 2. d. lit. D. conclu. 762. num. 1. 2.* ratio eſt, quia dilapidans, legis, & hominis beneficio indignus redditur. *Polid. Rip. obſer. 163. nu. 12. & 13. Coſta ſubſid. remed. 4. & remed. 10. num. 33. poſt omnes dicit Giurb. d. dec. 16. poſt num. 1. verſ. quia dilapidans; & dicit D. Io. del Caſtillo de coniect. & interpreta. d. cap. 26. poſt num. 15. ſecundum diſpoſitionem d. l. 29. p. 4. tit. 11. alleg. Curiam Philippin. 2. p. del juyzio executiuo, §. pedimiento, num. 7. & Bal. in d. l. vbi adhuc n. 5.* vbi dicit, quod ſi vir ad inopiam deducitur, ideſt veriſimiliter tendit, ita quod periculum eſt in mora, mulier poteſt præueniendo agere ad dotem conſtante matrimonio, & recuperare, etiamſi ſit maritus diues, & eius bona ſufficiant pro dote, & creditoribus, *Michael Graſſ. lib. com. opin. cap. 27. f. 215.* qui teſtatur de magis communi opinione, & ſubdit, ab hac opinione non eſſe recedendum in iudicando, *Burſat. conſil. 56. num. 5. Beuintend. dec. 68. Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 1. in fin. Maſtrill. d. dec. 142. num. 5. & 7.* vbi dicit, quod iſta opinio eſt recepta in Regno, *Fr. Marian. Maring. ſuper praxi M. R. C. not. 189. p. 1. poſt num. 35. verſ. primus eſt,* vbi dicit, quod iſto caſu cõſtante matrimonio poteſt procedi ad dotis reſtitutionem, probat ex ratione *Nicolai Boery in dec. 328. n. 1.* vbi
50 dicit, quod † actio de dote annis 30. præſcribatur à die incohatæ, quo agi potuerit, ſcilicet ſoluto matrimonio, vel viro ad inopiam vergente conſtante matrimonio, *d. l. in rebus, §. omnis autem temporalis exceptio, C. de iur. dot. l. cum nouiſſime, §. illud. verſ. verum C. de præſcript. 30. annor.* hanc partem tenet *Roderic. Suar. in d. l. 1. tit. de las arras, poſt eius allegat. n. 57. in fin. fol. 462. Marc. Ant. Eug. in conſ. 58. poſt num. 74. lib. 1.* & eſt ſecundum diſpoſitionem legum Hiſpaniarum *l. 29. p. 4. tit. 2. l. 8. p. 3. tit. 29. Sed Vinc. de Percoll. ſuper Rit. M. R. C. cap. 102. lit. E.* dicit: Adde, quod mulier, quæ per decem annos non repetit dotem poſtquam vir cœpit vergere ad inopiam, eſt excluſa à petitione dotis, *Bernard. Grauius in addit. ad Gail. pract. obſeru. concl. 83. conſiderat. 2. lib. 2. videndus Hierony. Ceuall. q. 3. n. 6. Cuma. conſ. 92. incip. viſo ſupraſcripto caſu, col. 1. Molfeſ. ad conſuetu. Neap. in comment. p. 6. q. 5. num. 37. l. in rebus, §. in omnibus, C. de iur. dotium,* & alijs pluribus, probat *Maſcard. in tracta. de probat. concluſ. 1148. nu. 11.* quòd ſolent aſſecurationes peti ſtatim vt vir male incipit vti ſubſtantia ſua: ſolet periculum eſſe in mora, & iſto caſu non datur annus ad dotis reſtitutionem; dixit etiam *Molfeſ. d. q. 5. num. 27. Neapo. ad d. conſuet. Neap. in d. conſuetudine, viro mortuo, num. 54. in fin.* maxime vbi promittit maritus reſtitutionem

do-

dotis, tàm soluto matrim. quam in omnem alium casum restitutionis, & assecurationis, Franch. decis. 562. in fin. & Molfes. d. quæst. 5. numer. 3. Si ergo isto casu, marito vergente ad inopiam, de iure est locus restitutioni dotis, vt dixit etiam Nepita in d. consuetu. Catinens. vnic. de. restit. dot. numer. 35. tit. 14. illat. 159. verum est dicere, quod currit præscriptio: ergo fit vera restitutio, tanquam si matrimonium solutum fuisset, & dominiũ transit in vxorem: vnde maritus postea pos-
51 sidendo, non vt maritus, sed † vt extraneus possideret, & soluto matrimonio in solidum
52 conueniretur: & licet non eximatur dos, † constante matrimonio restituta propter inopiam viri, ab oneribus matrimonij, tamen causat veram, & propriam restitutionem, vt sup. notaui, & dixit Ludo. Pont. in cons. 434. circa princip. Bertac. in verb. dos constante matrimonio restituta vers. 17. dicit etiam Fontanell. clausf. 7. gl. 2. p. 3. de pact. dotal. num. 16. quod ita Senatus iudicauit lib. 2. & si causat veram restitutionem, dominium transfertur, & marito soluto matrimonio non erit consultum, quia restitui debet non vt dos, sed vt patrimonium mulieris, dixit Rol. cons. 86. num. 3.
73 lib. 1. vbi dos † restituta, non est amplius dos, sed patrimonium mulieris, facit Alex. Rand. in dec. Pisan. dec. 19. num. 25. ergo isto casu maritus gaudet isto beneficio, secundum Bar. Alex. & alios. Fontanell. de pact. nupt. clausf. 6. gl. 2. p. 2. num. 19. lib. 2. fol. 385.

Opinionem autem negatiuam tenuerunt, Cyn. in d. l. vbi adhuc, Io. de Imol. sibi contrarius, Raphael Cuma. Ludo. Roma & ante omnes Rayner. in d. l. si constante, refert, & sequitur
54 Ias. ibi num. 115. cum seqq. vbi maritus † conuentus actione personali non habet istud beneficium, deducto ne egeat, ex quo de dote restituenda debet ali, vt est tex. & gl. in d. l. vbi adhuc, communem opin. dixit Palat. Ruuios in repet. cap. per vestras, §. 37. f. 119. de don. int. vir. & vxo. & expresse etiam tenet Io. Crott. super d. l. si constante post nu. 157. sequitur Fontanell. de pact. nupt. clausf. 7. gloss. 2. p. 3. nu. 68. lib. 2. hoc etiam videtur sentire Pet. Nunez Auendaun. in respon. 8. post num. 8. vers. quamquam, vbi dicit, quamquam sit verum, quòd maritus quando conuenitur constante matrimonio pro dote, non videatur habere rationem, ne egeat, & sic videtur teneri vltra quam facere potest, non tamen ex hoc sequitur, maritum incarcerandum ad petitionem vxoris: quia licet non habeat rationem, ne egeat, illud tamen est, quia de fructibus alen-
55 dus est, & dos † consignatur vxori, vt deseruiat matrimonio, & pro eius oneribus, Paul. Castr. in d. l. maritum, num. 9. vbi Rayn. vt ipse & vxor inde alantur, secundum Iason in loco citato. Bartol. in d. l. si constante num. 88. & ibi Alexand. num. 38. post Bal. Ang. & Cyn. ibi quos allegat Surd. de alim. q. 78. num. 41. Rayner. de Forlinio in d. l. si constante in princip. Bal. Nouel. ibi num. 37. hanc etiam sequutus

est Aretin. in §. item si de dote num. 4. vers. secundo fallit instit. de action. Campeg. q. 63. p. 3. de dote. Franc. de Clapper. quæst. vnic causa 102. num. 5. dicit etiam Giurb. super consuet. Messan. cap. 13. glos. 6. num. 50. p. 1. Fontanell. d. clausf. 7. glos. 2. p. 3. num. 29. Farinac. dec. Rot. Roman. 259. vol. 2. & sic cessat ratio, ne egeat, ex quo habet alimenta ex dotibus prædictis. Brun. de cessio bon. q. 20. num. 10. ratio est per Ias. loco citato, quia quacunque actione fuerit actum, siue reali, siue personali, non poterit in futurum in aliquo præiudicare marito, quòd scilicet, non con-
56 ueniatur soluto matrimonio vltra † quam facere potest, deducto ne egeat, & in omnibus priuilegijs, ac si dos non fuerit restituta constante matrimonio, secundum Surd. loco cit. mouetur vbi Ias. alia ratione, per Raphael. Cuman. quia illud, quod retineret à marito de dote propter eius alimenta, auocaretur postea ab alijs creditoribus mariti, & sic non esset consultum, si haberet istud beneficium, & non releuaretur, nec marito, nec vxori,
57 quia in isto beneficio ne conueniatur † vltra quam facere potest, deducto ne egeat, non deducitur æs alienum per maritum, vt notaui in proœm prima par. versic. secundo, & est text. in l. maritus facere ff. solut. matrimonio, l. si maritus in id, & gloss. in dicta l. vbi adhuc, & per ea, quæ supra etiam in principio notaui, & mulier agit ad dotem quando euidentissimè constat ex facultatibus mariti non posse satisfieri etiam creditoribus, & dotibus, secundum Imol. Roman. Castr. in dicta l. si constante, quos refert. Campeg. quæst. 19. par. 3. de dote, vel quando inchoat malè vti substantia sua, vt dicto §. illud Authent. de æqualit. dot. sed si isto casu maritus haberet istud beneficium,
58 quò ad alios creditores, † nil facerent, quin ipsi possent auocare illud, quod maritus retineret, ne egeat, & per consequens marito non erit consultum. Nec obstat secundum Ias. tex. allegatus per Bart. in l. Nesennius, §. fundum, ff. de re iudic. vbi fundus traditus dona-
59 tario per donantem, † si in eius posse iterum peruenerit, & donator conuenitur in solidum tenetur: quia ista ratio non obstat marito, cum ex alia causa conueniatur donator: quia donator tradendo rem donatario sine vlla deductione, semel fuit liberatus ab illa obligatione priuilegiata qua tenebatur ex donatione, not. per gloss. in auth. sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. & glo. in l. ab emptio-
60 ne, ff. de pact. quia † solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, instit. quibus mod. toll. oblig. in princ. si ergo res peruenerit ad donatorem, tunc teneri dicitur ex alia causa, non priuilegiata: merito non habet donator beneficium donationis, & per consequens illud beneficium: sed in casu nostro,
61 siue maritus † conueniatur reali, siue personali, semper conuenitur ex causa veteri, scilicet ex causa dotis, quæ nunquam fuit extincta, Io. Crott. super d. l. si constante d. num. 157.

insi.

in fin. quæ ratio ante Iasonem fuit Io. Campeg. in d. tracta. de dot. q.54.p.3. & ita etiam
sentit Surd.d. q.78. post num.4. vbi dicit, quod
non videt, quare magis denegetur benefi-
cium marito, quando realis, quàm ibi perso-
nalis actio intentetur; cum vtroque casu mili-
tet ratio miserationis, & reuerentiæ: aliàs ve-
rò erit semper in facultate vxoris, realem
proponendo actionem, fraudare maritum
priuilegio sibi à iure indulto, cum tamen ea
reuerentia separari non possit à persona ma-
riti, etiamsi vti possessor conueniatur, quan-
do causa restitutionis descendit à dote, & à
62 matrimonio, secundum Crott. loco cit. quia †
ista restitutio, quæ fit constante matrimonio
vxori, non est vera restitutio, sed est quædam
sequestratio, quæ fit in manibus vxoris, cum
adhuc debeat deseruire oneribus matrimo-
nij, vt est tex. in d.l. vbi adhuc, & etiam inf.
notaui, num.68. siue agatur per vxorem actio-
ne reali, siue personali, Franc. de Clapper. q.
vnic. caus. 102. num. 16. vbi refert ita iudica-
tum fuisset, not. inf. num. 106. hanc opinio-
nem sequitur Fontanell. d. claus. 7. gl. 2. num.
18. Ideo semper maritus habet istud benefi-
cium, & dicit Ias. in d.l. si constante, num. 118.
quod veritas huius quæstionis est contra Bar.
vt patet per illud, quod vult ipsemet Bar. ibi
63 num.91. vbi dicit, quod † constante matri-
monio dos non minuitur, nec viri conditio
fit deterior, quia simul ex ea alimentantur,
& dotalia remanent salua in casu soluti ma-
trimonij, ibi etiam dicit Alex. post num.6. vers.
quia etiam quando agitur personali, sequitur Mu-
ta in consuet. Senat. Panorm. cap.46. num.20. Et
non obstat illud, quod dicitur, quòd dos re-
stituta isto in casu, non est amplius dos, sed
patrimonium mulieris: quia Bar. in d.l. vbi
adhuc circa medium, vers. in ea gloss. ibi redden-
do, dicit, quod exactio, quam facit vxor con-
stante matrimonio, non facit desinere esse
dotem, nomine, & effectu, sed quædam trans-
latio simplex de viro ad eam, dos tamen est,
Guid. Pap. sing. 233. §. si marito, vbi dicit, si
marito vergente ad inopiam, tradatur fundus
mulieri in solutione dotis, ipsum prædium
non desinit esse dotale, & alienari non potest
per exorem, Bar. in l. ita constante, ff. de iur. do-
tium: (In lectura autem mea non reperio, Bart.
scripsisse super dictam legem) secus soluto
matrimonio, quia post restitutionem non est
amplius dos, immo dicit in d.l. vbi adhuc Bal.
num.5. vers. vltimo nota sic, extraordinariam
hanc restitutionem dotis, & donationis pro-
pter nuptias pacta dotalia non eligere, sed
ea post solutum matrimonium reseruari; ergo
per consequens istud beneficium quod de iu-
re debetur, remanet saluum, d. l. vbi adhuc.
64 Et fortius, quia † bona, assignata vxori in
casu inopiæ, si pereant sine culpa vxoris, po-
test iterum petere in bonis viri, secundum
Ang. in l. noxali, §. est autem, ff. de pecul. Alex.
cons. 39. lib.4. Bertach. in verb. assignare, vers.
6. dixit etiam Io. Crott. super rub. ff. solut. ma-
trim. num.30. & 34. & in d.l. si constante num.
219. & ita iudicatum fuit per Consistorium
in anno 1602. adde Mastrill. d. dec. 142. num.
29. Giurb. d. dec. 16. post num. 5. vers. ideo si
prædium, Crott. in d.l. si constante n. 219. Fon-
tanell. d. claus. 7. gl. 2. p. 3. num. 74. lib.2. nisi
ex probabili causa, vel nisi in casibus, in qui-
bus debet fieri dotis restitutio, Signorol. de Ho-
mod. super l. æstimata res num. 21. & 24. ff. sol.
65 matrim. & restituens † dotem mulieri, regu-
lariter non liberatur, nisi ex ea solutione mu-
lier locupletior efficiatur, vt in l.1. C. de repud.
vbi Doctores, l. fin. ff. de iur. dot. & ibi Bar. in
princ. vers. non potest, & Bal. ibi in fin. vers. no-
ta, quòd propter vtilitatem mulieris, authen. de
nupt. §. dotis, dicit etiam Surd. d. q.78. Intrigl.
super constit. huius Regni Siciliæ sing. 118. num.
1. & 2. lib. 2. alleg. cap. 14. in consuet. nobilis
vrbis Messanæ, Bal. Nouell. de dote, q. 28. p.7.
num.1. vbi testatur communem opinionem,
& priuil. 33. p. 8. & priuil. 21. n. 1. vbi etiam
testatur communem opinionem. Surd. de alim.
tit. 8. priuil. 34. num.1. Campeg. de dot. p.3. q.
214. num. 1. Constant. Roger. in tracta. de dote
Rubr. qui & à quibus num. 9. Vinc. Paleot. in
tract. de dote num. 113. vbi testatur commu-
nem opinionem. Bapt. de S. Blas. de dote, caut.
1. num. 40. Molfes. ad consuetu. Neap. p.6. q.6.
num.9. etiamsi restitutio fiat ex iusta causa,
vt ibi in fine: & quando maritus dotem sol-
uit constante matrimonio, an liberetur, si pe-
rit, tam cum culpa, quam sine culpa, viden-
dus est Campeg. in d. tracta. de dote, q.13. p.3.
vbi multis modis distinguit, per Bart. in l.
quamuis, ff. sol. matrim. videndus est etiam
Cyn. in l. vnic. C. si constante matrimonio dos so-
66 lut. fuer. Ratio Doctorum est, quia † domi-
nium non est translatum in vxorem pleno iu-
re, & cum effectu in casu assecurationis do-
tium, Capic. dec 46. num. 3. vers. quia etiamsi
maritus, notat Gugl. de Cun. in d. l. noxali, §.
denique, ff. de pecul. Bal. Nouell. in d. p.7. priuil.
67 24. de dot. Affl. dec.9. num.2. vbi dicit, quod †
dominium non transfertur in vxorem per de-
cretum assecurationis, Anch. in cons. 117. Paul.
Cast. in cons. 225. & quod non transferatur
dominium in mulierem, dixit Bal. & Bartol.
super d. rub. sol. matrim. num. 294. cum tribus
sequentibus, Specul. in §. fin. vers. sed nunquid
poterit, de dote, post diuortium. Ratio est su-
68 prædicta, quia † restitutio dotis propter ver-
gentiam viri ad inopiam, non est propriè re-
stitutio, nec per eam transfertur dominium,
sed est quædam assecuratio, seu assignatio,
Paul. Cast. in l.2. num. 3. & ibi Bar. num.3. &
in l. si quis stipulatus, ff. sol. matr. Ioann. de Imol.
in cons. 100. num. 1.2. Capyc. d. dec.46. num.3.
& dec. 65. Thesaur. decis. 45. Farinac. decis.
292. per tot. par. 1. recent. Surd. de alim. in tit.
1. q. 35. num.5. Affl. dec.9. num.1. & dec.199.
post num.2. vers. sacrum Consilium, & dec.291.
& dec.332. Viu. decis. 413. Franc. dec. 54. &
dec. 217. Gail. lib.2. obser. 83. num.17. obseru.
92. n. 7. Mant. de tacit. & ambig. lib. 11. tit.30.
num. 10.

num. 10. Coſt. de ſubſid. Rem. 1. nu. 3. Hering.
de fideiuſſ. cap. 6. num. 193. Marchiſel. q. 40. n.
1. Grat. deciſ. 194. num. 4. Moſcatell. in prax.
ciuil. var. gloſſ. adiudicantur num. 72. 81. Tuſc.
tom. 1. litt. D. concl. 761. num. 11. 13. 14. 15.
Modern. de proceſſ. execut. p. 1. cap. 2. num. 113.
Maſull. ad Capyc. dec. 46. ſub num. 4. Fab. de
Ann. conſ. 67. num. 5. Marta vot. 36. num. 13.
Franc. Clapper. d. q. 1. cauſa 102. in fin. num. 5.
Tom. Gramm. d. dec. 92. poſt nu. 1. Magonius
dec. Florent. 125. num. 3. vbi dicit ita bis fuiſ-
ſe iudicatum in Regio Senatu, Oſaſc. d. dec.
135. num. 9. Canalc. dec. 13. nu. 12. p. 4. Pur-
purat. in l. 1. num. 135. C. de ſumm. Trin. & fid.
cathol. Natt. conſ. 81. num. 3. vol. 1. Rimin. ſen.
conſ. 599. nu. 1. vol. 3. Gerard. Mazol. conſ. 23.
cart. 35. Pancir. conſ. 133. num. 9. vol. 1. Ca-
nalc. dec. 21. num. 8. & 9. p. 4. vbi dicit quod
eſt conſignatio, ſeu relaxatio ex parte viri,
ita lege iubente, Brun. conſil. 56. col. 2. vol. 1.
Roland. conſ. 9. num. 39. vol. 1. Bal. Nouell. de
dote, p. 8. priuileg. 6. num. 14. Paul. Caſt. conſ.
6. num. 8. & 10. addit. ibi num 28. lib. 3. Bald.
in auth. quod locum de collat. num. 6. dicens, ve-
rum eſt, quod conſtante matrimonio nata
eſt actio dotis propter inopiam viri, non ta-
men ad reſoluendum, ſed protegendum, &
conſeruandum, ſeu in tuto ponendum dotē,
idem Bal. in d. l. vbi adhuc num. 8. Fanus de pi-
gnorib. p. 5. memb. 1. num. 29. & 38. Fontanell.
d. clauſ. 7. gloſſ. 2. p. 3. num. 47. lib. 2. fol. 563.
& num. 88. refert deciſiones Cathaloniæ.
Ant. de Virgil. vir doctiſſ. in tract. de legit. per-
ſonar. cap. 17. nu. 29. licet non tranſeat Molfeſ.
conſ. 11. num. 43. poſt Com. ad conſuet. Neapol.
69 f. 53. vbi dicit, quod † dominium non tranſ-
fertur in vxorem in iudicio aſſecurationis
dotium, ſed remanet penes virum, idem in
comment. p. 6. q. 5. num. 28. & 31. Giurb. de-
ciſ. 16. num. 2. & quòd non ſit vera reſtitutio;
ſed prouiſio, ſeu remedium ad tempus, dixit
Albenſ. conſ. 80. num. 3. & quod maritus exi-
gitur in ſolidum, & exactio non fit contra
maritum quatenus fecere poteſt, quia ſi po-
ſtea contingat, ſolui matrimonium, reſcin-
ditur ea ſolutio, & fit alio modo, & tunc de-
traheretur, ne maritus egeat: ergo non eſt ve-
re reſtitutio, Intrigl. in cent. 2. num. 76. de
feud. Muta ſuper conſuet. Senat. Panor. d. c. 80.
num. 14. Tho. Gram. in addi. ad Affl. in dec.
221. lit. A. & Luc. de Penn. in l. litibus, pen.
col. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. & quod non
ſit propria reſtitutio propter vergentiam viri
ad inopiam, ſed aſſignatio, & ſequeſtratio,
70 & inepta † ſit petitio reſtitutionis dotium
ſimpliciter facta à muliere, vt in eam tranſ-
feratur dominium, vt lucretur fructus do-
tium perceptos, dixit Pet. Ancha. d. conſ. 119.
verſ. tertio confirmatur. Ratio eſt ibi ſupra di-
71 cta, quia † reſtitutio non tendit ad commo-
dum eius proprium, ſed ratione ſui, & viri,
& vt dos ſalua ſit mulieri, Ruuios in c. per ve-
ſtras de donat. inter vir. & vxor. Maſtrill. d. dec.
72 142. n. 15. & ſic quando † mulier agit actio-
ne perſonali ad reſtitutionem dotis propter
inopiam viri, non habet vir illud beneficium
ſecundum Iaſ. & alios, vt ſup. notaui, & dixit
Io. Campeg. de dote q. 62. p. 3. Bapt. de S. Blaſ.
d. cent. 1. num. 71. Angel. Peruſ. in d. l. ſi con-
ſtante num. 1. cum totam dotem reſtituere de-
beat, ac fructus extrantes, cum antefato, per
totum: nec poteſt de dictis bonis quicquam
73 alienare, quia † tenetur conſeruare marito,
& cauere pro conſeruatione prædicta, dixit
etiam Bal. conſ. 7. lib. 3. & conſ. 53. lib. 5. Rol.
conſ. 27. num. 19. vol. 2. & conſ. 9. num. 39.
vol. 1. ſecundum Canalc. d. dec. 21. num. 11. &
74 poſt num. 14. & iſto caſu † mulier agere poteſt
contra tertios poſſeſſores, viro vergente ad
inopiam, Roland. d. conſ. 9. num. 6. Bernard.
Alfan. in collect. iur. ciuil. coll. 1660. ſuper l. ſi
conſtante Bal. Nouell. d. par. 7. priuil. 24. in fi.
& d. p. 8. priuil. 39. & not. 1. Fontanell. de
pact. nupt. clauſ. 7. gl. 2. 3. p. num. 31. de præ-
lat. vxoris fol. 55. lib. 2. vbi dicit ita fuiſſe de-
ciſum in Senat. Benintend. deciſ. 68. Cornaz.
dec. 95. Andr. Gail. obſeru. 83. num. 6. lib. 2.
Tuſch. concl. 661 num. 3. lit. D. maximè Flo-
rentiæ, exſtat. lib. ſecundo, capit. 64. rubr. quod
nulla mulier viuente viro, §. viro vergente. Sed
quid iuris, ſi fructus ſunt tot, quot ſuperſunt
pro oneribus matrimonij? vide Bartol. in di-
cta l. ſi conſtante num. 104. quæſt. 7. vlt. p. in ca-
ſu aſſecurationis dotium, qui dicit quod vi-
75 ro reſtituuntur: ratio eſt ibi, quia † dotis
fructus debent eſſe viri, l. dotis fructus, ff. de
iur. dot. & not. infra ampl. 3. n. 2. Molfeſ. d. p. 6.
q. 5. num 31. dicit quod fructus, qui ſuper-
ſunt vxori, deductis eius, & ſuæ familiæ ali-
mentis, cedunt in beneficium viri, & credi-
torum ipſius, quia maritus remanet domi-
nus illorum fructuum, dixit etiam Surd. de
aliment. d. q. 33. num. 5. ſequitur Alex. in d. l.
ſi conſtante num. 38. & reſpondet Io. de Imol. &
76 Roman. contra Bar. ibi: ratio eſt, quòd † quan-
do onus alimentandi eſt commiſſum alicui,
veluti nudo miniſtro, tunc id, quod ſupereſt,
reddere tenetur, ſed in caſu noſtro mulier eſt
veluti nuda miniſtra reddituum dotis reſti-
tutæ, vt per Bar. & Alex. locis cit. ergo quod
ſupereſt reddere tenetur: & patet per ea, quæ
dicit idem Bart. in d. l. ſi conſtante num. 102. q.
6. quod ſi redditus dotis huiuſmodi reſtitutæ
non ſufficiunt oneribus, tenetur de ſuo ſup-
plere, ſi habet vnde ſupplere valeat. optime
probatur per Alex. ibi in l. creditor. §. ſi inter v.
iuncta gloſ. ff. mandat. Idem erit ſi fructus ſu-
perabundant, nam ſunt viro reſtituendi, arg.
l. ſecundum naturam ff. de reg. iur. ſi viro reſti-
tuendi ſunt: ergo ſunt creditoribus ſoluen-
di, quia vir eſt alendus cum dotibus, Molfeſ.
77 d. conſ. 11. poſt num. 42. qui dicit, quod † in
iudicio aſſecurationis dotium, deductis ali-
mentis vxoris, & eius familiæ, attenta illa-
rum qualitate; alij fructus, qui ſuperſunt, di-
ſtribuendi ſunt inter creditores eiuſdem viri,
alleg. Bal. & Alex. in d. l. ſi conſtante, ſequitur
Claud. Soyſel. Lancel. Dec. Bald. Nouell. & Bar-
boſ.

bos.ibi,in princ.n.47.quos citat.Franch.dec.617.
Mastrill. d. decisione 142. lib. 2. per Vrsill.ad
Affl. d. decisione 9. & Fanus de pignorib. d. 1.
memb. 5. p. numer. 33. & dicit ibi, quod
alias esset in potestate mulieris, quando vide-
ret virum labi facultatibus, illudere alios
creditores, dicendo se velle omnia bona
pro sua dote retinere, quod esset captiosum.
ita tenet Bal. Nouel. in d. tract. de dot. par. 7.
priuileg.47. quam opinionē dicit esse commu-
nem ibi Molfes. d. par. 6. quæst. 5. d. num. 33.
vbi dicit communem opinionem Giurb. de-
cis.46. numer. 19. & quod fiat assecuratio pro
sola quantitate debita vxori, & non pro
maiori summa, Scipio Rendina in tract. prom-
ptuarij receptarum sent. tit.123. de vir. & vxor.
numer. 6. Cyn. in lege, vbi adhuc colum. pen.
quæstione 14. C. de iur. dot. Io. Andr. in add. ad
Spec. in tit. de donat. inter virum, & vxor. seu
in tit. de dot. restit. §. vlt. in apost. numer. 18.
Alex.cons.142.n.15.vol.5. magis comm. dicit
à Vall. cons. 9. numer. 40. vol. 1. Fab. de Ann.
cons. 63. numer. 2. 3. Vrsill. ad Affl. dec. 9.
Gail. lib. 2. obseru.92. num. 13. Caballin. mil-
leloq. 813. Morot. de iur. offerend. numer. 9.
Muscatell. in glos. adiudicantur numer.77. Ca-
roc. dec. 21. num. 36. com. testatur Negus. de
pignor. p. 5. memb. 1. numer. 33. memb. 4.
numer. 5 Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glo.
2. par. 3. num. 50. lib. 2. Tamen in M. R. C.
78 non seruatur, & pluries † contrarium deci-
sum fuit in isto casu assecurationis dotium,
stante pacto ad discursum in cōtractu matri-
moniali, refert Mastrill. d. dec. 142. num. 13. re-
fert etiam Giurb. d. dec. 16. post numer. 19. vers.
non obstat. sed sub numer. 20. dicit, viro ad ino-
piam vergente, pactum ad discursum locum
non habere, siue extraiudicialis sit, in solu-
tum datio à marito facta, quæ si dotem ex-
cedit, in creditorum præiudicium nulla est,
quo ad excessum, vt Cassan. in consuet. Burg.
tit. des droict. rub. 2. §. 17. gl. 2. num. 8. Tepat.
de resti. & collat. dot. col. 4. vers. assignatio facta.
Milanens. dec. 7. n. 72. lib. 1. & post n. 21. dicit
ibi Giurb. quod in Cur. Præt. interlocutum
fuit reijciantur oppositiones sub die 8. Martij
8. ind. 1610. tamen M.R.C. etiam dixit, oppo-
sitiones stent: Consistorium vero cum vidis-
set mobilia ad vxorem peruenisse, & dotem
esse ad vntias quadraginta septem; domum
verò restitutam fuisse pretij vnciarum du-
centarum; refert ibi, quòd pronuntiauit, re-
ijciantur ita quod distractio fiat cum onere
soluendi vxori vntias quadraginta septem
pro dotibus, quæ depositari debeant ad ef-
fectum emendi redditus per vxorem pro
oneribus matrimonij substinendis, quo dis-
soluto, redditus remaneant liberi pro di-
cta vxore, iuxta formam contractus ma-
trimonialis; & bona mobilia, quæ sunt pe-
nes vxorem remaneant libera pro satisfactio-
ne dodarij: ergo non in omnibus bonis, sed
pro quantitate dotium mulier assecuratur
ob venientiam viri ad inopiam, not. infra
post numer. 193. Quid ergo quando bona
mariti publicantur ob eius crimen? quia
quando bona omnia mariti publicantur,
siue pars bonorum, ob eius crimen, vxor re-
petit dotem, & donationem propter nuptias,
Neapod. in consuet. Neap. cons. viro mortuo
numer. 54. Crot. l. si constante numer. 28. ff. sol.
matrim. vbi Bal. Nouell. numer. 9. Iason
numer. 66. Surd. tit. 1. de alim. quæstione 34.
numer. 2. & seq. Fontanell. de pact. nuptial.
claus. 7. glos. 2. par. 9. numer. 60. fol. 615.
lib. 2. Peregr. in tract. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1.
numer. 82. Farinac. de delict. & pæn. quæst. 25.
à num. 111. & de crim. læsæ Maiest. q. 116. §. 3.
num. 121. & Henric. Rossental. de feud. cap. 1.
concl. 15. num. 10. & cap. 9. concl. 5. num. 10.
Tusch. conclus. 746. num. 1. & 2. tom. 2. etiam
si dos vxoris consistat in bonis stabilibus,
tunc mulier impedit incorporationem fa-
ciendam fisco de bonis viri, quoniam in illis
bonis habet dominium, l. si. C. de bonis vacan-
tib. lib. 10. Molfes. d. p. 6. q. 5. n. 11. & 12. Surd.
de alim. tit. 1. q. 34. præcipue num. 2. ex doctri-
na Ang. in l. si marito, ff. sol. matrim. vbi Bald.
& Alex. faciunt hanc practicam, Ratio est,
quia casu isto, dicit, maritum ad inopiam
vergere, vt ibi Molfes. adde quòd ita decisum
fuit per M.R.C. sedis criminalis in fauorem
H. de Magis, creditricis suarum dotium
contra Regium fiscum, petentem bona eius
viri, ob crimen publicata sub die &c. Nec
79 casu isto creditores habent † ius offerendi in
assecuratione dotium, vt notaui infra cum
distinctione in vers. infertur etiam, quod cre-
80 ditores: neque † compensatio admittitur in
casu assecurationis Bar. in l. si constante nu. 88.
vers. tamen in casu proposito, & not. Cin. in l.
cum tibi C. qui potior. habeantur, Tusch. con-
clus. 772. num. 1 tom. 2. lit. D. ratio est, quia
dos repetitur causa alimentorum, & quando
dos repetitur causa alimentorum, non ad-
mittitur compensatio contra agentem, Fa-
ber in §. bonæ fidei nu. 29. instit. de action. Fer-
rar. in pract. Papiens. in form. libell. quo agitur
pro legat. rei particul. num. 85. Bellenc. in tract.
de caritat. subsid. quæstione 53. Surd. in d. tract.
de alim. tit. 8. priuil. 53. num. 5. Graff. de except.
81 except. 16. numer. 16. ergo † non est oppo-
nenda compensatio, vt C. de compens. lege,
in ea. secus soluto matrimonio, vt ibi Bar.
per legem, 1. §. tacet, C. de rei vxor. action.
lege, diuortio, & lege, rei iudicatæ, §. 1. ff. sol.
matrimon. Coras. in repet. legis, qui liberos
numer. 265. ff. de rit. nuptiar. qui de com-
muni testatur. Michael de Gras. in suis com-
mun. opinion. lib. 1. quæst. 10. cap. 6. Soc. sen.
consil. 85. lib. 1. num. 8. Intrigl. cons. 8. num. 7.
Nepit. tit. 15. numer. 75. ad consuet. Catinens.
Surd. consil. 9. Fabius de Ann. cons. 161. num. 5.
lib. 2. Graff. de except. except. 16. numer. 78.
Molfes. quæst. 9. part. 6. numer. 3. ad consuet.
Neap. & in quæst. 16. par. 7. num. 17. Neapod.
in consuet. Neapol. consuet. contra instrumen-
tum numer. 129 Mastrill. decisione 199. num. 64

lib.2. ex doctrina Bal. consil.199. numer.3. versic. testamentum lib.2. Signorol. consil.49. colum. 2. versic. item, Fulgos. consil.196. & consil.201. Castrens. consil.270. in 2. dub. lib.1. D.Card. Tusch. in lit. C conclus.490. numer.14. & per dictam consuet. Neap. vbi dos, & ibi Neapod. numer.49. & Affl. decisione 121. post numer.3. versic. ad tertium dubium. & hoc est verum quando debitum est liquidum, secus in de-
82 bito illiquido, quia † dos liquida per debitum illiquidum non debet retineri, vt ibi *Mastrill. numer.7.* & expresse firmat *Turret. in consil.44. numer.13. & consil.60. numer.20. lib.1. & consil.93. num.7. lib.2. Molignat. in tract. de retentio. numer.40. fol.30. vers. ex bis igitur. Io. Andr. de Georg. alleg.36. num.10. & Riminald. consil.156. numer.14. lib.2.* & ita iudicatum fuit, dixit *Mastril. d. decis.199. num. 11. & 12.* per Consistorium, per doctrinam *Ang. in §. item propter litem, instit. de excusat. tutor. Negusant. de pignorib. d.1. memb. par.5. numer.36. & 37. Alexand. consil.93. num.1. & cons.94. lib.4.* ex quo de liquido ad liquidum non fit compensatio, *Caualc. de tut. & curat. num.219. & decis.35. num.14. Ioseph Ludou. decis. Perus. num.15. lib.1. Zerol. in praxi Episcopal. in verb. compensatio, vers. quarto compensatio, Soc. in reg.86. Thian. in pract. cautel.24. numer.1. Medic. in tract. compensatio. par.1. quæst.13. num.1. Grass. d. except. except.16. n.56. Afflict. decis.121. num.5. Robert. Maranta in praxi ciuil. par.4. dist.6. num.2. Purpurat. cons.218. num.8. & cons.294. num.8. Guttier. de tut. lib.2. cap.9. num.52. Munnoz de ratiocin. administ. cap.21. sub num.29. Miuad. cons.5. num.15. Decian. cons.99. num.13. lib.2. Vinius decis.317. Puteus decis.146. lib.1. Muta super consuet. Senat. Panorm. cap.50. numer.71.* vbi refert ita pluries iudicatum fuisse in matre tutrice petente dotem.

83 Quæ quidem dotis † restitutio, siue assignatio procedit, tam si maritus culpa sua effectus esset pauper constante matrimonio, quàm sine culpa, secundum *Bart. in d. l. si constante quæst.4. par.1. post num.17. vers. in proposito ergo fauore dotis, Alexand. ibi post num.6. col.5. vers. in glos. in verb. non sufficere vers. hæc limitatio non placet, & Ias. num.161. Nep. numer.40. Crott. num.24.* qui de com. fidem faciunt, & ante eos communem dixit *Raph. Cuma. ibi col.2. num.10. idem Alex. in l. si cum dote, §. si maritus post num.2. vers. contrarium ibi tenent, alleg. Bal. in d. l. vbi adhuc in 4. opposit. & addit. ibi lit. F. idem Bald. Ang. Imol. & Paul. Castr. in d. §. si maritus post numer.1. vers. sed communiter*, vbi dicit communem opinionem. Ratio est ibi, quia agitur, vt dos salua sit, per *tex. in l. in rebus in verb. & infortunium, C. de iure dot. Io. Crott. super dicta l. si constante numer.60. Andr. Gail. obseru.83. lib.2. & not. infra ampl.9.* & cum hac opinione *Bart. transit Campeg. in tract. de dot. part.3. quæstione 18. Neapod. in consuetud. Neapol. vbi dos, post numer.28. fol.235.* vbi expresse dicit, quòd si maritus vergit ad inopiam sine culpa sua, mulier dotem petere potest: sequitur *Valenzuela d. consil.31. numer.29. Segura in tract. de bonis lucratis constante matrimonio, numer.105. Gregor. Lopez in dicta l. 29. glos.1. Ludou. decisione 22. numer.14.* sed *Ce-*
84 *phal. in consil.747. num.2.* dicit quod huiusmodi ad inopiam vergentia debet procedere ex prodigalitate, & sic vitio ipsius mariti, prout vtrumque probatur in *c. pen. de consuet.* quam opinionem tenuerunt ante eum, *Cyn. & Io. Faber, & alij in d. l. vbi adhuc*. Ratio
85 est per eos, quia † paupertas viri non facit locum restitutioni, sed mores viri. refert, & sequitur *Palat. Ruuios in §.24. sub numer.1. part.1. in repet. cap. per vestras, de don. inter vir. & vxor. fol.112. Hostiens. in summ. in tit. de dot. post diuort. solut. vers. & quando competit.* & debet etiam probare eius qualitatem ob eius prodigalitatem, secundum *Cephal. d. consil.747. numer.3. Aretin. consi.82. col.2. lib.5.* hanc opinionem tenuit *Iac. de Aret. in d. l. vbi adhuc*, dicens, quòd quando maritus tendit ad inopiam culpa sua, mulier potest constante matrimonio petere dotem, secus sine eius culpa. transit *Benedict. de Plumbin. in lege, seruum dotale, ff. de manumiss. Castil. de coniectur. dicto cap. 26. post numer. 14. versic. sed vbi casu fortuito. Bar. not. in dicta l. si constante numer.10. versic. inuenio tamen*, qui verè, *numer.11. & 12.* constanter improbat eam. & est secundum dispositionem *l. 29. tit. 11. part.4. Reg. Castell.* per quam disponitur, quòd si maritus casu ad paupertatem venerit, non potest vxor ab eo petere dotem, *Palat. Ruuios d. §. 24. in fin. versic. sed per prædicta*, vbi dicit, si maritus cœpit benè vti substantia sua, non potest dici tunc ad inopiam vergere, si postea casu male successit, & effectus est pauper, & non debet sibi imputari, per iura ibi allegata, & signanter *per d. legem 29. Idem Palat. Ruuios in d. §. 24. sub numer. 7. par. 2. in repet. d. cap. per vestras*, hoc est de iure Regni Hispaniarum; de iure vero communi contrarium verius est. Non obstat ratio, *Iac. de Aret. & aliorum*, & quòd infortunia sunt communia, secundum *d. §. si maritus*, & refert *Iason in d. l. si constante numer. 162.* quia dictus tex. intelligitur de percipiendo infortunio sine dotis præiudicio, & idem *Ias. sub num. 164.* comprobando opin. *Bar.* respondet contrarijs duplici ratione: Primo, quia infortunium debet esse commune vtriusque coniugum: hoc verum, præter, vbi agitur de præiudicio dotis. Secundo, quia illud quod dicitur *in d. §. si maritus*, fuit inductum fauore illius, qui patitur infortunium, vt sit commune vtriusque: sed hic posset esse damnum si infortunium ipsum esset commune, quia mulier non potest habere suam dotem. concludit, quòd mulier constante matrimonio quando maritus vergit ad inopiam sine eius culpa, potest petere suam dotem, & ita

ita dicit Bald. in d. §. si maritus post num. 1. & ibi Castrens. dicit, quòd debet participare, salua dote: & sic fauore dotis mulier potest isto casu exigere dotem, secundum Bar. opinionem, & dicit esse veriorem., & æquiorem, Alex. in d. §. si maritus post num. 2. in fin. alias creditores exigerent maritum etiam in dote, secundum eum, quem sequitur Ias. in d. l. si constante post numer. 164. vers. quia creditores exigerent, & numer. 165. in fin. versic. nisi dicas fauore dotis; & sic vera remanet opinio Bart.: quam com. opi. sequitur. Scipio Rendina in tract. promptuarij receptarum sent. tit. 33. de dotibus post numer. 3. & non solum isto casu mulier potest suam petere
86 dotem; verum etiam † si à principio matrimonij tempore mulier sciuerit maritum esse pauperem: nam dotem exigere potest, dicit Bar. in dicto lege si constante numer. 25. vbi corroborat istam opinionem multis rationibus, & respondet ad contraria, idem Bart. in lege, qui bona fidei, §. de illo, ff. de damn. infect. & in lege, si is à quo §. 1. ff. vt in possess. legato. dicto cap. per vestras, & ibi glos. in verb. ad inopiam, quam Bar. opinionem refert, & sequitur Bald. in auth. quod locum numer. 10. in fin. Ratio est ibi fauore dotium, Guid. Pap. sing. 627. in fin. versic. contrarium, quam etiam opinionem defendit per multa media, Run. in §. 11. dicto tit. de donat. inter vir. & vxor. in cap. per vestras,
87 fol. 100. Ratio est, quia † mulier non habet potestatem alienandi dotem, nec alienationi consentire, per cap. cum contingat de iureiur. ex quo expedit Reipublicæ dotem mulieri conseruari, l. 1. ff. sol. matrim.
88 nec † potest facere pactum, quod fiat deterior conditio dotis, l. Attilicini de pact. dotalib. Io. de Imol. & Alexand. in lege, si socer, §. Lucius, ff. solut. matrim. Roman. sing. 252. num. 2. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. par. 11. de restitutione dotis, & de except. mar. comp. ad benefici. ne egeat numer. 14. lib. 2. fol. 745. Surd. cons. 112. numer. 30. Ambros. decisione 6. numer. 4. 26. & 27. post Afflict. & ibi Vrsill. decisione 154. quos ibi allegat, quia prouisio mulieris non facit cessare prouisionem legis. glos. est singularis in lege fin. C. de pact. & not. infr. fall. vltim. ergo tacitus consensus mulieris, resultans ex illa tacita approbatione, non est in præiudicium dotis, quia cum inope scienter à principio contraxit, non habet sibi nocere, idem Runi. in §. 12. eod. fol. 100. in d. cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. & respondet ad contraria: licet ibi dicat Barto. in d. l. si constante col. 5. vers. sexto quæro, quod si vxor à princ. scienter contrahat matrimonium cum paupere, nihilominus potest dotem repetere; salua eius pace, hoc non probat, sed solum prouidet mulieri, quæ nondum tradidit dotem, non tamen prouidet mulieri, quæ iam dotem tradidisset. quam opinionem Bar. sequitur Campeg. in d. tract. de dote par. 3. quæst. 25. in fin. Ratio est ibi, ob fauorem matrimonij, l. adigere §. si maritus, ff. de collat. sequitur Alber. de Rosa. in d. l. si constante post num. 3. & ratio est per eum, quia
89 † si tempore matrimonij contracti maritus erat pauper, & eius facultatibus abutebatur, vxor potuit sperare maritum deinceps bene vti, quæ est probabilis spes, & potest euenire, Io. Caphal. cons. 543. num. 36. in fine. lib. 4. sicut etiam, si post contractum matrimonium maritus ipse pauper bona aliqua, maximè mobilia acquireret, deinde ea alienaret, vt ibi Cephal. num. 33. Contrarium tenet Bal. in l. promittendo, §. si à debitore, ff. de iur. dot.
90 dicens, † imputet sibi ille, qui scienter sequutus est fidem inopis debitoris, etiam conditionalis: & est argumentum contra mulierem, quæ dat dotem viro pauperi, quia non habet beneficium d. l. vbi adhuc, & sic non potest mulier petere dotem, Fontanell. de pact. nupt. d. claus. 7. glos. 2. par. 3. num. 73. transit remissiuè, idem Bal. in d. l. vbi adhuc
91 num. 14. & 15. vbi dicit, quòd † quando per pactum reuertitur ad propriam naturam dotis, non dicitur conditio fieri deterior, vt ff. de pact. l. si vnus §. pactum versic. quod in spem
92 dotis: sed † natura dotis est, quod constante matrimonio dos debet esse apud virum: ergo renuntiatio vxoris, vel pactum faciens, propriam naturam dotis valere, videtur contra rationem Bartoli. & ista fuit opinio Cyn. Dyn. & Iacob. de Aret. in dicta lege, si constante, quam sequuntur ibi Mart. Fan. Bald. in vers. tu tene opinionem Dyn. circa medium, Ang. Rom. & Rip. post num. 49. vbi dicit magis communem opinionem, per distinctionem, vt infra, Pet. de Anchar. D. Anton. & Imol. capit. propter sterilitatem, in princip. de locat. quam opinionem etiam sequitur Pet. Ferr. in pact. de forma libell. quo vxor agit ad dot. vers. 4. numer. 15. vbi dicit, quod aut sciebat esse pauperem, aut non: primo casu non potest agere: secundo casu potest agere, & dicit, quòd hæc opinio est verior, & magis æquitati consonans, Dyn. & Alberic. in dicta lege vbi adhuc, facit dict. lege si quis à principio, in fine, refert Runios in §. 25. post num. 11. fol. 112. in repetit. capit. per vestras, & per ea, quæ adducit ibi Runios in §§. 9. & 10. fol. 98. eodem tit. vbi hanc opinionem probat per non nulla media, & dicit, quòd
93 ex quo vxor † scienter contraxit matrimonium cum paupere à principio, ex hoc videtur approbare mores illius, & non poterit postea illos reprobare. hanc tenent opinionem Alberic. de Rosat. Bald. Angelic. Imol. & Ludou. Roman. & Aret. in dicta lege si constante, & Bald. in dict. authent. quod locum in quæst. 9. post num. 1. & Oldr. ibi, quos sequitur Ias. in d. lege si constante, numer. 192. & sic non potest ab eo petere dotem, quamuis ad inopiam vergat, Io. Andr. in addi. ad Specul. in titul. de donation. inter vir. & vxor. in fine, vers. cum mulier. Gail. pract. obseru.

lib. 2. obseru. 83. D. Io. del Castillo de coniect.
d. cap. 26. num. 6. lib. 4. fol. 416. transit, etiam
distinguendo, *Constant. de Roger. in d. tract.*
de dot. vers. decimoquarto à numer. 11. vsque ad
num. 18. quæ distinctio diligenter videnda est;
Mut. super d. consuet. Senat. Panorm. d. cap. 80.
num. 21. vbi dicit, quod si à principio erat
pauper, tempore scilicet ductionis in vxo-
rem, cessat dotis restitutio propter inopiam
viri, & testatur ibi de magis communi opi-
nione contra *Bar. per Soc. inn. consil. 116.*
lib. 2. idem Muta in cap. 34. num. 35. per ratio-
nem *Dec. in consil. 75. part. 1. post num. 1. vers.*
94 *tertio*, vbi dicit, quod ad hoc, vt † quis capi
possit tanquam suspectus, debet fides fieri,
quòd suspicio, quæ allegatur contra debito-
rem, superuenerit post contractum debitum,
alias si nihil noui superuenerit, imputetur
creditori, quia videtur eius personam ap-
probasse à princ. ita dicit etiam *Bar. per tex.*
l. in l. si creditores, ff. de priuileg. cred. Idem in
ait prætor §. si debitorem, ff. de his, qui in fraud.
credit. & dicit Dec. in d. consil. 75. quòd repro-
batur practica Aduocatorum, qui faciunt
capi debitorem pro suspecto, & non pro-
bant Iudici saltem per duos testes, quòd
mutauit conditionem: secundum *Ang. in lege*
nemo carcerem, C. de exactio. tribu. lib. 10.
Alexand. consil. 99. lib. 3. Roma. consil. 320.
Ang. Aret. instit. de action. in princ. not. quæst. 10.
à num. 36. vsque numer. 46. Ergo si mulier à
principio sciebat maritum esse pauperem,
non potest ob inopiam viri petere dotem,
arg. l. quæsitum vbi glos. & Bar. ff. de pignor.
95 vbi debitor † in diem, vel sub conditione
potest cogi dare pignus, etiam ante tem-
pus, quando suberat suspicio tempore con-
tractus, *Bertach. in verb. debitor sub conditio-*
ne; vel in diem si creditor ignorabat: quo
casu agit, sicut quando suspicio superuene-
rit, alias secus, *Ias. in lege, si ab arbitrio nu-*
mer. 5. ff. qui satisd. cogant. vbi etiam *Soc. nu-*
mer. 16. Rimin. num. 3. Curt. senior in l. vnic.
numer. 44. C. de prohib. sequestr. pecun. Paris.
consil. 99. numer. 26. lib. 3 vbi etiam dicit,
96 quòd † ignorantia illa probatur iuramento
contrahentis, *Socy. loco citato numer. 18.*
Paris. d. consil. 99. numer. 29. Grass. de except.
in prælud. numer. 141. & 142. Sed Rip. in di-
cta lege, si constante, loco citato, ita distinguit:
aut maritus post contractas nuptias, nil noui
inchoat, per quod videatur male vti substan-
tia sua, licet antea male vteretur, vel esset
pauper; & tunc procedit opinio contra
Bar. aut aliquid noui facit, per quod ap-
paret, quòd male vtitur substantia sua; &
tunc procedit opinio *Bar.* quæ distinctio
mihi videtur æqua, quia respicit fauo-
rem dotium, secundum *Rip.* loco citato,
vbi dicit in fin. tutius tamen esset pro doti-
bus indistinctè tenere cum *Bar.* maximè
quando casus superueniret post matrimo-
nium. & hæc distinctio fuit *Salyceti in dicta*
97 *l. vbi adhuc*, vbi dicit, quòd † subuenitur
mulieri, si constante matrimonio maritus in-
choat malè vti substantia sua: & sic licet an-
tea inchoasset, si tamen postea nihil inchoet,
lex non subuenit, & est secundum dispositio-
nem *d. l. 29. Regn. Castell.* quæ videtur deci-
dere, quòd tunc demum potest vxor petere
dotem a marito, quando maritus constante
matrimonio incipit malè vti substantia sua,
Cephal. d. cons. 747. num. 14. & 15. Neapol.
ad consue. Neapol. tit. de iur. quart. tit. 9. num. 4.
quamuis tempore matrimonij esset pauper,
non tamen dissipat bona, sed ea bona con-
seruat. & hanc opinionem tenet *Rumot d.*
§. 25. vbi dicit, tene menti, & in iudicando,
& in consulendo non recedas ab hac opinio-
ne, quicquid dixerint Doctores. Et licet ca-
su supposito, mulier non possit petere dotem,
ex quo cum paupere à principio contraxit,
tamen maritus tenebitur satisdare mulieri
de dote conseruanda, & restituenda, *per tex.*
in d. cap. per vestras, vbi D. Ant. de Butr. ita
etiam tenet *Bened. de Plumbin. in d. l. si seruum*
dotale, ff. de manumissio. ex quo non videtur
remisisse dictam cautionem, *arg. d. l. Sabinus*,
§. sed & si ff. commu. diuidund. & l. Labeo, ff. de
aqua pluu. arcend. sequitur *Ias. in d. l. si constan-*
te post num. 172. vers. vbi subdit, quam opinio-
nem confirmat *Ias. ibi* per duo media *sub*
num. 175. Primo, quia etiam in correctorijs
fit extensio, quando per hoc res reuertitur
ad naturam suam, & sic ad ius commune,
gloss. singul. & melior de iure in cap. statutum, in
verb. munerandum de præbend. in 6. & sub 174.
Secundo per illud, quod tenet *Abb. in cap.*
veniens in 7. col. de præscr. quod licet prælatus
non possit renuntiare iuri, iam ecclesiæ quæ-
sito, *cap. fraternitatem de donatio.* præsertim
quando vertitur magnum præiudicium, *vt*
notat. in cap. cæterum, & in cap. quæstio hæc de
donat. tamen si per pactum, vel renuntiatio-
nem rediretur ad ius commune, tunc potest
præiudicare ecclesiæ, licet reuertatur graue
præiudicium, vt notatur *in cap. 1. & cap. si de*
pact. in 6. & dicit *Ias. ibi loco cit.* quòd ita in-
telligitur *tex. in d. cap. veniens*, & perpetuò
teneas cordi, secundum *Doct. in d. l. vbi adhuc*
n. 14. & 15. supra citatos.

Et ad concordandam Doctorum opinio-
nem, an maritus conuentus actione persona-
li constante matrimonio gaudeat nostro be-
neficio, vel non, ex omnibus supra dictis di-
stinguendum est isto modo: aut extraneus
dedit dotem, aut mulier. Primo casu, si ex-
traneus dedit dotem, aut stipulatus est do-
tem sibi reddi soluto matrimonio, aut in ca-
su, & euentu restituendæ dotis: & tunc isto
casu extraneus agere non potest ob inopiam
viri, quia non comprehenditur casus inopiæ,
98 contingens constante matrimonio, cum † iste
casus fuerit in stipulatione omissus; & sic re-
linquitur dispositioni iuris *l. si extraneus, ff. de*
cond. ob caus. & ibi Alex. & Bar. in d. l. si con-
stante sub num. 55. Affl. dec. 14. num. 1. & ideo
datur mulieri actio petendi dotem, vt deser-
uiat

tiat matrimonio, iuxta l. vbi adhuc, C. de iur.
dot. Io. de Imol. in cons. 100. sub num. 5. & hæc
est communis opinio Doctorum, dicit Alex.
in d. l. si constante col. 4. ver. in ea glosa post nu. 4.
99 vbi dicit, quod † si extraneus dedit dotem,
& pactus est sibi reddi soluto matrimonio,
non poterit in casu inopiæ agere, sed debet a-
gere mulier: ratio est ibi, quia, cum de hoc ca-
su extraneus per stipulationem sibi expresse
nō prouiderit, videtur voluisse in casu omisso
dare mulieri actionem, §. accedit C. de rei vxor.
actio. in l. vnic. glos. in §. fuerat Instit. de actio.
in verb. etiam ipsa, vers. & hoc siue mulier;
communem opinionem etiam testatur Ias. in
d. l. si constante num. 56. Muta super consuet. Se-
niat. Panor. cap. 80. sub. num. 15. & cap. 47.
num. 16. glo. in l. si ita stipulatus, §. Chrysogo-
nus, in verb. malum, ff. de verb. oblig. Odofr. in
tract. de dot. restit. n. 53. sequitur Palat. Ruu.
in repet. cap. per vestras §. 31. post num. 2. vers.
sed & si extraneus p. 2. fol. 116. & Gomes. in d.
§. fuerat num. 42. de actio. glos. & Doctores in
d. l. si constante, vbi plenè per Bar. in 6. q. p. 2.
loco cit. num. 55. cum seq. Cyn. in d. l. vbi adhuc
in 7. q. & Ang. in §. illud, in Authent. de æqua-
lit. dot. Mars. & Iac. Butrig. in l. si extraneus,
de iur. dotium, Fontanell. de pact. nupt. claus.
5. gloss. 1. p. 3. num. 5. lib. 2. Mastrill. decis. 142.
post num. 21. vers. contrariam; & num. 24.
(vbi etiam dicit quòd isto casu mulier habet
viam exequutiuam: & ita pluries iudicatum
est in Regno isto, & testes ad fundandam
inopiam mariti sufficit quod recipiantur in
vim extremorum, not. infra. & isto casu do-
minium non transfertur, quia non mulieri
facienda est vera restitutio, sed extraneo, &
sic dominium non transit in vxorem: Ideo
100 casu † isto maritus in solidum exigitur: & li-
cet extraneus dicto casu non possit agere ad
101 dotem, sed mulier, tamen benè poterit † ip-
semet extraneus sibi caueri facere de dote re-
stituenda soluto matrimonio, & est commu-
nis opinio, vt testatur Ias. in d. l. si constante
num. 57. & cum seq. & ibi Io. Crott. num. 27.
Muta d. cap. 80. post num. 15. sequitur Nepit.
in consuet. Catinen. de rest. dot. in vnic. consue-
tit. 14. post num. 36. fol. 159. Mastrill. dec. 142.
num. 28. lib. 2. Ant. Gomes. in l. Taur. 50. nu.
34. in fin. Ruui. d. cap. per vestras §. 32. in prin.
Bar. in d. l. si constante num. 58. vbi dicit, quòd
extraneo succurritur per remedium l. in omni-
bus, ff. de iud. & facit l. vniuersa de precibus
Imper. offerend. & ibi notatur per Cy. & per
eundem in l. 1. C. vt in possess. legator. & per ea,
quæ dicit Alex. in l. 2. post num. 14. vers. sed
hanc opinionem, ff. solut. matrim. Secundo ca-
su, si stipulatus est dotem sibi reddi in omnem
casum, & euentum restituendæ dotis (licet
Ioan. de Imol. in d. l. si constante col. 7. vers. ter-
102 tiò teneat, quòd agere possit) tamen † quocun-
que modo extraneus stipuletur dotem sibi
reddi, semper vxor habebit actionem propter
inopiam mariti, dicit Ruui. d. §. 32. in fin. vers.
quocunque modo; & isto casu maritus insoli-
dum conuenitur, quoniam non dicitur vera
restitutio, sed consignatur dos, vt deseruiat
matrimonio, secundum Bar. in l. si quis sti-
puletur post num. 2. ff. sol. matrim. & in d. l. si
103 constante post num. 55. ex † quo non transfer-
tur dominium, quia mulier non est talis, quòd
actio de dote sibi competeret in casu veræ do-
tis restitutionis per stipulationem dantis, cui
104 dos est restituenda: Imò † si maritus dotem
dederit mulieri, tenebitur tamen extraneo,
qui dotem dedit, & pactus est sibi reddi, di-
xit Odofr. in dict. tractat. de restitut. dot. post
num. 56. & per leg. quoties §. 1. solut. matrim.
sed ista dos, ex qua mulier alenda est,
officio Iudicis ponitur in tuto ex æquita-
te, tam fauore mulieris, & prolis, ne fame
pereant, quam fauore extranei dotantis, sen-
tit Alex. in d. l. si extraneus post num. 6. vers. sed
in contrar. & Bar. in d. l. si constante quæst. 8. 9.
& 10. par. 2. & ibi Paul. Cast. num. 13. in fin.
hoc etiam sentit Io. Bapt. Asin. in tract. de exe-
quu. §. 3. num. 112. vel sibi caueri facere de
dote restituenda soluto matrimonio, secun-
dum communem opinionem, vt supra no-
taui in præcedentibus, Muta d. cap. 80. nu. 15.
Barbos. in d. l. si constante numer. 57. per d. l. in
omnibus, ff. de ind. Ant. Gomez. in l. Taur. 50.
num. 34. in fin. Palat. Ruui. in §. 32. in princ.
de dona. inter vir. & vxor. Mastrill. d. dec. 142.
num. 28. & sic dominium non transfertur, ex
105 quo † non est vera restitutio, iuxta doctri-
nam Bar. in d. l. si quis stipuletur, vbi dicit,
quod isto casu ex verbis prædictis non inclu-
ditur casus restitutionis dotium propter ver-
gentiam viri, sequitur Ioan. de Imol. d. cons. 100
post num. 5. vers. si verò extraneus. hanc etiam
sequitur Carroc. de sequestr. par. 1. quæst. 5. n. 3.
& sic isto casu non fit, neque fieri potest ve-
ra restitutio vxori, vt in eam transferatur
dominium, sed fit sequestratio, vt deseruiat
matrimonio; merito maritus tenebitur in
solidum, etiam si extraneus expresse stipula-
tus fuisset sibi reddi constante matrimonio
in casu inopiæ, agere non potest, secundum
Paul. Castr. in d. l. si quis stipuletur. Nec ob-
stat ratio comm. opin. Doctorum, quæ præ-
supponit, quòd si extraneus expresse stipula-
tus fuerit sibi reddi constante matrimonio in
casu inopiæ viri, quod tunc agere posset,
cum hoc tamen sit falsum, quia est contra
Ius commune: de iure autem communi dos
106 † constante matrimonio peti non potest,
l. 2. ff. solu. matrim. Natt. cons. 81. num. 3. 4. &
5. lib. 1. Fanus de pignor. par. 5. membr. 1. n. 30.
Io. Cephal. cons. 747. num. 1. Mastrill. d. deci-
sion. 142. num. 21. not. etiam supra num. 46. nec
actio pro repetenda dote competit vxori con-
stante matrimonio, Franc. Clapper. d. quæst.
vnic. casu 102. post num. 5. & ius commune
107 † pactis priuatorum tolli non potest, l. nemo,
ff. de leg. 1. l. priuatorum, C. de iurisdict. omn.
iud. l. priuatorum, C. de pactis: ergo non ob-
staret pactum prædictum; & sic extraneus ex
dicto pacto agere non poterat, sed mulier
tantum

tantum fauore ipsius, & prolis, vt supra notaui, *Gom. d. §. fuerat post num. 42. vers. aduerte, quod ista ratio instit. de action.* & notaui infra, vers. & vt procedat ista restitutio, *& Carroc. d. q. 5. num. 2. & 3. in fin.* ergo dominium dotium remanet penes maritum, vt infra etiam notaui, quia extraneo debet fieri vera restitutio: & licet dictus *de Mastrilli in dec. 74. p. 1.* contrarium teneat *num. 3. per tex. & ibi gloss. in l. Caius, ff. solut. matri.* hoc est ibi propter affectionem personarum, vt in fine ibi notandum dicit *Guid. Pap. sing. 178.* vbi pater non potest facere pactum de dote in præiudicium mulieris, *l. 2. l. cum dot, l. si ita, & l. aliud ff. de pact. dotal. & l. quamuis, & l. pater C. eod.* & sic ratione obligationis, & affectionis, & expresse hoc sentit *gl. in l. dos a patre, vers. sed extraneus, C. solut. matrimon. & quemadmodum dos petat.* hic nulla est affectio, ita sentit *Boer. in dec. 208.* stante stipulatione prædicta, ratio est secundum do-

108 ctores, quòd dotans potest prouidere de restitutione dotis, prout vult, & pacisci, quòd dos restituatur sibi, vel extraneo, *l. ex morte in fin. ff. de pact. dotal. Odofr. in d. tract. de dot. restit. num. 52. Muta in d. ca. 47. num. 19. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 10. p. 1. num. 2. fol. 312. Borgnin. Caualc. dec. 42. num. 34. p. 2. Don Io. del Castil. sotomayor quotidianarum controuersiarum iuris lib. 3. cap. 10. num. 54. & 55. Guid. Pap. in decis. 523.* vbi dicit,

109 quòd † si extraneus, qui dotem constituit, stipuletur eam sibi restitui soluto matrimonio, ipsa dos reuertitur ad ipsum extraneum, etiam liberis extantibus ex ipso matrimonio per *l. fin. §. 1. versic. nisi C. de iur. dot. facit l. ob res, §. primo ff. eod. idem Guid. Pap. d. singul. 578. in princip. Muta d. capit. 47. num. 23. in fine. Roland. à Vall. de lucr. dot. quæst. 28. num. secundo,* & secundum consuetudinem Catinensem *in consuet. vnic. quod vxor testari possit in bon. dotal. num. 16.* per illa verba (nisi aliud donatot tempore promissionis conuenerit, cum tunc sibi fuerit licitum, qua legem voluerit rei suæ imponere) vt ibi *Neptu. in princip. & Guid. Pap. loco citato* refert, quòd ita seruatum fuit in Curia Parlamenti in iudicando: sed Apostill. ibi dicit, in lit. A.

110 quòd hoc verum videtur † facta cessione à muliere ipsi extraneo, qui dotem ipsius constituerat, ad quam cessionem potest compel-

111 li, & est casus, in quo actio inutilis cedenti, efficitur vtilis penes cessionarium, *vt not. Saly. in l. cum quidam in princ. in 3. not. C. de iur. dot.* dicit etiam *Muta dict. capit. 47. num. 20.*

112 Ad hoc est notandum, quòd † actio de dote constante matrimonio potest cedi in casu inopiæ, secundum *Bald. in d. authen. quod locum n. 12.* sequitur ibi *Rom. & Corn. Matthes. in l. 1. C. de priuil. dot. num. 3. 4. & 5.* idem videtur velle *Spec. in tit. de empt. & vend. §. tertio loco, in prima forma instrumentorum int. col. gl. in l. constante, C. de donat.* vbi vult, quod constante matrimonio potest alteri cedere spem actionis de dote: quam glosam *Bal. & Salyc.* ibi reputant singularem, dixit *Iason in d. l. si constante, num. 231. 232. & 233.* pro qua opinione facit quatuor fundamenta, sed non transit, *Roder. Suar. in tit. de las arras in l. 3. post num. 50.* Contrariam ta-

113 men † opinionem tenet idemmet *Bal. sibi contrarius in l. 1. num. 6. & post num. 7. vers. modo ergo quæro, C. de priuil. dot.* ratio est ibi, quia est merum priuilegium mulieris, & deputata est oneribus matrimonij, ideo cohæret personæ, & ius alimentorum futurum non videtur cedi posse, maximè in præiudicium tertij, *argum. l. dominus, §. fin. de vsur.* secus autem spes dotis repetendæ soluto matrimonio, *arg. l. 2. vers. nec cogitur. ff. sol. matrim.* & etiam cum *Bal.* ibi transit *Salyc.* idē tenet *Bal. Nouell. in d. tract. de dot. p. vl. col. 36. & seq.* limitando tamen vt ibi, idem etiam tenet *Franc. Curt. in consi. 57.* etiamsi interuenerit iuramentum, quam opinionem tenet etiam *Ias. in d. l. si constante nu. 233. vers. contrarium,* & respondet dictis quatuor fundamentis, vsque in finem, *Fanus de pignorib. d. 1. memb. p. 5. num. 38. Bar. in l. vnic. C. de priuil. dot. an 6. vsque in finem, & in l. post dotem num. 35.* transit distinguendo, scilicet an cessio fit ex necessitate, aut ex voluntate: primo casu transit, secundo casu non transit: cuius distinctionem impugnat *Roman. ibi in d. l. post dotem, & ibi Andr. Barbat. videndus*: sed cessio, quæ fit per mulierem extraneo, ex necessitate, fit, ad quam cessionem compelli potest, vt sup. notaui, ergo transit in extraneum actio, & per consequens cessio fieri potest, & cum hac opinione transit *Matthes. in d. l. 1. num. 4. vers. si fit ex necessitate, per l. fin. C. de iur. fisc.* quia extraneus pactus est sibi reddi, vt dicit *gloss. in l. 2. in verb. dos debet, vers. item fallit si extraneus, ff. sol. matr.* & per iura, & Doctores, quos supra notaui. Et in isto tantum casu omnes dicentur extranei, præter parentes, & ascendentes, vt dicit *tex. & gloss. in d. l. 1. §. accedit, vers. extraneum, C. de rei vx. actio. gloss. in l. profectitia, in verb. profectitia, ff. de iur. dot.* & hoc dictum est speciale respectu mulieris, ex quo dicitur eius patrimonium ea viuente, *vt ibi gl. & Doctores,* & ipsa sola agere potest, & actionem habet ad dotis exactionem, *l. si extraneus, & ibi gl. in verb. si extraneus ff. de condict. caus. dat.* vbi dicit, extraneus est omnis, qui non habet dotatam personam in potestate: ergo ratione potestatis, ac etiam ratione obligationis ad dotem ex naturali obligatione, *l. auia tua, & ibi gl. ff. de iur. dot. & l. fi. ff. de dotis promiss.* licet frater teneatur quando est potens & soror est pauper (*vt notaui in q. 2. ampl. 1. in nu. 18.*) scilicet ratione affectionis: quo casu omnis extraneus, qui dotem constituit pro muliere, gaudet isto beneficio, *tex. in l. si extraneus, & ibi gl. in immarg. ff. de iur. dot. & not. in. d. q. 2. ampl. 3. in princ.* & casu isto assecurationis dotium

non

114 non poteſt procedi ſecundum decretum, vt tranſiret dominium in vxorem, *Bald. in cap. 1. vt lit. non conteſt. 2. col. Capyc. dec. 46. poſt nu. 3. Pet. de Ancha. d. conſ. 92. Muta ſuper cap. Regn. Siciliæ cap. 101. num. 61. Prouinz. in d. l. ſi conſtante. Benedict. Barz. in tract. guarent. q. 9. col. 1. Afflic. dec. 9. num. 2.* vbi dicit, per decretum aſſecurationis non transfertur dominium propter inopiam viri, etiamſi maritus aſſignaret, vt ſup. notaui *per d. l. ſi noxali, §. denique, & Bald. Nouell. p. 7. priuileg. 74. Socy. conſ. 60. lib. 1. col. 2. & 3. Magon. dec. 125. num. 3. Natt. d. conſ. 81.* ratio eſt, quia non procedit cauſa habilis ad translationem dominij ſecundum Doctores ſupra notatos, & iſto etiam caſu procedit opinio contra *Bar.* Secundo caſu, ſi mulier dedit dotem, vel aliquis pro ea, (prout eſt conſuetudo vrbis Panor. cap. 47. & ibi Muta poſt num. 15. verſ. tertio nota) & ſtipulata eſt dotem ſibi reddi in omni caſu, & euentu reſtituendæ dotis, tali caſu diſtinguendum eſt iſto modo: aut maritus diſſipat dotem, aut patrimo-
115 nium eius. Primo caſu † marito dilapidante dotem, fit ſequeſtratio penes idoneam perſonam, *l. ſi cum dotem, §. ſin autem in ſauiſſimo verſ. ſi vero dotem, & ibi Bar. ff. ſolut. matrim. Bapt. de S. Blaſ. in d. tract. de priuil. dot. cent. 3. num. 61. Bal. Nouell. de priuil. 22. num. 7. & priuileg. 70. p. 6.* vbi dicit, quod quando vir male tractat bona dotalia, conſumendo, & dilapidando, fit ſequeſtratio dotium, etiamſi vir ipſe ſuo patrimonio eſſet ditiſſimus, idem *Bal. Nouell. priuileg. 25. p. 7.* hoc etiam dicit *Ioan. Campeg. in d. tract. de dot. p. 3. q. 45. num. 2.* vbi ſi mulier dedit in dotem res æſtimatas, & vir res ipſas diſſipat, habet locum remedium ſequeſtrationis, ita *Cranett. d. conſ. 272. num. 15.* vbi hanc cauſam appellat iuſtriſſimam, *Bal. in d. auth. quod locum num. 9. C. de collat. late Borgn. Caualc. dec. 25. num. 18. p. 1.* poſt multos ibi allegatos, *Franc. Marc. dec. 181. p. 1. Fontanell. de pact. nupt. d. clauſ. 7. gloſſ. 2. p. 3. lib. 2. num. 46.* maximè, quando dos conſiſtit in pecunia, vt ex eius lucro honeſto alimentetur ipſa, & vir, vel ex ea ematur prædium pro oneribus matrimonij, vt fructus deſeruiant, alleg. *Gram. dec. 92. Capyc. dec. 40. nu. 11. Oſaſc. dec. 133. num. 5. & 6. Muſcat. in prax. appell. p. 3. num. 83.* vbi dicit mag. co. op. *not. inf. num. 139. Carroc. de ſequeſtr. q. 2. p. 2. princ. num. 1. Pau. Caſtr. conſ. 126. Bar. in d. l. ſi conſtante num. 5. col. 1.* vbi ita diſtinguit: aut maritus diſſipat dotem, aut bona propria. ſi dotem diſſipat, fit ſequeſtratio, ita *Paul. Caſtr. ibi poſt num. 4. de noſtratibus D. Franc. Bonorn. in addit ad d. l. vbi adhuc. Io. de Amic. conſ. 14.* quam etiam diſtinctionem facit *Campeg. in d. trac. de dot. q. 19. num. 2. Neapod. ad conſuet. Neapol. in conſuet. vbi dos num. 27. in fin. Muta d. cap. 47. num. 38.* & iſto
116 † caſu maritus non habet iſtud beneficium, quia dominium non transfertur, & marito ſoluto matrimonio erit conſultum, *Affl. deciſ. 9. num. 2.* & fructus dotis iſto caſu ſunt conſignandi marito, ex quibus ſe, & familiam alat: & ſic quodammodo maritus poſſidere dicitur, vt poſt *But. & Io. Andr. notat Palat. Ruu. in §. 14. de don. int. vir. & vxor. fol. 101. & Caroc. d. q. 5. num. 4. Surd. dec. 277. num. 3. Capyc. dec. 63. num. 8.* meritò
117 non habet beneficium. Secundo caſu † ſi vir diſſipat bona propria, propter quod dubitari contingat de exactione dotis, tunc fit exactio dotis, vt dicitur *in l. ſi conſtante;* quam opinionem tenet *Paul. Caſtr. & Alex. in d. l. ſi cum dotem §. ſin autem in ſauiſſimo, idem Paul. Caſtr. in d. l. ſi conſtante poſt num. 4. verſ. frantẽ non illas, Cephal. d. conſ. 547. num. 33. circa fin. & num. 34. lib. 5. dixit Io. Campeg. d. tract. de dot. p. 3. q. 19. num. 1.* vbi viro male inchoante vti ſubſtantia ſua, ita quod eius facultates non ſufficerent ad exactionem dotis, & ſolutionis æris alieni, dos repeti poteſt, & non aliter, & eſt reſtituenda mulieri, idem *Campeg. d. q. 15.* dicit etiam *Neapod. in conſuet. Neapol. in tit. de iur. quarta tit. 9. num. 4. Don Io. del Caſtillo Sotomayor. de coniecturis, & inter pr. vltim. vol. c. 26. in princ. verſ. primo, itaque lib. 4.* vbi dicit, quòd ita Senatus diffiniuit pro certo, & notaui ſupra, verſ. quæ quidem dotis, & eſt ſecundum mentem *Bertac. in ſuo repertorio, in verb. dos conſtante n. 7.* quam diſtinctionem ſequitur *Conſtant. de Rogg. de dot. verſic. 14. poſt num. 32. verſ. videndus,* licet hæc diſtinctio non placeat *Io. Coraſ. in l. qui liberos num. 211. ff. de rit. nupt.* & de mente *Palat. Ruu. in repet. d. cap. per veſtras, §. 3. col. 3. fol. 96.* vbi dicit, quia multoties contingebat, quod maritus diſſipabat dotem, & poterat dos vxori conſeruari, prouiſum fuit per Iuriſconſultos, quòd tunc dos ſequeſtraretur *per d. l. ſi cum dote, §. ſin autem:* per hoc tamen non fuit ſufficienter cautum mulieribus circa exactionem dotis, quia plerumque maritus dotem mulieris non diſſipabat, ſed propria bona ſua conſumebat, adeò quòd non ſufficiebat ad dotis exactionem, ære alieno deducto: & propterea conſtitutum fuit, quòd tunc vxor etiam conſtante matrimonio, poſſit à marito dotem exigere *per d. l. ſi conſtante.* facit quod notat *Intrigl. ſuper conſtit. huius Regni Siciliæ lib. 1. ſing. 270. num. 2. Marant. diſputat. 6. num. 13. fol. 28. & Canett. ſingul. 583.* communem teſtatur *Vincent. Carroc. d. tract. de ſequeſtr. quæſt. 2. part. 2. princip. num. 2. & 3.* Ratio eſt ibi: nam ſi maritus diſſipat bona propria, merito datur repetitio, quia deficit principale fundamentum, quod eſt bona propria, in quibus eſt radicata omnis hypotheca, & obligatio pro vxore: ſed quando maritus diſſipat dotem; non deficit fundamentum, quia remanet ſubſtantia, & proprium patrimonium mariti: poteſt enim maritus ditiſſimus remanere, dote diſſipata: vnde remanet conſultum vxori, ſecundum *Bald. in d. auth. quod*

locum: & sic satis videtur sequestratio; secus casu isto, quia deficit fundamentum, & mulieri non erit consultum soluto matrimonio: Ideo fit dotis exactio, & dominium transfertur; maximè si restituantur res propriæ, in dotem datæ, *vt per Imol. & Ang. in d.l.si con-*
118 *stante, & gloss. fin.* ibi, siue agatur † personali, siue hypothecaria, siue reali, *Bertac. in d. vers. dominium transfertur, vers.* 34. ergo si dominium transfertur, non erit consultum marito soluto matrimonio,& per consequens gaudet isto nostro beneficio, iuxta doctrinam *Bart. in d. l. si constante num.* 106. si bona mariti petierit vxor sibi dari in solutum, vt refert *Ias. ibi, num.* 113. *vers. secus*; quo
119 casu † dominium transit in vxorem, *Campeg. de dot. q.* 55. *p.* 3. *Ias. in d. l. si constante num.* 119. *Matth. Brun. de cession. bon. q.* 20. 4. *prin. post num.* 2. *vers. ad contraria, l. traditionibus, C. de pactis, l. si ager C. de rei vendic. Palat. Rui. in repet. d. cap. per vestras*, §. 20. *fol.* 119. vbi dicit quod isto casu si mulier agit contra virum actione personali ad exactionem dotium, transfertur dominium secundum opinionem *Bar. & aliorum in d. l. si constante*, ex quo mulier est talis, quia stipulata est dotem sibi reddi in omnem casum, &
120 euentum restituendæ dotis, & isto casu † restitutio, quæ fit constante matrimonio propter inopiam viri, est vera restitutio dotium, *Imol. in d. cons.* 100. *post num.* 4. 5. *&* 6. *& not. in* §. *illud vers. quia enim auth. de æqualit. dot. Franc. Viu. dec.* 538. *num.* 12. *lib.* 4. *Dec. cons.* 45. *num.* 2. *Roman. in d.l. si constante num.* 12. *& ibi Claud.* Seysell. *num.* 45. *Ias. nu.* 191. *Ripa num.* 93. *vers. contraria opinio, & ibi Horatius Mandos. in addit. Milanens. dec.* 7. *num.* 65. *lib.* 1. *hanc opinionem sequitur Do. Ant. de Virgil. in tracta. de legitim. personar. cap.* 17. *post num.* 29. *vers. contrariam opinionem. Bursat. cons.* 120. *num.* 27. *& num.* 35. *lib.* 1. *Bald. in d. l. vbi adhuc, post num.* 28. *vers. extra quæro*, vbi dicit, quod quando vir malè vtitur substantia sua, hoc liquidato; & viro legitimè
121 citato, si Iudex assignauerit † mulieri prædium viri, pro dote sua, transfertur dominium in mulierem, *Palat. Ruu. in d.* §. 21. *fol.*
122 100. vbi dicit: Si autem res † mariti essent vxori in dominium restitutæ ex vera causa inopiæ, tunc periculum erit mulieris, quia illi res perit, cuius est per *l. pignus, vt infra notaui, C. de pigno. action.* dicit expresse *Bar. in d. l. si constante num.* 101. vbi distinguit: Aut fuerunt dotes restitutæ mulieri in pignus, & hypothecam, & tunc periculum erit viri: Aut fuerunt restitutæ, vt dominium, & tunc si quidem ex vera causa, vt inopiæ, & tunc periculum erit vxoris *per d. l. pignus, idem Bar. in d. l. si cum dote*, §. *si post solutum, Mut. in d. cap.* 80. *post num.* 17. vbi dicit, si res vxoris restitutæ propter inopiam viri fierent deterioratæ, periculum sit ipsius vxoris, cuius est dominium, secundum *Alex. in d. l. si constante num.* 39. *vers. non obstat*, & pri. ca. quæ dicit *Bal. in l.* 1. *C. de iure emphyt.* vbi translato dominio periculum est emptoris, siue acceptatoris non autem ipsius dantis *per l. Lucius ff. de pericul. & comm. rei vend. l. necessario, ff. de condit. ob caus. Franc. Cremens. sing.* 1. *num.* 1. *adde Mastrill. d. dec.* 142. *num.* 22. vbi dicit, quod ita iudicatum fuit in Consistorio, quòd casu isto fit vera restitutio: ex quo dominium translatum est in vxorem, *Benintend. dec.* 68. *Rogger. cons.* 38. *num.* 101. *lib.* 1. & sic quando
123 † maritus dissipat bona sua, mulier agere potest ad veram dotis restitutionem. ita sentit etiam *Soc. in reg.* 257. *fol.* 2. *in fin. Hippol. de Marsil. sing.* 574. & optimè declarat *Roland. Rodolf. in summ. in tit. de empt. & vend. p.* 1. *ca.* 1. *fol.* 69. vbi dicit, quod non solum post matrimonium dissolutum, sed aliquando constante matrimonio fit dotis restitutio; constante namque matrimonio dos in vno casu de necessitate restituitur, quando maritus ad inopiam vergit, scilicet, cum incipit dilapidare bona sua, & substantia propria malè vti, *per d.* §. *illud, de æqual. dot. & ibi not. glos. in verb. incohoata: Idem Rol. Rodulf. in d. summ. in titu. de pact. & eorum diuis. fol.* 185. *col.* 1. *vers. de necessitate, Neapod. ad consuet. Neap. in d. consuet. vbi dos, n.* 28. *Mastrill. d. dec.* 142. *n.* 7. vbi dicit, quam primum maritus incipit rebus suis abuti, bona sua dicuntur non sufficere, habito respectu ad futurum. *Fontanell. claus.* 7. *gloss.* 3. *p.* 3. *de pact. nupt. num.* 28. *lib.* 2. vbi dicit quòd ita iudicauit *Senatus de prælat. vxoris fol.* 563. & sic quando malè vtitur substantia sua, fit vera restitutio, dixit etiam *Campeg. de dote, d. q.* 47. ratio est ibi, quia isto casu restitutio dotis sortita est effectum scilicet, dominij translationem, *Dec. præcitato cons.* 45. *post num.* 1. *in fin. & sub num.* 2.
124 Maritus † autem multis modis dicitur ad inopiam vergere: scilicet, si fuisset bannitus, secundum communem opinionem per *Bar. in d.l. si constante num.* 18. *& in l.* 2. *num.* 3. *ff. solut. matrim. Rimin. iun. insti. quibus mod. alien. licet, in princ. sub num.* 339. vbi ait, idem esse, si esset vagabundus, *Soc. iun. cons.* 53. *lib.* 2. *de communi testatur*; *idem Rimin. iun. cons.* 812. *num.* 33. *lib.* 7. *& Mastrill. d. dec.* 142. *Ias. in d. si constante num.* 168. etiam siue publicatione bonorum, ratio est, quia exilium, seu peregrinatio, paupertatem inducit *vt in auth. de exhibend. reis, in princ. & ibi gloss. in verb. aguntur*; *&* §. *illud in auth. vt iud. sin. quoq. suffrag. circa principium, Bar. in d. l. si constante num.* 20. *&* 21. quod etiam procedit non solum in bannito propter maleficium, sed etiam propter culpam suam, secundum *Io. de Imol. & Alex. in d. l. si cum dote*, §. *si maritus, & ibi Ias. loco citato.* Item si fideiusserit, & fideiussionibus se implicat, *Marant. disp.* 6. *num.* 13. *Ang. in l. contra iuris*, §. *qui pecuniam, vbi Ias. num.* 3. *ff. de pact. Hippol. de Marsil. d. sing.* 574. *vers. & scias, Cassan. super consuet. Burg. in tit. de reut. rub.* 5. §. 2. *in fin. Bar. in d. l.* 2. *nu.* 19. *ff. solut. matrim. Andr. Gaill. pract. obser.*

obser. lib. 2. obseruatio. 83. numer. 15. Barbos.
in lege 1. ff. solut. matrim. numer. 38. per Surd.
d. consil. 114. numer. 4. lib. 1. Don. Ioan. del
Castillo de coniectu. atque interpret. d. cap. 26.
numer. 17. Pet. Surd. consil. 114. num. 15. lib. 1.
qui citat multos tenentes hanc opinionem,
vbi alios ponit casus vergentiæ ad inopiam,
Fontanell. de pact. nupt. clausf. 7. gloss. 2. part. 3.
num. 25. 26. fol. 566. Rol. à Vall. consil. 9. vol. 1.
vbi etiam ponit nonnullos alios casus. Item
si contra eum esset lata sententia, per quam
condemnaretur ad aliquam summam certã,
Alberic. & Saly. in dicta l. vbi adhuc, Mila-
nens. decisione 7. numer. 64. & 67. Item si ex-
penderet plusquam important redditus fa-
cultatis suæ, Mastrill. d. decisione 142. post nu-
mer. 7. & notaui supra in princip. & infra no-
tabo; & per alios casus, per Doctores positos
in dicta l. si constante: dicit etiam Muta in di-
cto cap. 80. numer. 20. Alios ponit casus Mol-
fes. d. quæst. 5. ad consuetud. neap. à numer. 22.
125 vsq. ad 25. Quæ † vergentia ad inopiam
sufficienter probatur vulgi opinione, dixit
Ceph. d. consil. 743. numer. 32. Molfes. d. q. 5.
p. 6. numer. 21. Neapod. d. consuet. vbi doi,
numer. 29. gl. in d. §. illud de æqual. dot. eximius
Anton. de Virgil. vir doctiss. in tract. de le-
gitimat. personar. cap. 17. post numer. 28. in
versic. item maritus. Mascar. de prob. tom. 2.
conclus. 1016. Sed Bar. in d. l. si constante à nu.
12. vsq. ad numer. 16. dicit, hoc est verum
in casibus, in quibus ex paupertate paratur
paruum præiudicium, vt numer. 12. & 13.
& isto casu procedit opinio glossa in d. l. vbi
adhuc, & ibi Cyn. Dy. & Iac. de Aret. vel
quando agitur contra virum suum, vt ibi sub
numer. 16. secus quando agitur de magno
præiudicio, vel contra extraneum, quia
paupertas eo casu debet probari ex gestis, &
alijs causis extrinsecis, quod relinquitur ar-
bitrio Iudicis, vt ibi dicit sub numer. 14. quem
sequitur Alex. ibi sub numer. 13. facit Ias. ibi
num. 13. & est etiam notandum secundum
eum ibi n. 15. quod quando mulier vult agere
in casu inopiæ contra extraneum, pignorũ
possessorem, hypothecaria, quod potest vt
ipse dicit sub numer. 31. per d. l. vbi adhuc,
& ibi Doctores, quia tunc faceret extraneo
magnum præiudicium, quòd tunc inopia
debet probari plenè eo modo, quo potest, vt
arbitrium Iudicis ad hoc moueatur, quia
isto casu non sufficit, quòd testes dicant,
quod vergit ad inopiam, nisi dicant, ma-
nifestum est vergere ad inopiam. probatur
in l. in rebus C. de iur. dot. Mastrill. d. decisio-
ne 142. num. 9. D. Io. del Castill. de coniectu.
atque interpret. d. cap. 26. numer. 15. vers. &
hactenus lib. 4. vbi dicit, quod isto casu iudi-
cis arbitrio remittitur. Roman. cons. 246. in
fin. addit. ad Bar. in d. l. si constante num. 1. vers.
nota. Et quo tempore vxor poterit repete-
re dotem, Caphal. d. cons. 743. post num. 33.
in fin. dicit, puto igitur, vt vxor constante
matrimonio possit repetere dotem, esse
necessarium, vt tempore, quo incipit age-
re, maritus malè vtatur substantia sua: &
qualitas ista debet intelligi secundum tem-
pus, quò agit, vt ibi sub num. 24. & 25. per
l. in delictis §. si extraneus ff. de noxal. Costa in
l. ex facto col. 1. ff. de vulgar. & pupill. & non
sufficit probare per testes inopiam mariti,
vel maritum vergere ad inopiam, sed re-
quiritur, quòd testes expressè dicant, esse
manifestam talem inopiam mariti, per tex.
in d. l. vbi adhuc §. omnis, in fin. C. de iur. dot.
& in l. in rebus ad fin. C. eod. dicunt Alexand.
in d. l. si constante num. 17. & Ias. num. 13. Dom.
Ant. de Virgil. vir doctiss. de legitim. personar.
cap. 17. post num. 28. Bal. in d. authentica, quod
locum in num. 13. dicit quod vergentia viri
ad inopiam potest esse notoria ex qualitate
facti, vt quia tota die publicè ludit: nam
quod omnes vident, vel videre possunt con-
tinuo, vel sæpe, illud est notorium, id est
notissimum, in superlatiuo: potest esse etiam
quasi notorium, seu manifestum, quia ita
dicunt vicini, & publica fama, l. 2. C. quan-
do fiscus, vel priua. l. cum dilanionis, §. asinam
ff. de fund. instr. & probatur per decem testes
concordantes, quo casu est notorium, quia
decem homines faciunt populum l. ea quidem,
C. de accus. & ibi idem Bal. & dicit quod pro-
bato facto, fama publica adijcit, probatio-
ni veritatis, & si maritus in secreto dilapidat
sufficiunt dicta duorum testium, quorum
dicta sunt legitimè publicata, factum est pu-
blicum, quod latè Bar. per l. qui sententiam
C. de pen. l. ciues, C. de appell. & Fontanell.
d. clausf. 7. gloss. 2. par. 3. num. 22. & 23. lib. 2.
dicit quod vt dos constante matrimonio re-
petatur propter viri inopiam, debet probari,
quia inopia est causa restitutionis: sed non
est necessarium expectare quod maritus dila-
pidaret omnia bona sua, vel maiorem par-
tem, sed sufficit probare quod incipit verge-
re ad inopiam, vel esset de dilapidatione su-
spectus, prout probat Bar. in d. l. si constante
num. 1. & seq. num. 30. alleg. etiam Mastrill. d.
decis. 142. num. 3. Giurb. decis. 16. num. 1. ibi:
126 & tunc de bonis † adiudicatis per vxorem
propter vergentiam mariti ad inopiam, pro
eius dotibus, acquiritur dominium irreuo-
cabile vxori, & perpetuum translatum, di-
xit de isto nostro casu, Muta d. cap. 80. num.
19. Flam. Cartar. decis. 8. post num. 5. vers. se-
cus esset dicendum, Roman. consil. 343. Ratio
127 est, quia † datio in solutum vicem venditio-
nis obtinet, lege, si prædium, C. de euiction.
& nota. sup. Et hoc non solum procedit
quando maritus dissipare cœpit bona
128 sua, verum etiam quando † est dubium
an vergat ad inopiam, quando incipit ma-
le vti substantia sua, secundum dict. §. illud,
& ibi glossa authent. de æqual. dot. & Do-
ctores dicunt, ludendo forsan, secundum
Bal. in dictam authent. quod locum, vbi supra,
vel in casibus etiam supra notatis, non
obstante quod ditissimus sit, & eius bona ad

dotis exactionem, & ad satisfactionem creditoribus sufficiant, *not. sup. post numer. 49. Michael. Crass. lib. communium opinionum cap. 27. fol. 213.* vbi testatur de magis communi opinione *Bursat. cons. 56. num. 9. Benintend. dec. 68. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 6. in fin. adde Mastrill. d. dec. 142. num. 5. 6.* vbi dicit, quòd hæc opinio est verior, & magis recepta in Regno: vnde sufficit probare per testes istam qualitatem in practica; & sic domi-
129 nium † casu isto acquiritur vxori irreuocabile, & ita fuit iudicatum, & per sententiam fuit dos vxori in solutum restituta, refert *Ancharan. dicto consil. 119.* & pluries iudicatum fuit in Magna Regia Curia, & in Curia Prætoriana huius Vrbis, *Milanens. dicta decisione septima, post numer. 64. lib. primo,*
130 vbi dicit, quòd † pro causa vergentiæ ad inopiam possunt bona feudalia, & fideicommisso subiecta in solutum dari constante matrimonio, alleg. *Frezz. de subfeud. lib. secundo, in titul. de assens. quæstion. prima, per totam;* & maximè in fine, *numer. decimonono. Vrsill. in annotatione ad Afflict. decisione 385. & Bursatt. dicto consil. 102. numero 29. & 35. Molfes. dicta parte sexta, quæstione quinta, numero vigesimonono, Regens de Ponte decision. decimanona, numero decimonono, Ripa in dicta lege, si constante numero 41.* Et
131 non obstat, quòd † infortunia sunt communia mariti, & vxoris: quia intelligitur quò ad dolorem animi, & quantum ad succurrendum sibi inuicem, *capit. vxorem, trigesima secunda quæstione quinta, capitul. primo, & secundo. de coniug. leprос.* non quantum ad bona, nec quo ad præiudicium dotis, vt supra notaui: ergo merito soluto matrimonio marito non erit consultum. & hæc est communis opinio, de qua testatur *Muta dicto capitul. 80. numero decimoseptimo, per Prouinzal. in addit. ad dict. l. vbi adhuc, transit Iacob. de Aret. in dicta l. si constante post num. secundum, si dos constante matrimonio,* & ideo maritus isto casu gaudet isto nostro beneficio, secundum opinionem *Bartol. & alio-*
132 *rum*, quia † soluto matrimonio conuentus rei vendicatione, parit sibi præiudicium: ex quo conuentus, vt quilibet extraneus possessor, si deinde bona dotalia possideret, in solidum exigeretur, quia dominium est penes vxorem *per iura, & Doctores, quos supra notaui.*

Et in tantum dicitur dominium transla-
133 tum in uxorem, quod † si vir venerit ad pinguiorem fortunam, dotem non recuperat secundum *Cynum in d. l. vbi adhuc numero vigesimoquarto, in fine & ibi gloss. penul. in verb. abutatur,* & ratio est ibi, quia dos est restituta ex iusta causa, & pro glossa facit *l. sancimus, C. de administrat. tutor.* vbi dicit, non enim debet quod ritè, & secundum leges ab initio actum est, ex alio euentu resuscitari, *& lege, nec enim corrumpi, aut mutari quod ritè transactum est, ff. de itinere, actuque priuat. & lege, sciendum, §. final. ff. qui satisdare cogant.* facit ad hoc *Gaill. practic. obseruatio. obseruatione octuagesimaquinta, libro secundo,* videndus *Fontanell. de pact. nupt. clausul. septima, glossa secunda, numero sexagesimoprimo, libro secundo, & numero sexagesimo secundo, notat. infra numero* 147. quam glossam sequitur *Muta dicto capitul. 80. numero de-*
134 *cimonono*. Ratio est ibi, quia † dominium est perpetuum translatum, & *capitul. 50. numero vigesimoquinto, in fine. Misinger. centur. tertia, obseruatio. octuagesimaquinta. Afflict. decisione 357. Salycet. in dicta lege, vbi adhuc, & ibi Bald. numero vigesimosexto, idem Bald. & Paul. Castrens. in dicta lege, sciendum, §. final. numero quarto, ff. qui satisdare cogant. Dynus in appostill. ad legem, qui libertinus, §. non solum, ff. de operis libert. Angel. in authent. de æqual. dotat. §. final. Francisc. Aret. in dicta lege, pluribus, §. final. Bartholom. Socynus in consilio 61. versiculo præterea, circa finem, cum versiculo sequen. parte prima, Bertach. in Repertorio, in verbo maritus vergens ad inopiam, versiculo quarto, Ioannes Petrus de Ferrar. in dicta form. libell. quo vxor agit, versiculo quarto, numero trigesimotertio, in fine, Cuman. consilio nonagesimo secundo, columna prima, Capyc. dicta decisione decimasexta; numero secundo, Franciscus de Clapperijs dicta quæstione vnica, causa 162. post numer. quartum.* Vbi etiam dicit quod malè, & pessimè loquuntur, qui dicunt contrarium. *Ioann. Campegg. de dot. quæstione quadragesima septima, parte tertia.* Ratio est ibi, quia actus causæ iam est consummatus, *lege, qui res, §. aream, ff. de solut. Surdus consilio 435. numero sexto, Roland. Rodulf. in dicto titul. de empt. & venditione parte prima, fol. 69. columna secunda.* Ratio est ibi, quia ex iusta causa dos fuit soluta; secundùm *gloss. in dicta lege, vbi adhuc, Bartolus in dicta lege, pluribus, §. final. numero secundo, & tertio, ff. de verbor. obligation. & in lege, si constante numero 107. & 108.* vbi defendit opinionem glossæ, & respondet ad con-
135 traria. Ratio est ibi, † quia quandocunque casus superueniens, qui ab initio impediret actum geri, tendit ad eundem effectum cum actu gesto, ex superueniente casu non tollitur quod est gestum, allegat *legem, verbis, ff. ad leg. Falcid. §. extraneus institut. de legat. Dyn. in capit. factum legitime de regulis iuris in sexto,* & diuitiæ tendunt ad vtilitatem, & securitatem mulieris, vt ibi: ergo non tollitur restitutio iam facta, *dicta lege, sciendum, §. final. Fulgos. consil. 29. sequitur Crot. super dicta lege, si constante numer. 158. & 159. vbi respondet ad contraria, & Alexand. ibi num. 39.*

Paul. Castrens. in d. lege, pluribus, §. & si pla-
ceat numer. 3. quam opinionem glossæ tenet
etiam Salyc. in dicta lege, vbi adhuc, vbi dicit,
quòd glossa est communiter approbata, nu-
mer. 19. & ponit ibi sex rationes pro hac par-
te: licet Iason in dicta lege, si constante, post
alios ibi allegatos numer. 227. teneat contra
Bart. eiusque sequaces vsque ad numer. 251.
sequitur Socin. de regulis iuris regul. 257. nu-
mer. 3. quæ opinio fuit Specul. in titul. de
dot. post diuort. restitut. §. fin. versicul. quod si.
Tandem non procedit in casu nostro quan-
do dominium est translatum in vxorem,
ad hoc faciunt dicta per Farinac. consil. 57.
post numer. 12. versicul. non iudicamus, vbi
dicit, non iudicamus ab euentu, sed ab
origine rei: euentus enim non mutat pri-
mam essentiam rei iam factam. Sed opi-
nio Iasonis, & aliorum procedit quando dos
fuerit consignata mulieri loco pignoris,
vel sequestrationis, vt ibi Iason in dicta lege,
136 si constante numer. 226. quo casu † superue-
nientibus diuitijs maritus recuperat admi-
nistrationem dotium, sicut prodigus, fu-
137 riosus, & alij similes, quia † dominium
non est translatum in vxorem, Angel. Pe-
rus. in dicta lege, si constante numer. quinto, vbi
Alexand. post Bartol. numer. 39. Ioan. Pe-
trus de Ferrar. in dicto versic. 4. numer. 14.
138 vbi dicit, quod pendente † Iudicio de peten-
da dote ob paupertatem mariti, si peruenerit
sibi hæreditas opulenta, ita quod factus est
diues, propter hoc cessat iudicium l. si mu-
lier ff. solut. matrimonio: ratio est ibi, quia
dos non erat restituta, & actus dominij
translationis non erat cōsummatus. & Dyn.
in lege, finitam ff. de suspect. tutorib. Bertach. in
d. verb. maritus vergens ad inopiam versicul. 6.
Palat. Rusios in repet. capit. per vestras, §. 21.
numer. 13. fol. 111. de donat. inter vir. & vxor.
Andr. Gail. lib. secundo obseruat. d. obseruat.
139 83. numer. 7. & isto † casu quando mulier
non est industriosa, sed ad rem domestica, dos
sequestratur penes mercatorem. Ratio est per
Andream Gail. dicta obseruat. 83. dicto num. 7.
& 18. quod non vxori perdituræ dotis resti-
tutio facienda, allegat text. in l. maritus, §.
manente, ff. de iur. dotium. Bald. in lege vbi
adhuc numero 13. facit lege, si soluturus,
ff. de solutio. & melius dicto capit. per ve-
stras, vbi Palat. Rusios, §. 21. fol. 120.
de donatio. inter virum & vxor. Giurb. de-
cisione 16. numer. 3. Afflict. decisione 192.
& 221. Soccinus consil. 111. numero quinto,
in fine, volum. 3. Caroc. de sequestro. par-
te prima, quæstione 5. numer. 1. magis com-
munem testatur Mantica. de tacit. & am-
big. lib. 11. titul. 30. numer. 19. Gramm. de-
cisione 103. numer. 29. ibi, quia vxori non
perdituræ dotis restitutio facienda est, text.
in lege, mutus, §. manente, ff. de iur. dot.
lege, si cum dotem, §. primo, ibi, non perdi-
turæ; vbi Castrens. ff. solut. matrimonio, Natt.

consil. 552. numer. 8. Surd. de aliment. titul. 8.
priuileg. 34. numer. 6. Fontanell. de pact. nu-
ptial. lib. 2. clausul. 7. gloss. 2. part. 3. numer.
45. fol. 563. Stephan. Gratian. decisione 194.
numer. 4. & 27. & ideo maritus recuperat
140 dotes, † quia causa est reducta ad non cau-
sam, lege, si fullo, ff. de condict. singul. caus.
& sic deficiente causa, deficit eius effectus,
glos. in lege, generaliter, in versic. de relictis,
C. de episc. & cleric. l. 1. C. de heret. lege, in
omni, & ibi glossa in fin. ff. de adoptio. & cau-
141 sa mutata † mutat effectum causæ. lege,
pater. §. cum à patre, in fin. ff. de testament.
tutel. Alberic. in dicta lege, si constante, post
numer. 3. Confirmatur opinio Bartol. & alio-
142 rum, quod † maritus, & socer offerentes
mulieri cautionem de dote restituenda tem-
pore suo, non admittuntur, Bald. in dicta lege,
vbi adhuc numer. 12. communem opinio-
nem dixit Alexand. in dicta lege, si constante
numer. 19. & ibi se mouet per rationem
143 Cyni. in dicta lege, vbi adhuc, quod † non
est æquum mulieri se committere fragilita-
ti cautionis, per l. cogi, §. si pater, versicul.
item quæritur, & lege, qui ita §. primo, ad
Trebell. Ioan. Petr. de Ferrar. dicto versic. 4.
numer. 23. in dicta form. libell. quo vxor agit
&c. Molfes. ad commentum consuetud. Nea-
pol. part. 4. quæstione 20. numer. 6. Præsidens de
Franchis decis. 127. numer. 3. Canonistæ in dicto
cap. per vestras, & Ioan. Andr. in addi. ad Spe-
cul. in dicto §. fin. de donat. inter vir. & vxor.
idem sentit Bart. in d. l. si constante nume. 46.
sequendo opinionem glos. Ludouic. Roman.
numer. 47. Ioan. Crott. a numer. 69. ad numer.
72. in 2. lect. & Rip. numer. 88. Barbos. nu-
mer. 23. & 29. Don Ioan. del Castill. de conie-
ctu. dicto capit. 26. post numer. 5. circa finem.
Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 7. glos. 2.
part. 3. numer. 63. & 64. & licet ibi sub nu-
mer. 65. contrarium videatur sentire, se de-
clarat numer. 67. & Dyn. in dicta l. vbi ad-
144 huc sub numer. 6. dixit, melius † est res habe-
re, quam cautionem, secundum Dyni. opi-
nionem, §. furti institut. de oblig. quæ ex quasi
delict. nascun. communem opinionem dicit
Ioan. Campeg. in dicto tract. de dot. quæst. 27.
part. 3. communem etiam dicit Palat. Ru-
sios in repet. dicti capit. per vestras, §. 7.
in fine, versicul. sed contrarium columu. 3.
fol. 97. dicit etiam communem opinionem
Gregor. Lopez in lege, 29. titul. 11. post numer.
4. gloss. 4. in verb. de recabdo Regn. Castil.
licet de iure dicti Regni per legem, alleg. con-
145 trarium disponatur, scilicet quod † ma-
ritus vergens ad inopiam offerendo cautio-
nem, euitat executionem dotium, cuius
verba sunt hæc: (Baratador, y destru-
, tor seyendo el marido de lo que ouiere de ma-
, nera, que entendiesse la muger, que veria
, el marido à pobreza por su culpa, assi come se
, fuesse iudgador, ò ouiesse ansi otras malas co-
, stumbres, por que destruysse lo suio locamente

si temiere la muger, que le desgaterà ò le mal-
meterà su dote, puede la muger demandar por
juizio quel entregare della, o quel dè recabdo
que la nò enagene &c. & sic patet per verba
illa, (*quel dè recabdo que la nò enagene*) scili-
cet, quòd præstet fideiussionem de non alie-
nando, & de conseruando dotem, & cui-
tat dotis restitutionem, vt ibi contra com-
munem opinionem: à qua communi opinio-
ne non est recedendum, vbi aliter non est di-
spositum per statutum, quia respicit fauo-
rem dotium. idem tenet *Rip. in d. l. si constan-*
146 *te*: maximè † vbi actori conceduntur plura
remedia alternatiuè, vel simpliciter, quia
electio est actoris, *l. quod in hæredem, §. elige-*
re, ff. de tributor. actio. Bar. in l. cum proponas,
C. de transact. d. l. si constante, idem Ang. in d.
§. illud. Nec obstat *d. c. per vestras*, per quod
se mouent contrarij, quia illud procedit vbi
electio non est actoris: sed casu nostro ele-
ctio est actoris, vt dicit *Alex. in dicta l. si con-*
stante post num. 19. Bernardus Henric. in sua
summ. aur. magis communium opinionum con-
clus. 127. vbi dicit, quòd maritus vergens ad
inopiam hodie in vxoris arbitrio est, an ve-
lit, alimenta, dotem, vel cautionem, per *Io-*
seph. Ludouic. decis. Lucana 22. *num.* 11. *par.*
prima, Crauet. consil. 154. *lib.* 1. ergo est in
electione vxoris quod ex duobus remedijs
vellet intentare: & iura, & Doctores in con-
trarium loquentes procedunt in casu assecu-
rationis, vel sequestrationis dotium, quan-
do dominium non transfertur in vxorem,
per ea, quæ supra notaui. Ad hoc est etiam
notanda distinctio, quam ponit *Palatius Ru-*
uios in d. §. 25. quarta par. numer. secundo. ver-
147 *sicul. Henric. d. 3. fol.* 112. quòd † si maritus
ex post facto factus est diues, & prudens, ac
sapiens, restituenda est ei dos, & alia bona,
quia cessat omnino causa inopiæ, & suspi-
cionis, propter quam iura hanc dotis exactio-
nem permittunt, secundum *Ias. & alios*: sed
si solum diues factus est postea, non tamen
prudens, sapiens, vel discretus, vt puta
quia delata est ei magna hæreditas ex testa-
mento, vel ab intestato à parentibus, vel
consanguineis, tunc procedit opinio *Bar. &*
communis opinio, l. si creditor, ff. de priuileg.
creditor. & §. suspectus, & §. fin. inst. de su-
spect. tutor. secundum *Henric. d. cap. per ve-*
stras, in fin. & huic responsioni, & distinctio-
ni mihi videtur quod obstet ratio *Io. Petri*
Ferrar. in d. vers. 4. num. 14. sed potest re-
sponderi, quòd ibi non erat suspectus; sci-
licet, non propter eius malos mores effe-
ctus fuit pauper, sed propter casum fortui-
tum, quod est sine eius culpa: nec domi-
nium ibi erat translatum, vt hic, per ea,
quæ supra notaui. Quicquid sit, à commu-
148 ni opinione † non est recedendum, propter
dominij translationem. quam communem
opinionem sequitur *Scipio de Rendi. in tracta.*
promptuarij receptarum sent. tit. 47. de fideius-
soribus, num. 2. Odofr. in d. l. vbi adhuc num. 5.
vers. sed de nouo quæro, hic mulier. & ibi Iac. de
Aren. in fin. vers. tunc facit: Oldrad. quem alle-
gat, & sequitur Alber. de Rosat. ibi vers. item
quærit col. 1. Ita etiam procederet si mulier
viueret in matrimonio more consuetudinis
Vrbis Panormi, Messanæ, vel Catinæ, seu
more Latinorum, & maritus vergeret ad in-
149 opiam, quia tunc mulier † potest cogere
maritum ad restituendam suam tertiam
partem, *Muta super consuetud. Senat. Panor. d.*
cap. 46. post num. 17. in princ. & per ea, quæ
sup. not. quòd dos constante matrimonio
propter inopiam peti potest, ita & ius tertiæ.
Suar. in l. 1. tit. de las ganancias del marido, y
de la muger, num. 57. ita videtur sentire *Cas-*
san. super consuetud. Burg. in tit. de droict. rub.
4. §. 3. gl. soit, vers. non esset sine dubio, Palat.
Ruui. in repetitio. rubri. c. per vestras de donat.
inter vir. & vxor. §. 67. num. 8. quos allegat
ibi Muta: & non solum mulier ob inopiam
viri dotem repetere potest, verum etiam ea
150 mortua † eius filij, vt notaui infra, & dicit
Iac. de Aren. in d. l. si constante, quòd patroni
causarum tenent hanc opinionem, *& Dy.*
per l. creditoribus, ff. de separatio. Muta dec.
M. R. C. dec. 23. n. 13. Signorol. cons. 135. per tot.
Tusc. verb. dos, concl. 762. num. 16. Fontanell.
de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. par. 3. numer. 76.
lib. 2. idem tenet Io. Andr. in addi. ad Specul. in
tit. de donatio. inter vir. & vxor. §. fin. dummo-
do assecuretur pater de vsufructu suo, *Tiber.*
151 *Decian. respon. 58. par. 4.* vbi dicit, quòd †
priuilegium competens mulieri in repetitio-
ne dotis, competit etiam filijs ipsius mulie-
ris, ad quos dos spectat. ad quod facit do-
ctrina *Roder. Suar. in allegat. 4. num. 7. fol. 49.*
152 vbi dicit: Vbicunque † filius timet molestari
à patre, vel grauari ex facto eius in iure, &
bonis, ad quæ filius prætendit actionem, vt
est in casu nostro; talis filius potest se proui-
dere per officium Iudicis ante factum, ne
fiat, ad iuris sui conseruationem. *tex. est in*
l. 3. C. qui bon. ced. poss. & ibi Bal. num. 2. vbi
dicit, alibi non reperiri ita expressum. sequi-
tur *Muta d. cap. 46. num. 24. in fin. & num. 25.*
153 *Ias. in d. l. si constante num.* 196. Ita † & eorum
tertiam petere possunt, vt ibi *Muta num. 22.*
& ante eum *Nepit. ad consuet. Catinens. con-*
suet. vnic. de concess. matrim. & patr. alienat.
tit. 4. post num. 21. in fine, illat. 96. Duen. regul.
556. ampl. 1. Ratio est ibi, per *Nepit. sub nu-*
154 *mer.* 22. quod † casu prædicto, scilicet, quan-
do pater est dissipaturus, filius potest cogere
patrem sibi assignari legitimam, per *Ias. ibi*
alleg. in d. l. si constante num. 199. sed tertia
succedit loco legitimæ, secundum Nepitam
ibi: communem opinionem dicit *Intrigl. sing.*
265. lib. 1. Idem Nepit. in consuet. vnic. de con-
fect. bon. tit. 3. num. 123. fol. 74. per Bald. in
lege maximum vitium, numer. 13. C. de liber.
præter. Abb. in consil. 63. volum. 1. numer. 4.
sed Muta in consuet. Panorm. Senat. cap. 43.
numer. 52. cum seqq. reprobat opinionem
prædictam, & defendit per multa media,
ex

ex quo debetur filio iure proprio, & vigore
matrimonij more Latinorum, vel consuet.
Panormitan. Messan. & Catinens. contra-
cti: quia natis filijs, bona confunduntur,
& tripartiuntur, & legitima debetur filijs de
tertia patris, dicunt Boniorn. & Corset. viri
Illustres, ac doctissimi inter nostrates: & ma-
ximè Octauius Corsettus, cuius laudes, & vir-
tutes non solum inter omnes Mundi partes,
sed ad sydera volant, & merito reliquit duos
filios non solum Aduocatos eximios, sed etiã
vnus illorum propter eius scientiam, & me-
rita, cuius est nomen Don Petr. Corsettus, fuit
olim Præsidens Tribunalis Consistorij huius
Regni Siciliæ, & modo apud suam Catholi-
cam Maiestatem in supremo Consilio Regens
meritissimus, eximius quidem vir, scientia,
& prudentia, ac virtute. Alter vocatur Don
Iacobus Corsettus, qui, ad præsens est Aduo-
catus Fiscalis Regij Patrimonij huius Regni
Siciliæ dignissimus; & sic ergo ad casum no-
strum dicunt dicti Doctores de Boniorno, &
Corsetto in consuetudine huius Vrbis Panormi,
incipiente, bona viri, cap. 43. quòd tertia fi-
lijs competens non computatur in legitimam
& refert ibi Muta in principio, vers. in 2. dici-
tur, & num. 57. & 59. in fin. sed quia non est
præsentis speculationis, videndi sunt Docto-
res. Sed Ias. loco cit. in d. l. si constante non lo-
quitur de legitima, secundum casum Nepit.
ex quo legitima non debetur in vita patris,
nec in ea ius habent filij, Bar. in l. si ff. de liber.
agnosc. Bald. in l. si quando §. illud C. de inoffic.
testam. Muta d. cap. 43. num. 53. sed benè di-
cit ibi Ias. quod filij possunt petere sibi assi-
gnari tot bona patris, vnde viuere possint,
secundum Bal. in l. 2. C. si quid in fraud. pa-
tron. quam opinionem sequitur ibi Paul. Ca-
str. & reputat singularem, Ludou. Roman. in
d. l. 2. §. quod si à patre, ff. solut. matrim. Ant.
Trigon. sing. 30. num. 2. Idem Paul. Castrens.
& Ludo. Roman. in d. l. Imperator, & ibi Alex.
in 5. col. ff. ad Trebell. dicit esse menti tenen-
dum, sequitur Pet. de Rauen. sing. 469. etiam
si bona non subiaceant restitutioni, vt ibi in
fin. Idem Nep. in consuet. vnic. quand. & quam
portio. pot. pat. fil. mort. matrim. &c. tit. 19. 22.
76. vbi dicit, quod de iure pater dilapidator
cogitur assignare filio aliquam portionem,
per Cagnol. in l. fin. C. de pact. dicit esse com-
munem per Duennã regul. præcitata 356. ampl.
1. Muta cap. 33. num. 19. ad consuet. Senat.
Panor. Molfes. ad consuet. Neapo. p. 3. q. 1. num.
16. Molin. de Hispan. primog. cap. 16. num. 9.
155 & seq. si ergo quando † pater dissipat eius
bona, non administrat, & interdicitur ei ad-
ministratio secundum communem opinio-
nem, relatam per Ripam in l. generaliter, nu.
60. C. de secund. nupt. & etiam supra notaui;
ergo quanto magis quando pater dissipat bo-
156 na, in quibus filius habet dominium, vt † in
tertia, sibi competente dixit Muta d. cap. 46.
num. 24. & 34. versic. tamen non poterit aliena-
re: & licet habeat pater vsum fructum tertiæ,
competentis filio soluto matrimonio, secun-
dum Imol. in consil. quod fecit Melitæ quod
habetur ad Nepitam in d. consuet. Catin. fol. 88.
num. 20. sequitur Muta d. consuet. 46. num. 34.
tamen ea ratione prædicta, Roder. Suar. filius
vbicumque videt grauari à patre ex facto eius
in iure, & in bonis, potest sibi prouidere per
officiũ iudicis: Don Amanellus de Claris aquis
in suo sing. 121. dicit quod si pater bona filio-
rum, quorum est legitimus administrator di-
lapidet, quòd filius possit petere bona, per gl.
in l. si cum dotem §. eo autem tempore, ff. sol. ma-
trim. & l. patrem ff. quæ in fraud. cred. Immo
157 quando pater † possidet bona subiecta resti-
tutioni, & illa alienat, filius in vita patris ad-
mittitur ad ea petenda, & vindicanda. Io. in
d. l. si constante num. 198. tex. in l. cum pater §.
libertis ff. de leg. 2. Pinell. de bon. matern. num.
74. p. 3. Ioseph. Ludou. dec. 13. num 10. Natt.
cons. 214. lib. 1. num. 1. Ant. Trigon. d. sing. 30.
per Bald. eleganter num. 62. C. si quid in fraud.
patron. in 1. col. in fin. vbi dicit, si pater bona
filiorum dissipat, aufertur sibi administratio
per l. fin. §. minores, C. de sent. pass. & d. l. Im-
perator, seqitur Muta d. q. 46. num. 25. & 26.
& post num. 24 admonet matres viuentes mo-
re Latinorum, vt videntes bona virorum esse
lucrosa, & maritos locupletes, prouocent ad
diuisionem, vel vtantur forte remedio d. l.
si constante: quia vltra quòd eis hoc proderit,
iuuabit etiam summopere filios in eorum ter-
tia, & ex tunc pater alio titulo incipiet possi-
dere bona, scilicet, titulo confuso, secundum
158 Suarez loco cit. & isto casu quando † pater di-
lapidat, filij possunt agere ad diuisionem per
ea, quæ dicit Gram. dec. 7. vbi non obstante
mandato testatoris, fit diuisio inter fratres,
si bona deteriorantur: refert communem
opinionem Suarez in sua collect. comm. opin. in
verb. filius, nu. 203. & Nepit. d. consuet. vnic.
159 tit. 4. num. 23. & isto in casu † maritus non
gaudet isto nostro beneficio: ratio est, quia
sibi remanet eius tertia bonorum pars, & vsus
fructus tertiæ filiorum pro alimentis. Muta
d. cap. 46. num. 34. per Blasc. Lanz. super con-
160 suetudine generali Regni Siciliæ. sed si est † no-
bilis, & persona alicuius dignitatis, cui non
sufficeret eius tertia, & vsusfructus tertiæ fi-
liorum, vt possit honestè, & commodè viue-
re secundum eius qualitatem, tunc poterit de
tertia vxoris parte retinere supplementum
alimentorum secundum eius conditionem,
secundum distinctionem Zuec. quam nota-
bo inf. ampl. 1. Et sic ex supra dictis patre
161 † vergente ad inopiam, filij agere possunt ad
petitionem tertiæ matris, nec non ad eorum
tertiam competentem, vt sup. notaui, Muta
cap. 39. post num. 2. ad consuet. Senat. Panorm.
per Bar. in d. l. 2. §. quod si, in fin. ff. solut. ma-
162 trim. ex Iudicis authoritate etiam † absque
consensu patris, quia ex officio Iudicis po-
test cogi ad consentiendum: vt ibi Muta post
num. 3. per Bar. in l. 3. §. nunquid de contr. tut.
& in §. vxores, eiusdem l. vbi Nicol. de Neap.

Roder.

Roder. Suarez in l. 13. num. 34. de las decedas. Iaf. in l. nec quicquam §. vbi decretum num. 77. & 78. ff. de offic. proconsul. & legat. & in l. 1. num.
163 *8. propè medium, ff. de iurisd. omn. iud.* & † hodie stante modo procedendi, sola facti veritate inspecta, non requiritur licentia. *Corn. cons. 218. num. 2. & 10. lib. 2. Guid. Pap. in tracta. de rescript. num. 3. Gram. cons. 79. n. 15. & cons. 91. num. 23. & cons. 128. nu. 19. Idem Gram. dec. 19. num. 2. Bellon. cons. 6.* maximè contra partem alienantem, quia cum Iudex concesserit citationem, licentiam dedisse videtur. *Aret. cons. 118. Surd. cons. 312. num. 13. lib. 3.* etiam stante Ritu M. R. C. dixit *Muta d. cap. 36. num. 4. & 5.* hoc verum in tertia filij competẽte ex matrimonio more Latinorum, vel consuetudinis: secus in dote à matre aportata ex matrimonio more Græcorum, vel alio modo contracto, quia tali casu filij post mortem matris ob inopiam patris dotem petere non possunt, vt ibi *Mut. post num. 2. vers. quia non habent,* (licet habeant remedium, inf. not.) dicit etiam *Scipio Rendin. in tract. promptuarij diversar. sent. titu. 123. de viro, & vxor. num. 18.* vbi testatur de communi opinione *Bar. in dicta l. si constante sub num. 63.* licet ibi sub distinctione, vt infra, simpliciter transeunt *ibi Imol. num. 13. vers. quarto adde his, quæ tangit in 9. q. Iaf. num. 195. Crott. in repet. col. 33. num. 128. Rip. num. 99. col. vlt.* qui comm. dicit, prout etiam confatetur etiam secutus *Petr. Anchar. in suis quæst. famil. lib. 1. q. 22. num. 5.* ratio doctorum est, *per Bar. in d. l. si constante num. 63.* quod remedium legum vxori indultum, vt constante matrimonio agat contra virum ad restitutionem dotis, extitit indultum, ne mulier indotata remaneret, & vt ex fructibus dotis se & filios alere possit, *vt d. l. vbi adhuc,* vnde ea mortua cessat ratio prædicta, & cessat effectus restitutionis dotis *l. adigere, §. quamuis ff. de iur. patron.*

Sed circa prædicta variæ sunt distinctiones Doctorum. Alia est *Ray.* dicentis, aut maritus dissipat dotem dolo, & in fraudem filiorum, vt ipsi nil habeant; & hoc casu possunt filij petere dotem, secundum *Gugl. de Ludou. sing. 76. Mut. d. cap. 46. num. 32. & 33.* aut ex culpa, & non in fraudem, vt quia vadit comedendo per tabernas, & similia, & tunc non possunt, *vt d. l. Imperator, ff. ad Trebell.* sed dotem sequestrari debere pro alimentis ipsius patris, & filiorũ, *vt d. l. vbi adhuc & Muta d. q. 39. post n. 2.* dicit quod filij possunt agere cõtra patrem dissipantem in dote relicta à matre per officium Iudicis, vt suum saluum habeãt. Aliam distinctionem ponit *Bar. in l. idem est §. non autem C. quod de bon. quæ liber.* prout in *d. l. si constante num. 63.* dicens; aut dissipat mobilia, aut stabilia: si mobilia, per officium Iudicis eis esse consulendum, vt suum saluum habeant: si stabilia, non possent: quam sequitur *Paul. Castr. in d. l. si Imperator, in fine,* nisi poneret res in manibus potentiorũ, à quibus facilè non possent vendicari, vel aliorum, qui possessiones essent deterioraturi: vel nisi appareret de manifesto dolo patris, *vt per glo. in d. l. Imperator, & arg. l. Titius, ff. ad Treb. secundum Castrens. ibi, ibique Alex. in fin.* Sic ergo restatur, quod agunt ad eorum tertiam, & ad matris dotem, quando pater dissipat, per officium Iudicis, secundum *Io. And. in §. fin. de don. inter vir. & vxor. sed Imol. in d. §. fin.* concludit, quod sufficit, filios habere cautionẽ, refert *Const. Rogg. in d. tract. de dot. vers. 14. n. 32.* licet communis opinio sit in contrariũ
164 quando † pater dissipator dando cautionem non administrat, *Rip. in d. l. generaliter num. 69.* refert *Nepit. d. tit. 19. consuet. vnic. num. 74.* tamen opinio *Imol.* Iudicio meo est magis æqua, à qua non est recedendum duplici ratione, scilicet ne patri fiat iniuria, & vt filij tempore suo habeant dotem. quam sequitur *Iaf. in d. l. si constante sub num. 197.* licet *Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de dona. inter vir. & vx. §. si. in fin.* teneat quod poterit agi, vt fiat restitutio filijs assecurato patre de vsufructu. sed melior est opin. *Imol.* vt dicit *Iaf. ibi sub num. 198.* quam sequitur etiã *Iac. de Anell. de Bott. in margine ad Neapod. in consue. Neap. in consuet. si aliquis moriens num. 29. de successio. ex testam. fol. 169.* licet ibi *Nea-*
165 *pod.* dicat, quod † esset improbum, liberos compellere patrem ad cauendum, per *l. fin. C. de bon. matern.* etiam si pater non haberet nisi vsumfructum, vt ibi: & mulier non solum
166 repetere potest dotem † quando actio dotis sibi soli competit, scilicet, quando per matrimonium efficitur sui iuris, *vt l. vnic. §. videamus, C. de rei vxor. act.* quia consolidatur in ea tota actio, vt ibi, *& Suarez. in tit. de los pleytos, num. 39.* verum etiam quando esset communis sibi, & patri, vt est casus *in d. §. illud in auth. de æqual. dot. vers. quod si in potestate, coll. 7.* à quo sumpta fuit *auth. quod locum C. de collat. & ibi Saly. in 8. q.* sed si vxor est negligens, pater poterit agere per *d. l. si constante,* secundum *Alberic. in d. l. vbi adhuc col. 3. vers. quod si mulier:* si verò non est negligens, sed habet aliquam iustam causam contradicendi, poterit patrem impedire ne agat per *l. si cum dotem, §. eo autem tempore, secundum Bar. in d. l. si constante in 4. q. 2. p. & ibi Alex. col. 4. vers. ab his nemo;* & dicit *Rum. in repet. d. cap. per vestras, §. 29. num. 1. f. 115.* dicit etiam *Campeg. p. 3. q. 35.* & si ambo concurrunt ad agendum contra virum, vergen-
167 tem ad inopiam, filia † præferenda est, quia plus iuris habet filia constante matrimonio in dote, quàm pater, *Rum. loco cit. num. 2.*

Item vxor petere potest dotem à marito, vergente ad inopiam, sine eius licentia: Imò eo contradicente, tenet *Alber. in d. l. vbi adhuc, in fin. Rum. in repet. d. cap. per vestras, §. 27. in princ. col. 1. fol. 114.* & per ea, quæ sup.
168 notaui in personam filiorũ, etiam † si ex dispositione statuti mulier transiret in potestatem viri; & ita iudicatum fuit, dicit *Alberic.*

loco

loco cit. quod hanc quæstionem habuit de facto Bergomi; vbi mulier transit in potestatem mariti, & dictum fuit, quod agere possit sine consensu viri, dixit *gloss. in d. auth. quod locum, C. de collat.* quod isto etiam casu mulier poterit agere sine consensu patris, vel fal-
169 tem † cogitur maritus consentire ad instar patris, *vt l. fin. §. 1. de bon. quæ lib. Roffr. in libell. de person. litig. vers. item nec mulier*: Et ego vidi nonnulla acta, tam in M. R. C. quam in Curia Prætoriana huius Vrbis, in quibus maritus dabat licentiam vxori ad agendum propter eius inopiam.

170 Videndum est ergo modo, † si minor habeat legitimam personam standi in iudicio in causa dotis. *Bal. in auth. quod locum vers. octauo quæritur numer. 11.* tenet quod non: quia licet in causa matrimoniali, cui dos est annexa, stare possit in iudicio sine curatore *per cap. fin. de iud. in 6. & Innoc. in cap. ex parte de restit. spol. Giurb. super consuet. Mess. gloss. 5. cap. 1. part. 1. num. 69. Frider. Sol. de lucr. dot. quæst. 14. num. 7.* non tamen sic erit in causa dotis, quæ licet sit matrimonio annexa non est eiusdem naturæ, secundum *Bal. ibi: sed gloss. in d. cap. fin. de iud. in 6.* tenet quod sic, quem sequitur *Ludou. Rom. in l. 2. nu. 54. 55. 56. ff. solut. matrim.* vbi dicit filiam etiam minorem ætatis habere legitimam personã petendi in iudicio per *d. cap. fin.* sequitur *Bertach. in suo reper. verb. minor. agit vers. 25. Nicol. Caluol. in prax. iudicior. §. excep. contr. libell. concl. 1. num. 20. fol. 253.* vbi dicit, quod exceptio minoris ætatis non potest opponi nec ante litem contest. quando mulier minor repetit dotem, dicit *Alex. l. si constante num. 30. vers. adde quod in contrarium per Imol. l. 1. in 2. col. ff. de solut. matri. Rom. in d. l. 2. §. quod si in patris, vbi idem Alex. post num. 4. vers. igitur forte,* vbi dicit: licet de iure ciuili sit dubia quæstio, de iure vero canonico clara est, & quod standum sit iuri canonico, *gloss. in cap. licet de foro competenti, & per gloss. in cap. per venerabilem, qui sint fil. leg. & docto. in cap. Raynutius de test.* & hanc opinionem refert ibi *Alex.* com. esse, & quod in iudicando, & in consulendo non est ab ista comm. opin. re-
171 cedendum; sicut † mulier excommunicata, quæ non admittitur ad agendum, *cap. intelleximus de iud. & cap. cum inter de except.* ne ex suo dolo commodũ reportet, vt tenet *glos.*
172 *in d. cap. intelleximus*: ratio est, quia † excommunicatus non potest stare in iudicio, tam criminali *Plaz. lib. 1. delictorum, cap. 44. num. 10.* quam in foro ciuili, *Clarus, in §. fin q. 14. num. 16. vers. quæro nunquid,* vbi dicit, quòd est receptissima Doctorum sententia: licet *Abb. in d. cap. cum inter col. 3. vers. & per hanc rationem*, teneat, quòd casu prædicto vxor
173 † stimulata inopia mariti, ne sua dos pereat, sit admittenda, dicens, & per hanc rationem puto posse attentari, quod si reus est fugitiuus vel res tempore peritura, excommunicatum
174 debere audiri: stimulatur † enim ad agendum ex eminenti præiudicio, & potest dici defensio quædam, & hoc est æquissimum secundum eum, quam opinionem sequitur tanquam singularem, *Fely. in cap. dilectus col. pen. el 1. de rescrip. & in d. cap. cum inter, col. 10. vers. limita secundo*: hoc procedit quando periculum est in mora, secus si cessaret periculum, quia posset facere se absolui, per id, quod dicit *Hostiens. in cap. significauerunt de*
175 *iud.* necessitas † enim, & periculum verisimiliter speratum, facit licitum quod alias erat illicitum, vt est *tex. valde elegans in cap. licet tam veteris de ferijs*, vbi feriæ non habent locum vbicumque periculum est in mora, dicit *Abb. in d. cap. significauerunt num. 24. Gram. dec. 58. num. 16. Lud. Rom. in l. si vero, §. de viro, ff. sol. matr. & Fely. in cap. Ecclesia S. Mariæ col. 22. de consti.* honestum tamen est non per se, sed per procuratorem agat, secundum *Palat. Ruuios in repet. d. cap. per vestras de donat. inter vir. & vxo. d. §. 27. post num. 12.* vbi dicit, quòd dubia sibi videtur decisio *Bar. in d. l. si constante à num. 64. vsque ad 70.* vbi co-
176 natur defendere, quod † vxor excommunicata, vel bannita, habens dotem, & filios, & marito vergente ad inopiã, ita quod propter suum delictum non potest agere, quia exceptione repellitur, filij sui possunt agere, tam contra patrem ista actione, quam hypothecaria contra extraneos possessores bonorum, cum ista actio sit fauore matris, & filiorum, vt ex dote substententur, agere possint contra quoscumque tanquam coniũctæ personæ nomine matris, nec possunt repelli exceptione ex persona sua, cum agant ad eorum vtilitatem: sed in libello dicere debent, se agere ad eorum vtilitatem: & etiã nomine proprio agere possunt, saltem vtilibus actionibus, quæ mulieri competebant, si sunt maiores: si verò minores, constituetur curator litì, *vt not. in l. si longius §. 1. de iud.* quam *Bar.* opinionem fortiter reprehendunt *Io. de Imol. & Lud. Roman. in d. l. si constante* per multa media, & rationes satis vrgentes, & eorum opinio videtur de iure verior, quo-
177 niam filij, in casu nostro non videntur prætendere principale interesse, quia non est interesse totalis negotij, de quo loquuntur fundamenta *Bart.* sed est quoddam interesse particulare respectu alimentorum, quod non venit in considerationem, cum nil ipsi dede-
178 rint de suo: sed † secundario venit, & non est in consideratione, vt est *gloss. notab. iuncto tex. in cap. quamuis de pact. in 6.* sequitur *Ruui. d. §. 27.* vbi probat per non nulla media, & fundamenta *à num. 14. vsque ad 19.* bene ta-
179 men fatetur, quod † si mulier, pendente iudicio, moreretur, eius filij possunt iudicium prosequi, ex quo successerunt in ius matris, *per regulam his, qui in ius, de reg. iur. in 6. facit l. cum hæres, ff. de diuers. temp. præscript. secundum Io. Ant. in addi. ad Spec. in tit. de dot. post diuort. resti. in fin. Mut. in d. cap. 80. num. 23.*
180 vbi dicit, quod † actio non variatur per mortem

tem vxoris, sed variatur qualitas, & transubstãtiatur iudicium: vbi enim in primo iudicio debeat fieri condemnatio non ad plenariam restitutionẽ, ex quo dos debebat seruire oneribus matrimonij *d.l.vbi adhuc*: in hoc secundo iudicio agitur ad restitutionem plenariam, & sic ex eisdem actis agitur, per *Cyn.* quem refert, & sequitur *Bar. in l. post finitam ff. de suspect. tut. & notaui sup. vers. non solum*
181 *n.....* Ita etiam † mulier potest dotem repetere à marito minore annis 25. vergente ad inopiam, de iure comm. hodie vero annis 18. dicit *Cumia super Rit. M. R. C. c. 39. in summarijs num. 44. fol. 23. Marant. de ord. iud. p. 6. act. 2. princip. num. 29. fol. 228. per cap. Regn. minorum iura, in fin.* bona enim minoris tacitè sunt obligata pro dote, *vt per gl. l. fin. C. de legit. tut. vers. alius quod sit.* ratio est ibi, quia est legalis, *Cy. in d. l. vbi adhuc, col. 4. quæst. 16. & ibi Alber. de Rosa col. 4. vers. item quærit, Fontanel. de pact. nupt. claus. 7. gl. 2.*
182 *par. 3. num. 60. lib. 2.* nam † ex quo est pubes, potest contrahere matrimonium, *instit. de nupt. in prin. & cap. 1. & 2. de desponsat. impuber.* ergo & accessoria matrimonij, cum
183 non debeat ratione † minoris ætatis, vxor remanere indotata, *l. si extraneus, ff. de cond. caus. dat. facit l. mutuo, ff. de iur. dot.* & licet *Bart. in d. l. si constante numer. 74. vers. quarto quæro*, contrariam teneat opinionem *vsque num. 79.* vbi dat consilium nubenti cum minore ad tradendam dotem; quam *Bar. opin.* multi sequuntur: tamen à prima opinione non esset recedendum, dixit, & sequitur *Bal. ibi in fin. vers. vltimo quæro, & in vers. tu tene*
184 *primam opinionem.* ratio est ibi, nam in tacita, & necessaria hypotheca non requiritur decretum, sed in voluntaria sic, & fuit opinio *Iac. de Aret. ibi per l. 2. & 3. ff. de reb. eor. qui sub tut. & cur. sunt*, & *l. mutus de iur. dot.* idem tenet *Guigl. in l. item quia ff. de pact.* licet ibi gl. contrarium teneat, quam opinionem sequitur *Palat. Ruuios in repet. d. cap. per vestras §. 25. post numer. 3. vers. tu tene fol. 113. col. 2.* vbi dicit, quòd prima opinio videtur verior, & tutior, & doti fauorabilior, pro qua allegat *l. stil. 207. incip. todo el deudo, in fin. Regn. Castell.* hanc opin. sequitur *Octauius Simoncell. in tract. de decretis lib. 2. tit. 5. nu. 1.* vbi respondet positionibus *Bar. & in num. 2.* dicit quòd est mag. comm. opi. quod bona immobilia minoris tacitè sunt obligata pro dotis restitutione, *Io. Sichar. in d. l. vbi adhuc num. 31. & 32. tom. 1.* opinionem veriorem, & tutiorem esse dicit. *Roma. cons. 394. col. 2. lib. 4. Bar. Socy. cons. 80. num. 6. & seq. vol. 4. Gozadin. cons. 16. num. 9. Curt. iun.* testantur de communi *cons. 168. num. 20. & multos alios alleg. ibi Simoncell.* vbi magistraliter, & copiosè, facit hanc quæstionem. Ratio est supra dicta, quia si potest contrahere nuptias, dotis nomine obligari potest: & quia hæc obligatio est legalis, & hypothecam legalem in bonis pupilli causari, absque iudicis decreto, vt ibi per eum videndus, quia copiosissimè hanc quæstionem disputat.

Ad hoc etiam notandum, quod † quando
185 mulier agit ad dotis exactionem propter inopiam viri, maritus tenetur illi sumptus necessarios facere, & litis expensas, cum illa non habeat nisi dotem, ita dicit *Alb. de Rosa. in d. l. vbi ad huc col. fin. vers. sed cuius expensas; Mila. decis. 17. num. 44. lib. 1. post Affl. decis. 152. Ioseph. Lud. decis. 46. num. 4. Cephal. cons. 127. num. 6. par. 1. Guid. Pap. decis. 439. num. 4. Soc. iun. cons. 8. 13.* & quomodo procedat, *ibi num. 6.* & per alios ibi allegatos,
186 vbi vxori litiganti contra virum, alimenta debentur, *Brun. à Sole in compend. resol. f. 133. & arg. l. fin. C. de ord. cogn.* & ibi est casus secundum *Bal.* quod quis aduersario prouidet, tam in expensis, quam in sumptibus alimentorum. & melius facit *tex. in cap. ex parte de*
187 *accusatio.* vbi † monachus, qui accusat Abbatem, de bonis Monasterij expensis litis necessarias habebit, *gl. in l. si quando in verbo litis sumptus, C. de collus. detegend. l. 2. C. de Carbon. edict. l. filius, C. de iure deliber. Mila. decis. 18. num. 10. Perus. decis. 46. numer. 3. Boer. decis. 325. num. 2. Palat. Ruui. in §. 29. de don. int. vir. & vx.* Imò voluit *gl. in d. cap. ex par-*
188 *te*, quod † debeantur Monacho expensæ non solum ad prosequendam litem, sed etiam pro lite exequenda. ad hoc est *tex. optimus in cap. olim, de accusat. Affl. decis. 10. num. 2.* vbi
189 dicit, quod † monachus, cum Abbate litigans sumptus litis habere debet ab Abbate cum alimẽtis, tam in causa principali, quam in causa appellationis, *gl. in l. si instituta, §. de inofficioso, ff. de inoffi. testa. & gl. in l. fin. C. de ord. cogn. & notat Archid. 23. dist. cap. quamquam, & in cap. si forte de elect. lib. 6. Spec. in tit. de cens. §. 1. Milan. d. decis. 18. numer. 11.* hoc est quando lis mouetur ad vtilitatem Monasterij, *Milan. d. decis. 18. num. 11. in fin.* & hoc principaliter, & immediatè, *Boer. decis. 324. num. 4. 4. & secundum Doctores, sequitur Ruu. in d. §. 39. in repet. d. cap. per vestras, de donat. int. vir. & vxor fol. 120.* vbi
190 facit conclusionem, quod † si priuatus litigat in causa propria super bonis, quæ prætendit esse communia, vel ad se pertinere, tunc si aliqua præsumptio est pro ipso, debent ipsi ministrari expensæ litis de illis bonis. facit etiam *Cumia super Rit. M. R. C. huius Regni Siciliæ cap. 38. num. 104. cum seq. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 120. & Mila. d. decis. 17.* Et sic si diues litigat cum paupere, prouidebit pauperi de expensis ratione paupertatis, & inopiæ per iura supra dicta, *& argu. d. cap. ex parte, cum concordant. ibi positis in gloss.* & licet nemo teneatur subministrare aduersario expensas litis, tamen fallit in diuite litigante cum paupere, nisi ipse pauper habeat peculium, *capit. quanto de offi. ordinar. capit. 2. ne cler. vel monac. secundum Parid. de Put. in tract. de sindic. in verb. expensæ, post num. 1. sequitur Pa-*
191 *lat. Ruui. d. §. 39. post num. 3.* & isto casu expensæ

pensæ litis taxantur arbitrio iudicis, *text. est in d. l. si quando*, per illa verba *(quanto moderato Iudicis arbitrio fuerit æstimatum)* & ita seruatur in M.R.C. & ego pluries iudicaui.

Infertur etiam secundum *Bald. in d. l. vbi adhuc num. 16. contra Iac. de Aret.* ibi, quod si mulier pepigit dotem sibi restitui in omnem casum soluto matrimonio, & non dicat in casu dotis in tuto ponendæ, poterit mulier agere constante matrimonio, marito vergente ad inopiam: ratio est ibi, quia casus omissus per viam pacti, non excludit pactum dispositionis legalis, *l. si extraneus, ff. de condict. ob caus. l. si cum dotem, in princ. ff. solut. matrim.* tamen *Natta cons. 81. num. 5.* dicit quòd maritus promittens restituere dotem, non intelligitur promittere in casu inopiæ (non obstante cònstituto) *alleg. Bar. ita tenentem in l. si quis sic stipuletur, ff. sol. matr.* & dicit quòd ita est de mente *Bal. in d. l. vbi adhuc col. 5. vers. iuxta hoc.* & licet *Roma. cons. 392.* contrarium teneat, ibi *Natta* dicit quòd eius opinio non est vera: sed *Paul. Castrens. in d. l. si quis sic stipuletur post num. 4.* dat cautelam ponendi in contractu matrimoniali ad effectum petendi restitutionem ab eo, qui do-
192 tem dat, in casu inopiæ, scilicet, quòd † stipuletur, sibi restitui dotem, tam in casu restitutionis, quàm consignationis, vel in omnem casum, & euentum restituendæ, vel soluendæ, siue consignandæ dotis, constante matrimonio, vel soluto, secundum *Alexand. cons. 142. num. 5. vol. 5. Vinc. Carroc. de sequest. quæst. 5. post num. 2. circa fin. Paul. Castrens. consil. 126. & 392. Rip. in d. l. si constante num. 16. Viuius decis. 388. à num. 15. lib. 4. Bursat. cons. 120. lib. 1. Gram. decis. 92. post num. 22. & 23. Roman. cons. 392. num. 2. Farinac. decis. 158. num. 7. Rimin. cons. 600. num. 2. lib. 3.* cum verbum (restituendæ) comprehendat casum veræ restitutionis, & verbum (soluendæ) comprehendat etiam casum restitutionis, quæ fit ob inopiam, constante matrimonio: ra-
193 tio est, quia † verbum, quodlibet, in contractu appositum, debet taliter intelligi, quòd aliquid operetur, si fieri potest, ne alias superfluat, *Bald. super Rub. C. de contrah. empt. & vend. Gomez in §. superest post num. 8. de actionibus. cap. 1. & ibi Fely. colum. 6. de rescript.* & ita tenet *Imol. in cons. 100. post num. 2. vers. in contrarium l. si quando ff. de legat. 3. Surd. cons. 153. num. 10. lib. 2.* In hoc autem Regno Siciliæ non solum dos restituta fuit, stantibus verbis prædictis: verum etiam vbi
194 † promissio fuit de restituendo dotem in omni, & quocunque casu, & in casu restitutionis, quomodolibet faciendæ, quo casu comprehendit etiã casum, quando dos constante matrimonio restituitur ob inopiam: magis receptã opinionem dicit *Giurb. d. dec. 16. n. 7. per Menoc. cons. 1124. n. 23. Costa subsid. remed. 1. n. 3. Milanens. dec. 7. n. 65. lib. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. pars 3. n. 16. lib. 2. fol. 565.* & ita fuit iudicatum, & actũ fuit via exequutiua, dixit *Mastrill. decis. 142. à num. 22. vsque ad num. 25.* & hoc vigore nostri statuti *cap. 114. Ritus M.R.C.* in illis verbis (in contractibus dotalibus) *vbi Petr. Rizzar. lit. E. in vers. dic quod sic, per illud statutum.* Ratio est ibi, quia generaliter loquitur de omni instrumento dotis, sequitur *Vinc. de Percoll. ibilit. C. D. & E.* vbi etiam dicit, quod
195 † etiamsi in instrumento dotali non interuenerit expressa obligatio de restituenda dote, poterit mulier agere via exequutiua, si vir ibi confessus est dotem recepisse, & se remittit ad *Bald. Nouell. in d. tract. de dot. par. 6. in vlt. quæst. & per Calcan. cons. 17. col. 8.* ratio est ibi per Percoll. quia constat de mente Ritus: nam Ritus loquitur de inuentarijs tutorum, & similium, in quibus adest confessio, & non expressa obligatio: ergo idem si maritus confitetur recepisse dotem, & *Nepit. in consuetud. Catinens. in consuet. vnic. de temp. resti. dot. tit. 15. num. 39. fol. 124.* vbi dicit, quod
196 † dos confessata habet exequutionem paratam: Sed *Hieronym. Fimia in d. c. Ritus 114.* relinquit cogitandum, non tamen contradicit: ergo quando adest expressa obligatio, semper agitur via exequutiua: maximè per illa verba (quomodolibet facienda) secundum *Barbos. in d. l. si constante numer. 57. Rip. num. 95.* vbi refert ita iudicatum fuisse, *& in rub. num. 27. Dec. cons. 45. numer. 2.* vbi refert pariter ita iudicatum, *addi. ad Castrens. in consil. 6. in fin. lib. 3. Soc. cons. 61. vol. 1. Frezz. de subfeud. lib. 2. quæst. 2. num. 8. Benincas. de pauper. in 2. special. quæst. 9. num. 8. in fin. Cuman. cons. 97. num. 2.* licet dicat *Bal. d. l. vbi adhuc num. 17. & 18.* quod illud statutum est contra ius commune, nisi casus, de quo agitur, esset in instrumento comprehensus, quia tunc requiritur libellus, & non agitur via exequutiua: tamen, stante Ritu, semper actum fuit in isto Regno via exequutiua, probata prius inopia per testes ad executionem faciendam vt supra not. post num. 99. & hæc est verissima opinio, recepta in Regno, dixit *Mastrill. d. decisione 142. numer. 24.* & ita decisum fuit per M.R.C. sedes ciuilis refert etiam *Muta in decis. M. R. C. decis. 23.* licet postea, via contrarij imperij fuit coram eadem M.R.C. disputatum, quod iudicium non bene ambulauit; & prætendebat vir, interloquutoriam reuocari facere, quia debebat agere mulier via ordinaria incusata contumacia, & illum condemnari facere ad restitutionem dotium, ob vergentiam viri ad inopiam; quia licet dos erat liquida, instrumentum tamen non erat liquidum, & qualitas nõ erat probata p. c. quod est necessarium, dicit *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gl. 2. n. 71. lib. 2. de prælat. vxoris p. 3. alleg. Cappell. Tholos. dec. 338.* sequi videtur *Osas. dec. 133. n. 6* qui dicit esse citandum, *& per ea, quæ sup. not. post n. 120. in fi. per Bursat. cons. 120. n. 27. & 35. lib. 1. nu. 24.* & ex ista ratione mota fuit M.R.C. reuocare decisionem, quia nõ erat probata

inopia, nec in contractu erat promissio de
restituenda dote, in casu vergentiæ ad ino-
piam, & in omnem casum: & sic contrario im-
perio per eandem M.R.C. fuit decisum in fa-
uorem viri, scilicet quod contrario imperio
reuocetur, & dicatur, stent oppositiones ex-
pensis hinc inde compensatis, ita vt sit in ele-
ctione dictæ vxoris stare obligationi factæ per
dictum virum, ex quo erat contentus conse-
qui anno quolibet, vnc. 100. quicquid sit,
semper in M.R.C. seruatum fuit contrarium
quod possit mulier agere via exequutiua, ma-
ximè quando in contractu matrimoniali ad-
est pactum de restituendo constante matri-
monio in casu inopiæ, probata inopia p. in
c. vt patet per nonnullas decisiones vigore
nostri Ritus, & minimè mutanda sunt, quæ
certam habuerunt interpretationem ab an-
tiquis *l. minime, ff. de legibus, & Senatusconsult.*
licet *Fontanell. de pact. nupt. clauf. 7. glos. 2. par.*
3. fol. 565. nu. 19. dicat quòd est impracticabi-
le, quod agi possit via exequutiua pro recu-
peratione dotis propter vergentiam viri ad
inopiam constante matrimonio, quia fieri
non potest, nisi concurrant requisita, nempe
probatio inopiæ, quæ facienda est via ordina-
197 ria, vt *in forma not. num. 204.* hoc est † vbi
non adest statutum, quia tunc ordine iuris
procedendum est ad istam translationem do-
minij per primum, & secundum decretum
testibus receptis p. c. super inopiam viri:
Est bene verum, quod secundum decretum
potest accelerari, quia periculum est in mo-
ra, ex quo vir incipit consumere, & dilapi-
dare, facit *l. ordo C. de exec. rei iudic. & l. ædium*
autem, ff. de pecul. secundum Bal. in d. l. vbi ad-
huc, in fin. vers. & ideo: aduertendum est, quòd
ista cautela non iuuat extraneum constituē-
tem dotem, quia † si pactum istud valeret
198 in persona extranei, daretur occasio peccan-
di, cum restitutio, quæ fit constante matri-
monio, fiat ad effectum, vt ex illa substinean-
tur onera matrimonij; vt vxor & maritus
cum filijs de fructibus viuant, *d. l. vbi adhuc*,
& supra etiam notaui: quia si extraneo fit re-
stitutio in dicto casu, gubernaretur, & rege-
retur mulier arbitrio extranei, quæ si fortè
iuuenis, & pulchior esset, ex illa conuersa-
tione posset, vel præsumptiuè honor viri, &
mulieris lædi: quia † si conuersatio assidua
199 mulierum inter consanguineos clericos est
prohibita *cap. 1. de cohab. cler. & mulier.* quan-
to magis euitanda est assidua vxoris cum ex-
200 traneo: ex quo † natura earum semper de-
properat edere formas, *cap. 1. de bigamis*, &
ex tali conuersatione plerunque sequuntur
adulteria, vt dicunt quidam *Moderni in tract.*
sylu. nupt. fol. 3. & 4. & tradit *Gomes. in §. fuerat,*
n. 42. & 43. de actio. Ergo ad euitandum pec-
catum mortale, vel scandalum peccati, pa-
ctum prædictum dicto casu non valet, sed fit
sequestratio penes idoneam personam, *vt*
supra notaui in vers. secundo casu si stipulatus est
secundum Gomez. loco citato.

201. Infertur etiam, quod † creditores mariti
offerentes dotem mulieri; & volentes auoca-
re bona mariti constante matrimonio, non
audiuntur, *Paul. Castrens. in d. l. 2. post n. 3.*
ff. sol. matr. qui ibi dicit, quod ita consuluit
Bar. & est menti tenendum, alleg. *Cy. in l.*
cum tibi, & ibi Iac. de Aret. Pet. Bal. Salyc.
& Raph. Fulgos. C. qui potior. in pignor. habeant.
Idem *Bar. in d. l. si constante num. 88. in fin. & ibi*
Barb. nu. 62. Rol. in cons. 9. n. 39. vbi dicit magis
communem opinionem. *Iac. Mandell. in cons.*
80. *nu. 2.* dicens: quod hæc magis communis
opinio verior videtur esse, latè deducit *Socyn.*
cons. 111. vol. 3. Bald. in d. l. vbi adhuc num. 8. &
cons. 282. vol. 1. & cap. cum contingat, in fin. col. 3.
de dolo, & contumac. Cappell. Tholos. decis. 338.
Io. Andr. in addit. ad Specul. in d. tit. de donat. in-
ter vir. & vxor §. formatis. Bal. Nouell. in dicto
tract. de dot. par. 7. priuileg. 47. Corn. cons. 85. col.
2. nu. 5. vers. nec videtur sibi obstare, & col. fin.
num. 15. vers. nec etiam obstat vol. 4. vbi dicit,
quod Iudex, qui recedit ab hac opinione, po-
test de temeritate reprehendi. Imò si credito-
res viri obtinuissent exequutionem in bonis
viri, si mulier compareat, & vellet, ob vergen-
tiam viri ad inopiam, assecurationem habe-
re, potest impedire exequutionem illam, &
iure retentionis, & familiaritatis bona viri
penes se retinere, dixit *Molfes. ad consuetud.*
Neapol. quæst. 5. par. 6. nu. 35. hanc opinionem
refert *Thesau. decis. 207. n. 1. & infra not.* & sic
creditores isto nostro casu non habent ius of-
ferendi, *Negus. in tract. de pign. in 1. memb. p. 5.*
n. 1. qui subdit, quod ipse semper vidit iudi-
cari secundum istam opinionem, & bis fuisse
iudicatū per Concil. Neap. refert *Affl. dec. 199*
post n. 2. circa fin. Giurb. d. dec. 16. nu. 12. Albens.
d. cons. 80. n. 2. Costa subsid. remed. 1. num. 4. & in
tract. de scient. & ign. cent. 2. dist. 80. num. 13.
Morot. de iure offerend. num. 9. 10. Sarmien. lib. 2.
select. interp. cap. 12. Anna sing. 296. Forens. q. 65.
n. 25. Masull. ad Capyc. dec. 41. n. 2. Tusc. tom. 2.
lit. D. concl. 761. n. 21. t. 1. lit. O. concl. 78. n. 13. 14
& concl. 80. num. 13. Viui. dec. 277. n. 3. dec. 413.
n. 2. & com. opin. 526. Asin. de execut. §. 7. c. 109.
Pancirol. cons. 153. Trentacinque lib. 3. tit. de so-
lut. resol. 30. n. 8. Cabal. milleloq. 813. Guid. Pap.
dec. 583. Fab. de Ann. cons. 69. nu. 1. Caroc. de ob-
lat. p. 2. q. 17. n. 4. mag. com. dicit *Guttier. pra. q.*
lib. 5. q. 77. n. 14. mag. com. etiā dicit *Fachin. lib.*
11. controu. iuris c. 14. & mag. com. dicit *apostil.*
ad Mago. dec. Lucens. 55. num. 3. facit Thesa. dec.
157. Osasc. decis. 138. num. 13. Cart. dec. 8. Franc.
de Clapp. quæst. vnica, casu 102. post num. 5.
vers. qua ratione. Fontanell. de pact. nuptial.
clauf. 7. gloss. 2. par. 3. num. 11. lib. 2. Muta super
consuet. Senat. Pan. d. cap. 80. post num. 22. vbi
202 dicit, quod † quatenus dotis quantitas exce-
deret, possunt si quidem hoc petere offerendo
non alias, & dixit magis communem opinio-
nem *Cacher. decis. Pedem. 135. Paul. Castr. in d.*
l. si constante post num. 6. Molfes. d. quæst. 5. num.
33. per Mantic. d. tit. 30. post num. 15. part. 1.
de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. & not. sup.
num.

numer.76.77.78. & 79. Ratio est ibi, ne fiat in fraudem creditorum, quod introductum est in beneficium vxoris, prout pulchre consideravit, & dixit expresse *Rimin. iun. consil.3. num. 17. lib.1. & notaui sup.* & hæc magis communis opinio procedit, tam si mulier à creditoribus conueniatur, siue ipsos conueniat, secundum *Albens. d. cons.80. & Carol. Syracus. de nostratib. in addit. ad Bar. in d. l. si constante in eius apostillis*, vt refert ibi *Muta*, à qua opinione temerarium esset recedere in iudicando, secundum *Socin. dicto cons.3. lib.3.* Ratio est per Doctores, quia bona mariti consignata sunt, vt deseruiant matrimonio, scilicet, quo ad alimenta tantum, quo casu non transfertur dominium in vxorem, ex quo non fit vera restitutio, sed magis est prouisio, seu remedium ad tempus, & ideo cessat ius offerendi *Molfes. d. par.6 quæst.5. num.32. Anna cons.29.* vbi etiam respondet contrarijs, probat etiam *Vinc. de Franch. decis.54.* vbi dicit, ita semper practicatum fuisse suo tempore, *Mantic. d. par.1. de tacit. & ambig. conuent. lib.2. loco cit.* vbi etiam respondet contrarijs, *Palat. Runios §. 21. num.13. in repet. cap. per vestras, de donat. int. vir. & vxor.* licet ibi contrariam sequatur opinionem, *vers. sed idem Bal.* Ratio est ibi per eum, quia vxori, & creditoribus consulitur, & quia potest vxor à creditoribus recipere pecuniam, & illam apud mercatorem idoneum ad partem honesti lucri deponere: secus si mercator idoneus non reperiatur, secundum *Io. de Imol. in d. l. si constante*: vel quando ageretur vtili rei vendicatione pro re quasi dotali extincta, secundum *Bal. in d. auth. quod locum de collat.* quibus casibus transit cum opinione *Bar.* quicquid dicat tandem quando dominium non transfertur in vxorem, creditores non habent ius offerendi, & ita seruatur in M. R. C. quod quando per decretum assecurationis suarum dotium propter inopiam viri traduntur bona mariti, quæ retinet loco pignoris, & hypothecæ, creditores non habent ius offerendi, *Giurb. decis.16. num.12.* maximè virtute pacti ad discursum, adiecti in contractu dotali, vt dicit *Mastrill. d. decis. 142. num. 13.* Sed si bona obligata, quæ apud se retinere, vel auocare vellet ob dictam causam inopiæ, essent bona mobilia, puta mercantiæ, vel essent nomina debitorum sibi obligata, ex quibus non posset facilè se substentare, nisi dicta bona redigeret in pecuniam, penes se tenedam, quod fieri potest, *Salyc. in d. l. vbi adhuc, n.16. Affl. d. decis.221. Muta d. cap.80. post num.18.* tunc forte licere alijs creditoribus pecuniam dotis offerre mulieri: ex quo tunc cessat ratio prædicta: cum omnimodo mulier pro supportandis oneribus matrimonij ad pecuniam dicta bona redigere habet, *Molfes. d. quæst.5. num.34. par.6. per Mantic. d. tit.30. post num.15.* vbi hoc modo limitat supradictam conclusionem, quando bona mariti consisterent in pecunia, mercibus, vel alijs rebus mobilibus, ex quibus non posset vxor fructus percipere, *Giurb. d. decis.16. num.14. & 15.* quoniam isto casu satis erit vxori suam habere pecuniam, alias absurdissimum, & iniquissimum videretur, quod ipsa mulier posset per talem restitutionem damno afficere alios creditores, secundum *Bal. Nouell. d. priuilegio 47. de dot.* sequitur *Affl. d. decis.199.*
203 *in fin.* vbi quando † bona mariti sunt consignata vxori, & in solutum tradita, & dominium transfertur in eam ex vera restitutione, creditores habent ius offerendi, *Cyn. in d. lege, cum tibi, C. qui potio. in pignor. habeant. Gram. decis.92. num.22. Cæphal. cons.298. nu.6. lib.2.* & ita fuisse pluries decisum, refert *Carroc. decis.8. post num.4. in fin. Vinc. de Franch. decis.54. late Pedem. decis.134.* vbi testatur de magis communi opinione, *Alex. in d. l. si constante post num.31. post Bal. Ang. Imol. Paul. Castr. & Roman. ibi alleg.* sequitur etiam *Viu. decis.413. Gail. obser.92. lib.2. pract. obser. Caball. milleloq.818. Mut. d. cap.80. post num.22. in fin. per Rim. iun. d. cons.3. num.22. lib.1. & sup. notaui, Franc. de Clapp. quæst. vnica, causa 102. num.5.* sicut soluto matrimonio, quod creditores habent ius offerendi, si sint posteriores, *Paul. Castr. d. l.2. post num.3. ff. sol. matrim. & per Doctores quos sup. notaui, Giurb. d. decis.16. num.17. Gram. decis.92. n.11. Franch. decis.54. num.4. Osasc. decis.138. in fin. Viu. decis.413. Fab. de Ann. cons.68. num.8. Thesaur. decis.207.* & mulieri bona viri possidenti, creditores offerre posse non est dubium. *tex. in l. cum tibi C. qui pot. in pigno. hab.* vbi *Cyn. & Doct. Afflict. decis.199. num.2. in fin. Curt. d. decis.8. in fin. Morot. de iur. offer. nu.11. Viui. decis.277. num.3. Gaill. lib.2. obser.92. n.6. 8. 12.* quam veriorem, & receptam sententiam, dicit *Gutt. de iuram. confirm. par.1. n.10. pract. quæst. lib.5. quæst.77. n.13. Tusch. com.5. lit. G. conclus.78. num.6. & 13.*

204 Est etiam notandum, quod † mulier non potest impedire creditores mariti constante matrimonio, se inuestientes de bonis mariti, nisi prius agat contra virum, refert, & sequitur *Tho. Gramm. in addit. ad Affl. in d. decis.199. lit. B. Castr. d. l.2. post nu.3. Hippol. de Marsil. in sua pract. crim. in vers. alia, §. aggredior. nu.118.* vbi dicit, quod licet vxor in instrumento dotali habeat expresè obligata, & hypothecata bona mariti, & præferatur habentibus anteriorem hypothecam per *l. assiduis, C. qui potiores in pign. habeant. & l.1. ff. sol. matr.* attamen ipsa mulier non poterit impedire creditores mariti, nisi prius agat contra virum, & petat sibi dotem assignari ex aliqua iusta causa, qua maritus vergit ad inopiã, & super hoc sequuta fuerit sententia declaratoria Iudicis, secundum *cons. Bar. incip. quæritur vtrum per viam detractionis, quod refert Paul. Castr. in cons.219. in fin. & in d. l.2. in princ. ff. sol. matr.* & ita decisũ fuit, refert *Thesau. d. dec.207. post n.2. & sub n.3* dicit ideo cautę debent esse mulieres, & super

hoc inuigilare, vt si dubitent, ne creditores mariti bona accipiant, præueniant ipsæ præoccupando, & vtendo remedio L. si constante, & fuit de mente aliquorum Aduocatorum, vt refert Bald. Nouell. de dot. par. 7. priuileg. 24. post num. 2. licet teneat contra Bar. opinionem per rationem ibi per eum, quem sequitur Franc. de Clapp. quæstio. vnic. caus. 102. num. 7. & malè, secundum Marsill. loco cit. num. 119. sed Gram. d. dec. 92. post num. 17. dicit quòd aliqui prauè intellexerunt Bar. in d. cons. quod debeat prius in diuerso iudicio pronuntiari, & Mut. ad. cap. 80. num. 14. dicit; quod mulier agere etiam potest per viam exceptionis, & comparere in iudicio moto per creditores mariti contra illius bona, excipiendo de dote sua anteriori: quamuis Index in tali comparitione super allegata inopia, causæ cognitionem debeat præmittere, & super ea pronuntiare, per Neguſ. in tract. de pign. in 1. memb. 5. p. princ. num. 29. & sic in iudicio hoc facere potest, dicit etiam Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gl. 3. num. 36. & seq. aliàs non potest impedire exequutionem contra virum suum, factam prætextu dictæ simplicis vergentiæ ad inopiam, nisi prius fuerit lata sententia in fauorem ipsius vxoris, & dictum sit, quod sit locus restitutioni, per Soc. d. cons. 111. n. 4. lib. 3. Vrsill. ad Affl. d. dec. 199. Milanens. dec. 12. in fin. lib. 2. Bar. in d. l. 2. n. 7. ff. sol. matr. Cyn. in d. l. vbi adhuc q. 12. Natt. cons. 478. num. 10. Surd. dec. 218. num. 6. & dec. 256. num. 10. sequitur Franc. Clapp. q. vnica, causa 102. num. 3. & num. 7. & cum hac transit etiam Bal. Nouell. loco cit. quod Iudex in tali cognitione vxoris debet præmittere causæ cognitionem super allegata inopia, & super ea interlocutoriam pronuntiare, demum vxorem admittere in sua exceptione, per Neguſ. loco cit. & Gram. d. dec. 92. post num. 17. Mut. dec. 23. num. 6. ibi dicit quod ommitti non potest per Bal. cons. 40. lib. 1. & cons. 122. vers. allegatur lib. 3. Socy. cons. 65. num. 8. lib. 1. Castrens. cons. 8. lib. 2. & per alios ibi alleg. immo sufficit, quod mulier in sua petitione dicat, quod est parata ostendere, quod maritus incipit malè vti substantia sua, vt sit effectus casus consignationis dotium, & possit recta via agere contra tertios possessores & impedire exequutionem faciendam per creditores, vt ibi Gram. per Bal. Nouell. post num. 18. & dicit etiam Molfes. cons. 11. post comment. ad consue. Neap. num. 43. fol. 55. quod in iudicio assecurationis profertur sententia vxorem esse assecurandam: quod etiã procedit pro dotibus, & antefato super bonis viri, nisi bona fuerint sibi restituta, quia maritus vergens ad inopiam potest de plano restituere dotem vxori absque aliqua probatione, Magon. dec. Lucen. 55. num. 4. & 5. Rot. Marchia apud Sebast. de Medices dec. 47. quos alleg. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gl. 2 num. 4. p. 3. fol. 563. Do. Ant. de Virgil. vir doctiss. d. tract. de legitim. personar. cap. 17. post num. 29. quo casu bona restituta mulieri constante matrimonio non possunt ab aliquo auferri, nec executio in illis fieri. Duen. Regul. 275. num. 14. Bero. cons. 47. num. 5. vol. 1. Caualc. dec. 72. num. 44. p. 4. Imò potest impedire executionem creditorum, si tanquam tertia se opponat prætextu prædictæ possessionis. tex. in l. à diuo Pio §. si super rebus ff. de re iud. etiam Ginrb. d. dec. 16. num. 10. & post num. 11. sed quod hoc procedit si bona sibi restituta tantum sunt æstimationis, cuius est dos, valida est restitutio, & creditores impedit, not. sup. post num. 78. & seq. Thesaur. decis. 207. ergo mulier non habet exequutionem paratam ante sententiã, Anchar. cons. 118 addit. ad Bartol. in l. si cum dotem, §. eo tempore ff. solut. matrim. hoc est in præiudicium tertij, secus mariti, vt Mut. loco citato, secundum Bar. & Bald. in auth. sed iam necesse, C. de donat. ante nupt. Io. de Pern. in d. l. 1. ff. solu. matrim. addi. ad Saly. in d. l. vbi adhuc, §. creditoribus, lit. B. & C. Idem Mut. in d. cap. 18.
205 ampl. 8. num. 12. & 13. Et † quando mulier agit hypothecaria contra extraneum, debet prius præcedere discussio in bonis viri. Bar. in d. l. si constante numer. 72. per gloss. in d. l. vbi adhuc, in verb. qui non potiora, vers. contra, & auth. de fideiussorib. §. neque col. 1. idem tenet ibi Cyn. in 11. q. ibidem Bal. vbi dicit, licet mulier in dote plures habeat fauores, & plurima priuilegia, tamen non reperitur in hoc quò ad modum discussionis, quod habeat aliquod priuilegium. & Specul. in tit. de donat. post diuort. test. §. fin. vers. sed quo iure, idem tenet Roman. in cons. 187. licet in consil. 430. contrarium consuluerit. & malè, vt ipse fatetur in d. l. si constante. sequitur Alex. ibi, post num. 22. vers. ego autem substineo, Bar. & respondet contrarijs, refert, & sequitur ibi Ias. numer. 200. iuxta §. sed ne quis, auth. de fideiussorib. vnde sumitur auth. hoc, si debitor C. de pignor. & dicit esse magis communem opinionem in vers. ita videtur esse, & à num. 201. vsque ad num. 206. refert contraria, illis respondet, & concludit sub num. 207. & licet ibi in vers. quod videndum, transeat contra Bar. & communem opinionem, tamen post num. 208. in iudicando, dicit, non esse discedendum à communi opinione, vt etiam dicit Bal. Nouell. de dote, priuileg. 27. par. 8. & ita iudicatum fuisse in sacro Consilio. dixit Vincent. de Franch. decisio. 270. part. secunda, Gail. obseruat. 27. num. 9. & 10. lib. secundo, Magon. dec. Lucens. 64. num. 18. & ibi addit. Carroc. in tractat. de excuss. quæst. 75. num. 4. par. 2. adde post omnes Mastrill. decisio. 109. numer. 2. par. 2. nouissime adde Ioannem Aloys. Ricc. in sua collect. decision. collect. 479. quam opinionem sequutam fuisse Rot. Marchiæ, vt ipse refert, per Gratian. decis. 61. Neguſ. in tractat. de pign. 1. memb. p. 8. num. 25. dicens ab hac opinione non esse recedendum, in consulendo, & in iudicando. sequitur

tur

cut Bernard. Henric. in sua aur. mag. comm. opin. conc. 141. lib. 3. Franc. de Clapp. d. quæst. vnica, causa 102. num. 3. videndus, Barboss. in d. lege si constante num. 58. & seq. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 2. p. 3. num. 32. fol. 563. vbi dicit quòd ita Senatus iudicauit, & quod ita procedit solut. matrim. ibi num. 33.

206 Secus † quando proceditur summariè, & de plano, sola facti veritate inspecta, secundum Crauet. cons. 198. col. 3. Corn. cons. 55. num. 3. Marian. Soc. sen. in cons. 24. in vlt. col. quem alleg. Ias. in d. lege si constante num. 205. Marsil. in rub. de fideiuss. col. 6. vers. idem dicitur Gratian. decis. 71. & seqq. Menoch. de arbitr. iud. quæst. 51. lib. 1. num. 8. vbi plures citat. Rot. Genuens. decis. 78. num. 3. Aufrer. in addit. ad Cappell. Tholos. decis. 196. Guid. Pap. cons. 163. & 164. Rol. cons. 9. num. 21. cons. 14. num. 15. cons. 71. num. 38. lib. 1. quos & alios citat Thesa. Pedem. dec. 52. num. 1. Ioseph. Ludon. decis. Perus. 45. num. 8. Mastrill. d. decis. 109. num. 4. & 5. & ita iudicatum fuit per Consistorium, vt ibi refert sub num. 8. ratio est, quia virtute clausulæ dictæ, Iudex poterit absque iuris solemnitatibus procedere, Mysing. cent. 2. obser. 44. adde Io. Aloys. Ricc. in d. sua collect. dec. collect. 699. vbi ponit multos effectus, quos habet clausula prædicta. Io. de Portis Vicentinus cons. 23. inter consilia collecta crim. per Io. Bapt. Zilett. fol. 157. per notat. in cap. sæpe de verb. signifi. & per Bart. in tractat. ad reprimen. vel vbi mulier habeat clausulam constituti, in sua obligatione, quia tunc non tenetur facere excussionem. Fontanell. d. claus. 7. gloss. 2. p. 3. num. 34. de pact. nupt. fol. 563. lib. 2. alleg. Ant. Fab. in suo Codice, lib. 5. tit. 7. de iur. dot. definit. 25. & tit. 8. de rei vxor. act. defin. 2. & lib. 7. tit. 34. de priuileg. dot. definit. 1. & 2. Steph. Gratia. decis. 71. & de hac clausula, vt fall. 1. not. vel vbi est probatum, quod debitor non esset soluendo, Fontanell. loco cit. num. 35. & 37. In contrarium faciunt Bal. Nouell. de dot. priuil. ʒ 7. p. 8. Rom. in d. l. si constante, vbi dicit, quod ita consuluit Lupus in d. cap. per vestras §. 34. de donat. int. vir. & vx. Alc. cons. 382. n. 5. facit postill. magna ad Abb. in cap. peruenit de fideiuss. Osas. dec. 2. nu. 15. Pedem. d. dec. 52. num. 7. & 8. vbi dicit, ita iudicatum fuisse: sed vbi conuentus habet ius, & causam à debitore, dicto casu sine controuersia nulla requiritur discussio, dixit Mastrill. d. dec. 109. num. 5. & 11. sequitur Io. Aloys. Rizz. in d. sua collect. decis. collect. 479. vers. limita primo: vel quando expresse constat, non adesse alia bona debitoris obligati ad restitutionem dotis; vt ibi per Mastrill.

207 Et in isto casu inopiæ, quando † mulier agit hypothecaria contra tertios possessores, non debet in omnibus bonis pignori incumbere, secundum Bar. in d. l. si constante q. 3. p. 4. iuxta not. in auth. & qui iurant C. de bon. author. iud. possid. sed solum pro quantitate dotis, vt not. in d. l. vbi adhuc, & probatur in simili in l. 1. C. commu. de legat. & ibi gloss. Raphael idem tenet in d. l. si constante, & Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de don. int. vir. & vx. §. fi. in verb. vt notat. in d. l. vbi adhuc, sequitur Alex. in d. l. si constante num. 34. vbi respondet Rom. tenenti contrarium, idem tenet Paul. Castr. ibi num. 5. & 6. ratio est ibi, quia alij creditores remanebunt fraudati, quia statim quod maritus incipiet malè vti substantia sua, quantumcumque sit diues, & soluendo, mulier poterit reducere ad manus suas omnia bona eius viri, vt ponantur in sequestro, & creditores mariti remanebunt delusi, quia isto casu hypothecaria intentatur iure speciali, idem tenet Ias. ibi num. 23. Affl. d. dec. 199. vers. secus. Giurb. d. dec. 16. num. 21. & seq. & quando maritus vergit ad inopiam, licere vxori ex multis prædijs vnum eligere, aut petere forte de melioribus pro assecuratione suæ dotis, & donationis propter nuptias, quam nos sponsalitium dicimus, vsque ad concurrentem quantitatem, dicit Fontanell. in d. tract. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 2. p. 8. num. 30. Giur. d. dec. 16. num. 19. Capy. decis. 46. num. 4. Gaill. obser. 92. num. 13. Vrsill. ad Affl. decis. 8. Fab. de Anna cons. 63. num. 2. & 3. Guttier. cons. 19. num. 13. Tusch. lit. D. concl. 761. num. 39. Stephan. Gratian. discept. forens. 489. n. 15. lib. 3. & non est sicut alij creditores, qui per hypothecariam possunt auocare omnia bona sibi obligata pro tuitione creditorum de iure communi, vt pignori incumbant, d. auth. ei qui, & ibi gloss. bon. author. iudic. possid. Ideo non poterit mulier per hypothecariam consequi nisi tantum quantum sufficit pro dote, & illud sequestrabitur, & residuum tenetur remittere creditoribus, secundum Paul. Castr. in d. l. si constante num. 5. & 6. & ibi Ias. num. 23. & per
208 ea, quæ etiam sup. notaui, & isto casu † creditores habent ius offerendi quando mulier agit hypothecaria contra possessores bonorum mariti, vt ea teneant loco pignoris, & hypothecæ, & ita fuit iudicatum per M.C.V. Neapoli, vt per Tho. Celd. in d. auth. quod locum C. de collatio. & per tex. in l. Paulus §. qui pignori, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. soluit. secundum supra dictum casum dixit Affl. d. dec. 199. num. 3.

Et illud, quod dicimus de marito, ad in-
209 opiam vergente, procedit † etiam in socero, cui dos data fuit, cum eadem sit ratio gloss. in §. illud, in verb. inchoante vers. sed quid auth. de æqual. dot. & ibi Bart. num. 3. & in d. l. si constante num. 75. & cum seq. & concludit nu. 29. 30. & 31. vbi dicit, licet lex loquatur de viro, & de socero nihil dicat, remanet tamen in dispositione iuris communis, quæ est, vt eodem modo detur actio de dote, re, & tempore in socerum, quæ datur in virum; non ergo (dicit ibi) sumus nos, qui hanc legem extendimus, sed aliæ leges eam extendunt, vt l. si quis C. de furt. quæ in seruo lo-

qui-

quitur in caſu ſpeciali, & odioſo, per legē antiquam, quæ extēditur ad filios, vt per l. vt tantum, §. 1. ff. de ſeru. corrnpt. dicit notabiliter gloſſ. in l. quod vero, in fin. ff. de leg. & Senat. Fontanell. clauſ. 7. gloſſ. 2. p. 3. nu. 41. fol. 563. lib. 2. vbi dicit, quod ita iudicatum fuit. Lex
210 † ergo legem extendit ea ratione, quod ſi iſtud noſtrum beneficium mulier habeat etiam contra extraneos poſſeſſores, d. l. vbi adhuc, & per ea, quæ ſupra notaui: ergo multo magis contra ſocerum, ſecundum gloſ. in d. l. ſi conſtante, in verb. mariti verſ. idem in ſocero, ſequitur ibi Bal. in verſ. in gloſ. ſed quid in ſocero, & ibi Alex. num. 2. verſ. in gloſſ. in verb. mariti, dicit communem opinionem, & ſub num. 3. dicit, de hoc non eſſe dubium, & ibi Pet. de Bellaper. & Iac. Aret. ſequitur ibi Iaſ. poſt num. 31. & 32. & concludit num. 36. & Rip poſt num. 51. ff. ſolut. matrim. Gall. lib. 2. obſer. 83. num. 6. verſ. 40. pract. Papienſ. in form. libell. tit. quo agit ad dot. quæſt. 32. par. 7. poſt num. 1. in fin. Anchar. in ſuis quæſtionib. familiar. quæſt. 29. num. 7. par. 1. gloſſ. in d. l. vbi adhuc in verb. ad inopiam, verſ. ſed quid in ſocero, circa medium, & ibi Cy. Pet. de Bellapert. & Bal. num. 22. ratio eſt ibi, quia eadem eſt ratio in ſocero, quæ in viro; ergo idem ius debet ſtatui, l. 1. cum ſimil. C. de interd. Ang. in d. §. illud, dicit etiam communem opinionem Io. Campeg. de dot. quæſt. 27. par. 3. Bertacch. in ſuo reper. in verb. ſocer. verſ. tertio, communem etiam Conſtant. de Rogge. in tract. de dot. verſ. decimoquarto n. 24. Palat. Runi. in repet. cap. per veſtras, §. 29. fol. 115. col. 3. verſ. idem ergo erit, Bernard. Alfan. in collect. iur. ciuil. num. 1661. in d. l. ſi conſtante, in fin. ratio eſt ſupra dicta: quia vbi militat eadem ratio, idem eſt ius l. à Titio, ff. de verb. oblig. l. fin. ff.
211 ad l. Falcid. l. non alias ff. de iud. vel quia † per identitatem rationis leges exorbitantes, ſeu deuiantes à regulis iuris bene poſſunt extendi, vt dicit Rogger. loco cit. num. 25. in fin. & notaui etiam intra, Iaſ. in d. l. ſi conſtante num. 69. Molfeſ. in comment. ad conſuetud. Neapol. d. quæſt. 5. p. 6. n. 36. poſt Cy. in d. l. vbi adhuc, vbi Saly. Surd. poſt alios de aliment. tit. 1. quæſt. 39. n. 12. & ſeq. Neapod. in conſuet. Neapol. in con-
212 ſuet. vbi dos, num. 26. ſecus ſi pater, † qui recipit dotem pro nuru, emancipauit filium, & ei dotem vxoris ſuæ reſtituit, nuru mandante, & volente, quia ipſa nurus non poterit dicto caſu repetere dotem propter inopiā ſoceri, ex quo non tenetur amplius reſtituere dotem, Affl. dec. 349. num. 2. per Bar. in l. ſanè, ff. de iur. dot. & ibi Riccard. Mal. ſequitur Ludon. in l. ſi cum dotem §. transgrediamur, ff. ſolut. matr. Paul. Caſtr. in l. 2. & ibi Alex. ff. eod. Bal. Nouel. de dot. quæſt. 34. par. 7. in princ. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 38. num. 19. vbi dicit, quòd pater ſoluendo dotem filio liberatur conſentiente nuru, per tex. in d. l. ſanè, vbi Bal. Salyc. & Fulgoſ. & hoc intelligendum eſt quando iuſta ſubeſt cauſa reſtituendæ dotis, ſecundum Io. And. ad Specul. in tit. de reſtituend. dot. poſt diuort. §. 1. in fine, Caſtr. in d. l. ſi cum dotem, §. transgrediamur, num. 4. Ancha. conſ. 238. Natt. conſ. 496. num. 3. aliàs
213 non liberatur, niſi † cum iuramento promiſerit nurus de non contraueniendo, & fiat reſtitutio ad effectum, vt ſe, & ſuos alat. Bald. in conſ. 119. vol. 4. Ruy. conſ. 144. num. 13. vol. 5. latius Natt. d. conſ. 496. ſub d. num. 9. Surd. d. quæſt. 78. num. 20. & Anchar. d. conſ. 238. nu. 2. per cap. cum contingat de iur. iurand.
214 ratio eſt ibi, quia ſicut † iuramentum confirmat alienationem, à lege prohibitam, ita etiam reſtitutionem faciendam ipſi mulieri & maximè quod fiat, vt ſe, & ſuos alat; quoniam dos conſtante matrimonio reſtitui po-
215 teſt † cauſa pietatis, cauſa neceſſitatis, & cauſa vtilitatis, vt l. quamuis, & l. ſeq. ff. ſolu. matrim. vel vbicunque eſt cauſa honeſta, vt ibi per Bald. poſt Io. de Aren. Giur. dec. 24. num. 3. dixit Ancharan. d. conſ. 238. in prin. quod etiam procedit contra extraneum recipientem dotem, qui poteſt ſe obligare pro dote, vt l. ſi. C. de dot. caut. non numerat. nam ſi ille ad inopiam vergit, poteſt vxor dotem, & alia bona mariti petere, gloſſ. in d. l. ſi conſtante, quam ſequitur ibi Bar. col. 7. verſ. nono quæro nu. 36.
216 quia eadem ratio eſt, quæ in ſocero: lex † ergo, prolata in vno caſu, extenditur ad aliū, habentem eandem rationem, idem tenet Dyn. in l. quæ propter neceſſitatem, ff. de reg. iur. vnde lex, diſponens ſimpliciter non dari actionem conſtante matrimonio, debet intelligi, niſi propter inopiam viri, vel extranei, qui dotem recipit, per eamdem rationem, facit tex. cum gloſſ. in l. ob æs alienum, C. de præd. & aliis reb. minor. Runos in repet. d. cap. per veſtras. §. 30. fol. 116. quam etiam partem tenet Oddofred. in d. l. vbi adhuc, colum. 3. verſ. ſed ſi extraneus, & Bald. in d. l. ſi conſtante, nume. 39.
217 Ad hoc etiam eſt notandum, quòd † ſi fratres ſtant in communione, & maior natu cōmunia recipit, & diſtribuit, & minor natu accipit vxorem, & ſe obligat ad reſtitutionem dotis, quòd talis reſtitutio dotis debet fieri de communi patrimonio; quia ſicut cæteri redditus peruenerunt ad manus maioris fratris, ita & illa dos perueniſſe cenſetur. ita ſingulariter, dixit Bal. in conſ. ſuo incip. Duo fratres, ſequitur Soc. conſ. 46. & Hippol. de Marſ. in ſua prac. crim. §. diligenter num. 35. ſi ergo iſte frater maior, qui communia bona regit, ad inopiam vergit, poterit vxor dotem repetere per ſupra dictam rationem. Nec obſtat illa Doctorum ratio, quòd pro dote non poteſt dari fideiuſſor: quia illud eſt ve-
218 rum de dote conſeruanda, ſed † de dote reddenda fideiuſſor dari poteſt, & correus principalis, dixit Bal. d. §. transgrediamur, verſ. ſed reſpondeo, circa medium, idem ſentit Bar. in d. l. conſtante num. 36. & 45. D. Io. Caſtillo Sotomayor de coniect. cap. 26. poſt num. 5. in fin. lib. 4. & notaui inf. q. 4.
219 Item † etiamſi vtrique, ſcilicet, marito, & ſocero dos data fuerit, & alter ipſorum

ver-

vergat ad inopiam, mulier agere potest ad dotis restitutionem: ratio est, quia negari non potest cœpisse malè geri res pro dote astricta, gloss. in d. l. si constante in verb. mariti, vers. item quid si maritus, & socer, & gloss. in d. l. vbi adhuc, in verb. ad inopiam, in vers. item quid ambo, & per gloss. in d. §. illud, in verb. inchoate, versic. item quid si vtrique, cum quibus transeunt communiter Doctores, dixit Ruui. in repe. d. cap. per vestras §. 32. in prin. Odofred. in d. l. vbi adhuc, col. fin. vers. sed denuo quæro hic, arg. l. 4. ff. de lib. leg. vbi dicit, Interest nostra plures habere debitores. & dictum glossæ simpliciter sequitur Pet. de Bellapert. & Ang. in d. §. illud, & tenet Io. de Imol. in d. l. si constante, ver. tu potes dicere, col. 2. vbi Bar. num. 32. Alex. post num. 3. vers. sed dicit, Rip. num. 52. vbi dicit, quod est vera absque dubio, Io. And. in addit. ad Spec. in d. tit. de donat. int. vir. & vx. §. formatis, & Cyn. in d. l. vbi adhuc in 2. quæst. sequitur ibi Albe. de Rosat. col. 2. vers. quid si socer, vbi Saly. 2. quæst. Anch. in suis quæstionib. familiarib. quæst. 29. p. 1. num. 6. facit ad hoc quod dicit Bar. in l. si cum dotem §. transgrediamur, vers. quandoque pater, ff. solut. matrim. quæ glossa multum facit laborare Doctores, variè distinguentes: & ideo quatuor sunt opiniones, secundum Alex. in d. l. si constante, & ibi Ripa, & Io. Campeg. in d. tract. de dot. quæst. 28. quas etiam refert Crot. super dict. lege si constante, & Ruuios in d. §. 32. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 2. par. 3. num. 69. lib. 2.

Prima fuit opinio subtilium Vltramontanorum Pet. de Bellapert. & Iac. de Aren. qui te-
220 nuerunt, quod † quando sunt duo Rei debendi, & vnus eorum vergit ad inopiam alter non, contra neutrum agi posset. quam opinionem sequitur Roma. in d. l. si constante, dicens, quod ista opinio posset in puncto iuris defendi: sequitur etiam Crott. ibi n. 44. in fin. cum distinctione, vt infra. Ratio ipsorum est,
221 quia † diuitiæ vnius ex correis debent supplere pro inopia alterius, l. si plures, §. prætoria, & gloss. in verb. aggregandæ, ff. de fideiuss. quem tex. ad hoc singularem reputat Crott. in l. mulier, C. de iur. dot. cum qua opinione Vltramontanorum transit etiam Ias. in d. l. si constante, post num. 86. vers. ego sequor illam, quam defendit per multas rationes ibi, sequuntur Crauett. cons. 164. in fin. Socy. sen. cons. 506. num. 14. & seq. lib. 5. vbi ponit rationes, & dicit, quòd ita procedit in puncto iuris. Vrsil. ad Affl. dec. 312. Cartar. dec. Genuens. 117. nu. 3. Crass. art. coll. bon. quæst. 15. num. 1. lib. 2. & Canalc. dec. 34. num. 26. par. 1. vbi dicit,
222 quòd † bona fideiussoris dicuntur esse bona principalis.

Secunda fuit opinio Bartoli: scilicet, quòd
223 † quando socer, & maritus sunt duo Rei debendi, paupertas vnius nocet alteri: & sic propter paupertatem vnius, potest agere contra alium vxor ad restituendã sibi dotem, in d. l. si constante, post num. 32. vbi dicit, licet regulariter factum vnius non noceat alteri tamen fallit ad perpetuandam actionem, per l. fin. & auth. hoc ita, C. de duob. reis, per rationes ibi per eum num. 33. & seq. quam opinionem sequuntur Roman. sibi contrarius in cons. 462. num. 3. & Paul. Castr. consil. 126. cum quadam tamen moderatione ibi per eum, idem tenet Iac. Butrigar. in d. authen. quod locum, C. de collat. & istam opinionem sequitur Ancharan. in d. quæst. 29. num. 6. in
224 suis quæstionibus familiarib. vbi dicit, quòd † duo in solidum obligati si reperiantur, & alter vergit ad inopiam, alter non, potest agere ad restitutionem dotis, & Palat. Ruuios in repet. d. cap. per vestras dicto §. 32. par. 3. de donat. inter vir. & vx. D. Io. del Castillo Sotomayor de comest. vlt. vol. d. cap. 26. post num. 5. in fin. lib. 4. fol. 216. in prin. Burs. cons. 56. nu. 1. lib. 1. vbi dicit, tamen contra eum agi, esto quòd correus alter, vel fideiussor de dote restituenda, diues esset.

Tertia opinio est Baldi & Ang. tenentium contra opinionem Bar. in d. l. si constante, quod
225 † quando sunt duo correi, vt in casu nostro, paupertas vnius non nocet alteri: quam Bal. opinionem dicunt esse æquiorem Raphael. Cuman. & Moderni in d. l. si constante, & in l. quoties, C. quod quisq; ord. conue. lib. 11. quam etiam opinionem sequitur Ripa in d. l. si constante, num. 52. & 53. Additio ad Paul. de Castr. cons. 6. num. 27. in fin. lib. 3. Sed benè potest agere contra illum, qui vergit ad inopiam, secundum Bal. in d. l. si constante, in vers. Cy. arguit ad hoc; ratio est ibi, quia conditio ex post facto duorum reorum potest diuidi, vt vnus sit deterioris conditionis altero, sequitur Bart. ibi post num. 42. nam & tu intelligas, dicens, in hoc non est dubium,
226 scilicet quod † possit agere contra eum, qui ad inopiam vergit, & ibi Alex. post num. 3. in fin. per d. l. mora, §. fin. de vsuris. & hæc est magis communis opinio, refert Ias. in d. l. si constante, post num. 42. vers. & sic tenent de directo, dixit veram opinionem Baldi, Campeg. in tract. de dot. quæst. 29. par. 3. col. 3. vers. & sic vera sit opinio Bal. & Crot. in d. l. si constante post num. 39. in fin.

Quarta fuit opinio Paul. Castr. in d. l. si constante, post num. 8. vbi tenet, reiectis dictis
227 per Doctores, quod † si peruenit ad paupertatem, vel incipit malè vti substantia sua ille qui subijt onera matrimonij, peti possit consignatio in bonis eius, & si illa bona non sufficerent, etiam in bonis alterius; quoniam fit propter duo: scilicet vt mulier cum sua familia alatur, & vt sit secura de dote. idem sentit in d. cons. 6. post num. 20. quam opinionem Pauli de Castr. dicunt esse contra communem sententiam omnium, Alexand. in d. l. si constante, post num. 3. vers. aut alias, Rip. n. 94. & 95. & ibi Crott. & Campeg. de dot. q. 28. Palat. Ruui. d. §. 32. col. 3. vers. Paul. de Castro, in fin. licet transeat cum opinione glossæ, dicens, Doctores non benè respondent d. §. illud.

Sed

Sed isto casu distinguendum est isto modo; aut sunt socij, quibus fuit tradita dos, & in-
228 distinctè procedit opinio *Bart.* quòd † inopia vnius nocet alteri, vt ipse tenet *in d. l. si constante num.* 32. *vers. & tnne si sunt socij, non videtur dubium, & ibi Alex. post num.* 3. *in fin.* sequitur ibi *Ripa num.* 54. quam etiam opinionem sequitur *Campeg. d. quæst.* 28. *versic. potest etiam saluari, argum. l. pen. C. de duob. reis. d. l. mora, §. fin. de vsur.* secundum communem intellectum, sequitur *Crott. in d. l. si constante, num.* 42. vbi dicit, quod ita tenet communis schola, & respondet Vltramontanis, & *Imol. d. cons.* 100. *num.* 7. *vers. in contrarium* dicit, quod certum est de iure communi, non solum contra virum, sed etiam contra obligatos cum viro, & eorum bona agere possit ad petendam dotem, per *gl. in d. l. vbi adhuc, & d. l. si constante, & ibi Bar. num.* 29. *in fin. & notaui etiam sup. vers. & illud,* quod diximus, & hæc est verissima opinio;
229 quia † lex prolata in vno casu extenditur ad alium, habentem eandem rationem, per *Dyn. in l. qui propter necessitatem,* vt supra notaui, & infra notabo *ampliat.* 4. *vers. & non obstat, circa principium* 5. *quæstionis.*

230 Aut non sunt socij, & tunc opinio procedit *Bal.* à qua non recedendum, tanquam veriore, & æquiore, quam omnes sequuntur; & respondetur *Bartoli* opinioni per *Io. Campeg. in d. quæst.* 28. dicentem, quòd *tex. in d. auth. quod locum,* in quo se fundat *Bart.* loquitur in beneficio diuisionis, introducto de iure speciali, & facilius tolluntur ea, quæ sunt de iure speciali, quam de iure communi. *l. eius militis, §. militia missus, ff. de milit. testam. & ibi gloss. in verb. quocnuque, & in auth. de non alienand. §. quia vero verisimili, circa fin.* sed de iure communi dos constante matrimonio peti non potest, vt sup. notaui: ergo non
231 est eadem ratio. & ideo † secundum *Baldi* opinionem, paupertas vnius non nocet alteri; quia de iure speciali, hic de iure communi, nisi sint socij.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, in solidum condemnatus ad restitutionem dotis, non tenetur nisi quatenus facere potest, deducto ne egeat.*
2 *Maritus deducit quantum sibi sufficit ad victum, ne ege..t, secundum qualitatem, suæ personæ.*
Alimenta sunt taxanda secundum tempus, & ætatem personæ, ibid.
Tria tempora sunt consideranda, in taxatione alimentorum, ibi.
3 *Aestimatio ne maritus egeat quomodo facienda est.*
Alimenta sunt danda secundum qualitatem personæ, ibid.
4 *Nobilis non cogitur edere cibos rusticorum.*
Nobili soluenda sunt alimenta pro se, & famulis. ibid. num. 4. & 5.
5 *Nobilem non decet, vt ipse sibi seruiat.*
Alimenta non sunt taxanda ad abundantiã, sed ad commoditatem: ibidem.
6 *Rustici modica deducunt alimenta, & facile aluntur.*
7 *Iuuenes maiora deducunt alimenta, quam seniores.*
Rusticus, non solet pullis, vel alijs delicatis cibis viuere, sed caseo, cepis, & fabis.
Rusticis vsus carnium est interdictus.
8 *Peccare dicuntur, qui pauperibus lauta cõuiuia faciunt.*
9 *Verbum (facere posse) extenditur iuxta eorum dignitatem.*
Alimenta sunt danda, secundum consuetudinem locorum.
10 *Commodè, & honestè non videtur fieri posse quod non potest fieri honestè.*
11 *Iudicis arbitrio committitur exactio deducto ne egeat, secundum qualitatem personæ.*
12 *Maritus non deducit ne egeat, secundum qualitatem personæ, si mulier est inops.*

AMPLIATIO
Prima.



PRIMO amplia, quòd istud priuilegiũ habet etiã
1 † maritus quando est insolidum cõdẽnatus, quia nõ obstante sententia exigi non potest nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat, *Bal. in l. 2. C. quod cum eo, post num.* 1. *vers. & not.* vbi dicit, licet Iudex simpliciter in sententia condemnaret, tamen tacitè hoc beneficium ei datur à lege, *Campeg. in d. tracta. de dot. quæst.* 238. *fall.* 17. *p.* 3. *Alber. de Rosat. in l. sunt qui ff. de re iud.* ratio est, quia quando maritus non est soluendo, non tene-
2 bitur insolidum, ne inde opprimatur, sed † deducit quantum sibi sufficit ad victum secundum conditionem suæ personæ, *Io. de Imol. Raphael. Alex. & Ang. in l. si maritus ff. solut. matrim.* tenet idem *Ang. & Imol. in l. Nesennius §. fin. ff. de re iud. Bald. in rubr. C. qui bon. ced. poss. & l. tutor. §. 3. ff. de admin. tut.* & alimenta sunt taxanda secundum tempus, & ætatem personæ. *Borgni. de vsufru. cap.* 2. *num.* 28. *Io. de Amic. cons.* 56. *Paris. cons.* 98. *num.* 29. *Rol. à Vall. cons.* 56. *vol.* 2. *Cran. cons.* 187. *vol.* 1. Et isto casu sunt consideranda tria tempora, secundum *Zasium in §. item si de dote, institut. de act.* scilicet qualitas patrimonij, conditio personæ, & qualitas temporis.

Primo casu videndum est, si dos sit magna, vel parua, & si patrimonium mariti sit pin-
3 guius, vel exiguum: & tunc † pro modo facul-

cul-

cultatum fit æſtimatio, *Ang. in l. tutor, & l. cum plures, ff. de admin. tut.*
Secundò caſu conſideratur, ſi maritus eſt in dignitate; ex quo tunc pro eius dignitate conſtituendus eſt liberalis ſumptus ex dote, vt poſſit viuere pro eius ſtatu. *D. And. Molfeſ. ad conſuet. Neap. par. 5. quaeſt. 6. num. 1. & 2.* vbi dicit, quod nobili præſtari debent alimenta ſecundum illius conditionem, & qualitatem:
4 quia † non cogitur edere cibos ruſticorum, *cap. non coguntur 41. diſt.* & etiam pro famulis
5 ſunt illi ſoluenda alimenta; quia † non decet, vt nobilis ſibi ipſe ſeruiat, *l. habitatio, ff. de ventr. in poſſ. mittend. l. tutor, ſecundum dignitatem, ff. de admin. tut. Surd. de alim. quaeſtion. 18. num. 9. & ſeqq. tit. 4. & quaeſt. 24. per tot.* non ad copiam, & abundantiam, ſed ad commoditatem, & congruentiam, iuxta perſonarum qualitates, *vt in l. in condemnatione, & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. & l. miles, & l. ſunt qui,* vbi *Doctores, ff. eod. Monach. de exequut. in veſtib. capit. 2. num. 7.* ſed ſi eſt artifex, magis exigua alimenta danda ſunt ex dote, hoc eſt quando ex arte ipſa non poteſt viuere ſecundum eius qualitatem, vel illam exercere non poteſt ſine dedecore eius conditionis, vel quia eſt infirmus, *vt not. infra fall. 8. & 9.* aliàs non gaudet iſto noſtro beneficio, *l. ſi quis argentum, §. ſed & ſi quis, & ibi gloſſ. verſic. quantum donauit, C. de donat. l. cum alimenta, ff. de alim. legat. & notaui inf. in quaeſt.... fall. 1.* Si verò ſit ruſticus, modicum
6 deducere debet, quia † ruſtici facilè aluntur, *gloſ. in l. ſeruis vrbanis, in ver. cibarijs ff. de leg. 3.*
Tertio caſu conſiderandum eſt, an mari-
7 tus ſit ſenex, an iuuenis: † quia iuueni deducitur maior ſumptus quam ſenibus, & ſecundum iſtas conditiones militat iſtud noſtrum beneficium, tam circa maritum, quam circa omnes alias perſonas, habentes iſtud priuilegium: quæ conditiones ſunt valde notabiles, & eſt ſecundum mentem *gloſ. in d. l. maritum,* vbi ratio, ne egeat, eſt ſecundum quod poteſt viuere, ſcilicet ſecundum qualitatem, perſonarum, & facultatum, & iuxta perſonæ qualitatem relinquenda ſunt alimẽta, & ſumptus; quia alia aſſignantur nobili: alia ignobili: alia diuiti: alia ruſtico, duris laboribus aſſueto: alijs enim cibis vtitur nobilis, alijs ruſticus: ruſticus enim & pauper non ſolent pullis, vel alijs delicatis cibis viuere, ſed caſeo, cœpis, & fabis, *gloſ. in d. l. ſeruis vrbanis, in d. verſ. cibarijs, Molfeſ. d. par. 5. quaeſt. 6. num. 3. Monach. d. cap. 12. num. 5. Coler. de proceſs. exequut. cap. 3. p. 2. num. 115. D. Cataldinus de Boncompagnis de Viſſo. conſ. 54. inter conſ. crim. diuerſ. num. 7. recoll. per Ioan. Bapt. Zilett.* vbi etiam vſus carnium ruſticis eſt interdictus. *Cornel. Benincaſ. de paupert. qu. 6.*
8 *num. 8.* vbi dicit, quod † peccare dicuntur, qui pauperibus lauta conuiuia exhibent, *cap. vnum, & cap. criminis 25. diſt. ante fin. per Boer. in tract. de author. magn. Conſil. nu. 30. Molfeſ. d. q. 6. n. 4. poſt Bal. Tiraq. Iaſ. Affl.* & pluries alios, quos cit. *Surd. d. q. 18. n. 12. & 13. Io. Franc. de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de abund. ciuit. §. 5. num. 6.* & aliter conſeruatur dignitas patris, vel ſoceri nobilis, aliter dignitas ruſtici, ita vt ſatisfiat menti legis, quæ rectiſſima ratione noluit hos exigere in plus
9 quam facere poſſunt: & verbum illud † (facere poſſe) æſtimandum eſt iuxta eorum dignitatem, *arg. tex. & gloſ. in l. dignitate, & l. nepos, ff. de verb. ſig.* dixit *Batt. in c. 17. n. 68. & 69. de inope debit. Cepoll. in tract. de Imper. mel. deleg. num. 22. priuileg. nobil. Pau. Cerad. in tract. de iur. patr. in 6. par. quaeſt. 7. Hippol. in repet. Rubr. de probat. col. 5. Affl. in conſtit. huius Regni Siciliæ, incip. qualitas perſonæ, colum. 2. Rocch. in tract. de iure patron. in verſ. inutile in 3. q. part. princip.* & ſecundum conſuetudinem locorum *tex. in l. 3. §. proinde ff. de in rem verſ. Luc. de Penn. in l. 3. C. de milit. teſtam. lib. 12. Rebuff. in l. vero, verſ. colligite, col. 2. & verſ. intelligite col. 7. & in l. multarum, col. 9. verſ. hoc elucidatur, in fin. ſub verſ. peſtorie, ff. de verb. ſig. Proſp. Paſſet. conſ. 82. num. 1. 2. & 3. Monach. d. c. 12. n. 8.* & qualiter debeant eſſe alimenta relinquenda huiuſmodi priuilegiatis, vide *Coſt. de remed. ſubſid. remed. 29. per tot. & Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſſ. 3. lib. 2. fol. 743. p. 11.* Et ſic marito, cum agitur de exactione dotis, relinqui debent alimenta ſecundum dignitatem, & conditionem ſuam, *Surd. de alim. tit. 4. q. 18. poſt n. 45. verſ. contra tamen, vbi alleg. Cy. in l. vnic. §. cum autem C. de rei vx. actio. Bald. in l. 1. C. quod cum eo, & in d. rubr. C. qui bon. ced. poſſ. Aret. in conſ. 17. col. pen. num. 5. Tiraq. in tract. de nobil. c. 20. n. 142. verſ. nobili ſane. Campeg. in tracta. de dot. p. 3. q. 239. Didac. in epit. de ſponſal. p. 2. c. 8. §. 6. n. 7.* & hanc partem dicit communem *Alciat. in l. nepos Proculo, ff. de ver. oblig. Bertrand. in conſ. 242. in fin. vol. 3. Rimin. inſti. quib. alien. licet numer. 362. Gabr. commun. opin. lib. 6. tit. de alim. concl. 1. n. 31. Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, nu. 74. ff. de liber. agnoſ. Lancellot. Gall. in conſuet. aliam, in verſic. ſed dos, quaeſt. 6. nu. 102.* vbi referendo alios Doctores, dicit, hanc partem eſſe ſeruandam in practica *Peregr. in tract. de iure fiſc. lib. 3. nu. 72. verſ. contra tamen.* Ratio eſt ſupra per *Doctores in d. l. nepos Proculo,* quod alimenta præſtanda ſunt ſecundum dignitatem, & qualitatem perſonæ alimentandæ: ex quo enim com-
10 modè, & honeſtè † non videtur fieri poſſe, quod non poteſt fieri honeſtè, *d. l. in condemnatione, & ibi gloſſ. magna, verſic. dicit, Surd. d. quaeſtion. 78. numer. 2. Decia. reſp. 39. numer. 127. vol. 2.* vbi dicit, quod dicitur, maritus facere poteſt, quod ſine difficultate, & ſecundum qualitatem, & conditionem perſonæ poteſt, & notaui *ſup. in proœm. 1. par. verſ. 2. & ſecundum conditionem, & ætatem, ex tex. in l. hæreditatem, ff. ad l. Falcid. ita Pet. de Plat. in d. §. item ſi de dote n. 3. inſtit. de act. & Faber, & Ang. ibi, Molin. in tract. de contract. diſp.*
11 *313. n. 6.* quę † ratio habenda ſtatus, & perſonę

committitur arbitrio Iudicis prudentis, vt
dicunt *Mol. & Campeg. in locis cit. & notaui*
infra fall.8. in fin. dicit etiam *Surd.d.quaest.18.*
tit.4. num.47. vbi allegat *Didac. in d. cap.8.*
num.8. quem sequitur *Peregr.loco cit.* Hoc ta-
12 men procedit quando † mulier est diues, &
haberet vnde viueret, secus quando mulier
est adeo inops, quod si vir secundum di-
gnitatem sibi retineat, non posset mulier
sibi ipsi succurrere, dixit *Imol. in d. l. si*
maritus, & Alexand. in d. l. maritum, ver-
sic. hac concordia post num.2. quia tali casu ma-
ritus non deducit secundum eius qualitatem,
& notaui infra fall.4. & dicit *Brun. de cessio.*
bonor. d. quaest.31. princ. post num.3.

SVMMARIVM.

1 *Maritus beneficium, deductio ne egeat, ha-*
bet etiam si dos pro delicto vxoris con-
fiscata esset.
2 *Fiscus habetur loco haeredis, tam in honori-*
bus, quàm in oneribus.
3 *Fiscus eandem obligationem habet contra*
maritum, quam vxor habebat. & nu-
mer.
4 *Priuilegiatus vtitur priuilegio contra pri-*
uilegiatum:
5 *Priuilegiatus vtitur priuilegio contra pri-*
priuilegiatum, quando tractat de damno
euitando: & quid in fisco. & n.6.7. & 8.
9 *Procurator si ad mortem sit condemnatus*
exequutio differri debet vsquequo ratio-
onem reddiderit: sed contrarium de con-
suetudine seruatur.
10 *Dos in quibus casibus confiscatur. n.11.*

AMPLIATIO
Secunda.



1 SECVNDO am-
plia, quod † ma-
ritus habet istud
priuilegium etiã
si dos esset con-
fiscata pro deli-
cto mulieris, per
rationes, vt in-
fra, *l. si maritus.*
ff. sol. matr. Cam-
peg. in d. tract. de
dot. quaest.238. fall. vltim. & quaest.290. part.3.
Brun. de cessio. bonor. 4. part. princ. quaestion.20.
numer.29. Bal. in l. quod nomine numer.2. ff.
de condic. indebit. Alexand. in l. maritum fall.20.
ff. sol. matr. ratio est ibi, quia si maritus vtitur
isto beneficio, conuentus ab haeredibus vxo-
ris, ita etiam quando conuenitur à fisco, qui
habetur loco haeredis, alleg. *l. tutoris, C. ad*
l. Iul. de vi. l. fiscus, ff. de iur. fisc. Cla. in pract. crim.
§. fi. q.78. n.23. & 29. Plot. cons.130. n.87. Bero.
2 *cons.8. n.12.* & † habetur pro haerede, tam in
oneribus, quàm in honoribus, *l.2. C. de vi pu-*
blic. l. inter §. fin. ff. de fideiuss. Crauet. cons.165.
n.7. Surd. de aliment. tit.1. q.31. nu.8.9. & 10. Ex
3 † sequuta confiscatione transit in fiscum om-
nis obligatio ciuilis, & naturalis, *Calcan. cons.*
66. n.4. & Surd. d. q.31. nu.5. ergo quando est
conuentus à fisco propter delictum vxoris, nõ
tenetur nisi in quantum facere potest, sicut
tenebatur vxori, *Intrigl. de casib. consc. cas.35.*
4 *& 37. Brun. d. q.20. n.29.* Et † illammet obliga-
tionem fiscus habet contra maritum, quam
vxor habebat, dicit etiam *Ias. in d. l. quod no-*
mine, post n.1. vers. tertiam fall. vbi duplici ra-
tione comprobat istam ampliationem: pri-
5 ma, quia † fisco nihil est speciale magis, quam
in priuato, nisi lex expressè dicat, *alleg. glos. in*
l.1. C. de petitio. haered. l. veniunt, §. priuatorum ff.
6 *de condict. indeb.* Secunda, quia fiscus † succe-
dens priuato, vtitur iure priuati, *l. cum qui-*
dam §. filius, ff. de iur. fisc. Bal. in rubri. C. de iur.
fisc. Ergo fiscus conueniendo maritum ad do-
tis restitutionem, vtitur iure vxoris; & sic ma-
ritus propter delictum vxoris non condem-
natur, nisi quatenus facere potest, *vt d. l. ma-*
ritus ratio est ibi in textu, ne in perniciem ma-
riti mulier, cui fiscus succedit, habere debet,
sequitur ibi *glos. in ver. in perniciem, alleg. l. cum*
quidam, & l. in omnibus §. non debet, ff. de re iud.
l. si constante §. fin. ff. sol. matrim. l. ad fiscum ff. rer.
amotar. Bal. in d. l. maritus, vbi debitor confi-
scati non tenetur nisi quatenus tenebatur cre-
ditori priuato, vt ibi *Bar. & Pau. Cast.* vbi di-
cit quod priuilegiatus vtitur priuilegio cõtra
priuilegiatum *Cy. in auth. quas actiones, C. de*
sacros. eccl. eo magis quia maritus est priuile-
giatus in specie in isto beneficio aduersus
vxorem, *not. in prooem. 1. p. post. n.2. in fin.* & fi-
scus est in genere, *tot. ti. de priuil. fisc.* sed priui-
legiatus in specie vtitur priuilegio cõtra pri-
uilegiatum in genere, dixit *Surd. de alim. tit.8.*
priuil.18. n.7. Corn. cons.140. col.1. lib.1. Gomes.
in §. rursus n.29. vers. vel secundo dicas de actio.
Paul. de Montepic. in repet. l. si titia, §. titia n.32.
ff. de legat.2. & Barb. in cons.38.7. col. lib.3. Abb.
in c. auditis, in pen. not. de resti. in integr. & in c. ad
aures, de praescr. ponit Bal. in l.2. C. de priuileg.
fisc. & in auth. habita C. ne fil. pro patr. maximè
quòd maritus tractat de damno euitando,
l. verum, §. fin. de minorib. secundum Ang. de Are-
7 *tin. in d. §. rursus.* vbi dicit, quòd † priuilegiatus
vtitur priuilegio contra priuilegiatum, quan-
do agitur de damno euitando, tenet etiam
Bar. in d. l. maritum, Bald. in auth. perpetua, C.
de sacros. eccl. Pet. de Anch. in cons.37. post nu.2.
vol.2. in princ. Paul. de Cast. cons.37. in fin. vol.2.
not. fall.4. post n.5. Ergo maritus conuentus à
fisco pro delicto vxoris, gaudet isto benefi-
cio, quia tractat de damno euitando, *Alex.*
Trentacinq. var. resol. lib.1. de rescr. resol.1. n.14.
& §. hac ratio non obstat, vbi dicit, quòd priui-
legiatus in specie non vtitur priuilegio cõtra
priuilegiatum in genere, quãdo priuilegiatus
in specie tractat de lucro captãdo, & in gene-
re priuilegiatus tractat de dãno euitãdo: secus
est, quando priuilegiatus in specie tractat de
damno

damno euitando, & in genere priuilegiatus tractat de lucro captando, quia tunc priuilegiatus in specie vtitur priuilegio contra priuilegiatum in genere, fiscus succedens in dote non vtitur suo priuilegio contra maritum, vt tollat ei suum, ne exigatur vltra quam facere possit, *idem in §. ratio est, ibi post*
9 *num.* 15. Et notatur ad hoc, quòd † si procurator, vel negotiorum gestor fuerit condemnatus ad mortem, debet differri exequutio vsquequo reddiderit rationem administrationis, ne in perniciem domini puniatur, *l.* 1. *C. de bon. proscript. facit l. sancimus, de pœn. & Bal. in d. l. maritum licet Alexand.* dicat, quòd contrarium tenet Bald. ibi, & hoc dicit, quia lectura Baldi, quam *Alex.* habebat, erat defectiua, ita dicit *Brun. d. quæst.* 20. *num.* 29. dicit etiam *Campeg. d. quæst.* 238. *fall.* 20. In mea autem lectura Bal. reperio prædicta tenere per *d. l. si maritus la* 2. sed hodie dicta doctrina Bald. non seruatur de consuetudine, sed statim mittitur exequutioni condemnatio: ergo isto casu maritus non tenetur fisco, nisi quatenus facere potest, deducto ne egeat sicut tenebatur vxori de-
10 linquenti. Est autem notandum, quòd † constante matrimonio dos non confiscatur, vel publicatur, nisi in quinque casibus propter delictum vxoris, *tex. est, & gloss. & ibi Bar. in lege, quinque casibus, ff. de bon. damnat. Bald. in l.* 1. *C. de bon. libert.* idem tenuit *Roma. in lege, de die, §. qui mulierem, colum.* 3. *ff. qui satisd. cogant.* vbi ponit quinque casus, in quibus dos potest publicari
11 sequitur *Pet. de Montefort. in constitut. Illustriss. D. Caroli Secundi Principis Saler. huius Regni Siciliæ in gloss. rubr. Item statuimus, quod si fortè, in versic. an autem, propter delictum, column.* 2. *lin.* 39. *mihi fol.* 320. *Farinac. quæstione* 25. *numer.* 13. & 14. *lib.* 1. *Petr. Rauenn. singul.* 163. sed *Alberic. de Rosat. in* 3. *part. statutor. in* 4. *quæstione incipient.*
11 *quæro an ex delicto*, dicit quòd † dos constante matrimonio confiscatur quandoque pro tertia, *vt lege, final. ff. ad lege, Iul. de vi priuat.* quandoque pro dimidia, *vt lege, si quis aliquid §. si quis instrumentum, ff. de pœn.* quandoque tota in quinque casibus, refert *Petr. de Montefort. loco citato, mihi fol.* 321. *colum.* 1. *lin.* 35. videndus.

SVMMARIVM.

1 *Maritus habet beneficium, deducto ne egeat non solum quando conuenitur actione de dote, sed alia actione. declara ibid.*

2 *Maritus conuentus actione prorsus separata ab actione de dote, an gaudeat isto beneficio.*

3 *Maritus conuentus ex contractu facto soluto matrimonio, an gaudeat beneficio deducto ne egeat. declara ibidem.*

4 *Maritus propter eius culpam, & dolum in exigenda dote perdit priuilegium.*

AMPLIATIO Tertia.



1 ERTIO amplia, maritum † habere istud priuilegium, deducto ne egeat, etiamsi agatur contra enm non actione de dote, sed alia actione, ac si contractus sit factus soluto matrimonio, si est subrogatus in locum contractus, siue actionis de dote, *tex. & ibi Alex. in l. non tantum numer.* 8. *in fin. ff. de re iud. ibique etiam omnes Doctores, & lege* 3. *ff. de constit. pecun. Ioan. Faber in §. item si de dote n.* 3. *& ibi Ang. Aret. post n.* 3. *de actionib. Campeg. in d. tract. de dot. q.* 246. *par.* 3. *in fin. Dyn. in §. sunt præterea post n.* 13. *instit. de act.*
2 etiã † si conueniatur actione prorsus separata ab actione de dote ex cõtractu constante matrimonio, inter coniuges celebrato: siue conueniatur constante siue soluto matrimonio: nam habet maritus nostrum beneficium, deducto ne egeat, dicit etiam *Alex. in d. l. non tantum, numer.* 5. & 8. vbi dicit magis commune opinionem, & ibi *Bar. post num.* 1. *in fin. vbi etiam Imol. per Dy. in d. §. sunt præterea, per tex. in d. l. non tantum,* qui textus dicit *(non tantum dotis nomine maritus in quantum facere possit, condemnandus, sed ex alijs contractibus ab vxore iudicio conuentus, in quantum facere potest, condemnandus est ex Diui Pij constitutione) & Ias. num.* 5 vbi dicit, quod glosa est communiter reprobata: quia etiamsi maritus conueniatur soluto matrimonio pro contractu celebrato constante matrimonio, habet istud priuilegium in memoriam contracti matrimonij, per tex. prædictum, indistinctè loquentem, & æquiparant causam dotis alijs contractibus, sequuntur *Ant. Monach. de exequutio. in vestibus. cap.* 12. *num.* 69. *Amat. decis.* 16. *numer.* 11. *Surd. de alim. d. quæstion.* 78. *numer.* 13. *Summ. Orland. in §. beneficium column.* 1. *in glossa versic. item & si constante matrimonio de renuntiat. Intrigl. de casibus conscient. cas.* 35. *numer.* 48. *Dy. in dicto §. præterea. & notat. in lege, diuortio, de neg. gest. Ioann. Oinotom. in dicto §. item si de dote post numero* 2. *& ibi Faber numer.* 3. *instit. de actio.* secus
3 † ex contractu facto soluto matrimonio, si non est subrogatus in locum actionis de dote, *Bar. & Ioan. de Imol. in dicta lege maritum, & ibi addit. in margine, ff. sol. matrim. Brun. de cessio. bonor. quæstione* 20. *numer.* 3. *&* 8. *part.* 4. *princ. Alexand. in d. l. non tantum versic. si autem, & Ang. Aret. in d. §. item si de dote post num.* 3. *de action.* Et non obstat *d. lege, diuortio, ff. de neg. gest.* quia ibi actio bene

bene habuit originem soluto matrimonio;
4 Sed † ex dolo, & culpa mariti, qui non exegit à se ipso dotem, quando erat soluendo, propter istum dolum, & culpam perdit priuilegium, dicit *Iaf. in d. l. non tantum in fin.* secundum *Bar. Imol. & Alex. vbi sup. Ant. Monach. d. cap. 12. num. 59. in fin. Amat. & Surd. locis cit. not. fall. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus habet beneficium deducto ne egeat, quando conuenitur actione rei vendicatoria ex causa dotis non restitutæ.*
2 *Maritus conuentus actione rei vendicatoria tanquam quilibet extraneus, non gaudet beneficio deducto ne egeat.*
3 *Dominium transit in vxorem de iure communi, facta restitutione.*
4 *Dominium rerum dotalium transit in vxorem de iure speciali absque traditione.*
5 *Dominium in quibus casibus non transit ipso iure.*
6 *Dominium de iure communi non transit ipso iure sine traditione.*
7 *Maritus conuentus, & condemnatus, vt maritus, habet beneficium, deducto ne egeat.*
8 *Maritus conuentus, vt extraneus, propter restitutionem iam factam, de iure communi non habet beneficium, deducto ne egeat.*

AMPLIATIO Quarta.



1 QVARTO amplia, quod † istud beneficium, ne conueniatur vltra quam facere potest, cōpetit etiā marito, si conueniatur actione rei vēdicatoria ex causa dotis, non dum vxori restitutæ, magis communem dixit *Alex. in l. Nesennius, §. fundum, post num. 2. vers. sed & si vera, & ibi Bar. in fin. post Dy. ff. de re iud.* sequitur *Ang. in l. si filio, num. 3. & ibi Bar. & Bal. in princ. ff. solut. matr. Alb. de Rosat. ibi. num. 3. & in l. maritus, ff. eod. & in d. l. Nesennius, §. fundum vers. ea ratione, & ibi Paul. Castrens. tradit Brun. de cess. bonor. quæst. 20. p. 4. princ. num. 2. & 3.* vbi testatur hanc esse communem opinionem. *Intrigl. de casib. conscien. cas. 35. num. 43. Tiraq. de constit. p. 2. num. 28. Soc. cons. 121. num. 4. vol. 4.* secus †
2 quando maritus conuenitur actione rei vendicatoria, non tanquam maritus, sed tanquam quilibet alius extraneus possessor, scilicet quando maritus iam restituit dotem, vel pro dote tradidit rem suam, deinde reuersa est ad eum possessio, vt notaui in princ. huius quæstionis, & facit *Alex. loco citato sub d. n. 2. & Tiraq. loco cit. Intrigl. d. casu 35. num. 44. Surd. de alim. quæst. 78. num. 40. tit. 1.* licet ibi aliter sentiat, & *Brun. loco cit. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. p. 11. num. 81. lib. 2. fol. 743.* declarat *Iason d. l. si constante, num. 118. 119. & 120.* vbi respondet dicentibus *Bar.* esse sibi contrarium, cum in *d. §. fundum, & in l. si filio,* dicat, quod maritus conuentus rei vendicatione gaudeat isto beneficio, & *in d. l. si constante,* teneat quod non: quam doctrinam Bar. non bene intellexerunt: ex quo in dictis locis, Bar. loquitur secundum casum supradictum, quando scilicet conuenitur tanquam quilibet extraneus possessor, quia tunc tenetur restituere dotem de iure
3 communi: cum † de iure communi transeat dominium in vxorem, facta restitutione, vt infra notab. & ideo non gaudet: sed quando dos nunquam fuit restituta, vt *in d. l. si filio, & in d. §. fundum,* gaudet: † quia licet
4 dominium transeat ipso iure, de iure singulari, & speciali rerum dotalium, in vxorem sine aliqua traditione *l. in rebus, C. de iur. dot.* dixit communem omnium sententiam, *Thesau. Pedem. decis. 48. num. 1. Dec. in l. si donatæ, num. 5. C. de collat. Soc. cons. 107. lib. 3. Brun. cons. 120. num. 14. gloss. in l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. ercisc. Bal. Nouell. de dot. par. 7. priuil. 19. & par. 8. priuileg. 6. Iaf. cons. 147. lib. 2. Guid. Pap. decis. 524. Constan. de Rogg. de dot. cent. 1. num. 49. & cent. 2. num. 3. & cent. 3. num. 20. & 21. Intrigl. super constit. huius Regni sing. 109. lib. 2.* vbi allegat *cap. 47. in consuet. fel. Vrbis Panor.* & ibi refert nouem
5 casus, in quibus † dominium non transit ipso iure secundum *Bal. Nouell. d. priuil. 6. Mastrill. decis. 193. post num. 22. par. 2.* Tamen necesse habet facere mentionem matrimonij, scilicet, quod fuit vxor talis; quia non facta tali mentione, seu commemoratione; succumberet secundum Iaf. loco citato: ex
6 quo † de iure communi dominium non transit sine traditione, vt supra notaui, & dicit etiam *Iaf. in l. traditionibus post num. 6. vers. secundo facit, & ibi Alexand. C. de pactis, l. si ager C. de rei vendicat.* & conuentus, & con-
7 demnatus, ✠ maritus isto in casu habebit
8 istud nostrum beneficium; † secus quando vt extraneus possessor conuentus est de iure communi propter restitutionem iam factam, *Fac. de Aret. Bart. & Bal. in d. l. si maritus, ff. sol. matrim.* & secundum istam opinionem loquitur *Giurb. de nostraub. super consuetud. Mess. cap. 13. gloss. 6. par. 1. num. 47.* & hanc opinionem dicit esse magis communem *Alexand. in d. l. maritum colum. 3. vers. item in quantum,* quos allegat *Surd. d. quæst. 28. num. 40. de alim. par. 1. secundum Bar. in d. l. si constante:* quam opinionem sequitur *Fontanell. d. claus. 7. gloss. 3. num. 80. lib. 2.* & refert ita tenere *Mier. in Cur. Barc. Reg. Ferdin. cap. 8. de salar. Aduo-*

cat. num. 86. in fin. colum. 9. fol. 89. & per ea, quæ supra notaui in principio præsentis quæstionis.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, conuentus soluto matrimonio ad speciem datam in dotem, penes eum extantem, gaudet beneficio, deducto ne egeat. & num. 9.*

2 *Maritus, conuentus soluto matrimonio pro re vxoris non dotali, non gaudet isto beneficio, deducto ne egeat.*

3 *Maritus, conuentus pro re empta de pecunia dotali, non gaudet isto beneficio. sed contra num. seq. & num 8.*

4 *Res empta de pecunia dotali efficitur dotalis si maritus non est soluendo.*

5 *Res empta de pecunia putatiua dotis est dotalis.*


6 *Vxor putatiua habet priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti, vt vera.*

7 *Matrimonium verum & putatiuum æquiparantur.*

8 *Maritus habet beneficium in rebus consistentibus in pondere, numero, & mensura.*

9 *Bar. opinio vera est, quòd maritus conuentus pro specie penes se dotali habet beneficium.*

AMPLIATIO Quinta.



1 VINTO amplia, quòd † maritus habet quoque istud priuilegium etiam si mulier soluto matrimonio egerit ad speciem, datam in dotem, extantem penes maritum, *Dy. in l. si filio, & bi Bal. num. 2. vers. in glossa, & Ang. num. 3. & Alex. ibi, & in l. maritum, fall. 10. vers. sed Bart. ff. sol. matr. idem Bal. in l. quod nomine vers. quid si rès ff. de cond. indeb. Campeg. in tract. de dot. quæst. 238. par. 3. vers. sed Bart. in d. l. si filio post num. 3. & 4. & in d. l. Nesennius, §. fundum, versic. sed & si apud virum numer. 1. in fin. de re iud.* Ratio est ibi per eum, prout in præcedenti fall. quia vxor debet agere, vt vxor, de necessitate; licet possit sibi vendicare rem dotalem *l. in rebus, C. de iur. dotium,* licet *Guigl.* teneat contrarium *in d. l. si filio, Scipio Rendina in tract. promptuarij receptarum sententiarum. tit. 123. de vir. & vxor. numer. 8. versic. quod si vir. soluto matrimonio.* text. est sing. *in l. filiafamilias, ff. sol. matrim.*

2 Secus † si est conuentus pro aliare vxoris, quàm dotalis, idem *Bart. in d. §. fundum vers. sed aduerte ne erres, & in d. l. si filio, post num. 3.* sequitur *Surd. de alim. quæst. 78. post num. 39. p. 1.* & hæc fuit opinio *Guigl. de Cuneo in d. l. si filio,* & secundum istum casum procedit, vt refert *Bart.* cum quo transit. *Socy. in reg. 258. fall. 4. vers.* tenet expresse contrarium, & dic vt ibi *per Bar. Intrigl. d. casu 35. num. 43. & 44. de casib. consc.* quicquid dixerit *Oinotom. in §. item si de dote, num. 7. insti. de actio.*

3 vel † si res dotalis non extaret, sed alia, ex re, & pecunia dotali acquisita, & vxor agit; nam in solidum exigitur maritus, secundum *Brun. d. q. 20. num. 3. de cess. bonor.* idem tenet *Oinotom. in d. §. item si de dote, num. 7.* licet hoc durum videatur, quia sicut maritus gaudet priuilegio isto, quando mulier agit ad speciem, in dotem datam, secundum *Bar. & Doctores in d. §. fundum,* vt notaui in princ. idem dicendum videtur; si res dotalis non extaret, sed alia acquisita ex re dotali, dicit *Campeg. d. quæst. 238. in fin. de dot. per l. si cum dotem, §. fin. ff. solut. matrim. & arg. l. Imperator, §. fin. ff. de lega. 2.* & videtur tex. *in l. vxor marito, ff. de donat. int. vir. & vx.*

4 Quæ opinio videtur magis tuta; ex quo res empta succedit loco rei, & res † empta de pecunia dotali efficitur dotalis, marito non existente soluendo, per *d. l. Imperator, §. fin. & capit. Ecclesiæ Sancta Maria, cum gloss. super verb. successerunt ext. vt lit pendent. & dicit gloss. in d. l. vxor marito, in verb. indicio, circa fin.*

5 † & etiam res empta ex pecunia putatiuæ dotis, est dotalis, *d. l. si cum dotem, §. fin. Palat. Ruui. in §. 22. colum. 2. de donat. inter vir. & vxo. in repetit. cap. per vestras, fol. 112.*

6 & † habet priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti, sicut vxor vera, *est glossa notabilis in l. assiduis, C. qui potior. in pignor. habeant, & ibi Cyn. in 7. quæst.* dicit ita communiter teneri. *Palat. Ruui. in d. cap. per vestras, §. 36. colum. quarta, num. quarto, fol. 29.*

7 quia † matrimonium verum, & putatiuum æquiparantur, vt ibi, *per capit. debitum, de bigamis:* Immo in ipsa re mulier præfertur omnibus creditoribus secundum *Bald. in auth. sed iam necesse quæst. 5. C. de donat. ante nupt. Palat. Ruui in repetitio. d. cap. per vestras §. 21. num. 3. col. 4. fol. 119.* & notaui infra fall. 5. ergo isto casu maritus gaudet isto nostro beneficio, sicut gauderet si ageret vxor ad speciem in dotem: hanc opinionẽ sequitur *Giurba super consuet. Mess. cap. 13. gloss. 6. num. 45. lib. 1.* dicet *Brun. loco cit.* teneat contra *Bar.* opinionem, & dicat hoc idem tenere *Areti. in d. §. item si de dote vers. 6. fallit, & ibi Ias. vers. 3. limitatur,* dicit etiam *Bal. in cap. 1. in prin. de natur. feud. & Imol. in d. l. si filio;* ratio est,

8 quia † marito non videtur concessum hoc priuilegium, nisi quando dos data esset in rebus consistentibus pondere, numero, & mensura, *l. vnic. §. cum autem de rei vxor. act.* quorum rationi respondet *Alex.* loco cit. dicens, quòd *tex. in d. §. cum autem* refert ius antiquum, & verior est opinio *Bar.* Et sic re-

9 stat dicendum, † maritum habere casu prædicto

dicto nostrum beneficium, secundum *Bar.* quem etiam sequitur *Bald. Nouell. de dote, p. 7. priuileg.* 15. & ita fuit decisum in M. R. C. in fauorem mariti, coram qua M. R. C. maritus erat conuentus soluto matrimonio ad restituendam rem mobilem, apud se existentem; & nihilominus fuit in prima instantia admissus ad nostrum beneficium, & in secunda instantia fuit causa commissa vni ex iudicibus Mag. R. C. quæ adhuc pendet, sed prætenditur in secunda instantia contra virum, quòd possit sibi quærere victum ex suo officio, vel arte; quo casu gaudere non potest, *vt notaui infra fallent.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium deducto ne egeat, competit etiam aduersus hæredes, & cessionarium & numer.* 7.

Exceptio, quæ obstat cedenti, obstat etiam cessionario, ne egeat. ibidem num. 1.

Maritus à legatarijs conuentus habet istum beneficium.

2 *Maritus, promittens simpliciter summam debitam, quam in dotem habuit, intelligitur cum effectu, deducto ne egeat. & num. seqq.*

3 *Maritus promittens generaliter dotem restituere, intelligitur secundum iuris dispositionem, deducto ne egeat.*

4 *Maritus si simpliciter promisit dotem debitã restituere, intelligitur deductis expensis, vel lucro dotis.*

5 *Maritus promittens instrumento dotali cum iuramento dotem restituere in omnem casum restitutionis, non censetur renuntiasse consuetudini, siue statuto, de lucro dotis loquenti.*

6 *Maritus promittens exequi testamentum vxoris, in quo de omnibus bonis dispositum est, non censetur renuntiasse consuetudini de lucro dotis.*

7 *Maritus si promisit cessionario vxoris dotem quam vxori debet, intelligitur deducto ne egeat.*

8 *Maritus promittens integram dotem, videtur sibi retinere quartam vigore statuti, & num.* 13.

9 *Maritus tacitè neque expressè potest renuntiare beneficio, deducto ne egeat.*

10 *Verbum (restituenda dotis) exponitur quatenus esset restituenda.*

11 *Promissio continet tacitam reseruationem beneficij competentis.*

12 *Maritus beneficium, deducto ne egeat renuntiare non potest.*

13 *Maritus totam dotem promittens non censetur renuntiare beneficio, deducto ne egeat. sed contra num.* 17.

14 *Iuri suo nemo præsumitur renuntiasse, nisi expressè appareat.*

15 *Promissio generalis non tollit beneficium cõpetens.*

16 *Maritus constituens se soluturum quantitatem, quam habuit in dotem, gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

17 *Maritus promittens restituere, totam, vel integram dotem videtur renuntiare lucro dotis.*

18 *Beneficio, deducto ne egeat, etiam expressè non potest maritus renuntiare.*

19 *Beneficium, deducto ne egeat, si quis habeat ratione reuerentiæ, promittens integram summam, non videtur renuntiare beneficio.*

20 *Promittens de restituenda integra summa debita ab eo, cui non debetur reuerentia in solidum conuenitur.*

21 *Maritus promittens quantitatem expressam cessionario vxoris suæ, in solidũ tenetur.*

22 *Maritus promittens soluere aliquam quantitatem, in quibus casibus præsumatur renuntiasse beneficio, deducto ne egeat.*

23 *Exceptio quæ obstat delegãti quando obstet delegato.*

AMPLIATIO Sexta.



1 SEXTO amplia, quòd istud † beneficium competit etiam marito, & similibus aduersus hæredes, tam mulieris, *l. si post diuortio, vbi Bar. & Doct. ff. solut. matrim.* ratio est ibi, quia licet mutetur persona actoris, non tamen mutatur qualitas actoris respectu conuenti, vt notaui *sup. quæst.* 1. quàm etiam aduersus eius cessionarium, *Brun. de cess. bonor. d. quæst.* 20. *p.* 4. *princ. num.* 18. *Paul. Castr. in l. si prior ff. solut. matrim. & ibi Bar. & Doct. omnes*; ratio est, quia exceptio, quæ obstat cedenti, obstat cessionario *Milanens. decis.* 1. *num.* 1. *lib.* 2. *Bal. in l. apud celsum, §. si cum legitima, ff. de dol. except. Socy. iun. cons.* 74. *num.* 6. *lib.* 3. *Bero. cons.* 32. *num.* 46. *lib.* 2. *Gabr. cons.* 20. *num.* 7. *& cons.* 155. *lib.* 1. *in fin. Nepit. in consuet. Catinens. consuet. vnic. de cess. iur. tit.* 58. *num.* 18. *fol.* 334. dixit communem *Dec. cons.* 59. *in fin. Bar. & Doct. in l. si cum dotem, §. si patri, ff. solut. matrim. Fontanell. de pact. nupt. claus.* 7. *gloss.* 3. *p.* 11. *num.* 85. *lib.* 2. *fol.* 743.
2 quod est verum † quando promisit maritus simpliciter summam debitam, quam in dotem habuit: quia intelligitur cum effectu, deducto ne egeat, *Paul. in d. l. si prior num.* 1. *Bal. in l. quod nomine, ff. de condict. in deb. Campeg. de dot. quæst.* 246. *in fin. &* 268. *p.* 3. *Palat. Rauio in repet. d. cap. per vestras, §.* 12. *p.* 4. *fol.* 184. *num.* 17. 18. *&* 19. *Ruy. cons.* 159. *col.* 4. *in fin. vol.* 3. *not. in l. maritus, §. à me, ff. de lega.* 2.

Dec

Decius in l. cum pro eodem lect. 2. post num. 75. vers. vbi maritus, C. de sent. quæ pro eo quod
3 inter. vbi dicitur, quòd † maritus, qui promisit generaliter dotem restituere, intelligitur secundum iuris dispositionem, in quantum facere potest. Intrigl. super consti. Regni Siciliæ, in sing. 312. nu. 2. lib. 1. Paul. de Montepi. cons. 120. n. 3. & sub n. 7. Rol. à Vall. de lucr. dot. q. 37. Mancin. de inrum. p. 4. effect. 202. n. 4. gl. & Bar. in l. 2. in princ. ff. de dot. præleg. vbi
4 † si maritus promisit simpliciter restituere dotem debitã vxori, intelligitur deductis expensis, sine lucro dotis, tex. & Bal. in l. Neratius, vers. quid tamen ff. de relig. & sumpt. funer. Dec. in d. l. cum pro eodem sub num. 76. idem dicunt Ang. & Imol. in l. damni infecti §. cum parietem, in princ. ff. de damn. infect. Alex. in d. l. post dotem, in fin. post num. 36. ff. sol. matrim. idem Alex. cons. 133. lib. 5. Franc. Crem. sing. 25. Cavalc. decis. 23. num. 183. p. 4. Surd. d. quæst. 78. post num. 50. cum seqq. de alim. & cons. 34. num. 44. lib. 1. per Alciat. in tract. præs. reg. 3. præsumpt. 32. num. 12. idem Surd. cons. 113. num. 7. sequitur Cephal. cons. 104. ratio est ibi, quia promissio est relata ad ius, idem Surd. d. cons. 113. num. 7. dicit, stante statuto, quòd lucra dotis deferantur marito, si maritus promittit dotes restituere, poterit nihilominus retinere illam partem, quæ sibi defertur à statuto, quia promissio moderatur, & intelligitur secundum dispositionem, & præservationem statuti, per Bal. in l. fin. C. ad l. Falc. Alex. & Ias. in l. post dotem, ff. solut. matr. Rol. in tract. de lucr. dot. quæst. 37. Cravet. cons. 870. num. 12. & cons. 880. per tot. Natt. cons. 416. num. 5. Marc. Ant. de Amat. dec. 16. num. 47. cum seq. Seraph. de privil. iuram. privil. 73. num. 27. Corbul. in suo tracta. de iur. emphy. de caus. privat. ob renunt. num. 20. Dominicus Picus in decis. sacr. Rot. Rom. decis. 43. num. 6. Molfes. ad consuet. Neapol. in tit. de renunt. p. 4. quæst. 19. num. 14. vbi dicit, quod
5 si † maritus promiserit in instrumento iurato restituere dotem in omnem casum restitutionis, nunquam ex tali promissione censetur renuntiasse consuetudini, vel statuto, de lucro dotis loquenti, ea ratione, quoniam promisisse intelligitur restituere dotem deducta portione sibi debita, cui in dubio non præsumitur renuntiasse, novissimè Nuntius Pellicia in suis doctissimis commentarijs ad consuet. Aversi. cap. 10. num. 246.

Etiam si mulier disposuerit de omnibus
6 bonis suis, & † maritus illi promisisset exequi testamentum, quia non censetur renuntiasse consuetudini de lucro dotis: nam præsumitur voluisse testamentum exequi, deducta portione, sibi competente ex beneficio consuetudinis, vel statuti, vt ibi Molfes. sub
7 num. 15. per Boer. decis. 244. num. 3. quod † etiam militat si promisit cessionario vxoris dotem, quam vxori suæ deberet, Intrigl. de casib. consc. cas. 35. num. 59. Lancell. Gall. de stat. vers. potest quæst. 1. num. 83. Franc. Cremen. d. sing. 25. num. 1. videndus, Io. de Arnol.
8 epit. 39. & decis. 244. num. 8. & † maritus promittens integram dotem, poterit sibi retinere quartam, vigore statuti, Ant. Gabr. com. opi. tit. ad Trebell. senatusc. concl. 5. num. 3. Io. Pet. Surd. dec. 132. num. 2. & ita tenent omnes secundum Fanum de lucr. dotis, gloss. 14. num. 1. vers. contigit, Port. cons. 142. num. 8. Boer. dec. 249. post num. 8. Muta super consuet. Senat. Panor. cap. 43. num. 91. & sub num. 106. transit cum distinctione Bal. in d. l. quod nomine, in pen. quæst. scilicet, aut promissio est relata ad consuetudinem, & tunc non videtur renuntiasse; aut præcisè facta est ex certa scientia, & valet; aut per errorem, & non valet, non obstante, quod adsit præceptum Iudicis, per
9 l. sed & si quis §. fin. ff. si quis caution. licet † maritus, nec tacitè, nec expressè possit renuntiare isti beneficio, vt notavi in proœm. p. 2. ver. infertur etiam, & infra etiam notabo, ad quæ me remitto; ergo idem, deducto ne egeat, Corn. cons. 270. col. 1. vol. 3. Intrigl. d. casu 35.
10 num. 59. quia † verbum (restituendæ dotis) debet exponi, scilicet, quatenus sit restituenda, arg. l. Stichum, qui meus erit, ff. de leg. 1. & tanto fortius, quia sumus in promissione, seu stipulatione, cuius verba interpretantur contra stipulantem, l. quicquid adstringendæ, ff. de verb. oblig. Dec. in cons. 195. vol. 2. & dicit communem opinionem in cons. 402. col. 2. vol. 3. post num. 2.

11 Promissio † enim continet tacitam reservationem beneficij, sibi competentis, vt de eo, qui promisit soluere, vt non sibi præiudicet quò ad privilegium illud, deducto ne egeat, secundum Bald. in d. l. quod nomine, & Ruy. d. cons. 159. & isto casu renuntiatio non præsumitur, Io. Pet. Surd. d. dec. 132. num. 23. ita Alex. d. cons. 133. num. 2. vol. 5. ratio
12 est ibi, quia † non potest maritus tali beneficio renuntiare per pactum, eo quia sibi competit ratione reverentiæ, quæ marito debetur, per d. l. alia, §. eleganter. ff. solut. matrim. & notavi in proœm. 1. p. vers. videndum est, &
13 vers. infertur etiam: ergo † promittendo totam dotem, non censetur renuntiasse isti beneficio, sibi de iure debito, Bal. in l. fin. C. ad l. Iul. vers. & est argumentum Ang. in l. damni infecti, & l. vlt. §. cum parietem, ff. de damn. infect. & ibi Imol. & Roman. sequuntur; ratio
14 est, quia † nõ præsumitur quis iuri suo renuntiasse, nisi appareat expressè, & cum effectu, Bal. in l. 1. not. fin. C. de edict. Divi Adria. toll. cap. super hoc, & cap. sanè, cum gloss. de re-
15 nunt. Imol. cons. 49. in fin. & † maritus, promittens dotem simpliciter, ex ista generali promissione non excludit beneficium, quod sibi competebat, scilicet, quòd non condemnetur vltra quam facere possit, Dec. d. cons. 402. col. 2. post num. 4. per d. l. prior, & Bal. in l. 2. C. de bon. quæ liber. Alex. in l. non tantum
16 potest, num. 6. & 8. in fin. ff. de re iudic. vbi † si maritus constituit se soluturum quantitatem dotis, quam habuit, gaudet beneficio nostro

ſtro, *per tex. in l. 3. ff. de constituta pecun.* Ratio eſt, quia actio de conſtituta imitatur naturam primi contractus, *per l. quod id quod, ff. de donatio. Rol. à Vall. d. q. 37. num. 4. Achill. Pedroc. conſ. 28. num. 26.* licet *Rol. à Vall. quaſt.*
17 *38. de lucr. dot. num. 3.* dicat, quod † ſi promiſerit reſtituere totam, vel integram dotem, videtur renuntiare lucro dotis, quod ei defertur, & dicit magis communem opinionem, & veriorem ſententiam, quam tenuerunt *Achill. d. conſ. 28. num. 28. & Io. Franc. Purpur. in l. 1. & num. 130. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. Marian. Socy. iun. in conſil. 113. vol. 1. Ant. Gabr. d. concl. 5. Canal. dec. 23. p. 4. poſt num. 19. Surd. dec. 274. Port. d. conſ. 142. num. 55. Lud. Gozad. conſ. 59. num. 14. Intrigl. ſing. 312. poſt num. 1. lib. 1. Ruin. conſ. 25. num. 7. lib. 1. & conſ. 56. in princ. vol. 5. & conſ. 184. num. 3. vol. 3. & d. conſil. 159. num. 5. circa fin. lib. 3. Alex. conſ. 5. col. pen. verſ. benefacit, vol. 3.* teſtatur magis communem, *num. 15. verſ. & eam tanquam communem ſequitur idem Alex. in conſ. 133. num. 8. vol. 5. & in conſ. 201. col. 2. vol. 6. num. 8. Paul. Caſt. conſ. 192. col. 1. & 2. vol. 1. Rol. in l. quod nomine, col. 1. verſ. ſed quod ſi ex conſuetudine, ff. de cond. indeb. Rayn. de Fort.* quem refert, & ſequitur *Alex. in d. l. poſt dotem, in fin. ff. ſolut. matrim. Aug. in l. damni infecti, la 3. §. cum parietem, num. 1. Lod. Rom. num. 1. Imol. num. 5. ff. de dam. infect. Ripa in l. centurio, num. 131. vbi dicit comm. ff. de vulg. & pup. Idem Rol. à Vall. de lucr. dot. quaſt. 102. poſt num. 10.* vbi etiam teſtatur communem opinionem Doctorum. *Tiraqu. in l. ſi vnquam, verſ. totum ſub num. 2.* vbi etiam teſtatur communem opin. *Paul. de Montepic. d. conſ. 12. num. 7. Scipio Rendin. in tract. promptuary receptarum ſententiarum tit. 102. de renuntiatione poſt num. 3. verſ. ſed quod.*

Contrarium ex multis defendit *Nat. conſ. 103. lib. 1. Rim. iun. conſ. 314. num. 60. lib. 2.* quia hoc non procedit in caſu noſtro, cum
18 maritus † etiam expreſsè non poſſit renuntiare iſti beneficio, propter reuerentiam, quæ ſi-
19 bi debetur, vt ſupra notaui. & ſic † ille, qui habet iſtud beneficium propter reuerentiam, promittendo totam, vel integram ſummam debitam, non videtur iſti beneficio renuntiaſſe, *Ruy. d. conſ. 152. col. 3. vol. 3. Roll. à Valle d. quaſt. 38. num. 6. Iaſ. in l. 2. poſt num. 26. verſ.*
20 *ſecus ſi promitteret, ff. ſolut. matrim.* ſecus † ſi promiſit ille, cui non debetur reuerentia, quia in ſolidum exigeretur, *Barb. in d. l. maritum, num. 38. ff. ſolut. matrim. Surd. de alim. d. quaſt. 78. num. 55. 56. Palat. Ruuios d. §. 12. num. 17. ſecundum Bal. in d. l. quod nomine.* & iſto caſu procederet eius diſtinctio, quam ſupra notaui, per *Mut. d. cap. 43. num. 106.* vnde ſi maritus dotem promittit reſtitnere extraneo dotanti, in ſolidum exigendus eſt; quia ceſſat ratio renerentiæ, dixit *Viuian. verſ. reſpondeo in caſu, gloſſ. in d. l. 2. in verb. ſuſpectum habet, ff. ſolut. matrimon. & ibi Roman. num. 45. in fin.* & etiam ibi *Imol. num. 6. verſ. quod intelligo*; quoniam à princ. ipſe extraneus dotem dat, & ſtipulatur, *Giurb. ſuper conſuet. Meſſ. cap. 13. gloſſ. 6. num. 47. p. 1.* ſequitur *Maſtrill. dec. 93. num. 7.* ſubdens poſt *num. 8. in fin.* quòd Conſiſtorium ita iudicauit. Sed *Bar. in d. l. 2. num. 18.* dicit: Sed pone „quòd extraneus ſtipuletur dotem ſibi reddi, „an agat in ſolidum contra maritum? hic „gloſſ. videtur tenere quod ſic: tu dic, inſpi„ciendum qualiter verba ſtipulationis fuerunt „concepta, *& not. in l. ſi prior. ff. ſolut. matr.* vbi ita diſtinguitur; aut maritus promittit ſimpliciter quod debet, & intelligitur cum effectu, deducto ne egeat, vt hic; aut promi-
21 ſit centum quod debet, & † ſic quantitatem expreſſam, & tunc conuenitur in ſolidum, tradit *Bal. ibi nu. 5. in gloſſ. in ſolidum,* vbi dicitur, quòd ſi maritus promitteret ſoluere extraneo, teneretur in ſolidum: & ſubdit ipſe, ſi forma promiſſionis ſit talis; ſecus ſi indefinitè promittatur, ſecundum etiam *gloſſ. in l. 1. de conſtituta pecunia,* vbi: ſi autem maritus ſic conſtituerit ſe ſoluturum centum, quæ accepit nomine dotis, non in quantum facere poteſt tenetur ſed in ſolidum, tamen mulieri condemnatur in quantum facere poteſt, *& addit. in margine l. 1. 2.* quam opinionem *Bar. ſequitur Iaſ. ibi num. 26.* vbi dicit: ſecundo habes ex gloſſa, quod vbi maritus promittit reſtituere dotem extraneo, tunc non gaudet beneficio iſto, *l. maritum, ff. ſoluto matrimonio.*

Limita ſecundum *Bar.* quando promitteret reſtituere dotem, certa quantitate expreſſa, ſecus ſi promitteret ſimpliciter, *per d. l. ſi prior, ſequitur Io. Oinotom. in §. item ſi de dote, num. 8. inſti. de action.* vbi dicit, quòd ſi maritus promiſit extraneo dotanti reſtituere quantitatem expreſſam, non habet beneficium, ſecus ſi ſimpliciter ei dotem reddere promiſit; videtur enim id, quod in effectu mulieri debet, *gloſſ. in d. l. ſi prior, & ibi Faber num. 4. Ang. num. 4. & Iaſ. nu. 4. tradit in ſpecie Tho. Parpal. ſuper d. l. 2. num. 80. ff. ſolut. matrim. & ibi Alex. num. 19. Raphael Comenſ. ibi num. 69. Campeg. de dot. 2. p. quaſt. 236.* vbi firmat prædictam diſtinctionem, & dicit cõmunem opinionem, *Soc. reg. 311. in verb. maritus, fol. 6. Bolognet. in l. quæ dotis, num. 75. & 76. ſolut. matrim. Surd. deciſ. 132. num. 22.* non obſtante quòd alij loquantur in delegato, quia idem ius eſt, ibid. *Ang. num. 3. candem gloſſ. legens*; ſed plus dicit *Alex. in d. l. alia, §. eleganter poſt num. 16.* vbi, quòd iſtud beneficium eſt conceſſum perſonæ mariti, & quando priuilegium eſt conceſſum perſonæ non poteſt renuntiari, *gloſſ. in d. §. eleganter, in verb. manet, Rouit. ad prag. Regni Neapol. tit. ad Maced. num. 22.* & firmat *Alexand. vbi ſup.* quod licet actor nullam debeat exhibere reuerentiam marito, tamen huic priuilegio renuntiare non poteſt: quia perſonæ debetur, *ſecundum d. gloſſ.* cum generaliter loquatur in

pri-

priuilegijs personæ concessis, dum dicit, priuilegium, personæ concessum, pacto tolli non posse, & dicit etiam *Ias. in l. sunt qui num.1. de re ind. & Ioan. And. in cap. Odoardus de solution.* & secundum alios ibi allegatos, quia pro restitutione dotium gaudet isto nostro beneficio, nonobstante pacto; eo magis secundum distinctionem, si non promitteret quantitatem expressam, *secundum Bart. & Doctores, quos supra notaui*, etiam cum iuramento, vt ibi *gloss. in fin. & notaui sup. eadem quæst.1. num.20. & sequentib. etiam in proœm. par.1. num.33.*

Ergo contraria opinio Doctorum procecedit, quando maritus promisit centum cum stipulatione ex causa dotis extraneo dotanti, vel cessionario vxoris, quæ debet, & sic quantitatem expressam; tum enim conuenitur in solidum, *Bar. in l. quæ dotis num.10. ff. solut. matrim. Imol. d. cons.102. num.7. Campeg. d. quæst.268. Alex. in d. l. non tantum num.9. in fin. & l. miles, Intrigl. d. casu 35. num.59.* ex quo, isto casu videtur remitti exceptio, quæ sibi competebat, scilicet, quòd non conueniatur nisi deducto ne egeat, *l. si dari, ff. de verb. oblig. gloss. in d. l. si prior, & l. Nesennius, ff. de re iud. & l. pure, §. si cum, ff. de except. dol. l. doli, ff. de nouat. Io. Oinotom. in d. §. item si de dote, num.18. insti. de action.* & per ea, quæ notaui infra. nam tunc non obstat ei, cui facta est delegatio, etiamsi delegatio fuisset facta ex causa lucratiua, *Bart. in d. lege doli, num.6. & 10. Campeg. d. quæst.268. Alex.*
22 *in d. l. Nesennius*; sed † isto casu occurrendum est ad distinctionem, per *Dyn.* quam refert *Bar. in d. l. doli*: scilicet, aut maritus sciebat sibi competere tale beneficium, aut non; Primo casu videtur renuntiasse beneficio, *l. si quis delegauerit ff. de nouationib. Ang. in l. damni, §. cum pariete, ff. de damn. infect.* sequitur *Paul. Castr. in cons.233. incip. pro pleniore responsione, versic. secundo videndum est, vol.3. Barbat. in cons.24. col.3. in princ. vol.1. Philip. Decius cons.195. col.2. vers. sed tamen prædictis, idem Barb. cons.68. n.6. vol.2. Alex. cons.201. nu.8. vol.6. Boer. d. dec.249. post n.8.*

Secundo casu, aut ignorabat, & tunc tutus tali exceptione potest promissum condicere, *l.3. §.1. ff. de constit. pecun. Dec. d. consil.402. num.7. & 8. & Imol. d. cons.49. in fin.* Aut ex causa onerosa, & tunc aut subest eadem ratio, seu causa concedendæ exceptionis contra quem facta est delegatio, quæ suberat contra delegantem, & obstat ei, cui facta est delegatio, *vt d. l. doli, vers. diuersum, & vers. denique, l. quamuis, §. si mulier, ff. ad Trebell. & l. fin. C. de except. rei iudic. not. in l. si cum emptore, in princ. ff. de pactis, Salyc. in l. stipendia, C. de procuratorib.* vbi testatur de communi opinione. *Gabr. cons.155. num.1. lib.1. Dy. in c. si quis in ius, ext. de reg. iur. Bimius in cons.138. num.4. lib.2. Carol. de Graff. d. tract. de except. in prælud. num.197. & 198.* Aut non est eadem causa, & tunc aut res est reddenda ad delegantem dolosum, & obstat exceptio, cui facta est delegatio, *d. l. pure, §. si enim qui*; aut non est reddenda ad delegantem, & non obstat, secundum *Bar. loco cit.* licet *Paul. Castr. in d. l. si prior*, dicat, si est delegatus ex causa lucratiua, indistinctè videtur posse vti contra delegatum exceptione, qua poterat vti contra delegantem: sed ibi se remittit ad *not. per Cyn. & Bar. in d. l. doli*, sequuntur *Euerard. cons.184. num.4.* & ibi ponit fallentias, *Gabr. cons.20. num.5. lib.1. Rimin. sen. cons.238. n.9. lib.2. Purpur. cons.136. num.19. lib.1. & cons.573. num.4. lib.2. Rot. Genue. decis.28. num.7. Vuesembece. consil.2. num.58. lib.1. Berp. cons.187. num.46. lib.2. Bimi. cons.187. num.11. lib.2. post omnes Graff. d. tract. de excep. loco cit. num.196.* Secus si se constituit soluturum per pactum nudum, quia exceptio, quæ obstabat primæ actioni, obstabit etiam actioni de constituto. *d. l.3. §.1. de constit. pec. per Alex. in d. l. non tantum, in fin. notat Bar. in d. l. dotis causa, num.10. ff. sol. matrim.* & circa istam materiam me remitto ad ea, quæ dicit *Bar. in d. l. doli, post num.10. versic. ista determinatio non est vera*, vbi tenet, quòd ratio, & distinctio, *Dyni* procedit in cessionario. ratio est per eum *post num.6. vers. ista reprehensio glossæ*: nam ille, cui facta est delegatio, non agit ex prima obligatione, contracta per metum, sed agit
23 ex secunda, interposita sponte: & † sic exceptio, quæ obstat deleganti, non obstat delegato; hoc est, quando maritus promisit soluere delegato expressam quantitatem: secus si promisit simpliciter soluere dotem, *vt sup. notaui quæst.1.* & dicit *Bar. ibi, post num.10. vers. sed hoc debet intelligi*, & per eundem *Bar. in d. l. maritum*, tenentem, quòd maritus gaudeat isto beneficio quando aliquis fuit adhibitus ad stipulandum, iuncta *glos. in d. l. si prior, vt sup. notaui*. Et hæc sufficiant pro ista ampliatione. Sed quia circa istam materiam ponit *Dyn.* longam distinctionem cum *Bartol. in d. l. doli*, dicam infra, & omitto causa breuitatis; vnde videas *Dyn. ibi*.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, vel aliquis, cui competit beneficium, deducto ne egeat, non tenetur nisi in quantum facere potest, etiamsi dilationem ad soluendum habuerit.*

2 *Maritus pacto expresso renuntiare non potest beneficio, deducto ne egeat.*

Taciti, & expressi idem est iudicium. ibid.

3 *Beneficio deducto ne egeat, competenti iure contractus, vel obligationis, renuntiari potest.*

4 *Glossæ opinio in simili materia refertur: & an prima, vel secunda opinio in dubio sit sequenda.*

Maritus amittit istud beneficium, & annalem dilationem, quando malè se gerit cum vxore infirma. ibid.

AMPLIATIO Septima.



1 SEPTIMO amplia, quòd istud beneficium, deducto ne egeat, competit marito, & similibus, etiam si habuerint dilationem ad soluendum, vltra dilationem legalem, *Bart. in l. sed & si ex parte, §. sed an etiam, ff. quod cum eo*, vbi sequitur primam lecturam *gloss. in verb. habendam esse*. Ratio est ibi, quia natura obligationis non mutatur solo temporis cursu *l. obligationum iure, §. placet, ff. de action. & obligat. sequitur Alex. in d. l. maritum in 14. fall. versic. hoc tamen dictum Romani, ff. solut. matrimon. Intrigl. de casib. consc. d. casu 35. num. 62. & 95. Brun. de cess. bonor. 4. part. princ. d. quaest. 20. numer. 20. cum seqq. Campeg. de dot. quaest. 238. fall. 14.* Ratio est

2 per eos; quia † pacto expresso maritus renuntiare non potest, etiam cum iuramento, secundum *Bar. & Doctores in d. §. eleganter, & notaui in proœm. vers. infertur part. 2.* ergo neque tacite, *argum. l. qui ad certum, ff. de locat. & l. si sponsus, §. si maritus, ff. de donat on. inter vir. & vxor.* cum taciti, & expressi idem sit iudicium *l. cum quid ff. si cer. pet. & Brun. d. quaest. 20. num. 23.* Sed hoc est verum in marito, &. similibus, quibus debetur reuerentia, vt notaui in *ampl. praecedent. num. 9. 12. 18. & 19. & in proœm. 1. part. num. 13. &*

3 *seqq. & in 2. part. num. 28. & 50.* ergo † si socius, & alij similes, quibus nec reuerentia, nec alimenta debentur, habuerunt dilationem ad soluendum vltra legalem, per rationem supradictam, non possunt vti isto beneficio. & ita videtur sentire *Campeg. dicta quaestione 238. fall. 14.* vbi dicit, quod illi, quibus reuerentia debetur, vtantur isto beneficio, non obstante dilatione: ergo illi, quibus non debetur, non vtuntur, nisi dilationem habuerint, nullo praeiudicio sibi generato, & cum potestationibus, iuribus, fauoribus, & priuilegijs iuris, sibi competentibus: quo casu non obstante dilatione, gaudent isto nostro beneficio, quia per hoc non censetur renuntiare tacitè, neque expressè, *vt per Doctores, quos supra notaui*. & ita hodie seruatur in Magna Regia Curia, & fuit decisum per Curiam Praeturae, vt notaui *in proœm. pag. 1. versic. eadem reuerentia*.

4 Et non obstant Doctores, tenentes contrarium per vltimam lecturam *gloss. in d. lege, sed & si ex parte, §. & si ex parte*, quia † regula ista non procedit quando glossa primam opinionem recitat; In secunda verò dicit, alij dicunt, vel quidam dicunt: quia tunc prima opinio censetur glossae, & non secunda, dicit *gloss. in rubr. ff. si cer. pet. Paris. cons. 79. vers. quae dictio num. 21. vol. 3. Brun. de cess. bonor. loco cit. & Intrigl. de casibus conscien. dicta casu 35. num. 64. & Socyn. in suis regul. regul. 257. fallent. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus beneficium, deducto ne egeat, habet etiamsi à principio sciebat non posse dotem reddere.*

2 *Maritus si tempore, quo dotem habuit, persuasit dolosè se esse soluendo, in solidum exigitur.*

AMPLIATIO Octaua.



1 OCTAVO amplia, quòd † maritus habet istud beneficiũ deducto ne egeat, etiamsi à principio sciuerit non posse illam solidam dotem reddere, quam accepit, vel confessus fuit accepisse; cum in isto casu maritus non sit in dolo. Ratio est, quia licet sciret se nihil habere, praeter dotem, quando illam recepit, tamen quia non erat illico restituenda, sed soluto matrimonio, ideo contingere poterat, quòd efficeretur soluendo, vt de iure praesumitur, *l. si defunctus, ff. arbitr. tutel. l. cura, §. deficientium, ff. de muneri b. & honorib. & ita Alex. in d. l. maritum fall. 9. in fin. ff. solu. matr. Brun. d. quaest. 20. 4. p. princ. post num. 11. vers. hoc tamen non obstante, de cessio. bono. alleg. Salyc. in l. ex persona, & in l. non est necesse, C. de probat. Alciat. in tractat. de praesumpt. praesumpt. 27. numer. 2. reg. 3. Campeg. dict. quaest. 238. fol. 9. in fine, de dot. Intrigliol. dict. casu 35. num. 52.*

2 secus † si dolosè persuasisset se esse soluendo tempore receptionis dotis, *Ias. in d. l. quod nomine post num. 1. vers. adde etiam colum. 2. ff. de condict. indebit. Paul. Castr. in lege etiam §. 1. & ibi Bartol. ff. solut. matrimon.* quo casu perdit priuilegium istud ratione doli, vt infra notabo *fallen. 2.* licet *Socyn. in dicta regul. 257.* dicat, quòd si maritus à principio sciens non posse solidam dotem reddere non potest gaudere isto beneficio, *per text. & gloss. in lege, fin. C. de iur. dotium, & per Bartol. in dict. lege alia, §. eleganter numer. 16. sequitur Surd. dict. quaest. 78. num. 44.* vbi dicit, licet casu isto maritus non sit in dolo, saltim est in culpa, *Intrigliol. dicto casu 35. numer. 52.* quae opinio procedit quando dolosè persua-

persuasisset se esse soluendo, vt supra notaui, & infra notabo in sequenti ampliatione,

SVMMARIVM.

1 *Maritus beneficium, deducto ne egeat, perdendo, bona propter eius culpam non ammittit.*

2 *Maritus, vt amittat beneficium, deducto ne egeat, debet habere animum fraudandi in dote restituenda.*

3 *Maritus dolo malo administrando bona dotalia, amittit beneficium, deducto ne egeat, si desijt facere posse.*

4 *Maritus non exigens dotem à seipso, tempore quo erat soluendo, dicitur esse in dolo.*

AMPLIATIO Nona.



1 ONO amplia, quòd maritus † non conueniatur vltra quam facere potest, quando perdit bona sua propter culpam suam, *Bartol. in l. etiam filios, §. licet, & ibi glos. n. 2. ff. solut. matrim. & ibi Raphael, & Iacob. de Aret. l. vnic. §. cum autem, C. de rei vxor. action.* & se mouet *Bartolus per text. in d. §. licet*, vbi dicit, quòd de culpa tenetur, non tamen perdit priuilegium, *idem Bartol. in l. verum, §. hoc quoque ff. pro socio, Campeg. d. quæst. 263. nu. 1. & quæst. 246. de dot.* vbi idem tenent si bona sua lata culpa dissipauit: ratio est ibi per *Raphael. in d. §. licet*: quia † vt maritus amittat istud priuilegium, requiritur animus fraudandi mulierem in dote restituenda, & bona propria dissipando, qui quidem animus fraudandi non possit consistere in meris finibus latæ culpæ, quia tunc esset dolus, & non lata culpa, vt notaui *infr. fall. 2. Imol. Raphael. Iacob. de Belu. in d. l. 1. cum autem, C. de rei vxor. actio. Bal. in auth. ex testamento, C. de secund. nuptijs. gloss. 1. quæstion. 8. in summ. Bapt. de S. Blas. cent. 2. de priuileg. dot. l. verum §. tempus, vbi Pet. de Bellapert. & Bal. ff. pro soc. Ias. in d. l. quod nomine, post numer. 1. versic. vbi Bar. column. 2. ff. de condict. indeb.* & notaui sup. vers. quæ quidem dotis, circa principium:

3 secus † si dolo malo bona sua administrando desijt facere posse, *Alber. de Rosate in d. lege vnic.* & per iura superius notat. *& Intrigl. in d. casu 35. numer. 76.* vel lata culpa, vt infra notaui fall. 2. dicit etiam *Campeg. d. quæstion. 263. & 264. de dot.* aut per suos malos mores, vt tenet *Vrsill. ad Affl. decis. 323. n. 5. idem Vrsill. in decis. 14. & notaui sup. quæst. 1. num. 63.* sequitur *Giurb. super consuet. Mess. cap. 13. gloss. 6. num. 46. lib. 1.*

4 Idem † est si maritus non exegit dotem à seipso, quando erat soluendo, quia dicitur in dolo, vel culpa, & ideo conuentus non opponit de beneficio isto, *Bar. in d. l. non tantum, ff. de re iudic. vbi Ias. in fin. Alex. in d. l. maritum d. fall. 9. Surd. d. quæst. 78. post num. 44. in fin. & 45. de alim. & notaui sup. ampl. 3. circa fin.* dicit etiam *Fontanell. d. tract. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. par. 11. num. 92. lib. 2. fol. 743. per Giurb. loco citat.* ad quem se remittit, quomodo id intelligendum sit: quod est quando hoc facit animo fraudandi vxorem, aut dolosè, *vt sup. ampliat. 8.* secus si sola culpa perdit dotem, *vt sup. num. 1. & 2.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus in quantum facere potest tenetur ad impensas funeris vxoris.*

2 *Maritus quando tenetur ad expensas funeris vxoris, & vbi.*

AMPLIATIO Decima.



1 ECIMO amplia, quòd maritus † in quantum facere potest, tenetur ad impensas funeris vxoris, neque hæredes habentes, neque patrem, qui sit soluendo, *Ant. Monach. de exequ. in vestibus, cap. 12. nu. 34. l. si pro rato, vers. præterea maritum, & lege, quod si nulla, ff. de religios. & sumpt. funer.* ratio est ibi in tex. ne iniuria eius videretur quandam vxorem eius insepultam relinqui,

2 quem teneri † ad has expensas; & vbi & quando, videndus *Natt. cons. 547. num. 27. Costa de remed. subsid. remed. 83. numer. 5.* quos alleg. *Ant. Monach. de exequut. in vestib. loco cit.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, deducto ne egeat, competit marito etiam secundo nubenti.*

2 *Argumentum à contrario sensu validum est in iure.*

3 *Quod non potest fieri condecenter, & honestè, non dicitur posse fieri.*

4 *Beneficium, deducto ne egeat, competit marito ex iuris communis dispositione, tam constante, quam soluto matrimonio.*

5 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*

6 *Beneficium, deducto ne egeat, nullo iure reperitur prohibitum marito secundo nubenti.*

7 *Pœna nulli imponitur nisi à lege caueatur.*

8 *Quod non reperitur expresse prohibitum, concessum à iure intelligitur.*
9 *Erubescimus cum sine lege loquimur.*
10 *Maritus per transitum ad secunda vota non perdit lucrum dotis; nec vsumfructum. & num. 11. ratio num. 12.*
13 *Beneficium, deducto ne egeat, est dilatorium, non autem perpetuum.*
14 *Maritus, vt gaudeat beneficio, deducto ne egeat, debet cauere cum iuramento de soluendo, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam.*
15 *Maritus dum non est effectus potens, semper gaudet beneficio, deducto ne egeat.*
16 *Maritus habet beneficium, deducto ne egeat etiam secundo viro ratio num. 17.*
18 *Pœna inducens viduitatem, non tenet.*
19 *Matrimonia debent esse libera, nec valet lex, & pœna in contrarium. & num. 20. 22. cum seqq. & num. 30 cum seqq.*
21 *Matrimonia spectant ad Ecclesiam.*
23 *Metus iustus inducitur ex indispositione pœna.*
28 *Pœna legis inducta contra secundo nubentes, hodie sunt sublata, nec locum habent.*
29 *Accessorium extinguitur, extincto principali.*
32 *Pactum, prohibens transitum, ad secundas nuptias, etiam cum iuramento non valet.*
35 *Quæ certam semper interpretationem habuerunt, minimè mutanda sunt.*
36 *Maritus transiens ad secunda vota, gaudet beneficio, deducto ne egeat, vt condecenter viuere possit secundum eius conditionem.*
37 *Maritus gaudet beneficio deducto ne egeat propter reuerentiam præcedentis matrimonij.*
38 *Maritus semper est tutus, & eius persona molestari non potest.*
39 *Aequalitas. & seruanda inter vir. & vx.*

AMPLIATIO
Vndecima.



VNDECIMO amplia, quòd bene-
1 ficium † nostrũ quatenus facere potest, deducto ne egeat, competit etiam marito secundo nubenti, si ex secũdo matrimonio non habuerit maiorem dotem, vel tantundem, quàm habuit ex primo matrimonio, nec bona stabilia habuerit, ex quibus se, suosque alere possit iuxta conditionem suæ personæ, clarè decisum patet, & refert *Michael Ferrerius in suo tract. obseruationum par. 3. cap. 62.* vbi expresè per sententiam dictum fuit, ex quo maritus in primo matrimonio habuit 30. mille solidos, & in secundo habuit 40. mille, vltra multa alia eius bona stabilia, & oppida, prout probatum erat, ex quibus omnibus bonis poterat condecenter secundum eius conditionem, & qualitatem se, suosque alere, & primam dotem soluere, absque ægestate non fuit admissus ad nostrum beneficium, deducto ne egeat, ecce qualiter approbat Senatus quòd per transitum ad secunda vota non perdit maritus priuilegium ne egeat, quando non est soluendus, à contrario sensu, quòd argumentum valet in iure, *l. 1. §. huius rei ff. de offi. eius cui mandat est iurisd. gloss. in l. si procuratorem, §. si ignorantes, in verb. intelligere, & in vers. si ys, in verb. igitur ff. mandat. vel contr.* & sic quando maritus transit ad secunda vota, & non habet maiorem dotem, vel tantundem aliaque eius bona, quæ non sufficerent secundum eius conditionem gaudet isto nostro beneficio, quia non
2 dicitur posse quod † non potest fieri condecenter, & honestè secundum conditionem, *Roder. Suar. in l. 2. titul. de los casamientos post num. 33. per l. illud ff. de manumiss. indict. gloss. in l. in condemnatione, ff. de regul. iuris*: & licet ibi *Ferrer.* nullam referat rationem decidentium, credo moti fuissent his, & alijs rationibus iudicio meo.

3 Primò, quia † istud beneficium debitum marito fuit ex iuris dispositione, cum incepit esse maritus, *l. maritum, ff. solut. matrim.* cuius reliquiæ durant etiam solut. matrim. *not. vt infra 1. casu*; & beneficium iuris nemini debet auferri, *l. si arrogator, §. sed an impuberi ff. de adoptio.* ergo istud beneficium, cum sit iure concessum, non debet auferri marito per transitum ad secundas nuptias.

Secundò, quia leges, & Doctores dicunt,
4 maritum habere istud beneficium † tam constante, quàm soluto matrimonio, & non distingunt, an durante viduitate, an verò ad secunda vota transeundo; ergo nec nos distinguere debemus *l. si seruum. §. prætor ait. vers. si non dixit prætor, ff. de acquirend. hæredit.* & sic
5 est casus omissus, & in † casu omisso standum est iuri ciuili, *l. si extraneus, ff. de condictio. ob caus. & ibi Alexand. & Bartol. in l. si constante numer. 55. ff. solut. matrim. Afflict. decis. 141.* sed de ire ciuili debetur istud beneficium marito soluto matrimonio *Doctores in d. l. maritum, & in l. ex diuerso eod. tit. & in d. l. in condemnatione, & notaui in quæst. 1. post num. 3.* ergo maritus per transitum ad secunda vota non amittit beneficium nostrum, deducto ne egeat, quando eius bona non sufficiunt ad dotis restitutionem, & ad se, suosque alendum.

6 Tertiò, quia † non reperitur istud beneficium de iure ciuili prohibitum marito, secundò nubenti: & sic nulla lege contradicente, vt patet per notata per *Alex. in d. l. maritum, & Campeg. de dot. quæst. 238.* in quibus locis enumerantur casus 21. In quibus non gau-

gaudet maritus isto beneficio, inter quos non
est iste casus, scilicet quando maritus transit
ad secundas nuptias; ergo isto in casu debetur
marito, secundò nubenti, istud beneficium,
7 cum non sit exclusus; ratio est quod † cum
priuationis pœna hæc sit, sequitur, quod nul-
li imponi possit, nisi à lege caueatur *Tiraq. in
l. si vnquam num. 250. de reuoc. donat. Cordub.
in l. si quis à liberis, §. & si filius num. 9. ff. de li-
be. agnosc.* sed à lege non reperitur prohibi-
8 tum; & † illud, quod non est prohibitum,
intelligitur concessum, *Spec. in tit. de arbit. §.
3. vers. sed quæro*; & non obstat *Mieres in con-
stit. Catalon. col. 8. cap. 9. num. 15. & 16. fol. 175.
& cap. 8. vol. 9. num. 102. fol.* 214. vbi nullam
adducit rationem, nec legem prohibentem,
9 & † erubescimus cum sine lege loquimur *l. il-
lud, C. de collat. §. consideremus authen. de trient.
& semiss.* quia lex, quam ibi allegat non facit
ad rem, ergo maritus transiens ad secundas
nuptias, gaudet isto beneficio, ratio est etiam,
quia regulæ semper debemus stare quando
non inuenitur exceptio expressa, *cap. 2. de
coniug. leprof. in fin. l. mutus, §. cum quæritur,
ff. de procur. Couar. lib. 2. var. cap. 12. n. 4. Rom.
consil. 123. num. 4. Cranet. consil. 168. num. 8.
lib. 1. Baldass. Mongollon. de metu cap. 8. §. 2.
num. 16.*

10 Quartò † maritus per transitum ad secun-
das nuptias, non perdit lucrum dotis, sibi de-
latum à iure, secundum *Bal. in l. fin. C. de bon.
matern.* vbi dicit, tenementi, vel vsumfru-
ctum, seruando proprietatem filijs primi ma-
trimonij, secundum communem, & magis
communem opinionem *Ferrerius in tract. de
impuber. gloss. 6. num. 18. Rol. à Vall. de lucro
dot. quæst. 86. nu. 6.* ratio est, quia ex legis pro-
uidentia sibi conceditur, *Roll. à Vall. d. q. 86.
num. 4.* ergo nec istud beneficium perdit, cum
12 eadem sit ratio, quia † lex dat lucrum dotis
marito ex causa matrimonij, *l. cum quis ff. de
dot. priuil.* vbi quia matrimonij causa id lu-
cratus est, & *Roma. in l. si cum dotem, §. trans-
grediamur, ff. solut. matrim. Soc. cons. 223. lib. 2.
Io. de Mont. Spinell. in auth. ex testamento C. de
collat.* & hæc est magis communis opinio *Rol.
de lucr. dot. quæst. 4. num. 12. & 13.* & casu isto
quia fuit maritus, propter reliquias præce-
dentis matrimonij, secundum *Bal. Nouell. in
tracta. de dot. in 6. p. special. 37. col. fin.* quod
lucrum retinet ad secunda vota deuolando;
sic etiam istud beneficium. quia lex dat ma-
rito istud beneficium, propter reliquias præ-
cedentis matrimonij, vt sup. proximè dixi, se-
cundum *Io. And. in cap. 1. quem sequitur Abb.
de donat. int. vir. & vx. Mastrill. dec. 93. num. 1.
p. 1. Caualc. decis. 71. num. 15. p. 4. Affl. dec. 22.*
& per alios, quos notaui *in quæst. 1. num. 3.*
cum ergo eadem militet ratio, idem ius esse
debet; & sic per transitum ad secundum ma-
trimonium retinet maritus beneficium no-
strum.

13 Quintò, quia † istud beneficium, deducto
ne egeat, est dilatorium, & non perpetuum,
scilicet cum venerit maritus ad pinguiorem
fortunam, tunc in solidum conueniatur, vt
14 notaui *in proæm. p. 1.* & patet, quòd † maritus
debet cauere cum iuramento de soluendo
cum venerit ad pinguiorem fortunam, *tex. in
l. vnic. §. cum autem C. de rei vxor. actio. Bal.
in l. 2. in fin. C. quod cum eo & c. Ang. Aret. in
§. sunt prætoria vers. etiam sine dote post num. 1.
& sub num. 20. instit. de actio. tex. sing. in l. filio,
& ibi gloss. in verb. cautioni, ff. vt legat. nom.
caueat. & ibi Bar. iuxta c. Rit. huius Regni Sici-
liæ 190. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3.
p. 3. num. 67. lib. 2. fol. 743. per l. vlt. Cabel. sub
tit. 11. de las dotes, par. 4. P. Molin. de societ.
Iesu de inst. & iur. in tract. 2. intitulatur conue-
nitur de contract. disp. 442. num. 6. Ant. Oliba
in §. item si de dote, num. 4. insti. de actio. in 1. re-
lect. & ita iudicauit* Senatus, vt per Fontanell.
ibi, & non durante viduitate, vel cum tran-
siret ad secundas nuptias; quia istud benefi-
cium debetur marito soluto matrimonio, &
vsque quo fuerit effectus potens, scilicet, cum
ad pinguiorem fortunam peruenerit, per iu-
ra, & Doctores quos sup. notaui, & ex ista
ratione moti sunt Doctores iudicantes, vt re-
fert *Ferrerius d. cap. 63.* quando maritus per
secundas nuptias effectus est potens: secus er-
go quando non potest condecenter se, suosq;
alere per transitum ad secundas nuptias; quia
15 † maritus dum non est effectus potens, sem-
per habet istud beneficium, *vt per Doctores
in d. l. maritum*, & ita determinat *Bart. in l. si
creditor num. 3. ff de separation. vbi dicit*, licet
hodie non acquirat, cras poterit acquirere
alleg. *l. si defunctus, C. arbit. tutel. Zas. sing.
respon. §. 1. num. 15. lib. 2.* poterit ergo acqui-
rere, secundum *Bal.* tam ex dicto matrimo-
nio, quàm ex alijs negotiationibus, vt fiat
potens; ergo dum non est effectus soluendo,
semper gaudet maritus beneficio, deducto ne
egeat, etiam per transitum ad secundas nu-
ptias.

16 Infertur, quòd † soluto matrimonio mari-
tus promittendo secundo viro, habet istud
nostrum beneficium, deducto ne egeat, *per
l. si prior, ff. solut. matrim.* & notaui *in quæst. 2.
ampl. 4.* & tamen cessat illa ratio reuerentiæ,
quia vxor debet exhibere reuerentiam secun-
do viro, & non primo, cum quo matrimo-
nium solutum est; si ergo retinet maritus
istud beneficium per transitum vxoris ad se-
cunda vota, dicendum est, quòd ipse quo-
que beneficium retinet per transitum ad se-
17 cundas nuptias, cum idem † dicendum est
de marito, quod dicitur de vxore notaui,
sup. in principio, & in quæst. 2. ratione corre-
lationis:

Vltimo facit quòd si maritus per transitum
ad secundas nuptias ammitteret istud no-
strum beneficium, scilicet in pœnam secundi
18 matrimonij, verum est dicere, quod † hæc
pœna viduitatem induceret, quod est contra
totum tit. C. de indict. viduit. tollend. & sic aufer-
retur marito libera facultas matrimonij con-

tra-

trahendi, cum sit iure permissum, *tex. in l. cum tale, §. si arbitratu, alias rescriptum, ff. de con-*
19 *dict. & demonst.* sed † lex, auferens liberam
facultatem matrimonij contrahendi, non valet. *l. Seius, & Angerius, ff. ad l. Falcid.* ergo
retinet huiusmodi beneficium, per rationem
positam *per gloss. in d. l. cum tale, §. arbitratu,*
vbi dicit, ne aliquid impedimentum nuptijs
inferatur: & licet lex pœnalis non inualidet
matrimonium, tamen maritus repelleretur à
20 consequutione huius beneficij: & sicut non
valet lex pœnalis prohibens principale, scilicet, matrimonium contrahi, vt omnes tenent in materia statutaria, vt per *Doctores*;
21 *vt inf.* quia † matrimonium pertinet ad ecclesiam *c. tua de ordin. cogn. c. lator de nup. &*
l. eum qui ff. de statu hom. Ang. cons. 29. cum
sit sacramentum *gloss. in cap. veniens de transaction. in verb. necessaria, Muta ad consuet. Vrbis Pan. cap. 48. num. 10.* Immo nec valebit
lex, quatenus imponit pœnam secundò nu-
22 benti, per eandem rationem, quia † lex non
potest prohibere contrahi matrimonium
per d. l. Seius, & Angerius, Bal. l. 1. C. de indict. viduit. toll. vbi dicit, quod si non valet
statutum prohibitorium, nec etiam pœnale:
quia si valeret lex, imponens pœnam priuationis huius beneficij, sequeretur quòd per
indirectum prohiberetur libertas matrimonij contrahendi, *l. 1. §. qui hominem ff. quarum rer. act. non dat. l. hæres meus §. fin. ff. de*
23 *condit. & demonst.* nam † imposito pœnæ inducit istum metum, *Bart. in l. creditor in fin. princ. ff. solut. matrim. Hostiens. & Io. And. in cap. fin. de appell. & Angel. in l. liber homo in princ. de hæred. instituend.* cùm omni iure etiam
24 cautum sit, quòd † matrimonia debeant esse
libera *c. Gemma de spons.* & optime *Barz. dec. Bonon. 19. Marian. Soc. consil. incipiente, circa præsentem in princ. p. 1. D. Pet. Philipp. Corn. cons. 179. incip. licet, lit. E. p. 4.* & sic non po-
25 test dici valere pœnam. Ratio est, quia † sicut
non valet prohibitio legis, prohibentis mulierem raptam contrahere matrimonium
cum raptore, *c. pen. de raptor. l. 1. C. de rapt. virg.* ita etiam non valet dispositio Iuris ciuilis, imponens pœnam secundò nubenti, auferendo ei beneficium à iure debitum, iuxta
ea, quæ habentur *in authen. de rapt. virgin.*
26 *in fin.* quia † matrimonij libertas impediri
non potest, *Greg. Lop. in l. 10. tit. 1. p. 4. Molin. §. 1. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 16. Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordinat. Mathienzo in l. 2. tit. 1. gloss. 4. nu. 1. & 2. lib. 5. recopil. Azeued. in l. 1. tit. 1. num. 49. lib. 5. recop. Guttie. pract. quæst. lib. 2. quæst. 1. num. 9. Cardin. Mantic. decis. 1. num. 2.* dicit post omnes
Mastrill. decis. 163. num. 12. p. 2. & si maritus
propter secundas nuptias priuaretur isto beneficio, esset quædam pœna, & per consequens
27 dicendum est, eam iure sublatam: nec † debet maritus timore huius pœnæ astringi ad
non contrahendum secūdum matrimonium:
28 Et in tantum hoc est verum, quòd † pœnæ legis, inductæ contra secundò nubentes intra
annum, sunt correctæ, per id quod habetur
in cap. fin. de secund. nupt. Anch. consil. 278. nu. 5. vbi dicit: ita Omnes pœnæ legales contra secundò nubentes sunt per licentiam
Apostol. sublatæ, & sic non debet posse per
indirectum prouideri circa id, quod directò
principaliter non poterat. *c. veniens, de iureiur. Anch. consil. 21.* quia si directè prohiberi non
potest matrimonium, nec etiam debet posse
indirectè prohiberi, vel retardari, *c. statutum, el 1. de hæret. vbi Doctores, l. si sponsus, §. 1. ff. de dona. int. vir. & vx. & in cap. cum quis, de re iud. in 6. facit Anchar. in repetit. c. canonum statuta de constit. vers. adde id, quod notat Bald.*
29 quia † accessorium extinguitur, extincto principali, *Hippol. de Marsil. sing. 589. post num. 2. addi. ad Bar. in l. Stichus, §. Lucius, ff. de cond. indeb.* nam antecedentibus prohibitis, necesse est ea, quæ in consequentiam veniunt, prohiberi, *Bal. in d. l. 1. C. de indict. viduit. post num. 3.* & cum sit prohibita dispositio contra
matrimonium, vt sup. notaui; ergo & pœnas;
30 quia † ab omni pœna libera esse debent ma-
31 trimonia, dixit *Anch. d. consil. 21.* Cum † enim
iure canonico permittatur marito secundum
matrimonium contrahere, pœnam non meretur, *l. Gracchus, ad l. Iul. de adulat. Alexan. cons. 98. lib. 1. Decius cons. 231. Muta ad consuet. Vrb. Pan. cap. 48. num. 22. & seq.* aliàs
esset priuare libertatem contrahendi: & sic
non debet per pœnam astringi, & coarctari,
vt per *Io. And. in d. cap. statutum, & Abb. in capit. 1. de sponsalib. & Mutam in dict. cap. 48. num. 25.*

32 Nec † ergo pactum valet, etiam cum iuramento firmatum, ex quo esset contra publicam vtilitatem, *l. 1. vbi Doctores, ff. solut. matrim. & Bal. in l. ambiguitatem, in princ. C. de indict. viduit.* & fauore Reipublicæ non firmatur iuramento pactum contra nostrum beneficium in casu nostro, dixit *Bar. in d. l. Seius, & Angerius, num. 4.* Immo contra bonos
33 mores; *Alex. d. cons. 98.* & † sicut non valet
statutum contra libertatem contrahendi matrimonium, vt notat *Alex. d. cons. 96.* per multa media, & *Suar. in tit. de los casamientos à num. 13. vsq; ad num. 25.* Ita nec pactum cum
iuramento valet contra libertatem contrahendi, quia eadem militat ratio, cum negari non possit quin ille metus impediat matrimonium contrahi indirectè: ergo non debuit valere pactum, sicut non valet statutum,
vbicumque aliquo modo est, viduitatis indu-
34 ctiuum contra libertatem matrimonij: & †
sic matrimonium, non obstante quocunque
pacto, ac lege in contrarium dictante, per
transitum ad secundas nuptias retinet istud
nostrum beneficium, deductione egeat.

Tanto magis quòd hæc opinio est cauta, nedum de iure canonico, sed etiam de iure ciuili, vt est bonus *tex. in l. hæres meus, §. quod in fraudem, ff. de cond. & demonst.* vbi quod in fraudem legis ad impediendas nuptias scri-

ptum

ptum est nullam vim habere; vnde etiam ex hoc metu pœnæ amittendi beneficium, induceretur viduitas: quia maritus nunquam transiret ad secundas nuptias, ne perderet beneficium, & pœnam non meretur; *Suarez in d. tit. de los casamientos post num. 25. & Doctores omnes, quos sup. notaui.*

35 Et sic † minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationem semper habuerunt ab antiquis *l. minimè, ff. de legib. & senatusc.* Vnde cum fuerit interpretatum à Doctoribus illis iudicantibus, vt refert *Ferrerius d. c. 63.* istud beneficium non deberi marito, quando per secundam vxorem fuerint ei apportatæ dotes in magna quantitate, vel tantundem, vt in primo matrimonio, & ex dotibus, eiusque bonis possit secundum eius conditionem viuere decenter absque egestate: ergo

36 verum est dicere, quòd † maritus transiens ad seruanda vota, non habens magnam dotem, vel tantundem, & bona stabilia, ex quibus condecenter absque egestate viuere possit secundum eius conditionem, gaudet isto no-

37 stro beneficio, cui † debetur ratione præcedentis matrimonij, & propter eius reliquias; non est ergo mutandum, nec in contrarium iudicari debet.

Immo inter ordinarias personas semper ita fuit obseruatum in isto Regño, quia causa huiusmodi beneficij est paupertas, vt dicit *Alex. Tremacinq. var. resol. lib. 1. de rescrip. re fol. 14. §. hæc ratio*: ergo quandocunque maritus reperitur impotens soluere solut. matr. semper gaudet isto beneficio etiam per transitum ad secunda vota. quam opinionem sequitur *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. p. 11. num. 75. vsq. 78. lib. 2. fol. 743. per Ferre. loco cit.* secundum dictam decis. Senatus, qui etiam postea declarauit 23. Decemb. relatore egreg. olim Senat. Petro Clariana de Sena inter Ioannem Bellisçrit auri fabrum oppidi de Monblanc, & Micham Fiuallar militem ciuem Barcin. ratio est per *Fontanell. num. 78.* quia sicut mulier transiens ad secundas nuptias non perdit beneficium quartæ *per auth. præterea, C. vnde vir. & vxor.* ergo nec maritus beneficium ne egeat perdit, vt æqualitas seruetur, dicit etiam *Molina in tract. de rit. nupt. & post. in matrimonio conuenit, lib. 3. quæst. 28. vers. secundo*, quia per illa verba, ne interim in incontemptum prioris coniugij mendicare cogatur, cum sit præiudicium temporale. & licet *Mier.* contrarium teneat, est per Fontanell. ibi reprobatus, quia eius ratio non valet, & dicit quòd non recedendum ab ista nostra opinione; tanto magis quod maritus semper est tutus, & eius persona molestari non potest, non obstante quacunque renuntiatione, & notaui *sup. in proœm. par. 1. quæst. 1.* & optimè fuit iudicatum per Reg. Cur. Præturæ ex allegationibus, & scripturis ab vtraque parte præsentatis in fauorem Don Caroli de Septimo contra Didacum Messana eius sororium, & hæredem eius soceri, non obstante renuntiatione cum iuramento in contractu matrimoniali, in mense Nouemb. 1622. & de persona non fuit molestatus per transitum ad secundas nuptias; & hoc quia doctrina Fontanellæ loco cit. non fuit allegata, & nunquam fuit causa ista disputata, & noua fuit decisio ex illa doctrina, & decisione Ferrerij. Tandem maritus gaudet isto nostro beneficio deducto ne egeat per transitum ad secunda vota, & hæc est verissima opinio per iura, & rationes, vt supra notaui, & per ea, quæ dicit *Fontanella loco cit.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus retinens rem dotalem precario nomine vxoris, non habet priuilegium, deducto ne egeat. & num. 37.*

2 *Mulier non potest accipere possessionem bonorum mariti inuitis hæredibus pro consequutione lucri dotium soluto matrimonio, nisi precario mediante. Sed contra num. 25.*

3 *Precarium transfert ciuilem possessionem.*

4 *Ciuilis possessio facit vt quis possit propria authoritate possessionem accipere. Sed vide num. 23. & 25.*

5 *Clausula constituti transfert ciuilem, & naturalem possessionem, & dominium.*

6 *Constituti clausula transfert veram, & propriam possessionem, licet ex actu ficto.*

7 *Clausula constituti non solum transfert veram, & propriam possessionem, sed etiam vtile dominium præsenti, vel absenti per stipulationem notarij.*

8 *Dominium, & possessio soluto matrimonio in continenti transeunt in vxorem per constitutum. & num. 33.*

9 *Maritus constituen se possidere, & tenere nomine vxoris soluto matrimonio, ex nunc pro tunc, & è conuerso, non habet beneficium, deducto ne egeat.*

10 *Clausula constituti ex nunc pro tunc, & è conuerso, facit retrahere dispositionem ad tempus aptum.*

11 *Constitutum collatum post tempus mortis, nil operatur. Sed contra num 17. & ibi declara.*

12 *Constitutum morte constituentis extinguitur.*

13 *Nemo potest se constituere precario nomine vxoris possidere post mortem suam.*

14 *Clausula ex nunc pro tunc, & è conuerso non retrotrahitur in præiudicium tertij.*

15 *Constituti clausula cōtra tertium habet executionem paratam.*

16 *Precarium facit agere contra tertios possessores absq; discussione principalis, in Regno Neapolis.*

17 *Constitutum collatum post mortem mariti constituentis cum clausula, ex nunc pro tunc, & è conuerso, vbi non agitur de præiudicio tertij, est validum.*

Clau-

18 *Clausula, ex nunc pro tunc, & è conuerso facit vnum tempus inesse alteri.*

19 *Verba (ex nunc pro tunc & è conuerso) significant præsentem verbi actum, sed futurum effectum.*

20 *Vxor per mortem mariti constituentis amittit naturalem possessionem.*

21 *Naturalis possessio capta, etiam animo retinetur.*

22 *Vxor per mortem mariti constituentis retinet possessionem ciuilem.*

23 *Possessio ciuilis est causa acquirendi dominium.*

24 *Constitutarius potest petere se mitti in possessionem naturalem ab hæredibus, quæ est penes eos.*

25 *Constitutarius non potest propria authoritate rem occupare, nisi possessionem vacantem.*

26 *Vxor virtute clausulæ constituti habet ciuilem possessionem, quæ est acquirendi dominium.*

27 *Dominus per mortem coloni, siue serui, possessionem ciuilem retinet, nisi naturalem negligat adipisci.*

28 *Duo non possunt vnam, & eamdem rem possidere in solidum eodem modo.*

29 *Ciuilis possessio est causa perdendi beneficii deducto ne egeat.*

30 *Constitutum in causa restitutionis dotium an dicatur collatum in tempus mortis. & num. 32.*

31 *Clausula, ex nunc pro tunc, & è conuerso facit dominium transferri in puncto mortis, vel per momentum ante mortem.*

32 *Constitutum in dotali instrumento an dicatur collatum in tempus mortis, cum illa clausula, ex nunc pro tunc, & è conuerso.*

33 *Matrimonio soluto per mortem vxoris, dominium, & possessio dotium transit in hæredes.*

34 *Matrimonium soluitur in vita coniugum propter iuris impedimentum multis modis.*

35 *Dos restituitur constante matrimonio propter inopiam viri.*

36 *Maritus se constituens tenere, & possidere nomine vxoris pridie antequam soluatur matrimonium, ex nunc pro tunc, & è conuerso, possessionem transfert pridie ante mortem.*

37 *Maritus possidens dotem tam precario, quàm constituti nomine vxoris, in solidum est exigendus.*

38 *Constituens debet possidere tempore constituti naturaliter, vt precarium & constitutum suum operetur effectum.*

39 *Constitutum probat contra constituentem, & eius hæredes absq; alia probatione.*

40 *Possessio data in contractu nullo ex precario & constituto, est nulla. Sed contra n. 44. dic prout in n. 45.*

41 *Ex constituto nullo non transfertur possessio, nisi interueniat realis traditio.*

42 *Constitutarius ex constituto nullo est excusandus si propria authoritate, manuque armata ingressus est possessionem prædiorum, etiam constituente contradicente, de dolo & lata culpa.*

43 *Constitutarius ingrediens manu armata possessionem prædiorum cum scandalo, puniendus est pœna extraordinaria.*

44 *Constitutum nullum ex contractu nullo transfert possessionem absque reali traditione*

45 *Constitutum nullum ex contractu nullo an aliquo casu transferat possessionem.*

FALLENTIA
Prima.



RIMO fallit,
1 qnòd matitus † non habet istud priuilegium, deducto ne egeat, quando retinet rem dotalē precario nomine vxoris, quia tunc insolidum exigigitur, *Bald. in l. si filio familias, la 2. vers. si autem maritus, & ibi Roma. & Ang. num. 3. ff. solut. matrim. Lader. cons. 30. num. 7. Alex. in l. Nesennius; §. fundum num. 3. ff. de re iud.* Ratio est ibi, quia soluto matrimonio, in continenti non solùm dominium est translatum in mulierem; per *l. in rebus, C. de iur. dot. & Bal. in l. 3. eo. tit. Bertac. verb. dominium transfertur, vers. 53. & 119.* Sed etiam possessio, scilicet ciuilis, *l. interdum, ff. de acquir. poss. Alexand. cons. 121. num. 2. lib. 5. Oldr. cons. 114. Aret. in d. l. interdum §. fin. Gramm. decis. 92. num. 21. Affl. decis. 139. num. 8. in fin. & per Doctores,* quos infra notabo, dicit etiam *Capyc. dec. 14. num. 15. & decis. 69 num. 27. Tiraq. in tract. de translation. poss. declar. 5. par. 3. Mut. in consuet. Senat. Panorm. cap. 34. post num. 30. Cumi. super Rit. M. R. C. c. 40. n. 130. Nepit. super consuet. Catan. tit. 3. num. 122. fol. 74. Surd. dec. 211.* Et sic possidendo rem dotalem precario nomine vxoris, possessio ciuilis est penes vxorem, & ratione dictæ possessionis ciuilis soluto matrimonio maritus non habet istud beneficium: sequitur *Ias. in d. §. fundum num. 8.* vbi dicit, quòd tunc hæredibus mulieris competeret rei vendicatio de iure communi contra maritum; quo casu maritus non gaudebit isto nostro beneficio, secundum *Bal. & alios in d. l. si filio familias.* & notaui supra *ampliat. 4. circa medium.*

2 Et † licet muliet soluto matrimonio per

mortem

mortem viri non possit;pro consequutione
suarum dotium accipere inuitis hæredibus
possessionem bonorum mariti l. dotis actione,
C. sol. matrim. Tamen istud facere poterit,
si in promissione restituendæ dotis precariũ
appositum fuerit, l. si seruus, C. quod cum
eo &c. secundum Bald. in l. 1. C. de seru.
pignor. dat. manum. Quæ Baldi opinio, &
decisio communiter ab omnibus recipitur,
& attestatur Siluan. cons. 97. vol. 2. Alexan.
cons. 183. num. 3. vol. 6. Dec. cons. 232. n. 1.
& 2. Bologn. in cons. 453. nu. 5. & Mut. d.
cap. 34 sub num. 3. Ratio Doctorum est per
3 † ciuilẽ possessionẽ per precarium translatã
vt sup. notaui, & per Cassan. cons. 39. n. 78.
4 quæ ciuilis possessio † facit, vt quis propria
authoritate possessionem possit accipere, seu
apprehendere, Imol. cons. 16. num. 3. l. clam
possidere, §. fin. ff. de acq. possess. c. olim causa
de restit. spol. notat Bart. in l. 3. num. 6. vers.
& isto casu, C. de pigno. Anch. quæst. famil. q. 23
post num. 6. Guid. Pap. dec. 432. numero 12. &
sic casu prædicto non gaudet isto beneficio:
maximè si in instrumento dotali esset clausu-
5 la constituti, per quam † transfertur ciuilis, &
naturalis possessio, & dominium. Bar. in d. l.
interdum, & in l. si quis ante num. 3. ff. de acq.
poss. & in l. quod meo, in princ. eodem tit. & in
l. ab emptione, circa fin. ff. de pact. & l. quædam
mulier, ff. de rei vendic. Afflict. dec. 36. num. 2.
Pedem. Thesau. dec. 38. in princ. Siluan. cons. 26
num. 3. & 78. num. 13. Tiraq. in d. declar. 5.
de translat. poss. Turret. cons. 48. num. 5. lib. 1.
& cons. 93. num. 12. & 13. lib. 2. pract. Papien.
de form. poss. actor. vers. item quod præscripins
col. 1. & Cassan. d. cons. 39. num. 78. in princ.
Idem Cassan. ad regul. Cancel. dec. 2. de vnio-
nib. num. 15. Alex. d. cons. 121. num. 2. Afflict.
d. decis. 133. num. 9. Roland. Rodulph. in summ.
par. 1. fol. 6. à tergo, vers. debet ergo instrumen-
tum, titul. de emption. & vendition. vbi dicit,
quòd constitutum transfert possessionem
actualiter; & naturaliter. Gramm. d. decis. 92.
num. 22. & 23. vbi loquitur in marito consti-
tuente in instrumento dotali se possidere
nomine vxoris, prout in casu nostro; adde
eximium D. meum de Mastrill. decis. 143. nu-
mer. 7. & 8. part. 2. Et quòd per constitutum
omnis transferatur possessio, dixit Boer. deci-
sion. 182. & transfertur possessio, & domi-
nium, sicut per veram traditionem, dixit
Andr. ab Exea, de pact. colum. 2. numer. 136.
Rodoan. de reb. eccles. non alienand. numer. 3. in
fine, Albens. cons. 4. num. 14. par. prima, vers.
item facit; ibique dicit magis communem
opinionem, secundum Socyn. in l. 1. §. si vir
vxori column. 2. num. 14. ff. de acquir. poss. gloss.
in l. 2. C. de dot. caut. non numeran. Decia.
6 resp. 21. numer. 17. volum. 2. vbi dicit, † quòd
clausula constituti transfert veram possessio-
nem, & propriam, licet ex actu ficto transfe-
ratur, dixit Cumia super Rit. M. R. C. huius
Regni cap. 33. num. 273. & testatur ibi de
magis communi opinione, per Tiraquel. de
constit. par. 1. ampl. 1. num. 7. in fin. dixit etiam
Hippol. de Marsil. sing. 412. num. 4.

Et licet constitutum dicatur ficta traditio,
Palat. Ruu. in repet. Rubr. de donat. int. vir. &
vxor. §. 76. fol. 88. num. 2. Pet. de Greg. de No-
stratibus, de iudic. caus. feudal. quæst. 17. post
num. 30. Nepit. super consuetud. Catinens. tit. 42.
in consuetud. 1. de bon. reluend. num. 26. fol. 294.
7 Tamen † transfertur vera, & propria possessio,
vt Nepit. loco cit. ac etiam vtile dominium
l. certe, §. 1. & §. Iulianus, ff. de precar. dicit
etiam Cornel. Beninc. de pauper. quæst. 7. priui-
leg. 6. in contr. num. 23. præsenti, vel absenti
per stipulationem notarij, Rub. Alexand. con-
sil. 117. & vera quidem possessio acquiritur,
8 dixit Natt. cons. 171. num. 3. lib. 1. & sic † solu-
luto matrimonio in continenti non solum
dominium in mulierem translatum esset per
d. l. in rebus de iur. dot. sed etiam possessio, iuxta
d. l. interdum, & per iuta supradicta; quo
casu in solidum tenetur maritus, dixit etiam
Brun. de cession. bon. part. 4. principal. quæst. 20.
post numer. 2. in fin. & vxor potest virtute dicti
constituti rem propria authoritate occupare,
vt est glossa singularis in l. cum creditore, ff. de
furt. de qua facit magnum festum, Vital. in
lib. clausul. in clausul. constituit se precar. nom.
possid. column. 5. tenet etiam Bart. in d. l. 3. de
pignorib. Andr. Siculus in cap. fin. column. 4. in
fin. de precar. refert, & sequitur Ruuios dicto
§. 76. post numer. 2. sequitur Siluan. d. cons. 26.
numer. 5. & dicto cons. 97. numer. 24. Aret. con-
sil. 21. column. fin. Soc. cons. 82. numer. 8. versic.
quinta conclusio, volum. 3. Fan. de pignor. par. 4.
num. 21. versic. illud tamen limitat vtiliter, &
num. 32. versic. 11. conclusio: Tanto magis si
† maritus se constituit possidere, & tenere
nomine vxoris soluto matrimonio ex nunc
pro tunc, & è conuerso: quia licet constitũ-
tum sit collatum post mortem, vt aliqui te-
nent, quos infra notabo, tamen retrotrahitur
tunc à tempore inhabili ad tempus habile,
l. huiusmodi stipulatio, ff. de ver. obligat. & ibi
Doctores, inter quos Ang. Imol. Paul. Castr. &
Alex. in l. si ita stipulatus fuero, & ibi quoque
Bar. & Bald. eo. tit. & notat Io. Andr. in c. cum
in cunctis, col. 5. vers. item expresso, de elect. in
nouell. Alex. cons. 83. num. 6. in fin. lib. 2. Guid.
Pap. dec. 768. Ias. cons. 147. lib. 2. col. 4. in princ.
Negusant. d. tract. de pignor. par. 2. memb. 2. n. 4.
& 5. Caballin. milleloq. 554. par. 2. Purpur. con-
sil. 557. num. 34. lib. 2. Tiraq. in tract. de retract.
conuent. §. 2. gloss. vnic. num. 85. & 86. Crot.
in d. l. is qui pro emptore, numer. 52. post Oldr.
consil. 39. Paris. cons. 11. lib. 1. Franc. Aret. cons.
106. col. 4. vers. sed certe, Barbat. cons. 64. scri-
bitur Exod. col. antepe. lib. 4. Franc. Rip. in l. 1.
num. 8. ff. de pignor. Stephan. Bertrand. cons. 79.
col. 1. lib. 1. Barth. Cassan. cons. 54. num. 4. vers.
decimoquarto, & post num. 68. vers. ad quartum
in fin. Neuiz. cons. 82. nu. 25. in fin. Ias. in l. quam-
uis col. 4. vers. nota diligenter, C. de rei vendic.
Siluan. cons. 97. num. 3. Georg. Natt. in repet.
clement. sæpe, §. & quia, in glossa, in verb. non

*obstante col.*15. *de verb. sign. Natt. d.cons.*453. *num.*6. *Caualc. dec.*13. *num.*27. *par.*1. *Surd. d. cons.*171. *num.*22. *lib.*2. *et cons.*221. *num.*53.
10 *et cons.*178. *num.*12. *eo. lib.*2. Vbi † natura clausulæ prædictæ (*ex nunc pro tunc, et è conuerso*) est retrahere dispositionem ad tempus aptum, secundum *gloss. Ang. et alios in l.*1. *in verb. iudicium circa finem, et ibi gloss. num.*4. *C. de codicill. glos. Cardin. et Imol. in clem. nolentes, de hæret.* Bart. *decision.*47. *numer.*79. *Tiraq. d. limit.*2. *numer.*15. *et* 16. *de constit.*

Tandem *Pedem. Thesau. decis.*38. *post nu.*1. tenet contrariam opinionem tanquam veriorem, & communem. Ratio est ibi, quia †
11 constitutum collatum post tempus mortis, nihil operatur, vbi allegat *Alex. in l. quamuis* §. *si conductor, numer.*7. *ff. de acquir. possess. et ibi* Bald. *de Seysell. Idem Alexand. consil.*82. *num.*9. *in fin. versic. quod ante, et cons.*83. *lib.*2. *Decius in d. l. contractus post num.*12. *versic. item notandum est*, dicens: Constitutum non potest conferri post mortem, quia confertur in tempus, quo possessio defuncti erat penitus interrupta, *l. cum hæredes, de acq. poss. Paris. cons.*98. *num.*21. *lib.*4. *Crott. in repetit. l. si quis pro emptore num.*57. *ff. de vsucapio. Gabriel. cons.*141. *num.*5. *Natt. consil.*189. *& per Roma. Corn. Gozad. Grat. Tiraq. & alios, per Menoch. citatos in tract. de recup. poss. remed.*14. *num.*64. Ratio est ibi, quia
12 † constitutum morte constituentis extinguitur *Affl. d. decis.*335. *num.*9. *&* 10. ratio est ibi, quia non potest quis constituere precario possidere post mortem: communem opinionem etiam dicit *Syluan. d. cons.*97. *num.*1. *& post num.*21. *Surd. d. cons.*171. *num.*2. *secundum Angel. in d. l. quamuis*, §. 1. *de acq. poss.* vbi indistincte tenet quòd constitutum collatum post mortem, non valet. Dicit etiam *Decius cons.*247. *num.*6. *in fine*, etiam in casu nostro, quando maritus in instrumento dotali se constituit possidere soluto matrimonio, ex nunc pro tunc, & è conuerso nomine vxoris, quia mortuo marito, cum esset restituenda dos vxori superstiti, non habet locum constitutum, ex quo erat collatum in dictum casum, & tempus, à quo incipere non poterat, ex quo non possidet eueniente casu restitutionis, secundum *Pedem. d. decis.*38. *num.*4. & dicit, quòd non obstat, quod ad tempus mortis videatur collatum constitutum, quia conditio non nisi post mortem cuenit: quo casu cum non possideat constituens deficiente animo, consequenter cessauit constituti effectus, secun-
13 dum *Gabriel. d. cons.*141. *num.*6. quia † nemo potest se constituere precario nomine vxoris possidere post mortem suam, secundum *Ang. in d. l. quamuis* §. 1. *& Alex. in d. consil.*82. *numer.*9. *&* 10. *lib.*2. *Affl. d. decis.*335. *num.*6.

Maximè in præiudicium tertij: quo casu
14 † non obstat illa clausula (*ex nunc pro tunc, & è conuerso*) quia conditio nunquam retrotrahitur in præiudicium tertij, in terminis tenet *Decius d. cons.*247. *per totum, Hostiens. in summ. de conditio. apposit.* §. *quæ conditio, Bal. in l.* 1. *colum. vltim. & ibi Salyc. colum.*1. *C. an seru. ex suo fact. Alexand. cons.*228. *numer.*4. *volum.*6. *Tiraq. in d. tract. de vtroque retract. tit. de re tract. conuent. loco cit. nu.*87. & per ea, quæ dicit *Ias. in d. l.*1. *de codicill. Alb. Mandell. cons.*103. *Loffred. consil.*189. *num.*2. *Vinc. de Franch. decis.*74. *Couar. var. resolut. cap.* 14. *lib.*1. *Io. Bolognet. consil.*7. *num.*22. *&* 23. Ratio est supra dicta: quia conditio viri post mortem euenit: quo casu constituens non possidet, & *Lancellot. de attentat. cap.* 4. *num.* 363. & ita fuit iudicatum, vt refert *Pedem. loco cit. post Siluan. d. consil.* 93. *num.* 17. *&* 18. *& post num.*21. dicit veram & communem opinionem.

Quæ opinio communis est vera in præiudicium tertij, scilicet quando bona mariti sunt penes tertium possessorem, quia tunc non fit retrotractio in præiudicium tertij, *Surd. dict. consil.* 221. *post num.*53. *lib.* 2. *Anch. quæst. famil. dict. quæst.* 23. *in princ.* & sic non obstat ista clausula (*ex nunc pro tunc, & è conuerso*) in præiudicium tertij, per iura, & Doctores superius not. *& Natt. d. consil.*189. *n.*1. *& Tiraq. in tract. de translation. poss. p.*5. *declar.*3. *n.*1.
15 *vsq; ad* 8. licet † constituti clausula contra tertium habeat exequutionem paratam, *Cumia super Rit. M. R. C. cap.* 19. *numer.* 115. *Aret. consil.* 21. *col. pen. in fin. Soc. d. consil.* 82. *col.*3. *Marant. p.*6. *art. vlt. num.*37. *de ord. iud. Natt. consil.* 81. *num.* 2. *lib.* 1. absq; excussione bonorum mariti, vt *ibi, & Bernar. Henric. in sua aurea mag. commun. opin. concl.* 143. *lib.* 3. *per Soc. consil.* 82. *lib.* 2. vbi dicit magis communem: vide *Vinc. Caro. de excus. bon. fol.*266. *Boer. decis.* 182. *num.* 55. *Affl. decis.* 139. *post num.*6. dicens, quòd in Reg. Neapolitano est
16 pragmatica Regis Ferdinandi, quòd † vbi est precarium in obligatione bonorum, potest agi contra tertium possessorem absque discussione principalis: secus quando non agitur de præiudicio tertij, vel quando bona sunt penes hæredem, qui possidet nomine constituentis, quia repræsentat personam defuncti, & censetur eo nomine possidere, quo possidebat defunctus. *Paul. Castr. in l. neque post num.*2. *C. de vsufruct.* sequitur *Caguol. in d. l. contractus num.*27. *versic. & nota quòd mortuo, ff. de regular. iur. Surd. d. cons.*221. *post num.*53. *Fr. Marianus Maring. in praxi M. R. C. notab.*67. *post num.*2. *versic. licet ca-*
17 *pit. huius Regni*: & isto casu † constitutum collatum post mortem mariti constituentis cum illa clausula (*ex nunc pro tunc, & è conuerso*) est validum, quia operatur clausula illa isto casu, vt futurum tempus videatur inesse præsenti, & actus potest initium sumere ex quocunque tempore. *Bal. in cap.*1. *colum.*6. *de milit. vassal. qui contum. est, & And. Imol. & Alexand. in dicta lege, huiusmo-*

huiuſmodi, *la 2. ff. de verb. oblig. Rip. in lege, conuentio generalis*, *num.5. de pignor.* vbi di-
18 cit, quòd † clauſula facit vnum tempus in-
eſſe alteri: & ſecundum iſtum caſum proce-
dit prima opinio Doctorum, quòd clau-
ſula prædicta retrotrahitur à tempore inha-
bili ad tempus habile, quia dictio (*ex nunc*)
ſignificat actum verbi prolati. & (*tunc*) ſigni-
ficat effectum verbi conſummati, *Guid. Pap.*
19 *dec.588. num. 2.* & † ſic verba prædicta ſigni-
ficant præſentem verbi actum, ſed futurum
effectum, *l. lecta, ff. ſi cer. pet. ſecundum Guid.
Pap. loco cit. num.1. in fin.*

Nec obſtat ratio illa, quòd mortuo ma-
rito, mulier non poſſidet; quia illud Docto-
rum dictum intelligitur de naturali poſſeſſio-
ne, quam retinebat vir nomine vxoris, quam
20 poſſeſſionem ſine dubio mulier per mortem
mariti amittit, quia indiget corporali reten-
tione *l. 3. §. qui ad nundinas, ff. de acq. poſſ.
Bar. in l.1. in princ. & num.26. & 27. ff. eod.
& gloſſ. in l. ſi id quod poſſidemus §. quod autem
ſolo animo, in verbo, corporalis, ff. eod.* licet
21 † naturalis poſſeſſio etiam animo retinea-
tur, vt dicit *Bar. in d. l.1. poſt num.26. & ibi
gloſſ. in verb. ait. Bertac. in verſ. poſſeſſio na-
turalis, verſ.1. & 2.* ſed ibi de naturali poſſeſ-
ſione iam capta, quæ per ingreſſum, & egreſ-
ſum animo retinetur *l. colonus, ff. de acq. poſ-
ſeſſ.* alias in caſu noſtro, quæ per vxorem
22 non eſt capta, ſed † tantum poſſeſſio ciui-
lis eſt penes eam virtute dictæ clauſulæ, quæ
ſolo animo retinetur, *d. §. qui ad nundinas, &
d. §. quod autem ſolo animo, l. generaliter, & l. ſi
duo, & ibi gloſ. ff. de acq. poſ. Bertac. in d. ver. poſ-
ſeſſio ciuilis, verſ.1.* Et ſic non eſt verum quod
mortuo marito, vxor non poſſidet, quia poſt
mortem viri habet poſſeſſionem ciuilem, vt
cenſuit *Claud. Aquenſ. in l. exitus, ff. de acq. poſſ.
ſequitur Tiraq. in tract. de iure conſtit. in 1. p. li-
mit.13.* & in caſu noſtro in terminis refert
Ancha. d. qu.23. n.6. ergo vxor ſemper habuit
23 ciuilem poſſeſſionem, & patet, quia † poſſeſ-
ſio ciuilis eſt cauſa acquirendi dominium, *ff.
commod. vel contr. gloſ. in l. ſi certo, §. ſi duobus
verb. dominium.* & vxor poteſt petere dominiũ,
& in poſſeſſionem naturalem mitti, vt *Pedem.
d. dec.38. in fin.* vbi dicit, quod conſtitutarius
24 poteſt pati ſe mitti in poſſeſſionem virtute il-
lius clauſulæ, & illam ab hæredibus petere,
ſcilicet naturalem poſſeſſionem, quæ eſt pe-
nes hæredes, *Bar. in l. creditores poſt n.12. C. de
pignor.* vbi dicit, quod clauſula prædicta ope-
ratur, quod ciuilis poſſeſſio videatur transfer-
ri in creditorem: naturalis verò remanet pœ-
nes illum, qui conſtituit ſe precario nomine
poſſidere, & *Alex. in d. l. quamuis, ff. de acq. poſſ.*
dicens, quòd operatur huiuſmodi conſtitu-
tum quò ad dominium, quod remanet in hæ-
raditate, *Neuiz. d. conſ.82. num.19.* & ſic de
corporali poſſeſſione intelligitur.

Nec obſtant iura, & Doctores, dicentes,
35 quòd † ille, qui poſſidet virtute dicti con-
ſtituti, poteſt propria authoritate rem oc-
cupare: quia hoc intelligitur in poſſeſsione
vacante, dicit *Tiraq. in d. tract. de translation.
poſſ. d. declar.3. num.8.* Ratio eſt ibi, quia
neque prædo debet ſpoliari ſua poſſeſsione
*l. colonus, & l. cum fundum, ff. de vi, et vi armat.
c. in literis de reſtit. ſpol. Dec. in l. vlt. colum.2.
verſic. & etiamſi decretum, C. de edict. Diui
Adri. toll. Corn. conſ.166. col. pen. verſ. his ta-
men non obſtantibus lib.1.* & ante eos, *Bal. con-*
26 *ſil.452. lib.4.* Et † ſic vxor iſto caſu habet
ciuilem poſſeſsionem. quæ eſt cauſa petendi
dominium non obſtante morte mariti: pro-
27 batur etiam per *d. l. ſi id quod, §. 1.* vbi † do-
minus poſsidens per colonos, aut ſeruos, ſi
moriantur, intelligitur per eos poſsidere
ciuiliter: facit etiam *l. ſi de eo, §. 1. ff. de
acq. poſſ.* vbi ſi colonus moriatur, naturalis
poſſeſsio perditur, & etiam ciuilis, ſi natu-
ralem dominus negligit adipiſci, ſequitur
Ancha. d. quæſt.23. poſt numer.9. ergo ciuilis
erat in domino, qui poſsidet mortuo colo-
no: idem ergo in vxore, quæ poſsidet per
virum virtute dictæ clauſulæ.
28 Nec obſtat, quòd † duo non poſſunt
vnam & eandem rem inſolidum poſsidere,
d. l.3. §. ex contrario, ff. de acq. poſſ. quia il-
lud intelligitur eodem modo, ſecus diuerſo
modo, ſcilicet vnus ciuiliter, alter naturali-
ter, *vt hic, & gloſſ. in d. l. ſi duo, verſ. ſi duo,
in fin. ff. vti poſſid. d. §. ex contrario, & ibi
Doctores. gloſſ. in d. l. ſi certo loco, §. dominium,
verſ. diuerſo tamen iure*; & ideo mulier dici-
tur eſſe in poſſeſsione, quia iſta ciuilis poſ-
ſeſsio non indiget corporali retentione, vt
29 iura prædicta; Quæ ciuilis † poſſeſsio facit
ceſſare iſtud noſtrum beneficium, ſecundum
Bal. & alios, quos ſupra notaui.

Poteſt etiam dici, quòd in caſu ſoluti ma-
30 trimonij per mortem viri, iſtud † conſtitu-
tum non dicitur collatum poſt mortem ma-
riti, ſed in tempus mortis, quia tunc opera-
bitur effectum ſuum, dixit *Dec. in d. l. ſi con-
tractus poſt numer.12. verſic. ſecus, ff. de reg.
iuris.* nam vt primum deuenit maritus ad
eum ſtatum moriendi, vt inciperet, & cer-
tum eſſet, eum viuere non poſſe, tunc dici-
tur eueniſſe caſus dotis reſtituendæ, *l. qui
duo, §.1. ff. de manum. teſtam. l. ab omnibus,
§. cum quidam ff. de leg.1.* Ideo conſtitutum
tunc operabitur effectum ſuum, ſecundum
Oldr. conſ.139. in 5. dub. quam opinionem ſe-
quitur *Crot. in d. lege, ſi is, qui pro emptore, poſt
nu.206. in fin. de vſucapio.* & ſecundum iſtam
opinionem procedit *deciſ. Guid. Pap.268.* di-
cens, quòd † per clauſulam prædictam ex
verbis prædictis (*ex nunc pro tunc*) cenſetur
dominium translatum in puncto mortis, ſeu
per momentum ante mortẽ, & *Neuiz. d. conſ.
82. nu.25. in fin. Pedem. d. deciſ.38. n.3.* refert
ibi, hoc eſſe pulchrum dictum: ergo non dici-
tur cõſtitutum collatum ad tempus inhabile,
ſed in puncto mortis, aut per momentũ ante
mortẽ, quod eſt tempus habile, *vt per Crot. poſt*
31 *Oldr. loco cit.* Præſertim quòd † conſtitutum

L 2 in

in instrumento dotali isto nostro casu non
est semper collatum post mortem constituen-
tis, ex quo matrimonium solui potest per
mortem mulieris, & virtute dictæ clausulæ
constituti quando maritus se constituit possi-
dere, & tenere soluto matrimonio nomine
vxoris, & hæredum, & suorum quorumcun-
que ex nunc pro tunc, & è côuerso, post mor-
33 tem vxoris † dominium, & possessio transit
in hæredem mulieris, *Rip. in l. 1. num. 38. ff.
solut. matrim. Alex. in l. si mora, ff. eod. & in l.
Nesennius, §. fundum, ff. de reiuendic. & text.
in l. quod meo, ff. de acq. poss. & per d. l. certè ff.
de precar.* ergo constitutum suum sortitur ef-
34 fectum; & aliquando † soluitur matrimonium
in vita coniugum propter aliquod iuris im-
pedimentum, & notaui *in quæst. 2. ampl. 4.
vers. soluitur*; & sic dictis casibus non dicitur
collatum post mortem constituentis: eo ma-
35 gis quòd † dos restituitur constante matri-
monio propter inopiam viri, & notaui sup.
in vers. secundo casu si vir dissipat quando
maritus se constituit possidere, & tenere no-
mine vxoris ex nunc pro tunc, & è conuerso,
& in omnem casum, & euentum restituendæ,
& côsignandæ dotis, vt expresse dicit *Gramm.
d. decis. 92. num. 21.* & ita videtur sentire
*Natt. in cons. 81. num. 2. lib. 1. & not. Docto-
res*, quos sup. notaui *in vers. & vt procedat ista
restitutio dotis*; & sic ista clausula constituti
non semper suum sortitur effectum post mor-
tem mariti: ex quo poterat euenire casus re-
stituendæ dotis ante mortem mariti: & ideo
tempore constituti transfertur possessio, cum
sit tempus habile, *vt per Doctores supra no-
tani*.

Sed ad remouendam Doctorum contro-
uersiam seruanda est talis cautela, scilicet,
36 quòd † maritus in instrumento dotali se con-
stituit possidere, & tenere pridie nomine vxo-
ris, antequam solueretur matrimonium,
*Bolognett. d. consil. 7. num. 23. Cassan. consil. 53.
num. 4.* vbi dicit, quod verba prædicta faciunt
retrotrahi actum ad tempus, quo restitutio
poterit habere effectum, & isto casu ius est
acquisitum vxori pridie ante mariti mortem,
& in patrimonio vxoris incorporatum *l. sed
& si plures, §. filio impuberi, ff. de vulg. & pup.
substit. Bart. in l. qui se patris, C. vnde liber.* &
37 sic remanet dicendum, quòd † maritus pos-
sidens dotem, tam precario, quam consti-
tuti nomine vxoris, in solidum exigitur ad do-
tis restitutionem, vt dicit *Bar. in d. l. si filio
familias num. 2. vers. si autem maritus, & ibi
Angel.* dicens: Sit ergo cauta mulier, quæ
non vult in hoc priuilegio incidere, vt soluto
matrimonio constituat se possidere precario
nomine; ita tenet *Brun. d. quæst. 20. p. 4. princ.
post num. 2. vers. sed tu ingenue, Tiraq. de iur.
constit. in 1. p. num. 28. vers. licentiam, & vers.
hinc ita fit.*

Ad hoc est notandum, quòd vt precarium,
& constitutum suum sortiantur effectum, ne-
38 cesse est quòd † constituens tempore côstituti
possideat, *Run. in d. §. 76. in addi. post num. 2.
in fin. in repet. Rubr. de don. int. vir. & vx.* al-
legat *Ioannem in viatorio suo iuris, sub rubr. de
don. int. vir. & vx. col. 3. Bal. in cap. 1. §. si quis,
in fin. de feud. dat. in vic. leg. commiss. & gloss.
in d. l. quamuis ff. de acq. poss. Affl. d. decis. 335.
num. 4.* vbi dicit, vt precarium operetur effe-
ctum suum, debet probare, quòd tempore
precarij constituti ipse possidebat naturali-
ter, aliàs precarium nil operatur, *Ang. consil.
304. Bar. & Ang. in l. quadam mulier ff. rei ven-
dic.* hoc idem voluit *gloss. & Ang. in l. 2. in ver.
tradita, C. de acq. poss. & Bal. in l. 1. C. quand.
lit. ab empt. disced.* vbi dicit, hanc esse verio-
rem: licet postea cœperit possidere: quia in
noua possessione non est consensus inter par-
tes, vt ibi dicit *Affl. secundum Ant. de Butri in
c. cum conuenisset, de resti. spol. & in repet. cap. fin.
16. col. de caus. poss. & propriet. Alex. cons. 10.
vol. 4. num. 2. & in d. l. quamuis §. 1. circa fin. post
Ang. ibi*, & firmat *Ias. in d. l. ab emptione 8.
col. vers. secundo limita, ff. de pact. & Bald. in
Rubr. de contrahend. empt.*

Hoc autem est verum quàndo agitur de
præiudicio tertij, secus de præiudicio consti-
tuentis, & eius hæredum: quia tunc non re-
39 quiritur talis probatio, sed † solum constitu-
tum probat contra constituentem, & hæredes
eius absque aliqua probatione, *Cagnol. in d. l.
contractus numer. 34. versic. quantum ad ea, &
num. 44. de reg. iur. Ang. in l. quædam mulier
vers. item attende ff. de re iud. Tiraq. in d. tractat.
de iur. constit. vel iust. possess. in 3. p. in 1. limit.
num. 20. vers. secundò hoc Bal. in l. siue autem
§. 1. ff. de publi. Soc. cons. 187. col. 5. vers. se-
cundo, vol. 2. & cons. 106. vol. 5. Purpur. in l. is
apud quem col. 8. num. 13. Claud. Aquens. de Sey-
sell. in l. quod meo col. fin. ff. de acq. poss. Hie-
ron. Grat. consil. 42. col. 2. vers. quarto respon-
deo vol. 2. Plot. post eos, in §. 4. num. 56. fol. 44.
à tergo, de in lit. iurand.* Secus si contractus
40 est nullus, quia † possessio, data in dicto
contractu nullo virtute precarij, & consti-
tuti, est nulla. *Run. dict. §. 76. post numer. 6.
vers. nec obstat, Bal. in terminis in l. ex testa-
mento, C. de fidei commiss. tex. in lege fin. ff. de
constitut. pecun. Idem Bald. in l. si absentis,
C. si cer. pet. Pet. de Greg. in quæst. 18. num. 8.
& 9. de Iudicijs caus. feudal. Alex. in d. l. 1.
§. si vir. ff. de acq. poss.* & est *glossa singularis in
l. sed cum patrono, in vers. Fauiana, ff si quid in
fraudem patro. Affl. decis. 331. num. 3. Bar. in
l. rem si aliquam, in 2. memb. princip. ff. de acq.
poss. Bal. in l. non dubium in 10. opposit. C. de
leg. Plot. in d. §. 6. num. 21. d. tract. de in lit. iu-
ran.* vbi dicit: Quamuis contractus princi-
41 palis sit nullus, & inutilis, sit etiam † nullum
constitutum, in eo appositum, & ex eo non
transferatur possessio, secundum communem
opinionem, nisi interueniat actus facti, idest
traditio, *vt ibi, sub num. 18. per text. in d. l. 1.
§. si vir vxori, & ibi Bar. Paul. Castr. Alex. &
Ias. ff. de acq. poss. Tiraq. in d. tractat. de iur.
constit. poss. par. 3. lib. 7. num. 13. vers. ex quibus;*

Ta-

42 Tamen † talis contractus nullus, & constitutum nullum, in eo appositum, excusat illum, qui habet pro se contractum nullum, & constitutum nullum, si eorum vigore, & prætextu, propria authoritate, & per vim, etiam manu armata ingressus fuerit possessionem prædiorum, etiamsi inuenisset constituentem contradicentem, & excusatur à dolo, & latà culpa, & ab omni pœna criminali, per *Barth. Cepoll. cons.4. Bal. cons.410. vol.1. Crauett. cons.18.*

43 Hoc † tamen est verum, si cesset timor scandali, aliàs secus saltem non excusatur à pœna extraordinaria; *Alexand. consil.135. vol.1. circa princip. Cepoll. cons.26. refert Plot. ibi, post num.21. vers. & prædicta*: quicquid dicant *Decius cons.202. post num.6. vers. tertio etiam fundamento, col.4. Carol. Ruy. cons.137. col. fin. vol.1. Cepoll. d. cons.4. Socyn. cons.49. vol.3. col.2. gloss. post Azon. ab ea citatum, in l. si aliquam rem, & ibi Bart. col. 1. vers. sed quæro vtrum perdetur, & ibi Imol. Raphael Cuman. Paul. Castr. & Alex. ff. de acq. possess.* & eo magis excusatur, ex quo sunt nonnulli

44 Doctores tenentes, quòd † ex contractu nullo, & constituto in eo apposito transferatur possessio absque reali traditione, tradit *Plot. post d. num.21. vers. & illud maximè procedit, loco cit. per Tiraq. in d.7. limit. num.17. vers. sed vt redeamus.*

Tandem in contrarium est opinio, quod
45 † ex contractu nullo, & constituto, in eo apposito, non transfertur possessio; à qua non est recedendum: & sic maritus casu isto de iure non habet istud beneficium: sed in isto Regno de consuetudine seruatur contrarium, quòd, non obstantibus dictis clausulis maritus admittitur ad istud beneficium, vt est videre in princ. huius q. & infra: bene verum est, quòd ista exceptio nunquam fuit proposita; nec allegata, vt vidi per nonnullas Aduocatorum allegationes in fauorem vxoris contra viri hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ex dolo ratione sui delicti pauper effectus, amittit beneficium, deducto ne ege. 1. & num. 12.*
2 *Dolus probatur per testes.*
3 *Intentio magis attenditur in dolo quam factum in omnibus, ab animo dependentibus.*
4 *Delictum semper est punibile, quando præuidetur euenire potuisse, præter in opera licita ex casu factum.*
5 *Dormiens æquiparatur furioso.*
6 *Furiosus non tenetur ex delicto, quia nescit quod facit.*
7 *Dormiens mutilans, & occidens, non incurrit irregularitatem, quia naturali vitio parcendum est.*
8 *Dormiens solitus sumere arma, non præcauendo, non excusatur à delicto in somno & n. 10.*
9 *Dormientes multi arma ceperunt. & multa fecerunt.*
10 *Delinquentes in somnijs puniuntur, qui possunt præcaueri, pœna extraordinaria.*
11 *Delinquentes extra propositum, pœna extraordinaria sunt puniendi.*
12 *Maritus, gubernans bona sua propria, & vxoris suæ, dolum committens, vel latam culpam circa bona dotalia, in solidum exigitur, & amittit beneficium deducto ne egeat.*
13 *Lata culpa in administratione bonorum dotalium dolo æquiparatur.*

FALLENTIA Secunda.



1 SECVNDO fallit, quòd † maritus non gaudet isto nostro priuilegio deducto ne egeat, quãdo conuenitur ex suo delicto, vel dolo; ratio est, quia delinquenti non datur priuilegiũ, *l. si quis dolo, ff. de re indic. Campeg. in d. tract. de dot. par.3. quæst.246. & 263. Io. Oinotom. in §. item si de dote num.4. vbi Ang. Aret. num.4. instit. de action. l. qui cum se, & l. si rerum amotarum, vbi Bart. & Paul. Castr. ff. de re iud. gloss. in l. diuortio, in verb. facere, ff. de reg. iur. Palat. Rub. in repet. c. per vestras, §. 24. post num.7. par.4. fol.162. de donat. int. vir. & vx. & in §.21. nu.14. in princ. fol.20.1. par. l. etiam*
2 *filios, §. 3. in princ. & ibi gloss. Bar. & Alex. num.3. post num.6. ff. sol. matrim. Bapt. de Sancto Blas. de dot. cent.2. post num.82. & cent.4. num.14. Surd. de alim. d. quæst.78. numer.42. vsque ad num.47. Marc. Ant. de Amat. dec.16. post numer.23. Bal. in c. quæ in ecclesiarum, de constit. & in c. sedes de rescript.* de quo latè *Ias. in auth. res quæ num.21. & seq. C. comm. de legat. Benincas. de paupert. quæst. 8. in 2. special. in contract. num 15. Gasp. Baet. de ino-*
3 *pe debit. quæst.17. num.13.* vbi dicit, quòd dolus est delictum, & ideo maritus amittit priuilegium, quando dolosè fecit circa res suas, ne ab eo solidum peteretur, *Rol. Rodulph. in summ. in §. beneficium, vt quis in gloss. col.1. circa fin. fol.273. a tergo, Intrigl. de casib. conscien. d. casu 35. num 45. & 46. Dyn. in §. sunt præterea num.13. de action. Gomes. in §. si quis in fraudem, num.32. de action. Alberic. de Rosate in d. l. si quis dolo, ff. de re iud.* & notant Doctores in *l. si quis dolo, ff. si quis alio. testat. prohibuer. Brun. de cess. bon. quæst.20. 4. part. princip. num.3. & 6. l. in rebus, ff. de iur. dot. Ang. & Bal. in l. maritum 1. opposit. ff. solut. matrim. Franch. decis.164. num.11. Decian. resp.121. num.21. lib.3.* vbi dicit, quòd beneficium

ficium, ne quis conueniatur vltra quam face-
re potest, deducto ne egeat, non concedi-
tur ei, qui ob eius delictum incidit in in-
opiam, communem sententiam dicit Cam-
peg. d. quæst. 262. & sic ratione doli non habet
istud beneficium, Giurba d. decis. 43. num. 3.
Farin. quæst. 26. num. 5. Natt. consil. 361. num. 2.
7. Marc. Anto. Genu. in prax. Archiep. cap. 3.
num. 6. Laderch. cons. 30. num. 4. Macerat. var.
lib. 1. resolut. 41. num. 1. Cost. subsid. Remed. 28.
sub num. 7. Marta de iurisdict. p. 4. consil. 2. cas.
186. num. 4. Put. decis. 251. & decis. 394. p. 1.
Brun. à Sol. quæst. 9. num. 6. Fontanell. de pact.
nupt. claus. 7. gloss. 3. p. 3. num. 91. lib. 2. f. 743.
2 & † dolus probatur per testes, tex. est iuncta
gloss. in verb. animus enim, in l. Fulcinius, §. cum
hoc edictum ff. quib. ex caus. in possess. eatur. &
ibi animus dolosus probatur per ea, quæ di-
cit, & facit; & coniecturis probatur per ex-
trinseca, quæ iudicis sunt arbitraria, dicit
3 Giurb. d. dec. 43. num. 9. & 16. cum † in dolo
magis attendatur intentio, quam factum,
Bal. in d. §. licet, vers. quamuis, vbi dicit, hoc
verum esse, in omnibus, ab animo depen-
dentibus, allegat l. eum qui §. cum alijs, & §. si
iniuria, ff. de iniur. l. 1. §. Diuus Adrianus, &
l. Diuus Adrianus, vbi in maleficio voluntas
testatur, & non exitus, ff. ad l. Iul. de sicar. &
ibi Bar. hoc est quò ad pœnam ordinariam,
4 sed quò ad pœnam extraordinariam † deli-
ctum semper est punibile, quando præuidetur
euenire potuisse, præter in opera licita, ex ca-
su factum, vt Bart. in l. respiciendum, §. deli-
querunt num. 3. & 7. & in l. pen. ff. ad l. Pom-
pei. de parricid. vbi dicit, quòd si aliquis dor-
miendo aliquem percussit, si sciebat hæc sibi
euenire, punitur, quia debebat præuidere; si
non sciebat, non punitur; ratio est ibi, quia
5 æquiparatur furioso, l. 1. §. 1. ff. de acq. poss.
Bart. Tartag. in tract. crimin. p. 6. num. 56. Iac.
Nouell. tract. ad defens. nu. 41. tit. quib. ex caus.
hom. excus. Ias. in l. si duo, §. si quis ff. de iure-
iu. Sebast. Medi. in tracta de casib. fort. quæst. 17.
num. 7. Iac. Meno. de arbit. iud. cas. 327. num. 5.
6 lib. 2. caut. 4. & † furiosus non tenetur, quia
nescit quod facit cap. iudicat. 3. quæst. 9. Bar. in
d. §. deliquerunt, per l. infans, vel furiosus, ff.
ad l. Cornel. de Sicar. Seb. Medi. dict. quæst. 17.
num. 2. Ergo neque is, qui in somno deliquit,
si nesciebat. hanc partem tenet Pet. de Anch.
in clem. 1. numer. 3. de homic. vbi determinat,
7 quòd † si dormiens mutilat, vel occidat, non
incurrit irregularitatem; naturali enim vitio
parcendum est, alleg. l. 2. §. si non propter ff. si
quis cautionib.

Regulariter autem delinquens in somnijs,
non punitur, tex. in d. clem. 1. de homic. vbi
Card. Zabar. num. 8. quæst. 6. bene Io. de Vi-
tal. num. 20. & 25. Imol. num. 1. & 6. Didac.
Conar. 3. p. initio, nu. 6. Marian. Soc. num. 51.
c. ad audientiam de homic. Farin. quæst. 98. p. 3.
de pœn. temperand. num. 63. cum nonnullis am-
pliat. vsque ad num. 69. caut. 12. Seb. Medi. d.
tract. de casib. fortu. quæst. 1. num. 38. est viden-
dus Pet. Cened. in collectan. ad ius cano. coll. 17.
num. 4. p. 3. vbi alios allegat, licet ibi non de-
terminet; quod est verum, nisi culpa dormi-
tionem præcessisset, puta erat solitus dor-
miendo arma sumere, vt Anglus, secundum
Anch. loco citato post num. 3. & percutere; quia
8 † talis omnino, sciens suam consuetudinem,
nec præcauens, non excusatur, l. si seruus, §.
si quis insultum, vers. si fornacarius, & gloss. ibi
in verb. vel ignem, in vers. item nota hic, ff. ad
l. Aquil. Tiraq. de pœn. caus. 5. per tot. num. 11.
9 ponit † multos, qui dormientes re ipsa surre-
xerunt lecto, & ambulantes, arma ceperunt
multaque confecerunt sicut vigilantes, dicunt
etiam Bar. Tartag. in dict. tractat. crim. p. 6.
num. 57. Pet. de Anch. & Card. in d. clem. 1.
de homic. Plaz. cap. 1. de delict. Iac. Nouell. in
tract. ad defens. in d. tit. quib. ex caus. pœn. mort.
excus. post num. 41. Bar. in l. vt vim post num. 5.
ff. de inst. & iur. vbi refert, quod quidam Pi-
sanus se armabat dormiendo de nocte, & ibat
per ciuitatem cantando: idem Bar. & Bal. in
repet. l. 1. C. vnde vi, Gugl. de Cun. in l. Diuus,
ff. de offi. præsid. gloss. in cap. sunt, & cap. marito,
15. quæst. 1. Roman. in l. 1. §. adipiscimur, ff. de
acq. poss. Brun. de cessio. bon. quæst. 31. 4. p.
princip. post num. 4. refert Soc. in d. c. ad audien-
tiam num. 51. habuisse vicinam quamdam
puellam, quæ in somno surgebat, & panem
faciebat, dixit Farinac. loco citat. num. 62. Et
in similibus sæpius hoc audisse, dicit Tira-
quell. d. tract. de pœn. temper. caus. 5. num. 11.
Et quidam vir in hac vrbe Panormi erat soli-
tus surgere in somno, & eius apothecam ape-
rire, & postea excitatus à transeuntibus ami-
cis, illam claudebat: & alios scio dormien-
tes, qui surgunt de lecto, & se vestientes ar-
ma capiunt, & vnum habui in mea propria
10 domo; & † isto casu delinquentes in somnijs,
puniuntur, quia possunt præcauere, Farinac.
d. quæst. 98. num. 70. sed pœna extraordinaria
puniri debent, Iac. Nouel. tract. ad defens. loco
cit. post num. 41. Ias. post Rom. & alios, in d.
l. 1. §. adipiscimur. Hippol. in l. 1. lim. 10. ff. de
sicar. Ludou. Carre. in prax. crim. rub. de homic.
§. 6. num. 25. Menoc. d. cas. 327. num. 4. quam
opinionem dicit communem Didac. Conar. in
suis relectio d. 3. p. post num. 6. col. 9. in princ.
11 Ita † in delicto commisso extra propositum
delinquentis, Tiraq. in d. tract. de pœn. caus. 6.
num. 8. Cepoll. in cons. crim. 36. col. fin. vers. &
postremo, & cons. 33. num. 12. Alb. consil. 16.
num 20. Crauet. cons. 93. Pet. Caball. in resol.
crim. cas. 31. numer. 8. Laurent. Rot. Auenion.
dec. 29. adde Io. Aloys. Ricc. in collect. dec. colle.
662. & isto casu distinguendum est, secundum
Clar. in §. fin. quæst. 60. nu. 18. & 24. in pract.
crim. ad quem me remitto. In hoc autem Re-
gno Siciliæ adest Regni constitutio in tit. de
pœn. hom. al. occid. diuers. ex caus. constitu-
tio, qui dolose, cuius verba sunt hæc: Qui de
alto se ipsum præcipitat, & hominem occide-
rit, & qui ramum incautè proijcit, & non
proclamat, seu lapidem proijcit, hominemq;
occi-

occiderit, pœnæ capitali succumbat, sed ex quo non est præsentis speculationis, non insisto. Et ad rem nostram reuertendo, dico,
12 quod dicta quæstio supra notata, quod † maritus administrando bona propria, & suæ vxoris, dolum committens, ne ab eo solidum petatur, conuenitur insolidum, vel latam culpam circa bona dotalia tantum, secundum *Brun. d. quæst. 20. num. 33.* vbi allegat *Bal. Nouell. in d. tract. de dot. p. 7. priuil. 14. Bapt. de S. Georg. d. cent. 2. n. 37. priuil. 237. & cent. 3. numer. 41. priuil. 240. Alex. in d. §. licet, post num. 8. vers. sed ista, et Amat. dec. prædicta 16. num. 12.* vbi intelligendus est de lata culpa, in bonis dotalibus commissa, vt *Bal. notat. et Intrigl. d. cas. 35. num. 76. et 78. Giurb. dec. 43. num. 4. Campeg. de dot. p. 2. quæst. 262. Surd. de alim. tit. 2. quæst. 78. num. 43. Baet. de inop. debit. cap. 15. num. 11. cap. 16. num. 22. in fin.*
13 ratio est per Doctores, quia † lata culpa eo casu dolo æquiparatur, *& Bar. in l. quod ff. deposit. plene not. per Cagnol. in reg. contractus, in 1. notab. ff. de reg. iur.* licet secundum alios quando maritus committit latam culpam in bonis dotalibus, non amittat priuilegium, vt dicunt *Bar. de Bartolin. super l. 1. ff. sol. matrim. num. 448. Cordub. in l. si quis à liberis, §. sed filius num. 90. ff. de lib. agnosc.* vbi allegat alios, & dicit magis communem opinionem, & veriorem: sed veritas est, quod quando lata culpa est, quod dolo æquiparatur, *Mastrill. decis. 124. num. 10. lib. 2. vt supra notaui*, perdit maritus nostrum beneficium, per Doctores, quos etiam supra notaui; secus si non est in dolo, vt per Doctores paulo ante notatos.

SVMMARIVM.

1 *Maritus soluto matrimonio si satisdare potest, & non vult, de restituenda dote tempore legali, vel conuentionali, amittit beneficium, deducto ne egeat. & n. 5.*
2 *Muliere petente, maritum condemnari ad restituendum statim, deducto interusurio si maritus paratus est hoc facere, intentionem mutare non potest.*
3 *Mutatio, siue variatio circa diuersa permittitur.*
4 *Deductio interusurij medij temporis qualiter fiat.*
5 *Maritus habens dilationem soluto matrimonio ad restituendam dotem, cogitur satisdare ante tempus.*
6 *Maritus, habens dilationem à lege miserationis gratia, debet satisdare cum fideiussore de soluendo adueniente termino.*
7 *Dilatio, data à lege inanimata, requirit cautionem cum fideiussore.*
8 *Dilatio, data à Principe lege animata, requirit cautionem cum fideiussore & si non potest statim cauere, exigitur, nulla deductione facta.*
9 *Rescripta sunt odiosa, & intelligenda sine aliorum detrimento.*
10 *Cautio, concessa ab homine, legis ministro debet esse cum fideiussore; nam mitius agitur cum lege, quàm cum ministro legis.*
11 *Legem offendens committit contra vnum, & offendens ministrum legis, contra duos.*
12 *Dilatio, concessa in vltima voluntate, requirit cautionem cum fideiussore. Sed quid in dilatione concessa inter viuos, & debitor est suspectus de fuga, vel labatur facultatibus, vide ibid. num. 12.*
13 *Cautio quibus casibus danda sit, & sit exequenda.*
14 *Hæredes mariti soluto matrimonio, si incontinenti restituunt dotem, possunt retinere interusurium medij temporis.*

FALLENTIA
Tertia.



1 TERTIO fallit, † quòd maritus cõuenitur vltra quã facere potest, scilicet, in solidum soluto matrimonio, si satisdare potest, & non vult, de restituenda dote tempore legali, scilicet post [illegible], vel tempus conuentionale, per sententiam condemnatus, quoniam soluto matrimonio dari potest fideiussor, *glos. in l. 1. vers. an post solutum matrimonium C. ne fideius. dotium dentur, & ibi Ang.* secus si non potest: quia eo casu condemnatur deducto interusurio medij temporis, & statim fit exequutio, *Vinc. de Franch. decis. 216. numer. 5.*
2 & † sic mulier, quæ petit maritum condemnari ad restituendum statim deducto interusurio, si paratus est maritus hoc facere, non potest voluntatem mutare, *Bart. in d. l. si constante, §. quoties post num. 3. & ibi Alb. de Rosat. Alex. & Doctores omnes ff. solut. matrim. Bal. Nouell. de dot. p. 8. priuileg. 27. num. 2.* ratio est per *Roma.* per regulam, nemo potest mutare consilium, licet *Bal. ibi* teneat con-
3 trariam opinionem: ex quo † mutatio, siue variatio circa diuersa permittitur, vt *l. Aurelius, §. fi. de libe. legat.* ad hoc videndus est *Campeg. de dot. quæst. 202. p. 3.* vbi facit dupli-
4 cem distinctionem, & *in quæst. 201.* qualiter † fiat deductio interusurij medij temporis, per *Bar. in d. §. quoties*, cum quo transeunt ibi *Imol. & Paul. Cast. in l. diuortio, §. non solum ff. sol. matrim. Bapt. de S. Blas. in tracta. de dot. cent. 2. num. 91.* vbi dicit, quòd si maritus fuerit renitens ad satisdandum, statim condemnabitur deducto interusurio medij temporis: sequitur *Intrigl. sing. 110. num. 3. lib. 2.* quod fortasse percepisset in tali dote *Muta super consuet.*
5 *Senat. Panorm. cap. 47. num. 58.* & † sic quando vir habet dilationem soluto matrimonio

ad

ad restituendam dotem, cogitur ante tempus
satisdare, Bal. Nouell. d.p.8. priuileg. 29. num. 1.
vbi testatur de magis communi opinione,
Vinc. Paleott. in tracta. de dot. num. 46. Surd. de
alim. tit. 1. quæst. 44. nu. 58. Intrigl. d. sing. 110.
num. 1. Mut. super consuet. Senat. Panorm. dict.
47. num. 53. vbi dicit, maritus gaudens anno
luctus, debet præstare fideiussionem, si abeo
petatur, secundum Vinc. de Franch. d. dec. 218.
num. 3. & 4. vbi dicit, quòd ita iudicauit Sa-
crum consilium die 2. Decembris 1579.
6 Sed † an maritus pro dicta dilatione quæ
sibi conceditur miserationis gratia, cauere
teneatur cum fideiussore, cum ille, qui habet
dilationem à lege miserationis gratia, prout
in casu nostro, & vult ea vti, debeat satisda-
re cum fideiussore de soluendo adueniente
termino, secundum Ang. in d. §. quoties, &
ibi Alex. & Pau. Cast. Bapt. de S. Blas. d. cent. 2.
num. 1. Et cum ista sit ardua quæstio, est di-
stinguendum, secundum distinctionem Alb.
de Rosat. in d. §. quoties, vbi ita distinguit: scili-
cer, aut dilatio datur à lege inanimata, aut à
lege animata, aut ab homine, aut in vltima
7 voluntate, aut inter viuos; Primo casu † te-
netur cauere cum fideiussore, per tex. in d. §.
quoties: ratio est, † quia talis dilatio creditori
8 non debet esse damnosa, l. 2. §. pen. ff. ind.
Secundo casu quando conceditur à lege ani-
mata, scilicet à Principe, qui est lex animata
in terris, vt in authen. de consulib. Suarez alleg.
9. post num. 13. debet cauere cum fideiussore,
l. quoties, de precib. Imper. offerend. & isto ca-
su si non potest satisdare, statim exigitur nul-
la deductione commodi medij temporis fa-
9 cta; quia † rescripta sunt odiosa, & intelligen-
da sine aliquorum detrimento, vel iniuria,
l. nec auus, C. de mancip. l. 2. §. si quis à princ.
ff. ne quis in loc. publ. gloss. in c. vnic. in verb. de-
cernentes in extrauag. de maior. & obed. Tertio
10 casu si datur ab homine, aut à legis ministro,
aut ab homine non ministro legis: primo ca-
su præstatur cautio cum fideiussore; multo
fortius, & si à lege, Mant. sing. 78. post num. 2.
gloss. in l. assiduis C. qui potio. in pign. hab. quia
mitius agitur cum lege, quam cum ministro
legis, l. Celsus, ff. de arbi. tutel. gloss. not. in l.
quicunque vers. vel vigintisolidi, circa fin. C. de
seru. fugit. §. oportet auth. de iudic. Bar. in l. am-
plius, ff. rem rat. haber. & in l. si insulam 3.
oppos. ff. de verb. obl. Spec. de expens. §. 3. vers.
quid si talis, Bertach. in verb. lex debet post
vers. 90. Gomes. in §. item si quis in fraudem
post num. 4. & in §. superest nu. 69. in fi. de action.
Cyn. in l. si quis maior. C. de sacros. eccl. & in l.
criminali C. de iuris. om. iud. Marc. Mant. d. sing.
78. num. 1.
11 Ratio est, quia † qui offendit legem, com-
mittit contra vnum, sed qui offendit mini-
strum legis, offendit duos, scilicet legem,
& hominem: & hanc dicunt veram esse ratio-
nem Domini de Rot. decis. 19. in antiquis; Im-
mo non solum cum lege, sed cum Deo mi-
tius agitur, quàm cum homine, vt dicit glosa
in d. l. si quis rem, §. voto, in verb. non obli-
gantur, in fin. ff. de pollic. tenet Ias. in l. genera-
liter post num. 2. in fin. ff. de verb. obl. secundum
Gomes. loco cit. Secundo casu si ab homine,
12 aut in vltima voluntate, aut inter viuos, si
in vltima voluntate, & tunc semper tenetur
cum fideiussore, vt ff. & C. vt legat. nom. caueat.
& C. vt in poss. legat. aut inter viuos, & isto
casu, aut debitor est suspectus de fuga, aut
labetur facultatibus, & tenetur cauere cum
fideiussore, glossa in l. in omnibus de iudi. si non
est suspectus non tenetur cauere, tam si est bo-
næ fidei, quàm stricti iuris contractus, vt not.
in l. posse, de bon. author. iud. possid. Guid. Pap.
decis. 189. in addi. lit. A. vers. sane in casu, per
Bart. in d. l. in omnibus, Franc. de Albergot. cons.
an captus pro suspecto, Bertach. in verb. cautio
iuratoria, vers. 17. ita Bal. & Alex. in d. §. quo-
ties, post num. 2. vbi examinat istam quæstio-
nem, & respondet ad Imol. ibi, & Cy. in d. l.
vniuersa, & in l. 1. vt in poss. legat. & ibi gloss.
generaliter, circa fin. vbi Bar. in vlt. opposit. ff.
qui satisd. cogant. Auth. generaliter C. de episc.
& cler. vbi Odoffr. Spec. in tit. de contum. §. fin.
verb. sic ergo ad duo, & vers. cautio autem de
parendo, col. 5. in fin. & ita fuisse decisum, re-
fert Guid. Pap. d. dec. 189. cum illa semper di-
stinctione, aut est suspectus de fuga, aut non:
sed quando cautio est de substantia actus, vel
quando satisdatio de necessitate danda est, vt
in tutore, l. si fideiussor, §. si necessaria, qui sa-
tisd. cogan. tunc cautio iuratoria non præsta-
tur, Luc. de Pen. in l. 2. eod. titu. Bertach. in d.
verb. cautio iuratoria vers. sexto, vel quando
quis per suos malos mores fideiussionem non
reperit, Bal. in authen. cui relictum 3. vol. vers.
attende hic C. de indict. viduit. toll. & Bertach.
loco cit. vers. 4. Alex. ad Bartol. in l. vsufructu.
lit. E. in vers. hoc est verum: D. Martinus Vran.
in c. ad nostram post num. 23. vers. secundo fallit
de iureiur. Vel quando is, cui incumbit præ-
statio, semel deierauit, vel iuramento suo
contrauenit, vt ibi Vranius, vers. primo fal. it.
per Bald. in auth. qui iurat C. de bo. auth. iud.
possid. ratio est, quia præsumitur iterum deie-
rare, argum l. 1. §. à barbaris, ff. de re milit. cap.
per vestras de donat, inter virum et vxo. Docto-
res in cap. qua fronte, in fin. de appellatio. vi-
dendus est D. Bart. Soc. in cons. 231. vers.
13 primò probatur p. 2. vbi † ponit casus, in qui-
bus tali cautioni standum sit, & quando non;
in nostro autem casu maritus semper præsta-
re debet cum fideiussore, vt sup. notaui, sed
Bal. in l. 2. num. 6. C. quod cum eo. dicit, hoc
est verum, iuratoria cautione, quando fideius-
sorem non poterit inuenire, vt de ind. l. 2. §.
14 sed si dubitetur, Est tamen ad hoc notandum,
quòd † si hæredes mariti incontinenti soluto
matrimonio restituant dotem, possunt reti-
nere interusurium medij temporis, quod for-
tasse percepissent ex tali dote, per d. §. quoties
& Alex. in d. l. diuortio, Ias. in l. stipulatio, §.
inter certum ff. de verb. oblig. & in l. qui Romæ,
col. 2. ff. eod. Tiraquell. in tract. de retract. Li-
gnang.

ßag. §.t. fol.18. num.36. Muta super consuet. Senat. Panor. d. cap.47. num.58.

SVMMARIVM.

1 *Maritus non gaudet beneficio, deducto ne egeat, propter eius inopiam, si vxor est pariter inops, & non habet aliunde.*
2 *Altare non debet discooperiri, & alterum cooperiri.*
3 *Habens duo iura præferendus est habenti vnum.*
4 *Ordinata charitas incipit à se ipso.*
5 *Priuilegiati pari priuilegio si sint, ille est præferendus, qui tractat de damno euitando.*
6 *Mulierem præferri æquius est, quæ respicit suum, quàm viri lucrum, cum neuter habet vnde viuat.*
7 *Mulier in dubio præsumitur non habere vnde se alat.*
8 *Infortunium constante matrimonio est commune viri, & vxoris.*
9 *Maritus ob status mutationem priuilegiatus, non tenetur vltra quàm facere potest deducto ne egeat.*

FALLENTIA
Quarta.



1 QVARTO fallit, quòd maritus † quàdo est inops, & vxor est pariter inops, & non habet aliunde, tali casu maritus non habet istud nostrum beneficium, deducto ne egear, sed in solidum conuenitur, *Bar. Bal. & Imol. & Iacob. de Aret. in l. si maritus, ff. solut. matrim. Idem Bart. in l. maritum, num.4. ff. eod. Landr. consil.30. numer.7. Ant. Monac. de execut. in vestib. cap.12. numer.61. ex Rebuff. ad Reg. constit. tom.2. de dilat. art.1. gloss.1. n.25. Surd. de alim. quæst.78. num.34. & 35.* vbi di-
2 cit, † vnum altare non est discooperiendum, vt alterum cooperiatur, *l. verum, §. pen. ff. de minorib.* & ibi testatur de magis communi opinione, *sub num.36. per Alex. in d.l. maritum. Idem Surd. quæst.84. tit.8. num.3.* quod etiam procedit in filio hærede, vt ibi *Surd. num.39. per Bar. post gloss. in d.l. maritum, Alex. Raud. cons.17. num.335. par.1. Molfes. ad consuetud. Neapol. par.6. quæst.9. numer.2. Vrsill. ad Affl. decis.222. num.3. Foutanell. de pact. nupt. claus.7. gloss.3. par.3. num.93.* sequitur *Intrigl. de casib. conscient. cas.35. nu.74. Hippol. de Mars. sing.99.* vbi dicit, tene menti, quòd si pauper petit ab eo, qui à iure est priuilegiatus, vt non teneatur vltra quàm facere possit, obtinebit actor pauper replicans de inopia contra exceptionem inopiæ, *per l. sed & si militis, in princ. ff. de excusat. tuto.* quia exhauriendo reum pauperem, esset cooperire vnum altare, & alterum detegere, contra *c. cum causa de præbend.* eo magis, quòd creditor habet duo iura, scilicet actionem, & replicationem, & debitor solam
3 exceptionem: & habens † plura iura præferendus est habenti minus: ergo præferendus est actor, tanquam habens plura iura, *§.1. authen. de consang. & vterin. fratr.* & ideo cessat istud beneficium casu prædicto, *Gugl. de Cun. in l. si quis ff. de pact. & Alb. de Rosat. Bal. & Paul. Castr.* ibi, qui dicunt, quòd si vxor nondũ consummato matrimonio ingreditur religionem, & repetit dotem, datam marito, qui allegat se inopiam, dicens non teneri vltra quam facere potest; mulier est audienda. refert, & sequitur *Fely. in c. dilecti filij 4. col. in fin. de except.* facit ad hoc illud, quod dicit *Mut. super consuet. Senat. Panorm. cap.47. num.57.* quòd si vxor esset inops, non obstante pacto, non erit locus dilationi ad restitutionem dotis, alias induceretur iniquitas contra vxorem, nisi alimenta ab hæredibus haberet, per *Aucha. in regul. peccati venia, quæst.4. de reg. iur. in 6. Crauett. consil.189.* sequitur *Rimi. iun. cons.304. num.15. lib.3.* ergo quando mulier est inops, maritus non habet illud beneficium. dicit etiam *Scipio Rendina in suo tract. promptuarij receptarum sentent. tit.123. de viro, & vxor. num.1. Barb.*
4 *in c. Odoardus colum.2. num.2. de sol.* quia ordinata charitas incipit à seipso, *l. præses C. de serui. & aqua, & ibi Bal. Campeg. in tract. de dot. quæst.241. par.3. Decian. resp.93. num.113. volum.2. & resp.111. num.22. volum.3.* & in pari casu mulier præfertur. *l. assiduis, §. exceptis, C. qui potior. in pignor. habeantur. l. si quis à liberis, §. de alimentis, ff. de libe. agnosc. l. verum, §. fin. ff. de minorib.25. ann.* vbi, si duo
5 † sint priuilegiati pari priuilegio, præfertur ille, qui tractat de damuo euitando, *Aug. Aret. in §. rursus, & ibi Gomes. post numer.27. versic. & ideo mihi, de actio. Bal. in auth. perpetua, C. de sacros. eccl. Pet. de Ancha. consil.37. post numer.2. column.2. versic. nam cum dictis, l. vbi ff. ex quib. caus. maior. & l. fin. C. de condit. Cy. in l. final. quæstion.4. C. de sacros. eccl. Paul. Castrens. consil.37. volum.2. Brun. de cess. bono. quæstion.13. part.4. princ. in prin.* vbi dicit, cum actor & reus eiusdem sint priuilegij, potentior est actor, qui de damno euitando certat quàm reus, qui certat de lucro captando, dicit etiam *Hipp. de Marsil. d. sing.99. & Bal. in l. eius rei num.5. C. quod cum eo, Brun. à Sole in compend. resol. fol.161. Alexand. Trentacinq. var. resol. lib.1. de rescrip. resol.1. post numer.14. §. hæc ratio non obstat;* ergo si vxor est inops, sicut maritus, in solidum fit exactio secundum magis communem opinionem, quam sequitur *Ias. in l. quod nomine col.1. vers. quarta limitatio, ff. de condict. indeb. & Bart. in d. l. si constante,*

didit, quòd cum neuter habeat vnde viuat,
6 æquius † est, mulierem præferri, quæ respicit suum, quam viri lucrum, *Bal. in d. l. 2. C. quòd cum eo. Brund. tract. de cess. bon. q. 20. n. 30. Gugl. de Cun. & Paul. Cast. in l. traditionibus, §. si quis crediderit, ff. de pact.* & ibi *Iason*, quia damnum agentis debet esse potior conditio, *per d. l. verum, §. fin. Idem Paul. Cast. in d. l. si maritus. post num. 1. & Alex. in d. l. maritum, respondet ad limitat. Baldi in d. §. si quis crediderit, sequitur Roma. cons. 500. in fin. Ang. in d. l. non tantum, ff. de re iud. Zasius in d. §. sed & si quis num. 3. in fin. & Angel. Aret. §. item si de dote, & ibi Iac. de Aret. & Ias. col. 1. vers. secundo ultra, glos. de action.* quod procedit soluto matrimonio, *Ias. in d. l. quod nomine post numer. 1. vers. quartam limitationem, ff. de condict. indeb. Iac. de Aret. in d. l. si maritus, & in d. l. si quis à liberis, §. fin. Gitrb. dec. 42. numer. 3. Mantua. cons. 30. numer. 9. Martant. Gennens. in prax. Archiep. c. 3. num. 14. Nouiz. cons. 59. num. 12.* magis communem dicit *Surd. d. q. 78. num. 34. & 36. de alim. p. 1. Landr. cons. 30. nu. 70. Marf. sing. cons. 99. Padill. in l. si preces num. 8. C. de serui. & aqua. Couar. in c. possessor. p. 2. §. 2. num. 4. in fin. de reg. iur. in 6. Brun. de cess. bonor. 4. p. princ. q. 20. num. 30.*
7 Et † in dubio præsumitur mulier non habere vnde se alat, *Vinc. de Franch. decis. 489. p. 3. Muta d. c. 47. post num. 59. circa fi.* Secus constante
8 matrimonio, quia † infortunium est commune viri, & vxoris, *l. si cum dote, §. sin autem in fauissimo, ff. solut. matrim. Alexan. in d. l. si maritus, col. 3. vers. nec placet, in fin.* scilicet, quando propter inopiam mariti, vxor petit sibi restitui dotes, vt supra notaui in principio huius quæstionis, quia ex his alentur omnes, per *l. vbi adhuc C. de iur. dot.* & quando infortunium commune esse debeat coniugibus, dixit *Campeg. de dot. q. 18. n. 2. p. 3. & notaui infra q. 2.* circa principium:
9 Vel †. nisi maritus ob status mutationem priuilegiatus sit, quia tunc indistinctè gaudet isto beneficio, vt non conueniatur vltra quã facere possit, *Brun. de cess. bonor. d. q. 20. post num. 30. Bal. in d. l. 2. num. 5. in fin. C. quod cum eo. idem Brun. d. q. 13.* ratio est ibi, quia satis est actori, quod extra iuris rigorem agit, modificato modo, secundum *Bald. loco citato & Alex. in Rubr. C. quòd cum eo, Surd. de alim. d. tit. 8. priuil. 84. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus putatiuus non habet priuilegium, deducto ne egeat, & num. 3. & 6. contra num. 22 conclude num. 24.*
2 *Putatiuum matrimonium nunquam dicitur fuisse matrimonium.*
3 *Maritus putatiuus integram dotem restituere tenetur.*
4 *Cap. 1. de donat. inter vir. & vx. loquitur de matrimonio putatiuo.*
5 *Maritus putatiuus non lucratur fructus dotis tanquam maritus, sed vt bonæ fidei possessor, & num. 7.*
6 *Beneficium, deducto ne egeat, competit vero marito.*
7 *Maritus putatiuus fructus dotis restituere tenetur, nisi in oneribus vxoris sint expensi.*
8 *Maritus putatiuus non habet dilationem ad restituendam dotem, quæ conceditur vero marito.*
9 *Matrimonium verum, & putatiuum æquiparantur.*
10 *Matrimonium putatiuum, an habeat priuilegia veri matrimonij.*
11 *Mulier putatiua est priuilegiata.*
12 *Dos putatiua habet priuilegia vera dotis, & num. 13.*
13 *Statutum, dans exequutionem paratam instrumento, eandem putatiuæ dotis instrumento præstabit.*
14 *Dos putatiua generaliter habet priuilegia vera dotis.*
15 *Res empta de pecunia mulieris, seu vxoris putatiuæ efficitur mulieris.*
16 *Dos putatiua alienari non potest.*
17 *Matrimonium nullum cum scientia, aut dolo vxoris, non habet priuilegium in dote putatiua vxoris.*
18 *Matrimonium prohibitum cum scientia vxoris contractum, facit dotem amitti.*
19 *Vxor non habet beneficium Vrbis Panormi, si matrimonium soluitur ex dolo vxoris.*
20 *Mulier decipiens virum amittit priuilegium.*
21 *Matrimonium putatiuum habet priuilegia veri matrimonij fauore vxoris ignorantis.*
22 *Maritus putatiuus non conuenitur, nisi quatenus facere potest, deducto ne egeat.*
23 *Dos est semper & vbique præcipua & fauorabilis.*
24 *Maritus putatiuus in solidum est exigendus.*
25 *Viro putatiuo reuerentia non debetur.*
26 *Vxor putatiua potest puniri de adulterio sicut vera vxor.*

LIMITATIO
Quinta.



1 VINTO limitatur, † quòd maritus putatiuus in solidum conueniatur, ergo non gaudet isto nostro beneficio, deducto ne egeat, *tex. est singularis in c. 1. vers. totam de donat. inter virum & vxorem & ibi Io. And. & D. Anto. sequitur Barb. in c. ex literis, col. fin. de pigno. tradunt etiam Alex. in l. si cum dotem, §. fin.*

fin. vers. item maritus putatiuus post num. 3. *& in l. maritum, col.* 1. *post num.* 1. *vers. septimo limit. Barbat. in cons.* 46. *col.* 12. *vol.* 2. *& Ripa in rub. ff. solut. matrim. nu.* 63. *& ibi Franc. Nicon. Bal. Imol. Alex. & Franc. Aret. in l. diuortio*, §. *impendia, ad fin. ff. sol. matr. Roma. in d. l. si eum dotem*, §. *fin. col.* 3. *vers.* 2. *Philipp. Dec. in cons.* 153. *post num.* 1. *col.* 1. *vers. vt notat* Bal. *per illum tex. facit tex. in l. si concubina, in princ. ff. rer. amotar. & ibi glos. in verb. diuortij*, dicens inter istos, qui contra *Ias.* conueniunt, honor non debetur in omnibus: licet liberalitas, & impudicitia inter eos ad instar matrimonij prohibeatur: si ergo non debetur honor, neque reuerentia debetur, propter quod conceditur istud beneficium vero marito, & notaui in procem. 2. p. vers. infertur etiam, & propter reliquas præ-
2 cedētias matrimonij: sed † putatiuum matrimonium nunquam fuit matrimonium; ergo non remanent eius reliquiæ *Bar. in d. l. si concubina, & ibi notat* quòd licet matrimonium habeat quædam priuilegia circa dotem putatiuam, non tamen habet circa alia, facit *l. vnic. vers. iustum esse matrimonium oportet: cæterum si iniustum fuerit matrimonium, nequaquam bonorum possessio peti poterit, ff. vnd. vir. & vx.* & quod notat *Bal. in l. eam quam colum.* 6. *vers. modo ergo quæro*, *C. de fideicomm. & facit tex. in cap. de prudentia vers. totam dotem, de donat. int. vir. & vxor.* ergo
3 † maritus non habet istud beneficium, & integram dotem restituere tenetur, *Roder. Suar. in l.* 1. *post num.* 9. *vers. totam dotem tit. de las ganancias*, dixit etiam *Campeg. in tract. de dot. quæst.* 237. *par.* 3. *Rol. à Val. de lucr. dot. quæst.* 97. *num.* 8. *Ant. Gomes. in l. Tauri* 50. *cum tribus seqq. num.* 56. *circa fin. vers. quinto infero, quod maritus putatiuus, Gimb. super consuet. Mess. cap.* 13. *gl.* 6. *num.* 4. *lib.* 1. ratio est, quam dicit *Suar. in d. l.* 1. *loco cit.* quia cum appareat, eum non fuisse maritum, non debet sibi consuli cum præiudicio vxoris, sequitur *Aud. Facchi. controuers. iuris lib.* 10. *cap.* 30. *lit.* A. & B. vbi dicit communem Doctorum sententiam, quam ipse sequitur *in d. Rubr. ff. sol. matr. & in cap.* 1. *de donat. inter vir. et vxor. et ibi etiam Abb. Sicul. n.* 4. vbi dicit, quòd non obstant iura allegata ibi in gl. quia loquuntur quando verum ma-
4 trimonium soluitur: sed † *tex. in d. cap.* 1. intelligi debet de matrimonio putatiuo, vt ibi *Seb. Sapia in addi. lit. A.* dicit, quòd communis intellectus est, vt tex. prædictus loquatur in matrimonio putatiuo; & sic quando matrimonium separatur de facto propter impedimentum, nam cum tunc appareat non esse matrimonium, non debet sibi consuli cum præiudicio vxoris, secundum *Abb. Io. And. et D. Anton.* ibi per eorum fundamenta, quos sequitur *Suar. loco cit.* communē etiam sententiam testatur *Parisius in d. Rubr. ff. sol. matr. n.* 24. *vbi et Soc. iun. nu.* 83. *in* 1. *par. et ibi Ruyn. num.* 145 licet ibi contrariam fuerint amplexi, vt refert *Facchin. d. cap.* 30. *lit. D. in fin. secundum glos.* 2. *in d. c.* 1. quam sequuntur vterque *Card. Flor. & Alexand. ibi* dicentes, quòd opinio gloss. seruaretur in practica. sequitur etiam *Raphael in d. l. si eum dotem* §. *fin.* refert., & sequi videtur *Tiraquel. in legib. connubial. gloss.* 6. *num.* 252. & dixit etiam *gloss. in d. cap. de prudentia, in fin.* & male; quia contra *tex. in d. cap.* 1. *vers. totam*, vbi totam dotem restituere debet. Hanc etiam partem tenet *Muta secundum communem opinionem in c. huius Regni Siciliæ cap.* 188. *post num.* 6. *Port. cons.* 30. *tit.* 1. *Surd. de alim. quæst.* 78. *n.* 47. *Intrigl. de casib. conscient. cas.* 35. *num.* 49. *Brun. de cess. bon. quæst.* 20. *num.* 9. *par.* 4. *princip. Iac. de Bellap. in disput. quam ponit in l. vnic. C. de rei vxor. actio. Paul. Castrens. in d. l. diuortio* §. *impendia post nu.* 5. *ff. sol. matrim.* vbi dicit,
5 quòd † maritus putatiuus non lucratur fructus dotium, tanquam maritus, sed tanquam bonæ fidei possessor dicit etiam *Rol. à Vall. in dict. tractat. de lucr. dot. dict. quæstion.* 97. *num.* 9. *Alex. in d.* §. *impendia post numer.* 3. *versic. item prædicta sunt vera, Palat. Rubr.* §. 36. *num.* 4. *in repet. rub. de donat. int. vir. & vxor. vers. vnde per l. Insulam*, §. *fructus*,
6 *ff. sol. matrim. Suar. loco cit. numer.* 14. ergo † gaudere non debet isto nostro beneficio, cum competat vero marito. dixit etiam *Imol. in l. si filio, la* 2. *ff. sol. matrim. Alex. in addi. ad Bar. in d. l. maritum lit. E. Pet. de Sen. in l.* 1. *in fin. C. de condict. ob caus. Alex. in l. maritus, ff. sol. matrim. Facchi. d. cap.* 30. *lit. B.* vbi di-
7 cit, quòd † maritus putatiuus non lucratur fructus dotium, sed eos restituere tenetur, nisi in oneribus mulieris fuerint consumpti, per *d. l. Insulam*, §. *fructus, secundum Suarez, post d. num.* 14. *loco cit.* vbi etiam dicit, quòd in hoc deceptus est *And. Sicul. in d. cap. ex literis*, qui numerando priuilegia dotis putatiuæ, dicit, quòd sicut maritus lucratur fructus dotis in matrimonio vero, ita in putatiuo, & facit *Alex. in d.* §. *fin. vers. prædicta in fin. quicquid dixerit gloss. & Dyn. in l. si ante nuptias, ff. sol. matrim.*

8 Nec † dilationem habet maritus putatiuus, quæ conceditur pro restituenda dote vera, *secundum Facchin. loco cit. & gloss. in d. l. vnic.* §. *sin autem in fin. verb. restituendis, quam sequitur Rayn. & Salyc. ibi C. de rei vxor. actio. Panor. in d. cap. de prudentia post num.* 6. *in fin. & in d. cap.* 1. *Suarez d. l.* 1. *num.* 11. vbi respondet ad contraria: sequitur *Muta super consuet. Senat. Pan. cap.* 47. *num.* 59. *& cap.* 44. *post numer.* 61. veriorem dixit *Alex. d.* §. *fin. vers. ex his etiam potest verificari, secundum gloss. in d.* §. *sin autem, contra Cyn.* ibi, (quamuis *D. Anton. cum Cy.* teneat,) ac etiam veriorem, & magis receptam opinionem dicat *Rol. à Vall. in d. quæst.* 97. *num.* 7. *& communem opinionem firmat Bald. Nouell. de dot. in* 10. *col.* 64. *vers. decima fallentia, Bertac. in verb. maritus conuenitur vers.* 52. *Intrigl. d. cas.* 35. *numer.* 47. Et licet per non nulla iura Doctores teneant,

quòd iura loquentia de dote, procedunt etiam
in dote putatiua, *per Tiraquell. in d. gloss. 6.*
num. 160. et Runios d. §. 36. num. 2. vbi dicit,
9 † matrimonium verum, & putatiuum regu-
lariter æquiparari, per *cap. debitum, de biga-*
mis, idem Runi. in §. 22. num. 1. fol. 112. co. ti-
10 *tul.* vbi etiam dicit, quod matrimonium pu-
tatiuum habet priuilegia veri matrimonij,
per gl. in l. dotale ff. de fund. dotal. & per alia
iura, ibi posita: Tamen respodetur quod id
procedit, quia in ipsis agitur de fauore mu-
lieris. *Nepit. in consuetu. Catin de confusio. bo-*
nor. consuet. vnic. tit. 3. fol. 92. Muta d. c. 44.
num. 61. & in eius fauorem communicant lu-
cra matrimonij putatiui more Latinorum, se-
cundum *consuet. Vrbis Panormi, refert Muta*
in d. cap. 44. numer. 59. per tex. cum gloss. in d.
cap. 2. de donat. int. vir. et vxor. Abb. refert,
et sequitur Palat. Runios §. 72. sub numer. 23.
ver. ampliabis, Boniorn. *de Nostratib. super*
consuet. Vrb. Panor. d. cap. 44. in suis apostill.
secus vbi agitur de fauore mariti, secundum
Alex. in d. §. fin. et Rip. in d. Rubr. ff. sol. ma-
trim. numer. 63. quam responsionem sequitur
Suar. d. l. 1. num. 11. et 12. vbi dicit, quòd hæc
fuit solutio prius *Rainer. et postea Salyc. in d.*
§. sin autem, & sic secundum eos non est ea-
11 dem ratio, quia † mulier putatiua priuilegian-
da est, vt possit deinceps facilius nubere, se-
cundum *text. in l. 2. §. fin. de priuileg. credit.* &
dicit, quòd hæc est verior opinio, quam se-
quitur *Roland. in d. quæst. 93. num. 19.*
12 Et in tantum hoc est verum, † quòd dos
putatiua habet priuilegia veræ dotis, & hy-
pothecæ in bonis mariti, *gloss. et ibi Bar. n. 8.*
in d. §. fin. d. l. si cum dotem, vbi Imol. Paul.
Castrens. Roman. ibique Alexand. num. 3. gloss.
in l. 2. in verb. ad priuilegium, et ibi etiam in
margine not. ff. de priuileg. credit. et Cyn. in
l. fin. 7. quæstion. C. qui potio. in pignor. hab.
vbi dicit, ita communiter teneri, sequitur ibi
Bar. Bald. et Ioan. Faber. idem Bald. in l. eos,
qui C. eod. Barb. d. cons. 46. et in d. c. ex literis
Palat. Runios d. §. 36. num. 4. fol. 30. Suarez
d. l. 1. numer. 2. Cassan. consil. 49. numer. 1. et 4.
vbi dicit, quòd licet matrimonium puta-
tiuum habeat priuilegia veri matrimonij,
hoc est quò ad priuilegiandam exactionem
dotis, secus tamen quò ad alia, *secundum A-*
lex. in d. l. cum dotem §. fin. vers. adde etiam pro
intellectu post d. num. 3. Tiraq. in d. tract. de le-
gib. connubial. d. gloss. 6. num. 247. dixit Bal. &
Pet. de Leazar. & Saly. in d. l. 1. C. de condict.
13 *ob caus.* vbi † si ex forma statuti instrumenta
habeant executionem paratam, eandem
dotis putatiuæ instrumentum habebit, sicut
veræ: quod dicit mirandum, *Alex. in d. §. fin.*
post num. 3. vers. ad hæc ratio, quam sequitur ibi,
vers. substineri tamen posset, & Cassan. d. cons.
49. post n. 1. & cum Bald. etiam pertranseunt
Moderni in repet. Rubr. de don. int. vir. & vxo.
cart. 30. col. 2. vbi asserunt, de hoc dicto face-
re magnum festum *Barb. in cons. 45. col. 11.*
vol. 2. Bal. Nouell. de dot. d. vers. 10. fall. col. 10.

64. & ibi tradit hoc dictum improbatum non
reperiri à Doctoribus: refert etiam *Rol. à Vall.*
d. quæst. 97. num. 2. Bertach. hanc partem se-
quitur *in verb. dos putatiua, vers. 1. & 2.* &
14 † sic habet generaliter omnia priuilegia veræ
dotis fauore dotium exactionis. *Spec. in tit. de*
don. int. vir. & vxo. §. formatis vers. sed si ma-
trimonium, l. ex facto, ff. de pecul. & Tiraquell.
d. gloss. 6. num. 250. & 251. Suarez d. l. 1. post
num. 2. & 3. ergo fauore mulieris, & non vi-
15 ri. In tantum, quòd † res empta de pecunia
mulieris putatiuæ, efficitur mulieris, *Paul.*
Cast. in d. l. si cum dotem, §. fin. num. 4. & 16.
Alex. post num. 4. secundum *Bal. ibi, in princ.*
& num. 7. vbi dicit, quod res empta ex pecu-
nia dotis putatiuæ, est quasi dotalis, quod est
speciale, & dicit, quasi dotale, quia matri-
monium non est verum, secundum *gloss. ibi,*
Alex. in d. §. fin. num. 2. Tiraquell. d. gloss. 6.
num. 245. & Suarez loco cit. numer. 2. Runi. in
repet. c. per vestras, §. 22. fol. 112. de don. int.
16 *vir. & vxo.* nec † alienari potest dos putatiua
gloss. sing. in l. dotale, §. dotale, in verb. præ-
staretur vers. sed potest, ff. de fund. dotal. sequi-
tur Paul. Cast. in d. l. si cum dotem, §. fin. num. 2.
vers. adde quartum: vbi dicit, quòd prædium
quasi dotale alienari non potest, *Palat. Runi.*
17 *d. §. 36. post num. 4. vers. habet;* & † sic nisi de-
fectus matrimonij præcesserit ex parte mulie-
ris, quæ decepit virum scienter; quo casu mu-
lier non habebit in dote putatiua priuilegiũ:
ratio est, ne ex suo dolo consequatur lucrum,
secundum *Paul. Castr. in d. §. fin. & ibi Ra-*
phael. quos ibi sequitur Alex post num. 3. per l.
à Diuo Pio, ff. de rit. nupt. argum. l. siue heredi-
tarium, ff. de neg. gest. refert, & sequitur *Ro-*
deric. Suar. in d. l. 1. num. 17. vers. cogitabam
tit. de las ganancias, vbi ad hoc allegat casum
expressum, rectè ponderatum, secundum
eum *in d. l. si cum dotem, §. fin. ibi (In conditio-*
ne mariti errauerit, putaueritq; esse liberum, cum
seruus esset) ergo secus si esset sciens de impe-
dimento, cum *tex.* punctualiter requirat er-
rorem, & ignorantiam ex parte vxoris, vt
gaudeat priuilegio. idem *Suarez loco cit. post*
num. 1. in fin. & post num. 17. vers. considera ac-
curatè, miratus est, quomodo Doctores tra-
dunt per fundamenta parum vrgentia, & ex-
tra propositum, defendendo, quòd etiam in
isto casu mulier erit priuilegiata in exactione
dotis, quia si esset matrimonium à legibus
prohibitum, vt loquitur *l. qui contra C. de in-*
18 *cest. nupt.* si vxor † sciens tale impedimentum,
contraxit cum viro, non solum non erit pri-
uilegiata in exactione dotis, sed illam perdit,
& sic non potest illam repetere: quomodo pri-
uilegiabitur in exactione dotis suæ, *per d. l.*
qui contra, et auth. incestas, in priu. C. de ince-
stis nup. etiam si succedunt filij, & in eorum
defectu fiscus, quando maritum fefellit, sciens
impedimentum contraxit, vt ibi, in fin. per
Suar. et num. 21. facit etiam secundum eum,
l. Regni Castill. 50. incipient. Sabienda alguna
muger, par. 5. tit. 14. de las pagas, y de los qui-
tamen-

tamentos, *vbi text.* dicit, quod si mulier con-
traxit cum consanguineo, vel cum alio, cum
quo legitimum impedimentum obstabat
matrimonio, & maritus fuerit ignorans ta-
lis impedimenti, quòd dotem, quam sibi
dedit, non potest ab eo repetere matrimonio
dissoluto, nec ipse est obligatus ad dotem
reddendam, hoc est vxore sciente, vt ibi, &
19 *Muta d. cap. 44. num. 62.* nec † beneficio di-
ctæ consuetudinis Vrbis Panormi gaudet, vt
ibi, eo magis, quod non potest dici matri-
monium putatiuum; realiter enim ipsa scit,
matrimonium non substineri, & per conse-
quens cessat dispositio *d. cap. 2. de donat. int.*
virum, & vxor. quia loquitur in matrimo-
20 nio putatiuo: ergo † quando mulier decipit
virum, non habet priuilegium. ita etiam sen-
tit *Bal. in d. l. si cum dotem, §. fin. idem vult*
Barb. in capit. Raynutius de testam. & in d. cap.
ex literis, colum. fin. & notaui in quæst. 2. ampl. 4.
cas. 4. vers. sed quando separatur. Restat ergo
21 dicendum, quòd matrimonium † putatiuum
habet priuilegia veri matrimonij fauore vxo-
ris ignorantis, per iura, & Doctores supra
notatos; Et sic non obstat opinio *Tiraquell.*
in d. gloss. 6. num. 161. quòd matrimonium
putatiuum habet priuilegia veri matrimonij,
tam fauore mulieris, quàm contra eam, &
procedit non solum quantum ad dotem, sed
etiam quantum ad cætera, *per text. in d. cap.*
ad audientiam de spons. Nec etiam obstat,
22 quòd † maritus putatiuus non conueniatur,
nisi quatenus facere potest, secundum eum
ibi, *num. 252.* vbi allegat glossam, & tres Do-
ctores: quia pro nostra fallentia est commu-
nis opinio, *& text.* quem sequuntur non nul-
li Doctores, quos supra notaui, & hodie non
solum est communis, sed magis communis;
23 tanto magis, quòd † dos sit semper, & vbi-
que præcipua, & fauorabilis, *l. 1. ff. solut. matr.*
& in dubijs doti fauendum est, vt dicit *Ti-*
raquell. in tract. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14.
num. 94. in verb. & æquipollent. dicunt etiam
Marc. Anton. Eugen. cons. 9. num. 25. & 37.
& cons. 54. num. 14. lib. 1. per l. in dubijs, ff. de
regul. iur. vbi Dec. & Cagnol. in terminis tra-
dit *Neuizan. cons. 77. sub num. 16. in fin. Fe-*
lyn. Sand. cons. 2. num. 9. & cons. 20. numer. 9.
24 sic maritus † putatiuus in solidum conueni-
tur, secundum magis communem opinio-
nem, & patet per rationem supradictam,
quia hoc priuilegium conceditur propter re-
liquias præcedentis matrimonij: sed matri-
monium putatiuum nunquam fuit matri-
monium verum, vt supra notaui: ergo non
25 remanent reliquiæ matrimonij, & † per con-
sequens viro putatiuo non debetur reueren-
tia, propter quam debetur marito vero istud
26 beneficium. Et minus obstat, quòd † vxor
putatiua de adulterio puniri potest, sicut ve-
ra, & amittit dotem, & lex pœnalis, de vxo-
re loquens, extenditur ad putatiuam, *vt per*
gloss. in cap. plerumque, in verb. non valebit.
vbi recitat varias opiniones Doctorum, *de*
donatio. inter virum, & vxor. Bald. Nouell. de
dot. in 11. par. §. hactenus num. 36. vbi dicit
communem opinionem, *Palat. Rubios in re-*
petit. d. Rubr. de donat. inter vir. & vxor. d. §. 36.
num. 3. Gomes. super l. Tauri 80. post num. 48.
vers. secundo infertur, Iul. Clar. in §. adulterium
vers. sed quid sit num. 14. Nam procedit ea ra-
tione, ne vxor putatiua de facto melioris sit
conditionis, quàm vera vxor, quod esse non
debet *l. 3. §. 1. vers. sed fas, ff. de donat. inter*
vir. & vxor. Crauet. de antiq. tempor. part. 4.
vers. videamus num. 1. Ruyn. cons. 43. num. 7.
& cons. 34. num. 5. lib. 3. Rol. à Vall. cons. 72.
num. 22. & seq. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, deducto ne egeat, per menda-
cium amittitur.*

2 *Maritus si mentitur in eo, quod est causa
beneficij, amittit beneficium.*

3 *Mendacij perseueratio vsque ad litis con-
testationem præiudicat, & facit cessare
priuilegium. contra num. 5. 6. 8.*

4 *Negans ante litem contestatam potest reuoca-
re suam confessionem; & confiteri.*

5 *Maritus potest reuocare suam confessionem
re integra quandocunque, si ius aduersarij
non est factum deterius. num. 19.*

6 *Pœnitentia re integra in sententia non est
deneganda.*

7 *Maritus, negans causam beneficij, non potest
suam negationem reuocare, si mulier non
vult, post litem contestatam.*

8 *Reus potest se pœnitere donec probatum sit
contrarium, etiam post litem contestatam,
sed ad expensas tenetur.*

9 *Minor post litem contestatam admittitur ad
pœnitentiam.*

10 *Negatio quandocunque potest reuocari, &
confiteri vbi non adest captio.*

11 *Quod alteri prodest, & tibi non nocet, fieri
debet.*

12 *Aequitas potius quam rigor, seruanda
est.*

13 *Maritus potest suam reuocare confessionem
in casu permisso.*

14 *Exceptio, ne quis teneatur vltra quam fa-
cere potest, non est perpetua, sed dilato-
ria.*

15 *Negatio, dolo, vel lata culpa facta, reuocari
non potest.*

16 *Pœna negantis non habet locum in negatio-
ne facta per errorem, vel ignorantiam.*

17 *Emphyteota, dolo negans se esse talem pœnã
caducitatis non euitat.*

18 *Negatio conuenti subsequens ex libello acto-
ris inepto, non facit incidere in pœnam ne-
gantis.*

19 *Maritus, negans dotem, vel instrumentum
dotale, non amittit beneficium.*

20 *Negatio generalis, prout petitur, & asseri-
tur in libello per maritum facta, non facit
amitti beneficium, deducto ne egeat.*

Nega-

21 *Negatio non refertur ad ea, quæ negata, sunt fauorabilia.*
22 *Verba libellantis ambigua pro libellante accipiuntur.*
23 *Negatio generalis, prout petitur, & narratur in libello, est secundum substantiam facti, & non secundum singulas circunstantias.*
24 *Negatio generalis comprehendit id, quod verisimiliter is non esset negaturus.*

LIMITATIO Sexta.



1 EXTO limita quando † maritus per mendaciũ negauerit illud, quod erat causa beneficij: puta si negauerit se maritũ esse, vel si negauerit inter eos nunquam fuisse matrimonium: quia tunc insolidum conuenitur, nam negans hoc, istud beneficium perdit, & ad integram dotis solutionem tenetur: ex quo per mendacium istud beneficium amittitur *Bar. in l. etiã filios, §. licet, ff. solut. matr. Brun. de ceß. bon. quæst. 20. p. 4. princip. num. 12. Io. Campeg. de dot. quæst. 265. numer. 1. et quæst. 238. fall. 11. p. 3. Palat. Ruui. in repet. cap. per vestras, §. 12. num. 14. p. 5. fol. 184. verſ. limita tamen, et intellige Socc. reg. 257. fall. 5. Surd. de alim. q. 78. tit. 1. num. 28. Rip. in l. qui cum te num. 1. ff. de re iud. Intrigl. de casib. conscient. cas. 35. nu. 53. Muta in c. huius Regni Siciliæ, cap. 188. post num. 6. Burg. in tract. de laudem inspect. 10. n. 8. p. 1. Io. Ant. Trigon. sing. 75. numer. 1. et 2. et 124. num. 2. Marc. Mant. sing. 238. post num. 2. et 3. Aloyſ. de Albert. sing. 291. Alex. in l. maritum, fall. 11. ff. solut. matrim. et in d. §. licet num. 9. Io. Guttier. in tract. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 16. nummer. 72.* Ratio est per Doctores supradicta; nam cum priuilegium descendat ab ista qualitate, abnegans qualitatem, efficitur beneficij indignus, *l. sed et si ex parte, §.*
2 *interdum, ff. quod cum eo*: & † sic quia maritus mentitur in eo quod est causa beneficij, perdit beneficium, *tex. in l. sed hoc ita §. quod autem, et d. l. qui cum te, ff. de re iud. gloſſ. in l. verum, §. tempus, verſ. releuare, ff. pro soc. l. si dubitetur, § ita demum, et ibi Ruyn. Ang. Imol. et Paul. de Castr. ff. de fideiuſſ. auth. contra qui propriam,* & ibi *Bal. C. de non num. pec. l. vnum, §. non alium, ff. pro soc.* Et hoc est
3 verum, si †, negatio est absoluta, & perseuerauerit in mendacio vsque ad litem contestatam, aliàs secus si pœniteret, & matrimonium ante litem cõtestatam confiteretur: cum talis negatio sibi non præiudicet, *Brun. d. quæst. 20. numer. 13. Campeg. d. quæstion. 265. Surd. d. quæstion. 78. numer. 30. et 90. Ruuius d. §. 12. num. 15. Iaſ. in l. quod te, numer. 30. verſ. eo. modo, ff. si cer. pet. Fel.* qui loquitur generaliter in quocunque negante *in c. exceptionem, col. 12. in fin. verſ. & ista exceptio, de exceptionib. Ant. Gabriel. comm. opin. lib. 5. tit. de acq. poſſ. concl. 5. num. 7. Rol. conſ. 88. n. 19. volum. 4. Cuccus in tracta. de Mantion. cir. post num. 327. Intrigl. d. cas. 35. numer. 54. Alb. de Rosat. in d. l. sed hoc ita §. quod autem l. electio, §. neq; ff. de noxalib. l. is, qui, ff. de re iudi. Ang. in d. l. dubitat, §. ita demum, & Alex. in d. §.*
4 *licet num. 9.* ex quo † potest reuocare suam confessionem, confitendo esse talem, *Iac. de Bellou. Bal. Aluarot. Præposit. & Afflict. in c. 1. §. vaſſallus, el 1. si de feud. fuer. controu.* vbi loquuntur in vassallo, qui negauit rem esse feudalem, post omnes *Graſſ. de exceptio. except. 17. num. 24.* & etiam † maritus potest
5 reuocare suam confessionem, re integra, quandocunq; donec probatum sit contrarium, si ius aduersarij non est factum deterius. *l. de ætate, §. Celsus scribit, §. de interrogat. actionib. & ibi gloſſ. in verſ. actori, Fulgoſ. in l. eum qui ff. de iureiu. auth. de trient. & semiſſ. §. studium, & §. sin autem, verſ. hoc autem dicimus, l. si*
6 *quis libellos, C. de appellat.* vbi † in sententia non est deneganda pœnitentia re integra: & isto casu procedit opinio *Ang. in d. l. eum qui,* & sequutus est *Gugl. de Cuneo ibi,* quod condemnabitur ad expensas post litem contestatam.

7 Et hoc intelligendum est, si † mulier velit accipere eius confessionem, quia si non vult suam confessionem accipere, sed vult probare per testes falsam fuisse confessionem, per maritum primò factam, eo casu confessio non iuuabit maritum post litem contestatam. ita eleganter voluit *Bar. in d. l. eum qui, num. 4. & ibi Alex. num. 1. col. 2. verſ. puto veriorem,* Brun. *d. quæst. 20. n. 14. Campeg. d. quæst. 265. verſ. quod intellige, Alex. d. §. licet num. 9. verſ. quod intellige.* Bal. *in cap. 1. §. porro. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amitt. & in l. quidam æstimauerunt, ff. fin. cert. pet. Fely. in c. cæterum num. 18. de iud. Intrigl. d. cas. 35. num. 55. Graſſ. d. except. 17. num. 25. Ang. in d. auth. de trient. & semiſſ. §. si enim,* vbi potest pœnitere ante litem contestatam, tam in terminis statuti, quàm in casu nostro. Ratio est per *Bar. in d. l. eum qui,* quòd si maritus admitteretur, minueretur condemnatio, & ius vxoris fieret deterius. dixit etiam *Iaſ. ibi num. 8. & post n. 9. & 13.* vbi post litem contestatam non admittitur, secus ante litem contestatam, *Salyc. Fulgoſ. & Ludou. Roman. ibi; idem Roman. conſ. 59. coll. fin. et conſ. 255. in fin. Ruu. loco cit. num. 11. Alex. conſ. 83. num. 2. lib. 1.* & sic Reus ante litem contestatam potest reuocare suam negationem, tam in casu nostro, quam in casu loquente, quòd Reus negando amittit beneficium, ne propter negationem incidat in maiorem pœnam, *Iaſ. in d. l. eum qui,* vbi refert, quòd hæc ratio est, *Ludou. Roma.*

ibi

ibi, ibiq; Salyc. et Bal. in c. dudum, el 2. col. 5.
de elect. et in d. cap. 1. §. porrò; sed si non est
captio, credo quòd procedit opinio illa Do-
8 ctorum: scilicet, quòd † Reus potest se pœni-
tere, donec probatum sit contrarium, etiam
post litem contestatam, sed ad expensas con-
demnabitur, vt per Ang. in d. l. eum qui, et ibi
Bal. et Saly. idem Bald. in l. ea, quæ, 11.
quæst. C. de condict. indeb. & ita sentit gloss. in
9 d. l. de ætate, §. Celsus scribit. licet hoc † pro-
cedat in minore, qui post litem contestatam
admittitur dict. lege electio. §. neque, ff. de no-
xalib.

Probatur etiam per illã iuris ciuilis æqui-
tatem, quod tibi non nocet, & mihi prodest
&c. vt not. in gloss. instit. de leg. Fus. et Cani. in
vers. quam scilicet, & dicit And. de Isern. in
constit. huius Regni Siciliæ in consti. Comitibus,
mihi fol. 227. col. 3. limit. 56. per l. in creditore,
et ibi gloss. ff. de euictio, et Alex. in l. 2. num. 6.
ff. solut. matrim. dicens quod tibi non nocet,
& alteri prodest, de facili concedendum est:
10 † sic cum non sit captio, bene potest quando
cũque confiteri, ratio est, quia tibi non nocet,
& alteri prodest, & isto casu, procedit dicta
11 regula affirmatiua, quòd † quis cogatur fa-
cere quod alteri prodest, & tibi non nocet,
Bald. Nouell. de dot. p. 8. princip. priuil. 27. post
numer. 2. vers. accedit, et not. in l. si quis sepul-
chrum, ff. de relig. et sumpt. funer. & expresse
dicit text. in l. 1. §. fidem autem, et in l. in sum-
ma §. item, vers. qui factus mihi prodesse potest,
ipsi nihil nociturus est, ff. de aqua pluu. arcend.
& sic præfertur æquitas stricto rigori, vt ibi
gloss. vers. & sic allegat l. placuit, C. de iudic. et
ibi gloss. 1. l. si tibi ff. si cer. pet. l. si eum res C. si
12 alien. res pigno. dat. sit; & † æquitas potius
quam rigor debet seruari à iudice, Spec. de
offi. om. iud. §. 6. vers. item si, et vers. generali-
ter, et in tit. de deposito, §. 7. vers. verumta-
men, Decia. resp. 52. num. 1. vol. 2. vbi æqui-
tas præfertur rigori, Hipp. de Marsil. sing. 665.
nisi æquitas non esset scripta, & rigor scri-
ptus, notat Bald. in d. l. placuit, in fin. & ibi
Doctores, C. de iudic. & ibi notat gloss. in vers.
in omnibus, in fin. per l. 1. C. de legib. & consl.
Vel nisi æquitas esset in genere scripta, &
rigor in specie, vt Bal. loco cit. & Marsil. d.
sing. 685. post num. 1. in fin. & Bartol. in l. 1.
C. de leg. & in l. nam hoc natura, in fin. vers.
dicunt, quòd ibi est rigor scriptus in specie,
propter bonum publicum, vt l. 1. de vsucapio,
& præfertur æquitati in genere, ff. de condict.
indeb. & Spec. tit. de locat. §. 6. vers. 96. nota-
tur in marg. d. §. item, vers. qui factus in d. gl.
& si iure, & dicit etiam Bertach. in suo Repert.
in verb. æquitas, in princ. nisi æquitas scripta
in genere sit scripta per modum regulæ, quia
tunc præfertur rigori scripto in specie, Io. de
Imol. in l. Insulam 12. col. in verb. in adde ff.
de verb. oblig. quem sequitur Alexand. in l. &
si post ius, in gloss. in verb. deterius, ff. si quis
cautian. Marsil. d. sing. 685. num. 2.

In casu autem nostro æquitas est scripta
in specie, vt ex supra dictis iuribus patet;
immo propter bonum publicum, vt notaui
13 in quæst. 8. 9. & 10. Ergo † maritus potest re-
uocare suam confessionem in casu permisso,
& non obstat, quòd condemnatio minuere-
14 tur, vt per Bar. in d. l. eum qui; quia † ista ex-
ceptio non est perpetua, sed dilatoria vt no-
taui in proœm. in princ. 2. p. scilicet ad tempus,
cum venerit ad pinguiorem fortunam, vt ibi,
& sic condemnatio potest fieri in solidum:
sed exactio, deducto ne egeat, vt quam pri-
mum venerit ad pinguiorem fortunam, possit
consequi totam dotem; tanto magis, quòd
iam patitur pœnam, ex quo tenetur soluere
expensas, secundum Ang. in d. l. eum qui, lo-
co cit. & isto modo possunt concordari illæ
opiniones diuersæ Illustrium Doctorum.
15 Et hoc est verum † si negatio dolo, vel la-
ta culpa facta sit, secus si negatio, nec dolo,
nec lata culpa facta esset Intrigl. d. cas. 35. nu-
mer. 57. Brun. d. quæst. 20. num. 16. Fely. in d.
c. cæterum, col. 5. in fi. vers. ista limitatio de iud.
Paris. cons. 100. numer. 8. vers. ista prætoria,
16 col. 3. quia † quando negatio non esset facta
dolo vel lata culpa, sed per errorem vel igno-
rantiam, non habet locum pœna negantis,
Alex. in d. §. licet, vers. tertio, Bal. in d. cap. 1.
§. vasallus, et 1. si de feudo fuer. controu. inter
domin. & vassallum, Campeg. de dot. d. q. 265.
num. 2. Ang. in l. fin. ff. de re iud. Bar. in d. l. eum
qui, col. fin. Burg. d. inspect. 10. num. 7. p. 1. de
17 laude dicens: si † emphyteuta est requisitus à
domino, vt canonem soluat, & negat se esse
emphyteutam illius, & conuincitur de men-
dacio, regulariter pœnam caducitatis non
euitat, si tamen id scienter facit: ergo secus
si ignoranter, Spec. in d. §. nunc aliæ, quæst. 65.
num. 82. d. tit. de locat. Surd. de alim. tit. 9. q. 36.
num. 71. Cuccus in d. trac. de ment. circ. de poss.
num. 106. Valasc. in tract. de iur. emphyt. q. 8.
num. 11. & quæst. 38. num. 14. Corbul. de caus.
priuat. ob mendac. & cautum sit in c. omne 22.
quæst. 2. Vel nisi libellus actoris aptè formatus
18 erat, secus si fuerit ineptus, quia † tunc ne-
gatio conuenti subsequens non facit eum in-
cidere in pœnam negantis, vt Alex. in dict. l.
etiam filios, §. licet, vers. quarto limita. Bald.
in l. edita, col. pen. in repet. Patau. C. de eden.
notat Campeg. d. quæst. 265. num. 3. nam eo
casu negando non priuat iure suo; cum pœ-
na posita neganti, non habeat locum quan-
do negatio est facta super libello inepto, vt
Alexan. & Iason. in d. l. eum qui in princ. ff. de
re iud. & in d. l. sed hoc ita §. quod autem ff. eo.
Fely. in cap. ex tenore, col. 3. de rescrip. Ias. in
§. actionem num. 97. instit. de actio. Cotta in suis
memorabil. in verb. actus nullus & in vers. menu
dax. Pet. Rauen. sing. 349. Graff. de except. d.
19 except. 17. num. 22. sicut etiam si † maritus
negauerit datã dotem, vel contractum matri-
monialem, quia tunc non perdit beneficium,
Bar. in d. l. etiam filios, §. licet num. 4. & in d.
l. si dubitatur, §. ita demum, in fin. Ant. Trigon.
d. sing. 75. post num. 2. vers. secus si negat do-
tem

*tem, & Alex. in d. l. maritum, ff. solut. ma-
trim. Surd d. quæst. 78. num. 29.* sed si porrecto
libello vxoris, in quo vxor narrasset matri-
monium, & dotis perditionem per maritum,
20 & ex hoc petit *sibi* dotem restitui, & † mari-
tus negasset generaliter narrata, prout nar-
rantur, & petita, prout petuntur in libello,
tunc maritus non amittit beneficium *istud*,
dixit *Campeg. d. quæst. 265. vers. secundo adde
d. §. sed & si quis, vbi Doctores omnes, de actio.*
ita voluit signanter *Bar. in d. l. si dubitatur, §.
ita demum, in fin. & ibi Castr. & Alex. in d. §.
licet post num. 9. d. vers. secundo limita. Imol. in
d. §. ita demum,* dicens, quòd de hoc dicto po-
teris lucrari vnum bonum mantellum, idem
*Imol. & Paul. Cast. in d. l. sed hoc ita, Bal. sibi
contrarius in l. si cui, §. si à filio, ff. de legat. 1.
Alex. cons. 83. num. 5. lib. 1. Aloys. de Albert.
d. sing. 291. in fin. Intrigl. d. cas. 35. numer. 56.
Palat. Ruui. d. §. 12. post num. 15. Auna sing.
319. Franc. Carrab. in prax. sindic. par. 1. post
num. 82. Anto. Trigon. d. sing. 75. num. 3.*

Et licet contrariam opinionem teneat *Bal.
in l. 1. col. 3. num. 7. C. de lit. contest. idem Bal.
in l. 1. col. 2. vers. sed nunquid num. 13. C. de ædil.
edi.* cum quo transeunt *Ant. Butr. in cap. 1.
col. vlt. num. 22. ibiq; etiam Fel. col. pen. nu-
mer. 20. de lit. contest.* quinimo hanc esse com-
munem opinionem, vt dicit idem *Fely. in
d. cap. 1. num. 19. de lit. contest.* cui reprendit
*Ias. in §. sed & si quis in fin. insti. de actio. & in
d. §. quod autem num. 10. in 4. lim. numer. 12.*
vbi communem attestatur, quod maritus di-
dicto priuilegiò non priuatur: refert, & sequi-
tur *Scipio Rendina in tract. promptuarij recepta-
rum sent. tit. 123. de viro & vxore num. 2.* Ra-
21 tio est, quia † negatio non refertur ad ea, quæ
sibi neganti sunt fauorabilia: ex quo excep-
ptio, libellus Rei dicitur, *l. 1. ff. de exceptio. l.*
22 *in exceptionibus ff. de probationib.* Verba † au-
tem libellantis ambigua pro libellante acci-
piuntur, & interpretantur, *l. si quis intentione,
ff. de iud. Alex. loco citat.* sequitur *Brun. d. quæst.
20. num. 15.* vbi testatur hanc esse magis com-
munem opinionem. *Imol. Paul. Castr. & Salyc.
in l. cum precum C. de liberal. caus. Aret. & Ias.
in d. §. sed & si quis. Paris. d. cons. 100. num. 9.
Zuccard. cons. 13. num. 5. Palat. Ruui. d. §. 12.
post num. 15. Mantua d. sing. 238. in fin. Trigon.*
23 *d. sing. 75. post num. 3.* vbi dicit, quod † ex tali
generali negatione solum intelligitur negasse
substantiam facti, & non singulas circumstan-
tias qualitatis, ita voluit *Paul. Castr. in d. §.
ita demum, & Bald. in d. l. si cui, §. si à filio, &
in cap. 1. col. 3. de lit. contest.* & licet *Alex. loco
cit.* dicat, quod Bar. opinio in puncto iuris
non procedat; tamen *ipse* substinet opinio-
nem Bartoli, quod ex generali negatione non
debet intelligi comprehensum id, quod quis
verisimiliter non esset negaturus, *arg. l. obliga-
tione generali, ff. de pigno.* ideo non videtur,
quòd in generali responsione veniat illud,
quod meretur pœnam, *l. si procurator, ff. de con-
dict. indeb. l. 3. §. si procurator ff. quod quisq; iur.*

& ista sunt de mente *Saly. in d. l. cum precum
C. de liberal.* quam opinionem Bartoli sequi-
tur *Dec. in d. c. cæterum, & Raphael Cuman.
in l. necessaria, ff. de acq. poss. & Alex. in con-
sil. 37. num. 11. lib. 2.* cum qua videtur con-
cordare *Butrig. in l. 1. C. de litis contest.* quam
etiam opinionem sequitur *Ias. in d. §. quod
autem contra Fely. in d. c. cæterum;* quam opi-
nionem Bartoli dicunt etiam esse magis cō-
munem *Trigon. d. sing. 15. in fin. & Brun. d.
quæst. 20. num. 15. in fin. per Paris. d. cons. 110.
& Doctores*, quos supra notaui.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, negans dotis quantitatem, & obtulit stare iuramento vxoris, non gaudet beneficio. deducto ne egeat, si vxor iurauerit sibi decem deberi ex causa dotis.*
2 *Iuramentum vxoris, factum super facultate mariti, an esset soluendo in decem, deducto ne egeat, facit perdere beneficium deducto ne egeat.*
3 *Maritus, in solidum condemnatus, potest opponere exceptionem, deducto ne egeat.*
4 *Iuramentum, & sententia æquiparantur.*
5 *Exceptio omnis, quæ competit cum iuramento, potest opponi post iuramentum.*
6 *Exequutio non versatur iuramento.*
7 *Iuramentum actoris tollit exceptionem contrariam iuramento.*
8 *Maritus propter ingratitudinem aduersùs vxorem amittit istud beneficium.*
9 *Maritus quando se malè gessit cum vxore infirma, perdit priuilegium istud, & annalem dilationem.*

LIMITATIO
Septima.



1 IMITA septimò, quando † maritus negat dotis quantitatem, & obtulit stare iuramento vxoris, an esset creditrix in quātitate, quam petit, & asserit, in dotem dedisse marito; & ob id iurauit sibi deberi decem ex causa dotis, vel esse creditricem mariti in quinquaginta, vel vltra: quia tunc maritus in solidum conuenitur, *tex. est iuncta gloss. in l. cum qui §. si mulier ff. de iur. dot. Campeg. in tract. de dot. quæst. 238. fall. 13. Alex. in l. maritum fall. 13. ff. solut. matrim. & in l. non tantum post num. 10. vers. secus si mulier ff. de re iud. Brun. de cess. bon. quæst. 10. 4. par. princip. num. 19. Socy. reg. 257. fall. 7. in reg. iur. Intrigl. de casib. consc. cas. 35. num. 60.* quia debere dicit id, quod cum effectu debetur, &

ff. de verb. oblig. l. debitor, & l. 1. ff. quod quisque iur. Ratio est: quia si maritus vteretur isto beneficio, veniret contra iuramentum vxoris, & sic detegeretur eius periurium, *l. iusiurandum, §. fin. & l. seq. ff. de iureiur. Ioan. de Imol. in d. l. non tantum Paul. Castr. in l. ex diuerso, §. si in iudicio num. 1. ff. solut. matrim.* vbi dicit quòd fit interpretatio in fauorem vxoris iurantis, vt intelligatur, scilicet, cum effectu, vt tenet *gloss. 1. in d. §. si mulier*, per illud verbum *(debere)* & *ibi Ias.* vbi etiam *Paul. idem Paul. Castr. in l. si prior, & ibi gloss. nu. 4. ff. solut. matrim.* & sic maritus isto casu non gaudet isto nostro beneficio, *gloss. & Bar.* & magis communis opinio.

2 Et † hoc est verum, si de facultatibus mariti fuisset controuersia: scilicet, an esset soluendo maritus in decem, deducto ne egeat, & est originalis opinio *Fulgos.* vt refert *Alex. in d. l. eum qui §. si mulier*, & iste est intellectus *d. gloss. 1. ibi*, quam opinionem sequitur *Alex. ibi, & Paul. Castr. & Ias. in fin. facit l. Mauius, §. à me herede, & ibi gloss. fin. ff. de leg. 2.* secus si de facultatibus non fuerit mota quæstio, sed mulier iurauit, sibi debere decem, videri, quod intelligeretur, scilicet mero iure, quo casu vteretur isto nostro beneficio: ex quo non dicitur venire contra iuramentum vxoris, sicut vti potest post sententiam, in qua eodem modo distinguitur;

3 quia † licet per sententiam maritus fuisset condemnatus in solidum, tamen non contra sententiam, sed ad moderandam executionem, potest opponi ista exceptio, vt sup. notaui *in proœm. 2. par. vers. & ista exceptio, per l. Nesennius, §. fin. & ibi gloss. ff. de*

4 *re iud.* quia † iuramentum, & sententia æquiparantur, *l. sed & si possessor, §. sicum hereditate, & d. l. eum qui §. in popularibus, ff. de iureiur. & l. post rem, ff. de re iud.* & tenet *Ias. in d. §. si mulier, & Gomes. in §. item si quis postulante post num. 7. column. 4. vers. & hanc opinionem ego firmo instit. de action. & Doctores in l. 2. de iureiur.* Ergo eadem ratio militat isto casu in iuramento, quæ in sententia, secundum *Fulg. in d. §. si mulier.* Ratio est, quia

5 † post iuramentum potest opponi omnis exceptio, quæ compatitur cum iuramento, vt per *Bar. in d. l. eum qui §. fin.* & dicit *Ias. in d. §. si mulier*: Idem est si iurasset quinquaginta, vel vltra dedisse; semper nihilominus habebit maritus istud beneficium, quia propter hoc non venitur contra iuramentum:

6 ex quo † exceptio non versatur iuramento, ita *Paul. Alexand. & Ias. in d. §. si mulier, idem Alexand. in d. l. non tantum, post num. 10. & tex. in d. l. eum qui §. fin. 2. resp. & ibi Do-*

7 *ctores omnes*; & sic † iuramentum actoris tollit exceptionem contrariam iuramento, non autem secum competentem, secundum *Doctores in d. §. si mulier, et ibi Ias. in fin.*

8 Quod beneficium deducto ne egeat amittit maritus, qui fuisset ingratus vxori, dicit *Fontanell. de pact. nupt. clas. 7. gloss. 3. par. 11. numer. 94. l. b. 2. fol. 744. per Surd. de alim. d. quæst. 78. tit. 1. num. 58.* quam dicit esse nonam, & per ea, quæ ipsemet Fontanell. notat *loco cit. num. 10.* & per ea quæ notaui *in proœmio par. 1. fal. 1.* ac etiam maritus perdit istud beneficium, & annalem dilationem, cum alijs lucris dotalibus, quando malè se gerit cum vxore infirma, veluti deserendo eam, vel alia necessaria non adhibendo, *idem Fontanell. d. tract. de pact. nupt. clauf. 7. gloss. 3. par. 11. numer. 10. fol. 744. lib. 2. per Franc. Viu. dec. 197. num. 14.* vbi est decisio facta in suo Senatu aduersus maritum, & *Steph. Gratian. discept. forens. 405. per tot.* & per ea, quæ dicit *Molin. de ritu nupt. et pact. in matr. conuen. lib. 3. quæst. 42. à num. 18.*

SVMMARIVM

1 *Maritus beneficium, deducto ne egeat, non habet, si tenet artem ex qua viuere potest.*
2 *Filio naturali artifici non debentur alimenta.*
3 *Pater tenetur alere filium, nisi aliunde habeat artem.*
4 *Ars inopem defendit vitam.*
5 *Maritus commodè viuere debet secundum eius qualitatem.*
6 *Ars consideranda est si sit talis, quod sine dedecore dignitatis exerceri possit.*
7 *Non possumus quod honestè facere non possumus. & filio qui potest laborare potest pater alimenta denegare.*
8 *Maior verecundia est publicè mendieare quam operari.*
Decisiones M. R. C. referuntur. ibid. & post num. 10.
9 *Maritus habens vtilem artem, in solidum est exigendus.*
10 *Auctor Iudex Magna Regia Curia.*

FALLENTIA Octaua.



1 OCTAVO fallit quãdo maritus, † & similis, vel eorum filij habent artem, ex qua viuere possint, quia tunc insolidum conueniuntur, *Iac. de Aret. Bart. Bal. Alberic. de Rosat. Paul. Castr. & Alexand. post gloss. fin. & l. si maritus, ff. sol. matrim. idem Alex. in l. maritum fall. 15. & in addi. ad Bar. ibi lit. C. ff. eod. Ang. Aret. in §. si de dote num. 4. & ibi Io. Faber, & Ias. num. 7. instit. de act. Socy. in reg. iuris reg. 257. fall. vlt. Campeg. in tract. de dot. quæstion. 238. fall. 15. par. 3. Surd. de aliment. quæst.*

quæst.78. num.31. & 32. Crauett. consil.199.
num.9. Landr. conf.30. post num.3. Greg. Lop.
in l.15. in gloss.8. part.5. tit.10. Regn. Castill.
Intrigl. de casib. consc. cas.35. num.68. Ama-
nell. de Clar. aqu. sing.188. Matth. de Matth. in
in tit. de bon. author. iud. possid. l.3. numer.4.
Giurb. super consuet. Mess. cap.13. gloss.6. par.1.
num.52. Fontanell. de pact. nupt. claus.7. glos.3.
par.11. numer.42. lib.2. de restit. dot. fol.743.
Barb. in d. l. maritum, numer.9. cum seq. ff. so-
lut. matrim. Costa remed. subsidiar.28. num.7.
adducit *Vinium decis.527. num.18. lib.4. Ma-*
star. consil.1154. num.36. Miev. in Cur. Bareb.
Reg. Ferd. cap.8. de salar. aduocat. numer.78.
col.9. fol.88. & refert *ibi Font. sub numer.43.*
quod fuit denegatum istud beneficium, cui-
dam notario, eo prætextu, quod in sua arte
viuere poterat, ac non nullis alijs per senten-
tiam, vt ibi per eum; quia vbicunque lex
mandat, aliquem alendum esse, intelligitur si
ex arte, vel industria viuere non possit *gloss.*
in l. si quis §. 1. C. de donat. & gloss. in l. si quis
à liberis, in princ. ff. de libe. agnosc. Nicol. de
Neapol. in d. l. maritum; & sic maritus habens
artem, qua mediante victum sibi quærere
possit, non gaudet isto beneficio, deducto
ne egeat, sequitur *Molin. in tract. de contract.*
disp.119. num.8. Brun. quæst.2. part.4. princip.
num.25. de cess. bono. Soc. sen. conf.30. vol.4.
Cyn. in l. nec maritus, C. solut. matrim. & in
l. diuortio, C. de neg. gest. Dyn. in d. l. si mari-
tus, & in l. si constante, ff. solut. matrim. Cy. in
l. vbi adhuc C. de iur. dot. Affl. decis.99. nu.3.
Thesan. Pedem. decis.211. num.13. fall.1. vbi
2 † filio naturali artifici non debentur alimen-
ta.

Ratio est, quia potest sibi aliunde quærere
victum *per d. l. si quis à liberis, §. sed & si filius,*
& §. alimenta. Abb. in c. fin. num.5. de conuers.
infidel. & in c. cum haberet, de eo qui duxit in
matrim. quam poll. per adulter. Duen. reg.367.
Bursat. conf.62. & conf.82. num.2. & 3. lib.1.
communem opinionem testatur *Benintend.*
decis.89. num.5. in fin. Simon de Prat. conf.9.
num.19. & conf.139. num.52. Alex. conf.48.
num.2. lib.3. & conf.27. numer.2. lib.4. Dec.
conf.576. num.3. & dicit etiam communem
secundum *Rol. conf.54. num.48. & conf.55.*
num.5. lib.2. & conf.14. num.16. vol.3. Cra-
uet. d. conf.199. num.10. & conf.917. num.11.
Gabriel. de alim. conclus.1. numer.21. Hieron.
Gabr. conf.24. num.3. Gratia discept.120. n.10.
& discept.60. num.19. 20. & 21. Ioseph Ludou.
tit. de alim. concl.1. vers. non cogitur, l. quæ le-
gatorum, ff. vt in poss. leg. Moli. de primog. lib.
2. cap.15. num.46. Turret. conf.85. num.24.
25. 26. 27. vol.2. Roy. decis. Litua.4. num.27.
Ceph. conf.280. num.42. & 45. Tepat. lib.2.
var. tit. de alim. liber. à parent. præstan. col.1.
Carpa. ad stat. Mediol.278. ad fin. & cap.288.
num.29. cap.313. num.48. Sesse decis.45. n.10.
Natt. conf.664. num.8. conf.402. num.49. Surd.
de alim. tit.7. quæst.14. num.5. quæst.6. num.1.
Ang. Aret. conf.95. Spin. de Testam. gloss.11.

num.18. Tusc. tom.1. lit. A. concl.287. num.16.
19. 21. 24. 25. 197. Gars. de expens. cap.4.
num.22. Vini. decis.525. num.22. Anfr. ad Cap-
pell. Tholosa.27. Menoch. conf.321. numer.26.
Dummodo ex sua (quam profitetur) arte
possit viuere, dicit post omnes *Giurb. decis.5.*
num.8. circ. fin. & Bar. in tract. de alim. num.12.
3 dicit, quòd † pater tenetur alere filium, & è
contra, nisi aliunde, vel habeat artem; ergo
nec marito debentur alimenta quando habet
artem: ratio est, quia quilibet præsumitur
ex suo officio non solum ali, sed etiam dita-
ri, *Bal. in l. si defunctus C. arbit. tutel. Pedem.*
d. decis.211. num.18. vbi versus.

Cum tibi sint nati, nec opes, artibus illos
4 *Instrue, quo † possint inopem defendere vitã.*

Et licet nihil habeat in bonis præter artem,
non potest vti isto beneficio, *idem Paul. Cast.*
in d. l. maritum., num.8. & ibi in contrarium
adducit *tex. in l. miles, ff. de re ind.* vbi Aduo-
cati, & Clerici gaudent isto nostro benefi-
cio, vt notaui *quæst.9. num.10.* Sed intelligit
ibi Paul. Castr. de Aduocatis, qui cum offi-
cio aduocationis non possunt commodè vi-
uere, vel de clerico habente beneficium, de
quo viuere non possit, & ita decisum fuit per
M. R. C. in fauorem Francisci Rizzardo pi-
ctoris contra Hieronymam Cordua, contra
quem fuit interloquutum (reijciantur, præ-
stito prius de restituendo in casu succum-
bentiæ, & facta solutione audiatur, deducto
ne egeat arbitrio M.R.C. sub die 28. Nouem-
bris 14. ind. *1615.)* quod arbitrium fuit de-
claratum per M.R.C. sub die 14. Ianuarij 1618
scilicet [Deducantur vnc.30. tertiatim, an-
ticipatim in anno quolibet; eius vita du-
rante, ac omnibus mobilibus, & stiuilibus
domus, & habitatione domus, in qua ad
præsens stat, ac tertia omnium nominum de-
bitorum exigendorum, deductis expensis,
& possit agere ad vtilitatem creditricis, & ip-
sius; ita quod fructus bonorum adiudicato-
rum remaneant pro ipso de Riccardo vsque
ad tempus adiudicationis faciendæ,] Quæ
est mirabilis, & singularis decisio, cum per
artem possit sibi quærere victum, & in eo
quod deficit, ars supplere debet, per ea, quæ
infra notabo. Sed quia partes sibi concorda-
uerunt iuxta decisionem prædictam, transa-
cta est in rem iudicatam; & circa istam fal-
lentiam me remitto ad ea, quæ sup. notaui
in ampliat.1. huius quæstionis secundum *Za-*
sium ibi, & notaui etiã *in proæm. partis 1. vers.*
& consequenter: post num.39. ex quo maritus
5 † commodè viuere debet secundum eius qua-
litatem, & artem exercere secundum eius na-
tale. & ita sentit *Thes. Pedem. d. decis.211.*
post num.14. vbi dicit: Licet habeat filius na-
6 turalis artem, debet considerari quando †
ars est talis, quòd sine dedecore exerceri pos-
sit, *Crauett. dicto consil.199. in princip.* vbi di-
cit: Quando filius ex arte viuere potest, ei
non debentur alimenta, nisi esset verecundia
filio talem artem exercere, *Calcan. conf.59.*

columu.

column.1. in fin. Iacob. de Put. inter consil. Calcanei cons.62. column.5. Burs. d. cons.62. num.3. lib.1. Ioseph Lud. de alim. d. concl.1. vers. intelligendo, Bar. *in d. tract. de alim. post num.12.* vbi dicit: nisi persona, quæ operari dedignaretur, vt miles, vel homo nobilis, quia eo ipso quòd eget, licet operari possit, alendus est, *vt d. l. si quis à liberis, §.2. versic. facilius quærendum, & ibi postillator. Pet. Ranch. sin-*
7 *gul.27.* vbi dicit, quòd † alimenta pater potest denegare filio robusto & sano, qui potest laborare sine dedecore suorum natalium, & per *Bart. in l. prima, C. de mendicantib. valid. lib.11. num.7.* vbi dicit: Quod intellige, si secundum conditionem natalium operari non esset sibi verecundum, quis enim diceret, quod filio vnius hominis nobilis, & diuitis imponetur necessitas laborandi terram? certè nullus: *idem Bar. in d. l. si quis à liberis, §. sed si filius, ff. de libe. agnosc.* nam non possumus quod honestè facere non possumus, vt notaui *in proœm. p.1. vers. quod beneficium*: Et non
8 obstat *d. l.1.* quòd † maior verecundia est publicè mendicare, quàm laborare: quia illud intelligitur, si alio modo non posset viuere; secus si alio modo, secundum *Bar. in loco cit.* vel sine periculo infirmitatis, vel si esset persona debilis; & sic respicitur, & qualitas personæ, & ars, prout in casu nostro, secundum Doctores sup. citatos, & in M. R. C. vertitur quæstio inter V. I. D. Petrum Nacleri, & art. medic. doct. Laurentium de Natali, eius socerum conuentum pro solutione certarum dotium virtute contractus matrimonialis, contra quem de Natali dictus de Nacleri exequutionem causauit, qui se opposuit de isto beneficio, deducto ne egeat, sibi competente, ex quo est deterioratus conditione propter eius infirmitatem, & surditatem, & non potest commodè viuere ex suo officio secundum eius conditionem: quæ non est adhuc decisa, ex quo dictus de Nacleri actor cessauit, credo rationibus supradictis. Adde quod ita fuit decisum per Tribunal. M. R. C. vt notaui in proœ. 1. p. vers. & consequenter, post num.36. & ita etiam decisum fuit in fauorem V. I. D. Ascanij de Honestis contra Petrum Grippa, eius generum, ex quo ex officio suo non poterat commodè viuere secundum eius qualitatem, sub die 17. Iulij 14. ind. 1600. Ita etiam decisum fuit in M. R. C. per D. de la Veglia, cui fuit commissum negotium ad instantiam Notarij Ioseph Cannatella carcerati, stante exequutione, contra eum causata vnc. 25. vigore instrumenti dotalis ad instantiam Ioannellæ Dragho, contra quam fuerunt præsentatæ oppositiones, & fuit dictum (stent expensis hinc inde compensatis, sub die 11. Augusti 1. ind. 1603.) & ita expressè sentit *Surd. de alim. quæst.9. num.20.* vbi dicit, quòd
9 † si habet vtilem artem, in solidum conuenitur; ergo si non habet vtilem artem, non potest in solidum conueniri, vt ibi, *& per Doctores sup. notatos*; & adde quod in M. R. C. in
10 mense Octobris 1615. quo tempore † eram Iudex sedis ciuilis dicti Tribunalis, fuerunt emanatæ litteræ ad instantiam Mastri Laurentij Marcone de Ciuitate Drepani, contra Vincentium Russo, qui erat admissus ad nostrum beneficium per M. R. C. per quas ordinauimus, quòd si ex eius arte poterat se, suosque alere secundum eius qualitatem, non admittatur ad beneficium, deducto ne egeat; vt est videre penes Regiam Secretariam, & ita plures seruatum fuit, in M. R. C. secus quando non solebat maritus proprijs manibus operari, & de artificio viuere, tunc enim quoniam dedecus esset ei ad operas illas manuales redire, non potest ei imputari quod de illis viuat, secundum *Barb. in d. l. maritum à num. 9. cum seqq. ff. solut. Matrim. & Mier. in Cur. Barc. Reg. Ferdin. cap.8. col.9. num.78. post eos Fontanell. de pact. nupt. claus.7. gloss.3. p.3. num.44. lib.2. fol. 743.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus ex errore soluens totam dotem, absq; deductione ne egeat, amplius repetere non potest deducto ne egeat.*
2 *Tutus exceptione dilatoria & temporali, soluens etiam per errorem facti non repetit.*
3 *Maritus restituens dotem ex legitima causa uxori, se, eiusque filios priuat beneficio, deducto ne egeat.*
4 *Cautela ne maritus restitutionem faciat.*

LIMITATIO Nona.



NONO limita, quando maritus † errore soluit totã dotem, non deducto ne egeat, quoniam repetere aliquid tunc non poterit. casus est *in l. quod nomine, & l. seq. & ibi Alex. ff. de condi. indeb. Io. Crot. cons. 127. num.12. Gomes. in §. pœnales, post num.30. vers. Fely. ita intelligendus est, insti. de actio. Fely. in c. si diligenti col. 6. vers. quartum corollarium de for. cop. Gasp. Beat. de inope debit. cap. 17. num. 78. Campeg. in tract. de dot. quæst. 238. fall. 16. & quæst. 256. Idem Alex. in l. maritum fall. 16. Ias. in l. ad egregias, ff. de iureiur. & in d. l. quod nomine, post num.1.* & ibi pulchrum verbum *Bal. in cap.1. de na. feud. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss.3. p.11. post numer. 86. lib. 2. fol. 743.* vbi dicit, etiam si sententiam maritus habuisset in sui fauorem, sibi beneficium cõpetere: si enim post eam, nihilominus totam dotem soluit, per *Barb. in l. maritum, num.35. ff. sol. matrim.* & notaui *in proœm. 1. p. vers. & istud benefi-*

cium: quia isto casu conuenitur, vt extraneus possessor *Bartol. in d. l. quod nomine, in princ. idem Bar. & Alex. in l. ex diuerso, §. si in iudicio post nu. 6. Cyn. in l. cum quis qu. est. 5. C. de iur. & fact. ignor. & in l. exequutione C. de probat.* idem Bar. & *Doctores in l. nam & si maritus, ff. de condict. indeb.* vbi tenent quòd soluens per errorem siue iuris, siue facti in exceptione dilatoria, siue ante sententiam, siue post sententiam, non repetit, idem *Bar. in d. §. si in iudicio, num. 13. 14. & 15. vers. unde*; ratio est, quia post solutionem non fit amplius
2 in casu ne egeat, vt iura supradicta, & † tutus exceptione dilatoria, & temporali, soluens etiam per errorem facti, non repetit *Alex. in d. §. si in iudicio, l. si fideiussor quamuis. ff. de mand.* ergo maritus, & similis, qui habet hanc exceptionem, dilatoriam solutionis, soluens per errorem, etiam facti, non repetit.

3 Est † ergo notandum, quòd † maritus, restituens ex aliqua sufficienti causa dotem eius vxori, se priuat isto beneficio; soluto matrimonio, & priuat etiam eius filios einsdem matrimonij hæredes; cum possessio, & dominium transit in vxorem, & soluto matrimonio vti extraneus possessor in solidum conuenitur, vt notaui supra *ampliat. 4.* & hoc quando dos est verè restituta, & in solidum data;
4 & ideo † maritus sit cautus, ne faciat restitutionem dotium, sed tantum consignationem penes mulierem, quo casu erit tutus quò ad istud beneficium, & quò ad creditores quia non habeant ius offerendi, & non possunt bona mariti, assignata vxori, auocare, vt notaui *supra in ea. q. vers. infertur etiam quòd creditores*, & hæc de ista fall. breuiter dicta, sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Maritus non gaudet beneficio, deductione egeat, si in solidum condemnatus, non appellauit.*
2 *Iudex pronuntiando non obstante exceptione inuentarij, si non fuit appellatum, amplius illam admittere non debet.*
3 *Exceptionem eamdem opponere posse ad eumdem finem in secundo iudicio non dubitatur.*

LIMITATIO Decima.



1 DECIMO limita quando † maritus opposuit exceptionem istam & ea reiecta, iudex contra eum tulit sententiam in solidum, à qua maritus nò appellauit, *Campeg. in tract. de dot. qu. 238. fall. 17. Alex. in l. maritum fal. 17. ff. solut. matrim. Brun. de cess. bon. quæst. 2. p. 4. princ. num. 26. Intrigl. de casib. cons. casu 35. num. 69. & 70. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. p. 11. num. 102. et 103. lib. 2. fol. 743.*
2 *Gratia. discept. Forens. 495. lib. 3.* sicut † in exceptione inuentarij confecti, quæ si opposita fuit, & per iudicem, ad vlteriora procedentem, non fuit admissa, nec à non admissione fuit appellatum, talis exceptio amplius opponi non potest, nec super ea quæstio refricari, vt habetur *in clem. fin. de appell. c. suborta ext. de re iud. Alex. cons. 3. col. 2. ver. sed quod est opus lib. 2. Roma. cons. 384. in fin. Coler. cons. 115. Dec. in c. quoniam contra col. 19. in fi. vers. dicunt tamen Moderni extra de app.* Ergo in exequutione sententiæ non poterit huiusmodi beneficium post modum opponere, *l. Nesennius, §. fin. et ibi gloss. not. in vers. non tenetur, ff. de re iud.* cum iuribus ibi per *gloss. allegatis, notat Pet. de Ancha. in cons. 6. Pau. Castrens. in dict. leg. Nesennius, §. in solidum, vbi Dyn. & Bar. numer. 10. vers. dicit Dyn. & ibi Doctores omnes*; ratio est ibi, quia si opponeretur post sententiam, impugnaret sententiam; quia emanauit iudicium
3 super illa receptione, & † non licet eamdem opponere exceptionem reprobatam, tam, ad eumdem finem, in 2. iudicio, dixit Boer. dec. 43. *num. 2. Ludou. Bologn. in l. duobus, in secundis interpretationibus C. de fund. instruct.* Bal. *cons. 187. vol. 3. Paul. Castrens. cons. 306. incip. visa petitione vol. 2. iuxta nouam impressionem, c. cum ecclesia, in fin. & ibi Imol. & Doctores, de causa poss. & propriatat. Socy. cons. 104. incip. visis instrumentis col. 8. vers. circa sextam quæstionem vol. 2.* tàm si fuerit expresse reprobata, quàm tacitè *l. 1. & 2. & ibi notant Doctores, Cl. de ord. cognit. Fely. in d. c. suborta. col. 3. post medium, vers. habes ex his de re iud.* quod hoc limitat octo modis, quos etiam refert *Boer. d. dec. 43.* vbi dicit, quod exceptio, quæ in iudicio summario fuit opposita, in quo non fuit cognitum super ea, & repulsa, poterit nihilominus in iudicio ordinario proponi, vt *ibi Fely.* secundum primam limitationem, secus si non oppo-

posuit, quia potest opponi, *vt notaui in proœm. 2. par. fall. 2. & Campeg. loco citat. Cappell. Tholos. decis. 359. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus in solidum condemnatus, si postea desijt facere posse, non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*
2 *Facere posse, inspicitur tempus rei iudicatæ.*
3 *Maritus si tempore sententiæ est inops & postea facta exequutione reperitur facere posse, iterum fit exequutio.*

LIMITATIO Vndecima.



1 NDECIMO fallit quando † maritus fuit cōdemnatus in solidum: ex quo tempore sententiæ facere potuit; licet postea desinat facere posse: quia in executione sententiæ non vtitur isto beneficio, deducto ne egeat, *tex. est in l. rei indicata, et ibi Paul. Castr. ff. solut. matrim. Campeg. in tract. de dot. quæst. 238. fal. 18. Alexand. in l. maritum fall. 18. ff. solut. matrim. Bar. in d. l. rei indicata, in fin.*
2 vbi quòd † quis facere possit, inspicitur tempus rei iudicatæ, *l. verum §. tempus, ff. pro soc.* etiam si sine culpa definit facere posse, *Brun. de cess. bon. quæst. 20. par. 4. princip. nu. 28. Intrigl. de casib. conscien. cas. 35. num. 71.* sed
3 † si tempore sententiæ facere non potest, & postea facta exequutione facere poterat, iterum fit executio in eo, quod deficit; ratio est, vt notaui *in proœm. 1. part. vers. beneficium*, quia nostrum beneficium est temporale quo vsque veneris ad pinguiorem fortunam, *Pau. Castrens. in d. l. rei iudicata*, & quod tempus inspiciatur, dixit *Campeg. d. tract. de dot. quæst. 248.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus conuentus, vt liberet vxorem à promissione dotis non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*
2 *Honestè retinentur, quæ in honestè petuntur.*

LIMITATIO Duodecima.




1 VODECIMO limita quando † maritus conuenitur, vt liberet vxorem à promissione dotis, vt quia nunquam mulier soluerit dotem: quia tunc vir non gaudet isto beneficio, secundum *Bald. in §. sed si vxori instit. de legat. et per l. depositi, §. si scriptura, ff. de pecul. dixit Alex. in l. maritum fall. 21. et in add. ad Bar. ibi lit.*
2 E. ratio est, quia † quædā honestè retinentur quæ non honestè petuntur *Campeg. de dot. q. 238. l. 1. §. 2. ff. de var. et extraord. cognit. Paul. Castr. in l. facere posse, ff. solut. matrim.* et licet *Campeg. d. quæst. 238.* teneat contrarium; tamen aliter sentit *in quæst. 259. par. 3. not. in proœm. par. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus conuentus vti procurator suæ vxoris, non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*
2 *Maritus conuentus tanquam extraneus possessor, non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

LIMITATIO Decimatertia.



1 ECIMOTERTIO limita quādo maritus † conuenitur vti procurator vxoris suæ, quo casu non habet istud beneficium, *vt est tex. in c. per vestras de donat. inter vir. & vxor.* secundum communem intellectum *Ioan. And. & Doctorum, refert Socyn. in suis reg. iuris, regul. 257. fall. 1.* Idem tenuit *Iac. de Beluis. in disput. sua*, quam fecit, *& posuit in l. 1. C. de rei vxor. action. & Io. de Imol. in l. diuortio §. impendia, ff. solut. matrim. & facit, l. filio, ff. eod.* ratio est, quia † non
2 tanquam maritus, sed tanquam extraneus possessor conuenitur, vt supra in princ. huius quæstionis vers. sed videndum est.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Maritus non gaudet beneficio, deducto ne egeat, in restitutione dotium vinculatarum, in contractu matrimoniali.*
2 *Beneficium deducto ne egeat, gaudet maritus in bonis vinculatis.*
3 *Beneficium deducto ne egeat, est beneficium legale, & respicit fauorem matrimonij.*
4 *Lucra delata alteri ex coniugibus superuiuenti, ex forma statuti, an debeantur ex bonis vinculatis.*
5 *Pacta de lucranda bonorum parte, altero ex coniugibus præmoriente, valent, & n. 10. & 11.*
6 *Matrimonia debent esse libera, nec ex aliqua probibitione impediri possunt.*
7 *Aes alienum est deducendum in restitutione fideicommissi.*
8 *Maritus promittens statim mortua vxore restituere dotem, non per hoc perdit beneficium deducto ne egeat.*
9 *Beneficium deducto ne egeat, est temporale, & non perpetuum.*
11 *Mulier potest viro dare in dotem bona communia, etiam ante diuisionem.*
12 *Maritus gaudet beneficio deducto ne egeat in bonis vinculatis à lege.*
13 *Maritus gaudet beneficio deducto ne egeat in bonis vinculatis competentibus, iure legitimæ, & Trebellianicæ.*

LIMITATIO
Decimaquarta.



1 ECIMOQVARTO limita † quod maritus non gaudet isto beneficio in restitutione bonorũ vinculatorum in cõtractu matrimoniali, quod post mortẽ vxoris sine filijs ad alium dotes deuenire, dicit *Fontanell. in suo tract. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. par. 11. num. 83. & 84. lib. 2. fol. 743. per Ant. Oliban. in comment. de*
2 *actio. par. 1. lin. 3. Impest. Scol. in §. fuerat in tit. de actio. num. 33.* Contrarium tenet *Molin. in tract. de ritu nupt. & pact. in matrim. conuen. lib. 3. quæst. 28. post num. 15. vsque 20.*
3 per has rationes. Primo, quia legale † hoc beneficium iure communi inductum respicit fauorem matrimonij, & est de apicibus dotis, vnde cum iure, siue statutario causa dotis: & fauor exceptus censeatur, ita sic, vt & hoc beneficium exceptum videatur à dotis restitutione.
4 Secundo, quia stante statuto, quod præmoriente vno ex coniugibus, alter lucretur certam dotis partem, vel donationem propter nuptias, nedum hæc portio debebitur ex bonis liberis, sed etiam ex bonis vinculatis, & fideicommisso subiectis, ex magis communi vt ibi; magis multo gaudet hoc beneficio maritus, cum nil lucretur ex dote, sed tantum fructus, ne interim in contemptum prioris coniugi, mendicare cogatur, cum sit præiudicium temporale minus considerandum.
5 Tertio, pacta solent iniri inter virum, & vxorem de lucranda certa quantitate dotis in causa præmorientiæ vnius ex coniugibus, superstes nedum lucretur in bonis liberis, sed & in restitutioni obnixijs.
6 Quarto, maritus si isto beneficio priuaretur, cum dotes, quæ in castris, & oppidis consistant, & alijs rebus pretiosis, vt plurimum sint vinculata ab antiquo, & si non sint vinculentur à parentibus, cum filias nuptui tradunt (prout seruatur in hac vrbe Pan. & in isto Regno) matrimonia impedirentur, prout *not. sup. ampliat. 11 vers. vltimo facit.*
7 Quinto, quia fideicommissum, & illius bona restituenda sunt deducto ære alieno, *l. successores, vbi Bal. & alij, & in l. iurium, ibiq; Bal. C. ad l. Falc. Bertach. in verb. fideicommissum: vniuersale versic. 7.* atqui lucrum legale, quod consequitur maritus post mortem vxoris, detrahitur tamquam æs alienum, contractum obligatione legali ex necessitate; quod quidem alienum æs ortum videtur ordine intellectus iam à principio contracti matrimonij, & constitutæ dotis à patre, qui voluisse videtur id, quod ius ipsum commune, vel statutorum loci. *Surd. decis.*
8 *132. num. 22.* quia † per promissionem non censetur renunciasse beneficio isti *not. sup.*
9 *ampl. 6.* ex † quo præiudicium est temporale, & non afficit proprietatem. *not. in proœm. par. 1.*
10 Sexto, quia maritus potest conuenire cum vxore sua de lucranda certa dotis portione in capitulis matrimonialibus, *Crau. cons. 186. num. 4.* etiamsi dos, vel maior pars foret fideicommisso subiecta, ergo & isto beneficio gaudet in bonis vinculatis.
11 Septimo, quia vxorem posse tradere viro in dotem bona, consortio supposita, ante ipsorum diuisionem, secundum *Portoles in tract. de consort. cap. 46. num. 20.* & pactum cum marito celebrare, quod ipsa præmoriente, maritus partem suam lucretur, & idipsum è conuerso maritus cum vxore, authoritate *tex. in l. ante diuisionem, C. de iur. dot. vbi gloss. Bar. & Salyc.* quam opinionem ibi latius probat, & ex his rationibus concludit maritum hoc legali gaudere beneficio in bonis vxoris, licet vinculo suppositis fauore matrimonij: sed fatetur aliquando per Senatum contrarium fuisse decisum, refert etiam *Franc. Leo decis. 92. num. 1. & 2.* decisum fuisse iuxta opinionem *Fontanell. loco cit.* licet transeat

cum

cum opinione *Molin.* saltem in fideicommis-
12 sis, † quæ non sunt instituta ab homine, sed à lege, & in quibus non fuit dictum, quod omnia bona pleno iure, & sine diminutione peruenirent ad fideicommissarium: ergo quãdo dos est vinculata ab homine in contractu matrimoniali, scilicet à dotante, prout in casu nostro, maritus non gaudet isto beneficio, secundum eum, & alios quos refert ibi *Molin.* tenentes hanc opinionem: ratio est quod dotans potest sibi prouideri, prout vult, *not. sup. in quæst.* 1. *num.* 108. præter quam
13 in legitima, & trebellianica, competentibus ex bonis vinculatis, secundum *Fontanell. loco cit. & doct. vt sup.* vbi dicit ita pluries Senatus iudicasse: ergo restat dicendum, quod maritus in casu supposito in bonis vinculatis in contractu matrimoniali non gaudet isto beneficio, nisi in bonis debitis vxori, ex legitima, & trebellianica, secundum *Fonta-*
14 *nell. & alios*; vel in bonis † hæreditarijs vinculatis, secundum *Franc. Leo*, *& Molin. locis citatis*.

SVMMARIVM.

1 *Maritus non gaudet beneficio, deducto ne egeat, si dos fuerit legata.*
2 *Maritus habet beneficium deducto ne egeat, quando conuenitur à legatarijs vxoris.*
3 *Maritus habet istud beneficium quando tota dos fuit legata, vel maior pars.*
4 *Mulier non potest priuare istud beneficium deducto ne egeat marito.*
5 *Maritus gaudet isto beneficio deducto ne egeat, conuentus ab hæredibus vxoris extraneis.*

LIMITATIO Decimaquinta.



1 DECIMOQVINTO limita, † vt non sit locus isti beneficio, & priuilegio, si dos fuerit legata; secundum *Surd. cons.* 330. *numer.* 22. *per §. sed si vxori inst. de leg.* vbi dicit: si maritus est conuẽtus actione de dote, solum tenetur in quantum facere potest: tamen quando legatur dos tunc non obstant exceptiones, sed in solidum exigitur, sequitur *Ant. Monac. de exequut. in vestib. cap.* 12. *num.* 61. sed *Fontanel. de pact. nupt. claus.* 7. *gl.* 3. *par.* 10. *n.* 85. *lib.* 2. dicit quod maritus habet istud beneficium, quando conuenitur à legatarijs vxoris volentibus sua legata habere, & quod ita declaratum fuit in Senatu referente regio Senatore *Ioseph Dal-man* die 3. anni 1612. & per ea, quæ *not. in quæst.* 3. *ampl.* 1. *per Alex. in l. etiam filios post num.* 6. *ff. sol. matrim.* hanc opinionem veram
3 esse, quando tota † dos, vel maior pars legata fuisset, quia alias esset in potestate vxoris
4 isto beneficio priuare † maritum, quod esse non potest, per ea, quæ dicit *Surd. de alim. quæst.* 78. *& not. quæst.* 1. *num.* 61. quia si ma-
5 ritus gaudet isto beneficio conuentus ab † hæredibus vxoris extraneis, *vt sup. not. quæst.* 1. *num.* 27. quare gaudere non debet conuentus à legatarijs vxoris, pro restitutione totius dotis, vel maioris partis, quando non habet aliunde sibi alimenta præstare secundum eius conditionem? *not. sup.*


SVMMARIVM.

1 *Maritus renuntians omni iuris, & legum auxilio, non gaudet isto beneficio, & n* 4. *contr. num.* 5. 6. 7. *&* 10. *lim num.* 11. *&* 14. *declara num.* 20 *&* 37.
2 *Debitor renuntians omni iuris, & legum auxilio, censetur renuntiasse beneficio, sibi competenti.*
3 *Mulier renuntiando omni legum auxilio pro debito tutelari care erari potest.*
4 *Renuntiatio generalis censetur comprehendere omnes casus, & de omnibus eis cogitatum. contra num.* 7. *&* 9. *declara n.* 13. *lim. num.* 14.
5 *Priuilegio indulto miserationis causa nemo potest renuntiare.*
6 *Beneficium, concessum miserationis causa, indiget verbis nedum specialibus, sed specialissimis ad exclusionem. declara nu.* 20.
7 *Generalis renuntiatio non valet vbi specialis fieri debet.*
8 *Generalis renuntiatio non extenditur ad ea, de quibus non est verisimiliter cogitatũ & num.* 9. *&* 15.
9 *Generalis renuntiatio non extenditur ad ignorata, & num.* 15.
10 *Maritus renuntians omni legum auxilio, non intelligitur renuntiasse beneficio, deducto, ne egeat. & num.* 20.
11 *Maritus renuntians omni legum auxilio cum iuramento non gaudet beneficio, deducto ne egeat, contra num.* 20.
Iuramentum habet vim specialis consensus ibid num. 11.
12 *Iuramentum habet vim clausulæ expressæ consensus, & specialis renuntiationis, contra num.* 15. *declara num.* 18. *&* 19.
13 *Iurans censetur cogitasse de omnibus his, quæ contingere possunt, & competunt.*
14 *Iuramentum non operatur vltra consensũ iurantis. et num.* 28.
15 *Iuramentum non habet vim specificæ renuntiationis quò ad incognita*
16 *Iuramentum non ampliat dispositionem vltra consensum iurantis. et intelligitur secundum tacitas conditiones contractus.*

Iura-

17 *Iuramentum non mutat naturam contractus, et exceptioni, deducto ne egeat obstare videtur num. 27.*
18 *Iuramentum non habet vim specifica renuntiationis, et expressi consensus, si in dispositione generali deficit consensus.*
19 *Iuramentum habet vim specialis expressionis, vbi non deficit consensus.*
20 *Renuntiatio generalis cum iuramento non comprehendit beneficium, deducto ne egeat, debitum ratione reuerentia.*
21 *Iuri pendenti à iure natura renuntiari non potest.*
22 *Renuntiatio, posita in executiuis verbis instrumenti, non alterat dispositionem.*
23 *Renuntiatio generalis cum iuramento an tollat beneficium, deducto ne egeat, cum reuerentia non debetur*
24 *Renuntiatio generalis cum iuramento tollit beneficium, deducto ne egeat, debitum tempore renuntiationis.*
25 *Renuntiatio generalis non comprehendit exceptiones futuras.*
26 *Iuramentum intelligitur, statu non mutato.*
27 *Iuramentum non tollit exceptionem, ne egeat.*
28 *Iuramentum non extenditur vltra consensum iurantis.*
29 *Iuramentum includit solum casus, comprehensos in renuntiatione.*
30 *Iuramenti natura non confirmare actum, non autem extendere ad casus non comprehensos in dispositione.*
31 *Renuntians omni legum, & iuris auxilio, sciens sibi competere beneficium, deducto ne egeat, ratione contractus, censetur, renuntiasse dicto beneficio.*
Ignorans sibi competere beneficium deducto ne egeat. non comprehendit illud, generaliter renuntiando cum iuramento omni legum auxilio, ibid num. 31.
32 *Iuramentum non extenditur nisi ad ea, de quibus cogitatum aut cogitari debuit. & num. 35.*
33 *Beneficium, deducto ne egeat pendet à paupertate.*
Paupertas ignoratur, quia quilibet præsumitur ditari. ibid. num. 33.
34 *Iuramentum habet vim expressi, & specifici defectus solemnitatis omissæ.*
35 *Iuramentum non extenditur, nisi quatenus est consensus.*
Iuramentum defectu substantia, & consensus non habet vim specifici, & expressi. ibi num. 35.
36 *Iuramentum in renuntiatione generali apponitur ex consuetudine notariorum, & ex consensu partium hodie.*
37 *Notarij tenentur certiorare contrahentes de omnibus, quibus cum iuramento renuntiant.*
38 *Renuntiatio generalis, cum iuramento facta à sagaci persona maturi consilij, habet vim expressionis causa.*
39 *Generalis de omni iuris, & legum auxilio in casu dubio, censetur comprehendere beneficium, deducto ne egeat.*
Ius familias debet expresse renuntiare isti beneficio.
Generalis renuntiatio illas tantum comprehendit, quæ filijs f. competebant, siue tempore contractus, siue postea ex causa tunc subsistente.
Generalis renuntiatio non nocet clerico.

LIMITATIO Decimasexta.



ECIMOSEXTO limita, & vltimo ordine meo (ex quo non nullas alias in ampliationibus suis locis notaui) quòd
1 ſ si maritus renuntiauerit omni iuris, & legum auxilio, non gaudet isto nostro beneficio; ex quo renuntians omni iuris, & legum auxilio, censetur renuntiasse beneficio nostro, ne quis teneatur vltra quam facere possit, secundum *Corn. cons. 128. num. 7. vol. 3.* & in solidum tenetur *Brun. de ceß. bon. q. 30. p. 4. princip. num. 34. Lade reb. cons. 30. num. 11. Rol. cons. 15. num. 10. vol. 1. cons. 17. num. 16. volum. 4. Bertazz. d. instrum. clauſ. 30. gloſſ. 6. num. 4. Guttier. de iuram. confirm. p. 6. cap. 16. num. 63. Carot. sing. 746. Maraut. cons. 30. n. 3. & 6. Mart. clauſ. 126. num. 5. Gozad. cons. 69. num. 20. cons. 88. num. 19. post omnes Ginrb. decis. 42. num. 15. Ant. Monac. de execut in vestib. cap. 12. num. 59.* & debitor renuntians omni legum, & iuris auxilio, censetur renuntiasse beneficio, sibi competenti, *Io. Bott. cons. 9. num. 78. Rip. in repet. in l. si vnquam num. 118. & ibi Tiraq. in præfat. num. 121. in fin. C. de reuocan. donat. Franch. decis. 81. in princ. cum num. seq. Alex. cons. 195. num. 3. col. 2. & post num. 4. lib. 6. Lud. Moro. resp. 80. num. 7. & 8. Gozad. d. cons. 69. num. 20. aliàs 57. num. 19. Marſ. in rubr. C. de fideiuſſ. numer. 35. Palat. Rum. in repet. c. per vestras, de don. int. vir. & vxo. verſ. limita tamen num. 15. vsq; ad nu. 31. fol. 185. Iaſ. in l. omnes populi numer. 23. in 2. lect. ff. de iust. & iur. Matthes. sing. 56. numer. 2. Rolan. à Vall. de lucr. dot. quæst. 42. num. 1. 6. & 10. Veronenſ. consil. 141. num. 2. Marc. Ant. de Amat. decis. 16. num. 11. Intrigl. de casib. consc. cas. 35. num. 79. Dec. cons. 452. num. 18. Affl. dec. 174. num. 4. verſ. item est. Mancin. de iuram. p. 4. effect. 13. num. 36. Carol. de Graſſ. in tract. de exceptionib. except. 3. num. 40.* dum dicit, quod si debitor renuntiasset in contractu omni iuris, & legum auxilio, censetur etiam

etiam renuntiasse omnibus exceptionibus, ac etiam beneficio statutorum, nec non censetur renuntiasse beneficio, ne possit carcerari, secundum *Bar. in auth. matri. & auiæ, num. 14. col. pen. C. quan. mul. tut. off. fung. possit*, & melius *in l. si quis sub conditione, post num. 13. in fin. & sub numer. 18. ff. de testam. tutel.* vbi
3 † mulier renuntiando omni iuris, & legum auxilio, omnia ei tolluntur beneficia, & reducitur ad eum casum quo esset, si esset tutor masculus; vnde putat ibi *Bar.* quod mulier isto casu potest carcerari pro debito tutelæ.

Ita ergo maritus renuntiando omni legum auxilio, videtur renuntiasse isti nostro beneficio, & consequenter in solidum conue-
4 nitur, per iura supradicta: & † renuntiatio generalis censetur comprehendere omnes casus, & de omnibus eis cogitasse, dicit *Tiber. Decian. resp. 44. num. 30. & 187.* & tantum præiudicat, quantum specialis de singulis, *vt ibi num. 139. Franch. decis. 18. num. 2. Laderch. d. cons. 30. num. 11.* Contrarium sentiunt idem *Bartol. in l. Titia, §. Imperator, num. 11. ff. de leg. 1. Bal. in l. 1. in fin. ff. de leg.*
5 *præstan. Alois. Albert. sing. 87.* vbi dicit, † priuilegio indulto miserationis causa nemo potest renuntiare, *iuxta gl. notab. in l. 1. C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* & expresse deter-
6 minat *Roma. cons. 269. numer. 3.* vbi dicit, † quod beneficium alicui concessum miserationis causa, ad exclusionem sui requirit verba nedum specialia, sed specialissima, ita signanter notat *Cyn. in dict. l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid. Franc. d. decis. 181. num. 8. Giurb. dict. decis. 42. numer. 5. & 6. Ronit. ad pragm. R. N. tit. ad Maced. num. 25.* sicut est istud nostrum beneficium, concessum marito, secundum *Brun. de cess. bon. quæstion. 7. num. 2. Spec. in tit. de renuntiatio. & concl. §. 1. post numer. 25. in fin. vers. item*, vbi dicit, item renuntiari consueuit generaliter omni legum auxilio, quæ renuntiatio parum valet, licet lex eam ponat *per leg. fin. C. quand. mul. tut. offic. fung. poss. Caroc. in tractat. de oblat.*
7 *par. 2. quæst. 22. num. 8.* vbi dicit, † quod generalis renuntiatio non valet, sed debet specifice renuntiari, *per gloss. & Bal. in auth. hoc C. de fideiuss.* & allegat famosum *consil. Roma. 272.* vbi studiose, ex professo mouetur quatuor rationibus: nec sufficit illa renuntiatio de omni legum, & iuris auxilio, secundum *Caroc. loco cit. num. 9. per Bal. consil. 4. vol. 4. Corn. cons. 51. col. pen. volum. 2.* & post omnes *Giurb. d. decis. 42, num. 22.* nam ratio est ibi, quia generalis renuntiatio non comprehendit casus diuersam habentes rationem. *Calcan. consil. 1. col. 19. ad fin. Schrad. consil. 13. num. 236. vol. 1. Ant. Gabr. de fideiuss. concl. 1.*
8 *num. 9. idem Roman. cons. 279. numer. 8.* vbi † generalis renuntiatio non extenditur ad ea, de quibus non extitit verisimiliter cogitatum *c. veniens, vers. verum, & ibi gloss. in verb. præsciuisset, de iureiuran. c. quanto, & c. ad*

nostram, & c. petitio. eod. tit. Alex. consil. 28.
9 *num. 12. & cons. 42. num. 5. lib. 1.* vbi dicit, † quod generalis renuntiatio non extenditur ad ignorata, idem *Alex. in cons. 14. num. 21. lib. 6. Idem Roma. cons. 294.* & cum hac opinione transit *Rip. in d. l. si vnquam, post num. 118. in fin. & sub num. 119.*

Sicut renuntiatio allegationum expressa non potest porrigi ad ea, quæ quis sibi competere nescit *l. mater ff. de inoffi. testam. l. legitima, ff. de pact. Roder. Suar. in allegat. 5. nu. 11. et 13. fol. 52. et 60. Spec. in d. tit. de exceptionib. et replicatio. §. 1. num. 2.* vbi dicit, nec renuntians omnibus exceptionibus, intelligitur renuntiare eis, quas sibi competere ignorat *l. mater, ff. de inoffic. testa. l. tres, ff. de pact. Suarez in d. alleg. 5. num. 17.* vbi dicit: nam etiam renuntiatio expresse super allegationibus non potest porrigi ad ea, quæ quis non sciebat sibi competere, per *d. l. mater, ff. de inoffi. testam.* &
10 fortius, quod † si maritus renuntiauerit omni legum auxilio, non intelligitur renunciatum isti beneficio, vt decidit *Pau. de Montepic. d. concl. 12. num. 10. Intrigl. d. sing. 312. num. 3.*
11 *lib. 1.* nisi renuntiasset omni legum auxilio † cum iuramento, quod habet vim specialis consensus, *l. cum pater §. filius matrem, ff. de leg. 2. secundum Bal. & Saly. in l. 1. C. de commod. & ex notatis per gloss. & Bar. in l. 2. C. de rescind. vendit. gloss. in c. pen. de empt. & vendit.* dum voluit, quod ille, qui promisit in genere cum iuramento non venire contra iuramentum, videtur renuntiasse, *l. 2. C. de rescind. vendi. sequitur Alex. in casu nostro consil. 133. num. 10. 11. & 12. lib. 5. Vinc. de Franch. dict. decis. 181. num. 3. et 6. et Giurb. dict. decis. 42. num. 26.*

12 Ratio est per Doctores, quia † iuramentum habet vim clausulæ expressi consensus, & specialis renunriationis, *Io. Bott. d. cons. 9. nu. 27. Brun. de cess. bon. quæst. 9. princ. num. 9. et secundum Angel. in l. senium, C. qui testam. facer. poss. sequitur Curt. sen. cons. 75. Rip. de priuileg. contract. caus. post num. 83. Soc. iun. cons. 136. lib. 1. et cons. 50. lib. 2. Rom. in l. 1. §. si quis ita ff. de verb. oblig. et Alex. in l. sciendum, col. 8. ff. eod. Imol. in cap. 1. col. 3. de commod. Bauer. in tract. de iuram. col. 2. Crott. in l. filius familias, §. Diui col. 33. ff. de leg. 1. Curt. iun. consil. 49. col. fin. Dec. consil. 341. num. 4. vers. et ista opinio Alex. consil. 51. col. fin. vol. 3. post numer. 6. Guid. Pap. quæst. 128. & Venetis. consil. 12. Graff. consil. 3. & in consuetudin. Flor. 287. col. 1. in fin. Gozad. consil. 27. col. 6. et consil. 69. col. 3. et consil. 84. col. 23. Antonius Corsettus in repetit. Rubr. de iureiur. col. 17. in princ. priuileg. 36. Surd. de alim. titul. 9. quæst. 15. numer. 17.* vbi dicit, quod iuramentum habet vim expressi, & generalem expressionem cum iuramenro idem operari, ac si esset specialis expressio, per *Bald. in dict. leg. 1. in secund. quæst. de commod.* vbi dicit esse menti tenendum, & ibi *Saly. colnmn. vlt. Franc. Aret. consil. 33. vers. 2. colnmn. pen. Tiraq. de legib.*

legib. connubial. gloss.5. num.148. in verb. ex-
presse, Franc. Curt. sen. cons.1. colum.2. vers.
ex quo enim iurauit, & col. seq. versic. & in pri-
mis mouet, et cons.44. column.5. Dec. cons.345.
num.4. et cons.404. num.10. et cons.432. n.25.
23 & † iurans censetur cogitare de omnibus his,
quæ contingere possunt, & quæ ei compete-
re, secundum *Bar. et gloss. in d. l.2, C. de re-*
scind, vend. Butr. in c. si diligenti, column.6. de
for. comp. Alexand. cons.42. num.8. et 19. lib.1.
Rol. cons.96. num.56. volum.3. Becc. cons.34.
num.15. Menoch. cons.71. num.24. vbi testa-
tur, hanc opinionem esse magis receptam,
refert etiam *Surd. d. quæst.15, num.18. et 19,*
Alexand. cons.31. col.2, Franc. Aret. consil.20.
col.3. et cons.28. col.4.
Ergo iuramentum excludit beneficium ne
quis conueniatur vltra quam facere potest.
Giurb. d. decis.42. num.17. et decis.45. num.7.
declar. num.23. 24. 25. Feliç. de Societ. cap.6.
num.32. Farin. quæst.27. num.70. Seraph. de
priuil.56. num.3.4. Gratian. decis.179. num.12.
ratio est, quod priuilegium fuit cogitatum in
genere, si non in specie: sed *Ripa in d.l. si vn-*
quam post num.120. dicit, quod hoc dictum
24 sibi videtur dubitabile, † quia iuramentum
non operatur vltra consensum iurantis, *l. fin.*
ff. de non num. pec. sequitur Surd. d. quæst.15.
numer.20. et ad incognita non extenditur,
dixit *Baet de inope debit. quæst.16. num.40. et*
25 *103.* nec † habet vim specificæ renuntiationis
quò ad non cognita, secundum *Bart. et com-*
muniter scribentes in l. sed et si quis §. quæsitum
ff. si quis cautio. & hanc opinionem tenet *Bar.*
Bal. Alber. de Rosat. Ang. Fulg. Aret. et Ias.
ibi, quam sequuntur *Io. And. Abb. Sicul. Ant.*
de Butr. Anchar. et communiter Canonista in
cap.1. de commod. Socy. cons.70. column. fin. et
consil.103. column.3. Ias. consil.173. col. pen.
volum.2. Curt. iun. cons.76. colum.7. Grat. con-
sil.15. column.2. volum.1, Gramm. decis.57.
num.27. Ruyn. cons.6. volum.1. qui hanc dicit
communem opinion. Alex. d. cons.28. et cons.31.
lib.2. Giurb. d. decis.42. num.31. et d. decis.45.
num.23. et seq. communem opinionem etiam
testatur *Rip. in d. tract. de priuil. contract. caus.*
pest. num.83. in fin. et 84. vbi est ratio, quia
26 † iuramentum non ampliat dispositionem,
vltra consensum iurantis, & intelligitur se-
cundum naturam, & tacitas conditiones
contractus, vt supra notaui, secundum *Bal. in*
l. si quis pro eo, de fideiuss. Aret. cons.34. Dec.
cons.366. post nu.7. vers. non obstat quod dicitur,
sub num.8. lib.3. Oldr. in terminis cons.238. cum
mulier, et 278. licet quintam, in 3. dub. Idem
consulit *Roman, cons.247. non est dubium, in*
princ, Angel. in cons.315. col.1, vbi dicit, quod
iuramentum semper habet illam tacitam
conditionem, quam habet actus, cui adhæret,
& ad plus non extenditur, *Decius in l. mutuum*
damus, §. creditum autem num.38. ff. si cer. pet,
Molfes. ad consuet. Neap. in tit. de bonis, etc.
quæst.7. par.2, Giurb. d. decis.42. num.28. et 49.
n.22. et seq. Nutt. cons.480. num.23. Seraph. de
de iur. priuil.73, num.15. Bardel. cons.18. nu.11.
Bec. cons.40. nu.8. et cons.99. num.24. Gratian.
decis.61 num.43. 61. Pereg. de fideicomm. art.52.
17 *num.20. Decian. cons.52. num.14. vol.1.* nec †
murat naturam contractus, super quo inter-
ponitur, *l. fin. C. de non num. pec. Franc. d. de-*
cis.181. num.13. vbi etiam dicit, quod iura-
mentum huic nostræ exceptioni nō obstat se-
cundum *Minad. cons.17. col. fin. vers. non obstat,*
quod iuramentum, Giurb. d. dec.42. n.26. et 29.
& ita iudicatum fuit, refert *Vrsill. dec.38. n.20.*
Et isto casu pro Doctorum concordia di-
stinguendum est isto modo; aut deficit con-
sensus in dispositione, aut non. Primo casu si
18 deficit † consensus in dispositione, dispositio
generalis non operatur, etiam cum iuramen-
tu accedente non poterit operari: & ita pro-
cedit opinio prædicta, quod iuramentum non
habet vim specificæ renuntiationis, & expres-
si consensus, dixit etiam *Paris. cons.30. col. fin.*
& cons.110. col.5. vol.1. & cons.12. vol.2. &
cons.49. col.6. & seq. vol.3. Boer. decis.3. & 8.
Tiraq. d. gloss.5. in d. verb. expressè num.150.
ratio est ibi, quia iuramentum non supplet
consensum, per *l. fin. C. de non num. pec. Bar.*
in d. l. fin. quis pro eo col. fin. in princ. 8. memb.
ff. de fideius. & Bal. in cons.349. in fin. lib.3. &
Imol. in c. per tuas, de arbit. & in cap.1. de iud.
Franc. Aret. qui hoc dicit singulare *cons.24.*
col.2, vers. nec obstat iuramentum, & d. cons.33.
Secundo casu, si non deficit consensus, tunc
19 † iuramentum habet vim specialis expressio-
nis, & ita procedit opinio, quòd iuramen-
tum habet vim expressi consensus, *secundum*
Doctores supra notatos, & Bertrand. cons.28.
col.2. & cons.63. col. fin. & cons.209. vol.1. in
nouis, & cons.7. col.3. & cons.68. col. pen. vol.2.
Ant. Gabr. lib.3. in tit. de iureiur. concl.4. nu.5.
Tiraq. de retract. Lignag. tit.1. §.1. gloss.10. in
verb. si duus l. an. intra unnum, num.21. Mu-
ta super consuet. Senat. Pan. cap.21. num.16.
Soc. iun. cons.129. quantum ad primum. nu.70.
lib.1.
20 Tandem parentes, & † maritus, quibus
competit istud beneficium ratione reuerentiæ
personæ, renuntiando omni iuris, & legum
auxilio, non censentur renuntiasse isti benefi-
cio, quia si eorum renuntiatio expressè cum
iuramento non valet aduersus huiusmodi be-
neficium, quanto minus tacitè valere debet?
ita eleganter notat *Didac. Couar. initio 2. par.*
relect. c. quamuis pactum post numer.7. de pact.
& notaui supra in proœm.2. par. vers. qua exce-
ptio, per Abb. Sicul. in c. cum contingat, de iure-
iur. Giurb. d. decis.42. nu.9. notat Io. Campeg. in
d. quæst.238. fall.14. in fin. vbi dicit, si pacto
expressè renuntiare non potest, ergo neque
tacitè, *Corbul. in suo tract. do iur. emphyt. de*
cans. priuation. ob non solut. canon. limit.41.
num.3, & sequen. Roland. cons.41. num.10. lib.
21 *primo,* quia † iuri pendenti à iure naturæ re-
nuntiari non potest, *Decian. d. resp.44. nu.77.*
par.4. sed reuerentia, quæ debetur parentibus,
debetur iure naturæ, vt su[illegible] ergo

22 renunciari non poteſt. nec † etiam renuntia-
tio, poſita in executiuis verbis inſtrumenti
alterat diſpoſitionem, Gemi. conſ.86. num.9.
Alexand. conſ.14. num.2. lib.6. Iaſ. in l. quæ
dotis num.40. ff. ſolut. matrim. Natta conſ.582.
num.4. & ſeq. lib.3. Celſ. Vgo. conſ.26. num.49.
Rimin. iun. conſ.268. num.62. lib.3. & conſ.525.
num.53. lib.5. Marc. Ant. de Amat. deciſ.16.
num.53. Giurb. d. deciſ.42. num.24. Gemi. con-
23 ſil.86. num.6. & † quatenus militaret iſta ge-
neralis renuntiatio circa omnes alias perſo-
nas, quibus non debetur reuerentia, vt nota-
ui in proœm. 1. par. verſ. videndum eſt, & 2. par.
d. verſic. quæ exceptio, per Vinc. de Franch. de-
ciſ.164. Surd. d. quæſt.78. de alim. num.55. Pa-
lat. Runios in repet. c. per veſtras §.12. num.16.
de don. int. vir. & vxor. par.3. fol.182. Giurb.
d. deciſ.42. poſt num.9. verſ. ſecus ratione con-
tractus: tamen tali caſu diſtinguendum eſt iſto
modo; aut exceptio eſt de præſenti, & com-
24 petit tempore contractus, aut non; Primo
caſu renuntiatio generalis valet quò ad exce-
ptiones præſentes, quæ competere poterant
tempore contractus, ſecundum Doctores in d.
§. quæſitum, & Spec. poſt Aber. de Bol. in d. tit.
de renunt. & concl. §.1. verſ. pone ergo, & verſ.
quod ſi quis renuntiauerit: verbi gratia, ſi aliquis
iſtorum, cui competit iſtud beneficium, erat
pauper tempore contractus, ſicut eſt quando
conuenitur, & ſic etiam eo tempore compe-
tebat iſtud beneficium, quo tempore renun-
tiauerit cum iuramento omni iuris, & le-
gum auxilio, intelligitur cogitaſſe de iſto be-
neficio, Alexand. in d. conſ.133. num.9. in fin.
lib.5. & d. conſ.14. poſt num.21. vbi dicit, quod
licet iuramentum non extendatur ad incogi-
tata, illud eſt verum quando non eſt cogita-
tum in ſpecie, nec in genere; ſecus ſi ſaltem
cogitatum fuit generaliter, per l. ſub prætex-
tu, l.2. & ibi notant Doctores, C. de tranſ. &
Tiraq. d. tra. de leg. connub. d. gloſſ.5. num.153.
Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. duas ha-
bens filias, nu. 299. de teſtam. vt caſu prædicto,
quia erat pauper, & ſibi competebat iſtud
beneficium tempore generalis renuntiatio-
nis, & Giurb. d. dec.42. num.16. & poſt nu.23.

Secundo caſu, ſi non competebat tempore
renunciationis, ſed poſtea, ex quo termini
ſunt mutati, dicto caſu dicta renuntiatio de-
bet intelligi rebus ſic ſtantibus, prout ſta-
bant tempore contractus: ſicut ſi tunc fuiſſet
diues, cui non competebat iſtud beneficium
propter diuitias, & poſtea ſit effectus pauper,
cui competit iſtud beneficium propter pau-
pertatem, vt notaui in proœm. 1. p. verſ. 1. &
2. l. quod Seruius, de condict. cauſ. dat. non ſeq.
not. glo. in c. quemadmodum in verb. conditio
de iureiu. & ſic exceptio iſta non competebat
renuntianti tempore renuntiationis, ſed de
25 futuro, ſi pauper fuerit: quæ † generalis re-
nuntiatio de omni iuris, & legum auxilio,
non comprehendit exceptiones futuras, dixit
Menoch. conſ.212. num.28. lib.3. Calefat. conſ.
87. n.7. lib.2. Turret. conſ.64. num.35. lib.2.
Becc. conſ.108. num.3. 10. & ſeq. Franch. d.
dec.181. num.4. poſt omnes Graſſ. de excep. ex-
cept.13. Giurb. d. dec.42. poſt num.21. verſ. ſe-
cundo.

Ratio eſt, quia prouiſio hominis, quæ à
principio interceſſit, non tollit prouiſionem
legis, quæ nondum erat, Polid. Rip. obſer.8.
num.7. & mutato ſtatu euaneſcit renuntia-
tio, tex. in c. cum inter, de renu. Surd. conſ.133.
num.29. Menoch. conſ.27. num.47. Molfeſ. in
conſuet. Neap. quæſt.6. num.39. ergo non cen-
ſetur iſto caſu renuntiaſſe iſti beneficio, ſe-
cundum Alex. d. conſ.133. poſt num.15. verſ.
& ſaltem: ex quo non videtur cogitaſſe de
iſto beneficio, idem Alex. in addit. ad Bart.
in auth. matr. & auiæ, poſt num.12. lit. B. vbi
dicit, in tali renuntiatione non comprehen-
ditur, quòd intelligatur renuntiatum benefi-
cio cedendarum, vel alteri, quod non com-
petebat tempore renuntiationis: quoniam
26 † iuramentum intelligitur ſtatu non muta-
to, facit l. cum ſeruus, ff. de cond. cauſ. dat. non
ſeq. notant Doctores in c. 2. de nou. oper. nunt.
& in d. c. quemadmodum, Ant. Nicell. de con-
cord. gloſſar. poſt num.252. Cepoll. conſ.34. col.
4. in criminal. Barb. conſ.20. & 27. vol.2. Alex.
in conſil.71. col. fin. volum. 5. ſi ergo ille, qui
renuntiauit, illo tempore erat diues, & non
competebat ſibi iſtud beneficium, & ſic non
cogitabat de iſto beneficio; ſed mutato ſta-
tuo, ſcilicet effecto paupere, tunc competit
iſtud beneficium, non obſtante dicto iura-
mento, per rationem ſupra notatam: ex
27 eo magis; quia † iuramentum non tollit
exceptionem deductionis ne egeat ſecundum
Gomeſ. in dict. §. item ſi quis poſtulante poſt nu-
mer. 7. in fin. & notaui ſupra. ratio eſt ibi,
quia iuramentum non debet eſſe vinculum
iniquitatis dict. c. quemadmodum, & c. quinta-
uallis eodem tit. maximè cum ſit contra ius
commune. capit. intellecto eodem titul. de iu-
reiur.

Et licet dicat contrarium Albert. Brun. in
28 conſ.39. & conſ.67. tamen † iuramentum non
extenditur vltra conſenſum iurantis, vt ſup.
notaui, & Dec. in d. l. mutuum damus, §. cre-
ditum autem num.37. & dixit etiam Pet. Gue-
zab. de Petraſanct. ſing.18. poſt num. 24. &
29 iuramentum † includit ſolum caſus com-
prehenſos in renuntiatione, ſuper qua fuit
interpoſitum, Roman. conſ.472. in fin. Caſtr.
conſ. 377. col. 2. vol. 1. Alex. conſ. 8. col. fin.
vol. 1. Becc. conſ. 98. num. 20. Pedemont. dec.
30 92. num. 7. & † natura iuramenti eſt confir-
mare actum, non autem extendere ad caſus
non comprehenſos in diſpoſitione, magis
communem opinionem dicit Gabriel. com.
opin. lib.6. tit. de legit. concl. 8. num. 8. Seraph.
in d. tract. de priuil. iuram. priuileg. 7. num. 10.
refert Surd. loco cit. num. 21. & ſic iſto caſu
talis generalis renuntatio cum iuramento
non habet vim expreſſi conſenſus; quicquid
dicat Bertrand. in conſ. 176. lib. 1. Tiraq. in
d. l. ſi vnquam num. 146. & ſeq.

Sed circa personas, quibus non debetur
reuerentia, ad concordandum Doctores, alio
modo distinguendum est, & melius, vt no-
taui *in ampl. 6.* aut sciebat sibi competere
31 istud beneficium, aut non: Primo casu † si
sciebat sibi competere, & renuntiauit omni
iuris, & legum auxilio, censetur renuntiasse
isti beneficio secundum *Corn. d. cons. 128.*
Brun. de cess. bono. quæst. 30. & Doctores, quos
sup. notaui. Secundo casu si non sciebat sibi
competere, tunc non censetur renuntiasse,
vt tenent *Doctores in d. §. quæsitum*, per eorum
32 rationem, quia † iuramentum non extendi-
tur nisi ad ea, de quibus cogitatum fuit aut
cogitari debuit, sequitur *Ioannes de Selua in*
tract. de iureiur. par. 2. quæst. 2. num. 1. Intrig.
sing. 99. num. 15. lib. 3. summ. Rol. in tract.
notul. tom. 4. fol. 91. de benef. iur. hypoth. circa
finem. Muta super consuetud. Senat. Panormit.
dicto capitul. 21. num. 16. vbi dicit, quod re-
gula *dict. §. filius matris*, non est semper vera:
quinimmo quando factum pendet aliunde,
& ignorabatur; nam tunc iuramentum non
habet vim specialis consensus, nec trahitur
ad incogitata, *per d. l. fin. C. de non num. pecu.*
33 *Socyn. iun. cons. 129. num. 70. lib. 1.* sed † be-
neficium istud pendet à paupertate, quæ igno-
ratur: ex quo quilibet præsumitur ditari,
l. qui defunctus C. arbit. tutel. & notaui in
ampl. 8. ergo non censetur renuntiasse isti be-
neficio. Et non obstant Doctores, tenentes,
34 quod † iuramentum habet vim expressi, &
specifici: quia illud est verum quando est de-
fectus solemnitatis omissæ, secundum *Alex.*
Ias. in d. l. sed & si quis §. quæsitum post Bart.
35 *ibi*, ex quo † iuramentum non se extendit, nisi
quatenus est consensus, secundum eos, idem
Abb. in d. c. cum contingat col. pe. de iureiur.
secus vbi est defectus substantiæ, & consen-
sus: quia tali casu iuramentum non habet
vim specifici, & expressi. ita signanter dixit
Bocr. d. decis. 3. num. 8. Bartol. Soc. in cons. 214.
volum. 2. & dixit Rip. in d. tractat. de priuileg.
contr. causa pest. post num. 84. & ex quo isto
casu iuramentum non auget obligationem,
sed eam intra suos terminos confirmat, vt
dixit *Surd. loco cit. nu. 20. per Oldr. d. cons. 238.*
& Brun. de cess. bon. quæst. 9. num. 10. 11. & 12.
36 tanto magis, quod † hodie talia iuramenta,
quæ in contractibus præstantur, magis ex
communi practica, & consuetudine Nota-
riorum apponuntur, quam quod iurando
sciant contrahentes quod agunt, vt dicit
Brun. loco cit. num. 16. per Soc. iun. consil. 48.
columu. 8. in fin. num. 39. vol. 1. & cons. 144.
columu. 5. num. 37. vers. vt teneo, eod. volum.
& in ijs, in quibus de magno agitur præiu-
dicio, expressio specialis, & indiuidua requi-
ritur, nec sufficit vniuersalis cum iuramento
renuntiatio, *Giurb. d. decis. 42. nu. 25. Schrad.*
cons. 13. num. 142. volum. 1. sed in isto bene-
ficio de magno agitur præiudicio, ergo iura-
mentum non excludit beneficium istud, de-
ducto ne egeat. *Giurb. d. decis. 42. num. 29.*

3, Et † ob id Notarij secundum eorum officium
debent declarare, & certiorare, ac certifi-
care contrahentibus ea omnia, quibus cum
iuramento renuntiant in instrumento, dixit
Rol. Rodulph. in d. summ. vers. beneficium iuris
hypoth. & vers. beneficium Velleian. alias non
valet, & dicit *Signor. de Homod. consil. 16.*
num. 1. 2. & 3. renuntiationem factam per
matrem esse nullam, si mater tempore renun-
tiationis de eo beneficio non fuerit certiora-
38 ta, nisi † renuntiatio cum iuramento fuisset
facta à sagace persona, & maturi consilij,
quia tunc iuramentum sortitur effectum ex-
pressionis causæ, *Burg. de laudem. par. 3. in-*
spect. 40. num. 91. Seraph. priuil. 77. num. 8.
10. & 11. & priuil. 94. num. 8. de priuil. iuram.
Mascar. de prob. concl. 345. num. 36. in dubio
39 † verò in generali renuntiatione de omni iu-
ris & legum auxilio, censetur renuntiatum
isti beneficio fauore dotis, *Rol. a Vall. de lucr.*
dot. d. quæst. 42. num. 25. per Bal. cons. 224. vo-
lum. 1. in antiquis. sed in filio fam. requiritur
expressa imò specialissima renuntiatio istius
beneficij, *Mut. decis. M. R. C. 94. num. 6.* ex
quo dicta generalis de omni iuris, & legum
auxilio, illas tantum exceptiones comprehen-
dit, quæ filijs familias competebant, siue
contractus tempore, siue postea ex causa
tunc subsistente, *Giurb. d. decis. 42. num. 20.*
& num. 21. Imò indiuidualem requirit renun-
tiationem beneficij tit. ff. & C. quod cum eo
dicit *Giurb. decis. 45. num. 16.* vbi dicit etiam
quod debet esse excertioratus de tenore be-
neficij, vt sup. not. & sic sint cauti notarij,
quando faciunt filios fam. renuntiare isti be-
neficio. Nec obstat tacita renuntiatio circa
personas quibus debetur istud beneficium
ratione reuerentiæ: quia si expressa renun-
tiatio cum iuramento non valet quanto mi-
nus ista tacita renuntiatio de omni iuris, &
legum auxilio? & maximè quando fuerit re-
nuntiatum expresse sub illa generali renun-
tiatione in exequutiuis verbis casu contra-
ctus renuntiationis exceptionum non valet,
vt supra not. & ita pluries fuisse decisum,
vt supra quæst. 1. quia est contra bonos mo-
res, ac quia est personale ratione reuerentiæ,
dicit *Giurb. d. decis. 42. num. 4. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor pro dote promissa non conuenitur vltra*
quam facere potest. deducto ne egeat. &
num. 4. & 14. cum seqq.
2 *Priuilegium concessum vni correlatiuorum*
extenditur ad aliud. & nu. 5. & 26.
3 *Vir & vxor sunt correlatiua, & dispositum*
in vno intelligitur dispositum in alio,
& num. 29.
4 *Vxor contra maritum vtitur beneficio de-*
ducto ne egeat, vt par esset ratio lucri,
& damni.
5 *Damna et lucra sunt communia inter vi-*
rum, et vxorem, et num. 13.

Cor-

6 *Correlatiuorum dispositum in vno trahitur ad aliud.*
7 *Vir et vxor ad imparia non iudicantur.*
8 *Dispositum in marito regulariter habet locum in vxore quando militat vniformis ratio etiam in pœnalibus.*
9 *Dispositio pœnalis, quæ de marito loquitur ad vxorem porrigitur ratione correlationis.*
10 *Statutum disponens quòd maritus in vltima voluntate non possit, nec legare, nec relinquere vxori vltra centum, an extendatur ad vxorem, vt non possit relinquere marito.*
11 *Statutum disponens in venditore habet locum in emptore.*
12 *Contrariorum eadem est cognitio.*
13 *Statutum disponens quod de quolibet contractu venditionis soluatur gabella, non comprehendit emptorem, sed venditorem tantum.*
14 *Statutum in locatore habet locum in conductore.*
15 *Lex dicens aliquid de vxore debet intelligi de viro, & è conuerso.*
16 *Statutum de marito habet locum etiam in vxore.*
17 *Priuilegium concessum marito extendatur ad vxorem.*
Reuerentia, quæ debetur marito, debetur etiã vxori. ibi. num 17.
18 *Maritus, et vxor sunt correlatiua.*
19 *Correlatiuorum eadem est dispositio.*
20 *In correlatiuis idem dicitur esse statutum in vno, quod in alio, licet lex non dicat.*
21 *Correlatiuorum vno expresso alterum in consequentiam intelligitur præter quàm in pœna adulterij.*
22 *Honor vxoris principaliter est honor viri.*
23 *Vxor et maritus sunt duo in carne vna.*
24 *Vir et vxor similitudinem habent non secundum lineamentum, sed quantum ad animam, qua Deum imitatur.*
Maritus & vxor dicuntur vnum corpus, & vna anima, ibid num. 24.
25 *Vir & vxor communicant sibi actiones.*
26 *Vxor & vir dicuntur esse socij diuinæ, & humanæ domus.*
27 *Vir & vxor calamitates, & infortunia participare debent.*
28 *Socij inter eos gaudent beneficio deducto ne egeat.*
29 *Socius omnium bonorum gaudet beneficio et immunitate alteri concessis.*
30 *Mulier tàm constante quam soluto matrimonio non tenetur marito eiusq; hæredibus vltra quàm facere potest ex causa dotis.*
31 *In correlatiuis quando est diuersa ratio, dispositum in vno non habet locum in alio.*

QVÆSTIO II.



1 XOR quoque † habet priuilegium, quòd pro dote promissa non conueniatur vltra quam facere potest, deducto ne egeat, *l. ex diuerso, §. item si mulier, & ibi glos. ff. sol. matrimon. l. non tantum, in fin.* vbi tex. dicit quòd in persona mulieris, æqua lance seruati æquitatem ratio suggerit, *& ibi gloss. ff. de re iud. Alex. in l. si quis post num. 1. vers. limita tamen ff. de cond. indeb. caus. dat. Brun. de cess. bon. quæst. 21. p. 4. princip. num. 1. Spec. in tit. de renunt. & concl. §. 1. post num. 28. Campeg. in tract. de dot. p. 3. quæst. 245. Cornel. Beninc. de paupert. quæst. 8. special. 2. num. 26. in contractib. Bald. Nouell. de dot. p. 7. priuil. 2. Vinc. Paleot. in tract. de dot. num. 126. Matth. Ant. in addi. ad Guid. Pap. dec. 439. lit. C. Raphael. Cuman in l. si cum dotem, ff. solut. matrim. Rol. Rodulph. in tractat. notul. in tit. de renunt. §. beneficium, fol. 173. Couar. in c. quamuis pactum de pact. int. 2. p. relect. num. 7. Intrigl. de casib. consc. cas. 35. num. 80. Mutain c. Regni Sicil. c. 188. post num. 6. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 17. num. 28. Ant. Monach. de exequut. in vestib. cap. 12. num. 62.* dummodo sit in eadem causa dotis, vt ibi, vel societatis; non si rerum amotarum, *l. si mulier, §. fin. ff. de act. rer. amot. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 1. de rescript. resol. 1. num. 14. §. hæc ratio non obstat.* Ratio est ibi, quia si paupertas est causa quod maritus non possit conueniri vltra quàm facere possit, eadem paupertas, est causa, quod mulier non teneatur conuenta à marito, vltra quam facere possit, & licet non sit iure cautum, tamen veritas satis suadet, dicit *Gasp. Baet. de inop. debit. quæst. 17. num. 57. Castr. in l. rei iudicatæ, §. si vero, ff. solut. matrim. Alberi. de Rosat. in d. l. non tantum*
2 *& ibi Alex. in prin. & n. 2.* vbi † priuilegium concessum vni correlatiuorum extenditur ad aliud; nam priuilegium concessum marito, extenditur ad vxorem, *l. cum emptor ff. de resc. vẽd. & l. fin. ff. de acceptil. l. fin. C. de indict. viduit.*
3 *tol.* vbi lex Iulia Miscella correcta in muliere, est correcta etiam in viro, *& ibi Bal.* quia † vir & vxor sunt correlatiua, & quod est in vno dispositum, intelligitur & in alio. *Muta super consue. Senat. Panorm. cap. 46. num. 6. in fin. & sub num. 7. Molfes. ad consuet Neap. p. 7. quæst. 13. numer. 11. Baldassar Mongollon de metu cap. 3 n. 5. Euerar. in suis topicis legalib. c. à Correlatiuis*

Et sicut maritus vtitur isto beneficio contra vxorem, ita æquum est, quòd † vxor vtatur
4 contra maritum, vt par esset ratio lucri, & damni, secundum *Alex. in l. non tantum, &*

fin.

l.fin. de fruct. & *lit. expens. Io. Oinot.in §. item*
si de dote num. 10. *de act.* & alter alterius debet
esse particeps prosperæ, & aduersæ fortunæ,
secundum *Surd. in tractat. de alim. quæst.* 35.
num.7. l.si libertam, C. de nupt. l. si cum dotem,
§. si maritus, ff. solut. matrim. l sern. in constit.
huius Reg. Sicil. in prin. in col.2. in gloss. lin.29.
lit.C.& infortuniorum suorum, *Gram.cons.45.*
5 *post num.6.* & † damna, & lucra sunt communia
nia inter virum, & vxorem, *Mastrill. decis.5.*
per c. huius Regn.75. num.7. lib.1. ratione
mutuæ correlationis, sequitur *Ias. in d. l. non*
tantum in prin. & post numer.2. vers. prout, &
dicit etiam *Alex. in l. fin. de fur. l. fin. C. de co-*
dicill. & l. secundum naturam, ff. de reg. iur. &
6 † correlatiuorum dispositum in vno trahitur
ad aliud, *Intrigl. super Bull. quæst.12. num.4.*
Bapt. de S. Blas. de correlat. numer.5. Bartol.
Fulg. & Aug. in d.l. fin. C. de indict. vidu. toll.
Io. And. in c. Michaeli, de fil. presb. Ang. in
cons.108. col.3. Bald. in l. nemo martires, in fin.
C. de sacros. eccl. Hippol. de Marsil. sing.389.
idem Marsil. in l. si quis viduam in 5. col. de quæst.
Io. Crinell. dec.54. num.5. Brun. à Sol. in com-
pend. resol. fol.55. & maritus, & vxor ad pa-
ria iudicantur, *Bal. in l. fin. C. de diuort. & in*
in l. generaliter num.2. ff. de secund. nupt. & ad
7 imparia † iudicari non debent, dixit *Bonif. de*
Rugge. cons.76. numer.12. Io. Ant. Rub. Alex.
cons.55. Cornel. Beninc. de paupert. d. quæst.8.
special.2. in contract. num.17. Muta super con-
suet. Senat. Panorm. cap.43. num.90. Molfes. ad
consuet. Neapol. d.p.7. quæst.8. num.10. Mau-
tic. dec.49. num.10. & vna est lex eorum, *Spe-*
cul. de feud. §. quoniam vers.25. quæritur, prop-
pter correlationem, in quibus idem est iudi-
citum *Alex. loco cit. & Beninc. d. special. q.8.*
num.18,

8 Et † regulariter dispositum in marito ha-
bet locum in vxore ratione correlationis quã-
do militat vniformis ratio etiam in pœnali-
bus, *Bar. in d. l. fin. vers. fallit; in correlatiuis,*
C. de indict. viduit. toll. Bald. consi.14. lib.2.
etiam in correctorijs iuris communis, dixit
Molfes. d. quæst.13. p.7. num.11. Abb. Pan. in
proœm. decretal. Greg. post num.13. licet *in c.1.*
de locat. teneat contra *gloss. in c. postquam vers.*
mente de elect. lib.6. Curt. sen. in cons.9. Ias. in
l. fin. in fi. de iur. patro. Gemin. in cap.1. in col.4.
in 2. fall. de temp. ordinand. lib.6. idem Abb. in
c. fi. post num.10. vers. sed mihi placet de rescrip.
Ias. in l.1. post num.2. vers. breuiter C. de in ius
voc. Siluan. cons.31. nu.6. & 7. Boer. dec.262.
num.20. & decis.48. post num.3. in fi. Vinc. de
Franch. decis.174. num.5. p.1. Barb. cons.14.
num.23. vol.1. Cuman. cons.175. numer.5. &
9 *seq.* & † dispositio pœnalis, quæ de marito lo-
quitur, ad vxorem porrigitur ratione corre-
lationis, dixit *Dec. in l. si cum bonis num.5. C.*
de in ius voc. Saly. in auth. sed hodie, ad l. Iul. de
adult. vbi accusans vxorem de adulterio per
calumniam, punitur eadem pœna, licet *d. auth.*
sed hodie, inducens pœnam contra adulteram,
non loquatur de adultero, & hoc ratione cor-
relationis, secundum *Saly. ibi. Bertach. in verb.*
statutorum extensio vers.8. Bald. in d. l. nemo de
sacros. eccl. facit 32. *quæst.1. c. si quis vxorem.*
gloss. & Doctores in clem. vnic. de consang. &
affin. Rugger. cons.36. num.12. dixit Ias. in d. l.
non tantum, quod ita consuluit in ciuitate
Parmæ, & in eius consilio se subscripserunt
non nulli Doctores, *vt ibi num.4. in fin. & n.5.*
10 vbi † statutum disponens, quod maritus in
vltima voluntate non possit, nec legare, nec
iure institutionis, nec alio quouis titulo vxo-
ri relinquere vltra centum libras, ita etiam cen-
setur disponere in vxore, quod non poterat
in testamento relinquere marito vltra centum
libras, secundum *Raphael. & Bald. in auth.*
hoc locum, in fi. C. si mulier secund. nupser. Idem
Bal. cons.434. lib.3.

11 Sicut † statutum disponens in venditore,
censetur disponere in emptore, *Bar. in d. l. fi.*
C. de indict. viduit. toll. & ibi Doctores omnes:
scilicet, quod nulli liceat vendere nisi in platea
sub pœna vnciarum centum, censetur etiam
statutum in emptore, licet statutum nullam
mentionem faciat de emptore, & hoc est ra-
tione correlationis, Boer. *dec.48. num.4. t.1.*
& ibi Io. de Plat. Iacob. Rub. Luc. de Pen. &
Bal. C. de cupress. lib.11. tit. vlt. vbi etiam Bar.
& gloss. in cap.1 de confess. in 6. Luc. de Fano
in l. in quorum col.12. ff. de pigno. Docto. in l. si
conuenerit, ff. de pact. Bal. in d. l. fin. de nupt.
de S. Blas. in tract. correlat. quæst.3. vers. quin-
to procedit. Hipp. de Marsi. in d. l. si quis viduam
col.6. vers. & faciunt Doctores d. quæst. Cepoll.
Veron. in l. debet in 2. notab. ff. de ædil. edict. idem
Bal. in l.1. pan: ò post princ. C. de comm. seru.
manumiss. & ibi Saly. Decius in d. l. sicut bonis,
num.7. facit d.32. quæst.1. cap. si quis vxorem,
& l. cum emptor, ff. de rescind. vend. Abb. post
Io. And. in d. proœm. Grego. col.17. num.20.
idem Abb. in cap.2. de locat. col.3. & in c. quia
clerici de iure patron. & in c. cum contingat de
iurein. col.8. Plot. in §.5. num.6. fol.56. de in
lit. iurand. vbi testatur communem opinio-
nem, *per Nicol. Euerardum loco 76.* ibi, locus à
correlatiuis, *Fabian. de Monte Sanct. Sau. in*
tract. de empt. & vend. quæst.3. princip. quæst.28.
num.52. fol.62. Muta in d. consuet. Senat. Panor.
quæst.31. num.5. & tex. in c. ambitiosæ vers. &
tam qui alienant, de reb. eccles. non alien. in ex-
trauag.

12 Ratio Doctorum est supra dicta, quia † cõ-
trariorum eadem est cognitio, *Rip. in rubr. de*
acq. post num.4. & communiter Doctores, & ibi
13 *glossa* secus † si statutũ dicat, de quolibet con-
tractu venditionis soluatur gabella, quia isto
casu comprehenditur solus venditor: casus est
in l. debet, in fin. de ædil. edict. Bal. in rubr. C.
de reb. cred. sequitur Roma. in not. suis in lit. G.
ad hoc etiam videnda est *gloss. & ibi Saly. in*
d. Rubr. de reb. cred. quod est verum traditio-
ne sequuta *Bal. in l.1. ff. solut. matrim.* & sic
statutum in locatore habet locum in condu-
ctore, & è contra ratione correlationis, *d. l. si*
conuenerit, et ibi Doctores, et l. si quis seruo C.

de

de fur. et Imol. in l. multum interest, ff. de verb.
15 oblig. Bart. in l.1. in fin. ff. quod met. cau. vbi † lex dicens aliquid de vxore, debet etiam intelligi de viro; quia vxor non potest esse sine viro: ergo à contrario sensu, vbi dicit de viro, debet intelligi de vxore. facit d. l. fin. C. de indict. viduit. toll. & l. liberorum §. notatur vers. nam quatenus ff. de his, qui not. infam. &
16 † statutum de marito habet locum in vxore, Raphael Cuman. in d. l. non tantum. Luc. de Fano in d. l. quorum col.14. de pignorib. Capr. consil. 1. num.3. & per totum. Roma. cons.266. Bal. consil.6. lib. 5. Aret. consil. 19. col. 2. & consil. 12.
17 Et † priuilegium concessum marito, extendi ad vxorem, dicit communem sententiam Dec. in d. l. sicut bonis, vbi ponit tres casus; & reuerentia, quæ debetur marito, debetur etiam vxori, Ias. in d. l. 1. C. de in ius voc. & notaui in proœm. 1. p. vers. infertur, & ratio
18 est supradicta, quia † maritus, & vxor sunt correlatiua Io. Mona. gloss. in 6. decretal. cap. statuimus num.1. de sent. excommu. Mastrill. super indult. huius Reg. Siciliæ quæst.29. post n.14.
19 quia correlatiuorum eadem est dispositio d. l. si quis seruo, & ibi gloss. & Doctores de fur. l. si cum dies de recept. arbit. §. pen. Boer. d. dec.48. sub num.3. dec.5. num.1. Caball. Milleloq.354. Gabr. tit. de legibus concl. 3. Guttier. de iuram. confirmat p.1. c.4. num.29. Marta in l.1. art.4. numer.21. ff. solut. matrim. Bardell. consil. 43. n.21. Magon. dec. Lucen.58. num.7.

Nec obstat quòd lex non loquitur de vxore, ergo nos nec loqui debemus: quia in correlatiuis regula, lex quæ, quando non dicit, nec nos dicemus per l. si seruus, in vers. non dicit prætor ff. de acq. hæred. non procedit in isto casu, quia licet in correlatiuis lex non dicat, nec mentionem faciat de altero cor-
20 relatiuorum, tamèn † idem dicetur esse statutum in vno, quod in altero, Marsil. d. sing. 389. num.2. Bal. in auth. ex testamento in vlt. col. C. de secund. nup. Io. Crinell. dec.90. num.8. & dec. 114. num.36. Mastrill. dec. 106. nu.16. lib. 2. Decius in Rubr. si cert. num. 9. vbi dicit
21 † correlatiuorum vno expresso, alterum in consequentiam intelligitur, præter quam in pœna adulterij, l. quamuis cum d. auth. sed hodie; C. de adult. Boer. d. dec. 262. post num.10. quia non militat eadem ratio Boer. d. dec.48. num.5. ergo licet lex non loquatur de vxore, sed tantum de marito, idem dicetur esse statutum in vxore, rationibus supradictis.
22 Et istud priuilegium vxor habere debet ratione honestatis, quia vxoris honor principaliter est honor viri, Bal. in l. sicut certo, §. in-
23 terdum num. 2. ff. de commod. ex quo † vxor, & maritus sunt duo in carne vna, Bonif. de Rogg. cons. 32. num.2. & cons. 10. num.9. Genes. cap. 2. Matth. cap. 19. cap. gaudeamus de diuort. Marc. cap. 10. c. debitum de bigamis, Dec. in l. maritus post num. 2. C. vnd. vir & vxor, Molfes. in d. consuet. Neapol. p.5. quæst.11. nu.34. Grego. Ramus in tract. de affinit. vers. 1. num.10. Io. Monac. Pecard. gloss. in 6. decretal. in c. is quis num.6. de sepult. Mongollon de me-
24 in cap.3. num.7. & † similitudinem habent non secundum lineamentum, sed quantum ad animam, quæ Deum imitatur Ant. Bard. de temp. vtil. cap.18. num.14. & maritus, & vxor dicuntur vnum corpus, & vna anima, Gramm. d. cons.45. post num.6. Tiraq. de legib. connubial. l.8. post numer.10. Dec. in d. l. maritus loco cit. Nepit. ad consuet. Catin. consuet. vnic. de confus. bon. tit. 3. num. 73. fol. 90. Neapod. ad consuet. Neap. consuet. vbi dos post numer. 32. fol.285. 4. quæst.9. c. idonei, Io. And. ad Spec. de test. §.1. vers. sed quod de vxore, Doctores, & Bal. post gloss. in verb. participari in d. l. si cum dotem §. si maritus, in fi. Surd. d. quæst.35. num.7. admonere, vers. occidisti, & c. ad apostolicam de conuer. coniug. c. fraternitatis 35. quæst. 10. &
25 † communicant sibi actiones, Paul. Castr. in l. rei iudicatæ, §. socero num.4. ff. solut. matrim. & † dicuntur esse socij diuinæ, & humanæ do-
26 mus, gloss. in d. l. ex diuerso facit in l. aduersus. C. de crim. expila. hæred. l. 1. ff. de rit. nupt. Lud. Mor. resp.41. num.8. Bal. in d. l. si libertam, C. de nupt. num.1. Surd. loco cit. Io. Bapt. Cost. in tract. de iur. & fact. ign. cent.1. dist. 89. n. 9. & cent. 2. dist. 40. nu.75. Polat. Ruui. in Rubr. c. per vestras, §.61. fol.17. col.4. de don. int. vir. & vx. c. societas 27. quæst. 2. Dec. in d. l. maritus, num. 1. Nic. de Vbal. in tra. de succ. ab intest. col. 11. Tiraq. in d. l.8. post num.10. vers. quia leges afferunt, Plaut. in Stich. scribit vxores virorum esse socias, & Genes. cap.3. Adam de vxore, mulier (ait) quam dedisti mihi sociam, Decian. respon.53. num. 12. p. 4. quia matrimonium se habet ad instar societatis, 27. q. 2. c. cum societas de sponsalib. cap.2. dixit Suarez in l. 1. post num. 61. tit. de las ganancias, sequitur Nepit. in d. consuet. vinc. numer. 74. tit. 3. fol.70. Neapod. loco cit. post num.32. Muta super consuet. Senat. Panor. d. cap.43. num.22. & melius 8. c.44. num. 26. Tiraq. de retract. lignag. §.20. num. 4. Pet. de Vbal. in tract. de societ. p.3. col.6. & Ang. de Vbal. cons.109. num.3. post cons.156. nu.4. & Spec. de feud. §. quoniam vers.20. Cardin. Manti. decis. præd.49. num.9.
27 ergo † tanquam socij, calamitates, & infortunia participare debent, Rodet. Suar. in d. l. 1. post d. numer. 61. vers. sed tanquam socij, & commodum, & incommodum simul sentire debent, & vnus alterius onera portabit, Surd. d. quæst. 45. post num.7. sicut socij, l. socium, §. socius, arg. l. si non fuerunt, §. Aristo, & ibi gloss. verb. spectet, l. si igitur, in fin. ff. pro soc. & d. l. secundum naturam.
28 Et † socius non tenetur socio nisi quatenus facere potest, vt infra notabo loco suo, ergo vxor non tenetur viro vltra quam facere potest; & melius, cum vir & vxor sint socij diuinæ, & humanæ domus, vt sup. dixi, & † sic omnium bonorum gaudet beneficio, & immunitate alteri consocio concessis, l. si communem ff. quemadm. seruit. amit. l. si is qui duos, vbi Barto. ff. de libert. lega. Abb. in c. ad audien-

tiam

tiam de præscr. post num. 13. *Mathes. sing.* 180. *plura Surd. consil.* 301. *numer.* 81. *lib.* 3. *Nic. Boer. decis.* 23. *numer.* 4. *Muta super d. consu. Senat. Panorm. cap.*46. *post num.*7. *& num.* 8. ergo vxor tanquam socia omnium bonorum gaudet priuilegio sui viri à lege concesso; vnde cum vir gaudeat priuilegio nostro, quòd non tenetur nisi in quantum facere potest, ergo & vxor non tenetur nisi quatenus facere
30 potest, & † sic mulier tam constante matrimonio, quam soluto, non tenetur marito, vel eius hæredibus ex causa dotis vltra quam facere potest, dixit *Bart. in d. l. ex diuerso, vers. item*, vbi ponit exemplum constante matrimonio, & soluto ex pacto, de lucranda dote, *Molfes. ad consuet. Neapol. par.*7. *quæst.* 8. *num.* 10. *Doctores in l. pen. & ibi glossa vers. interuenerit ff. de dot. priuileg.* sequitur *Camp. in d. tract. de dot. quæst.* 252. *par.* 3. *post omnes Ias. in l.* 2. *numer.* 5. 7. 9. *&* 10. *ff. solut. matrimon.*

Et sic non obstant Doctores dicẽtes, quod non sit iure cautum, mulierem habere istud nostrum beneficium, deducto ne egeat, ex quo sufficit, quod istud priuilegium concedatur marito per *d. l. maritum*, ratione matrimonij, quia dicitur per eandem legem concessum vxori ratione correlationis, cum eadem sit ratio, *vt sup. notaui*: secus si diuersa esset ratio, & vniformiter se non haberent,
31 quia † in correlatiuis ratione diuersitatis, quod disponitur in vno, non est dispositum in altero, *Bar. in d. l. fin. C. de indict. viduit. toll. Idem Bar. in Rubr. de rescin. vend. Ias. in d. l.* 2. *§. voluntatem post numer.* 8. *vers. ex hoc pondera, ff. solut. matrim. Bal. in d. l. nemo martyres, C. de sacros. eccles.* Boer. *d. dec.* 48. *post num.*4. *& sub numer.* 5. *Dec. in d. l. sicut bonis num.*8. *Fely. in proœm. Decretal. col.* 9. *Abb. Sicul. in cap.*1. *num.* 13. *vers. sed conclude, aut non est eadem ratio. de locat. & conduct. Bart. in auth. qui semel post num.* 7. *vers. præterea C. quo mod. & quan. iud.* ita etiam sentit *Franc. Zabarel. Card. Flor. in consil.*60. *post numer.*6. *vers. licet aliquando*, ita expresse dicit *Saly. in d. auth. sed hodie, l. curatorem, & ibi Doctores de interd. matr. Alex. in l. si emancipati, col.*5. *C. de collat. Muta super consuet. Senat. Panor. cap.*11. *numer.*15. *vers. maximè. Bapt. de Sanct. Blas. in d. tract. de correlat. d nu.* 34. *vsque ad finem*, vbi ponit non nullas alias fallentias correlatiuorum, quas ibi videas, quia non faciunt ad casum nostrum.

SVMMARIVM.

1 *Curatores, siue administratores adultæ pro dote promissa habent beneficium, deducto ne egeant. fallit num.* 7. *concluden.* 14.

2 *Promissio facta à curatore, siue administratore de dote, dicitur facta animo repetendi, & non donandi.*

3 *Dos præsumitur promissa à curatore, siue administratore de patrimonio patris, siue adultæ.*

4 *Animus donandi in administratore non præsumitur.*

5 *Curator, siue administrator non potest conueniri pro dote promissa vltra vires adultæ.*

6 *Defensiones ex persona actoris prosunt curatori.*

7 *Curator, siue administrator, promittens dotem, credens se teneri causa pietatis, non habet beneficium, deducto ne egeat.*

8 *Error procedens ex pietate in personam fratris, vel consanguinei, impedit repetitionem dotium.*

9 *Frater, vel mater dantes simpliciter in dotem rem propriam, vel communem censetur illam donare. & quando frater teneatur dotare sororem, vide num.* 18 *& quid si habet alia bona, vel legitimam non sufficientem, & an teneatur alere sororẽ vterinam, vel frater sit clericus. ibid.*

10 *Error non procedens ex causa pietatis, vel ex titulo, siue ex aliquo contractu, non impedit repetitionem.*

11 *Curator, siue administrator, non præsumitur dotasse causa pietatis. sed animo repetendi, licet sit frater.*

12 *Mater in dubio præsumitur dotasse de bonis filiæ, & non de bonis suis, quamuis esset valde diues.*

Mater non tenetur dotare filiam. ibidem num 12.

13 *Mater diues tenetur dotare filiam inopem habentem patrem pariter inopem.*

14 *Administrator promittens etiam proprio nomine vltra vires adultæ, gaudet beneficio deducto ne egeat.*

15 *Priuatus dotans puellam præsumitur dotem dedisse animo donandi.*

16 *Curator, siue administrator scienter promittens dotem in contractu vltra vires adultæ, non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

17 *Dolus facit cessare priuilegium.*

19 *Soror diues an teneatur alere fratrem pauperem.*

AMPLIATIO Prima.



1 RIMO † amplia in curatore, seu administratore mulieris adultæ, promittente dotem pro illa adulta, cuius negotia administrat, quia non tenetur vltra quã facere potest: ex quo si administrator, siue curator insolidum exigeretur, in solidum contra mulierem repeteretur, & sic mulier non haberet contra virum istud beneficium pro solutione dotium: ratio est,
2 quia † non videtur promittere animo donandi, sed animo repetendi: & ideo ipse curator, siue administrator habet beneficium, seu exceptionem, nè conueniatur vltra quam facere potest, *Bart. in l. cum post mortem, §. quædam cum esset, numer. 2, de admin. tut. l. fin. §. vtrum igitur, & ibi gloss. in verb. paternum esse,*
3 vbi † de patrimonio filiæ, vel patris dotem promisisse præsumitur, *C. de dotis promiss.*
4 *l. Nesennius, ff. de neg. gest.* & quod † in administratore non præsumatur animus donandi, dixit *Menoch. de arbit. iud. cas. 88. num. 46. vbi allegat Ruyn.* & alios, vt ibi per eum, sequitur *Mascard. de probat. conclusion. 46. & 571. numer. 8. & seq. Surd. de alim. quæst. 15. tit. 6. numer. 7. & 8. Bald. Nouell. de priuileg. dot. quæst. 3. numer. 1. p. 6.* & in tantum est ve-
5 rum, quòd † conueniri non potest vltra vires adultæ: quod si esset conuentus nomine proprio, quia nomine proprio promisit dotem vltra vires patrimonij, tali casu potest comparere mulier ipsa adulta, & opponere exceptionem, & cauere de supplenda dote, si effecta fuerit locupletior, & ipse curator, siue
6 administrator absolueretur: & † sic defensiones ex persona actoris prosunt isti curatori, siue administratori. facit *l. idemque §. generalis, ff. mand. lege, qui seruum, ff. de interrogatorijs actionib. & notaui infra quæstion. 4. vers. tamen habet.* & si mulier hoc non fecisset, potest hoc facere curator ipse *gloss. in d. l. cum post mortem §. quædam, in vers. non quæ-*
7 *runt, vbi Bar. post numer. 4.* secus † si promittit credens se teneri mulieri pauperi ad dotandum causa pietatis, & sic non animo repetendi, *lege, si donaturus, §. 1. & ibi gloss. in vers. non potest, in fin. ff. de condict. caus. dat. vbi Doctores, & Bar. in dict. leg. cum post mor-*
8 *tem, §. quædam in fine*. ex quo † error processit ex pietate, vt puta, quia erat frater, vel aliqua persona coniuncta, credens se obligatum ad dotandum sororem, vel consanguineam, non valentem se de suo dotare, cum id non esset, *l. cum plures, §. 2. cum gloss. ff. de admin. tut.* ratio est, quia talis error procedens ex pietate, impedit repetitionem, & sublato errore, subest adhuc causa pietatis, *Surd. de alim. tit. 7. quæst. 7. numer. 12. text. notab. in l. cum his, §. si mulier, ff. de condict. indeb. Siluan. consil. 12. numer. 1.* vbi di-
9 cit, † quod frater vel mater dans simpliciter in dotem rem propriam, vel communem, censetur donasse etiamsi, alij sunt administratores, & ibi dicit magis communem opinionem *per Cyn. in l. fin. in 3. quæst. post Mart. de Fano, C. de dot. promissio. et Iac. Aretin.* quem ibi refert *Bal. et Saly. et Io. de Imol. in lege 1. column. 2. super gloss. in verb. semper ff. soluto matrim.* Bald. *in d. l. Nesennius col. 2.*
10 Sed si alia causa, quam causa pietatis induceret in errorem, vt si mater, vel soror putabat se teneri, ex quo putabat se debitricem ex causa mutui, vel depositi, aut ex alia causa, quæ non continebat pietatem; tunc non præsumitur animus donandi, sed repetendi, quia sublato errore non remanet causa pietatis, secundum *Surd. d. quæst. 7. num. 12. vt per* Bar. quem communiter sequuntur *in d. l. cũ his, §. si mulier in fin.* Bald. *Nouell. in d. tract. de dot. p. 6. priuileg. 44. post numer. 1. et 2.* sed quia in curatore, seu administratore, licet sit frater, semper præsumitur hoc fecisse vti administrator, & curator, & expendisse de bonis, cuius negotia facit, & non præsumitur animo donandi, nec dotare de bonis ipsius dotantis, sed de bonis mulieris adultæ, dixit *Alex. cons. 100. post num. 1. vers. quò ad tertiam lib. 2. Gugliel. de Ludou. sing. 150. Cyn.* Bal. *et Doctores in d. l. fin. C. de dot. promiss.* Bar. *in l. 1. §. nec castrense, ff. de collat. bon. Pau. Castr. in cons. 120.* & ita consuluit Bertac. *in suo consil. incip. in causa filia commatris meæ, vt refert in suo repertorio in verb. administrator vers. 77.*
11 Ergo † non præsumitur donasse pietatis causa, sed animo repetendi, & ita iudicatum fuisse refert *Put. in decision. 182. lib. 1. dixit Mastrill. decis. 74. numer. 6. lib. 1.* & ita fuit per Tribunal Regij Consistorij exequutum die 7. Augusti 1602. vt ipse refert. *Palat. Rubios in repetit. dict. c. per vestras, §. 62. numer. 31. fol. 62. column. 3.* ex quo est administrator, & dotatio necessaria, & ideo potius præsumitur animo repetendi, quàm donandi, *Bald. Nouell. dict. quæst. 3. numer. 3. et 4.* vbi loquitur in matre administrante bona filiæ, & il-
12 lam dotante, quia in dubio † præsumitur de bonis filiæ, quam de bonis suis, & animo repetendi, etiamsi mater esset valde diues: ratio est ibi, quia mater non tenetur dotare filiam sicut pater, *per glossam in lege, matèr*
13 *C. de iur. dot.* nisi † ipsa filia & eius pater essent inopes, & sic non animo donandi, sed repetendi quando est administratrix, & filia habet bona; sic & in fratre, & in quocunq; alio administratore, vt ibi per eum, idem *Bald. Nouell. in d. tract. de dote p. 6. priuil. 45. num. 2.*
14 & sic remanet vera opinio *Bar.* quòd † si ad-

ministrator promisisset etiam proprio nomine vltra vires, gaudet isto nostro beneficio idem *Bar. in l. vxorem, §. patris naturalis, ff. de leg. 3.*

Si verò non est administrator, tutor, vel curator, neque debitor, sed vt priuata perso-
15 na, videtur dedisse dotem animo donandi, & repetere non potest, idem *Bar. in d. §. pater natura is circa finem, & dixit Alex. d. cons. 100. post num. 1. vers. 9. ad tertiam in fin. l. vnica, §. accedit, C. de rei vxor. actio. l. ex morte, in fin. C. de pact. conuent.* Bar. *in dict. §. quedam post num. 2. Guttier. de tut. & cur. quaest. 11. num. 6. Ant. Gomez. in l. 53. Tauri num. 24. Grego. Lopez l. 30. tit. 11. p. 4. gloss. otro. Alciat. resp. 153. num. 3. Caesar* Barz. *dec. 102. num. 16. vbi dicit commu. Palat. Rubios in repet. Rubr. de donat. int. vir. et vx. §. 66. num. 16. et 17. Fontanell. de pact. dotal. claus. 5. gloss. 8. p. 14. numer. 16. lib. 2.* & isto casu procedit illa opinio, quòd videtur dedisse causa pietatis, quia extraneus dotando, videtur donare *Surd. de alim. quaest. 8. tit. 6.* respectu mulieris, *Menoch. d. cas. 88. idem Surd. d. quaest. 15. nu. 8. Fontanell. de pact. nupt. clau. 5. gloss. 1. p. 3. lib. 2. fol. 51. num. 2. et 3. et notaui infra ampl. 3.* vel nisi scienter administrator promisisset vltra vires patrimonij dictae mulieris, quia tunc de suo intelligeretur promisisse quatenus excedit *d. l. cum post mortem, ff. de admin. tuto. et Bal. Nouell. dict. priuileg. 45. post num. 5. et Bart. dict. §. quedam*
16 *sub numer. 1.* vbi dicit, quod † vbi tutor vel curator promittit scienter illud, ad quod sciat pupillam, vel adultam non posse, ipse tenetur: vel quia non est dignus quod sibi subueniatur ex dolo, & vltra vires de suo praesumitur dotare, *Siluan. in consil. 70. post numer. 9. p. 2.* vbi dicit, quod quando mater tradit, vel promittit aliquid in dotem filiae vltra eius patrimonium, intelligitur promittere id, quod excedit, de suo, etiam quod promittat, & tradat administratorio nomine, si scienter
17 promittit: & † sic propter dolum amittit priuilegium, *vt inf. notaui ampl. seq. et in quaest. 1. fall. 2.*

18 Ad hoc est notandum quod † frater patris defectu tenetur dotare sororem ab vtroque parente natam *gloss. in d. l. cum plures, §. cum tutor in verb. alio patre in fin. ff. de admin. tut. Surd. de alim. tit. 1. quaest. 25. num. 8. 9. 19.* quam opinionem receptam dicunt *Bar. in l. 1. post numer. 12. vers. sed ff. solut. matrim. et ibi Rip. num. 83. Bologuet. nu. 128. Barb. num. 4. et 124. Soc. iun. nu. 199. Crott. nu. 42. et sequuntur communiter Doctores ibi, dixit Alex. et Ias. num. 29.* qui dicit, ita ab omnibus teneri, *gloss. Cy. Bal. Saly. et alij in l. non omni C. de adm. tut. Rol. cons. 85. num. 4. vol. 3. Siluan. cons. 13. num. 1. Canalc. dec. 29. num. 76. p. 3. Menoch. cons. 81. num. 2. Triuis. decis. 22. lib. 1. Pet. de Grego. in tract. de dot. de parag. quaest. 25. n. 10. Guid. Pap. dec. 439. n. 7. Nat. cons. 401. l. 1. Aufr. ad Capp. Tholos. dec. 29. numer. 8. Guid. Pap. sing. 477. Brun. à Sol. in compend. resol. fol. 97.* secus ex altero parente, vt omnes dicunt. *Mut. super consuet. Pan. cap. 21. post num. 49. vers. In hoc tamen videtur. Molfes. ad consuet. Neap. p. 4. quaest. 41. post num. 1.* vbi dicit, licet frater ex dispositione iuris teneatur dotare sororem, non tamen intelligitur de sorore vterina, sed de vtrinque coniuncta, & consanguinea tantum, *vt d. l. cum plures §. cum tutor, Franch. dec. 26. num. 6. post Ias.* Bald. *Nouell. Campeg. Coras. et alios, Menoc. de praesum. lib. 4. praesum. 187. numer. 42. & 43. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 3. numer. 13. & 14. lib. 2. fol. 63. Thes. dec. 192. num. 7.* vbi etiam dicit, quod hoc procedit etiam si filia alia bona habeat, vel legitimam non sufficientem, debet tunc frater de proprio vendere, vt illam dotet, in terminis, dixit *Abb. cons. 12. in 7. dub.* maximè si non sit eius dos congrua secundum eius qualitatem, & dignitatem, *Papp. cons. 24. num. 1. cum seqq.* dixit etiam *Giurb. decis. 45. post num. 12. Boer. decis. 129. post numer. 8.* vbi etiamsi sit clericus, quia frater clericus tenetur dotare sororem de redditibus suae ecclesiae, *tex. in c. 1. de cohabit. cler. & in c. omnino, iuncta gloss. 31. dist. Ias. in auth. res, quae C. commu. de legat. Muta super d. consuet. Senat. Pan. cap. 47. numer. 17. Molfes. super consuet. Neapol. quaest. 11. num. 16. & seq. p. 5. Thesau. d. decis. 192. post num. 7. & per totam. Fontanell. de pact. nupt. d. claus. 5. gloss. 3. num. 30. & 33. fol. 67.* & licet frater non teneatur dotare sororem vterinam, vt per Doctores quos supra notaui, tamen tenetur eam alere, dixit *Boer. d. decis. 127. post num. 9.* post alios, & notaui quaest. 13. & sic ea ratione fratres, & sorores non debent ad imparia iudicari, *Molfes. super consuetud. Neap. par. 4. quaest. 15. numer. 13.* ergo sicut frater diues tenetur dotare sororem pauperem, & eam alere, vt per Docto-
19 res quos supra notaui, sic † soror diues tenetur alere fratrem pauperem, *Ioan. de Imol. in lege, quamuis ff. solut. matrim. Bertach. in verb. soror venis, versic. 24.* vnde verum est dicere non teneri fratrem nisi quatenus facere potest pro dotis obligatione, *vt notaui quaestion. 13. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 2. par. 11. numer. 99. lib. 2. fol. 743. & Giurb. dict. decis. 45. numer. 14. Muta decis. M. R. C. 94. post num. 27.*

SVMMARIVM

1 *Mulier adulta, siue curator eius promittens in dotem vltra quàm valet patrimonium non tenetur vltra facultates.*

2 *Curator promittens animo donandi, de suo tenetur.*

3 *Curator promittens animo decipiendi, valet promissio in praeiudicium ipsius, & de proprio tenetur.*

4 *Bona fidei promissio tribuit de aequitate beneficium, deductione egeat.*

Pro-

5 *Promissio facta à muliere adulta sine auctoritate curatoris, est nulla.*
6 *Promissio facta à muliere adulta vltra vires cum auctoritate curatoris scientis promissionem esse vltra vires, est valida in præiudicium curatoris, & de proprio tenetur in solidum.*

AMPLIATIO
Secunda.



1 ECVNDO † amplia, quando curator, siue mulier adulta promisit in dotem vltra quàm valebat patrimonium, vel vltra facultates: quo casu non tenetur vltra quàm facere potest, siue vltra facultates. Ratio est, quia promissio ipso iure est nulla, *tex. est in l. sine generalis, ff. de iur. dot. Io. Guttier. de tutelis, & curis, cap. 11. num. 6.* vbi dicit, quod si mulier pro qua promisit, non est soluendo, remanet liberatus, quia in dubio videtur promisisse administra-
2 toris nomine, nisi † curator promisisset animo donandi, vt notaui sup. in præcedenti ampl.
3 vel decipiendi, tunc enim tenet promissio in præiudicium curatoris, *gloss. in d. l. sine generalis, in verb. non valet vers. solutio, Guttier. loco cit. per tex. formalem in l. cum post maritum,*
4 *§. 1. ff. de admin. tut.* sed † si promisit bona fide, licet teneatur, tamen de æquitate gaudet nostra exceptione, *vt est texs. in leg. cum post mortem, §. 1. ff. de admin. tuto. Paul. Castr. in in l. 1. C. si aduers. dot.* vbi distinguitur isto mo-
5 do: aut † promisit mulier adulta sine auctoritate curatoris, & non valet ipso iure promissio, & vsque ad congruentem quantitatem, quia non potuit se obligare, *vt in l. si curatorem habere, ff. de in integ. restit.* aut cum aucto-
6 ritate, & tunc † aut sciebat curator promissionem esse vltra vires patrimonij, & ex quo videtur dolose auctoritatem suam interposuisse, non valet obligatio quò ad mulierem adultam, sed bene valet in præiudicium ipsius, vt ipse teneatur vltra vires de proprio, *gloss. in d. l. cum post mortem §. 1. vbi Bar. & d. l. sine generalis:* & sic ratione doli perdit istud beneficium, *vt supra notaui, & infra etiam notabo in secunda fallentia.*

SVMMARIVM.

1 *Extraneus, siue delegatus promittens dotem pro muliere non ex necessitate, sed ex voluntate, gaudet beneficio, deducto ne egeat.*
2 *Exceptio quæ obstat deleganti, non obstat delegato.*
3 *Exceptio, quæ obstat mulieri agenti, obstat marito agenti nomine vxoris.*
4 *Donatarius contra eum, cui est delegatus habet beneficium, deducto ne egeat ex eadem obligatione, & actione.*
5 *Dos dicitur esse debita titulo oneroso non autem lucratiuo.*

AMPLIATIO
Tertia.



1 ERTIO † amplia in delegato, siue extraneo, qui promisit dotem pro muliere nō ex necessitate, sed ex voluntate, & ex liberalitate: quia non tenetur vltra quam facere potest, *l. si extraneus, ff. de iur. dot. Io. de Platea, & Ang. in §. sed & si quis, de actio. Ias. in l. inter eos num. 4. ff. de re iud. Surd. de alim. quæst. 78. num. 15. tit. 1. Io. Aloys. Ric. in sua collect. decis. coll. 227. alleg. per Mart. Coler. decis. 14.* vbi dicit, quod extraneus dotans habet beneficium, deducto ne egeat, Ratio est in tex. *in d. l. eos,* qui ex liberalitate conueniuntur, in id quod facere possunt condemnandos: facit *l. ex liberalitate, ff. de re iud. Ant. Monach. de exequu. in vestib. d. cap. 12. num. 66. Surd. d. quæst. 78. num. 15. Const. vetit. Lubrid. 28. in fin. Marant. cons. 30. in prin. Mart. Coler. d. dec. 14. num. 8. Fontanell. de pact. nup. claus. 7. gloss. 3. p. 11. num. 98. lib. 2. fol. 745. Giurb. dec. 45. numer 10. idem Giurb. super consuetu. Mess. cap. 13. gloss. 6. p. 1. num. 41.* Sed huic ampliationi obstare videtur
2 *l. Nesennius. ff. de re iud.* vbi † exceptio, quæ obstat deleganti non obstat ei, cui facta est delegatio, facit *l. pen. ff. de iur. dot.* vbi extraneus promittens dotem pro muliere, non habet istud beneficium, dicit etiam *Bar. in sing. 126. sed Alex. in l. Nesennius* refert quatuor solutiones, sed cum nulla transit, ex quo dicit, quod omnes sunt periculosæ, & post omnes pro ista ampliatione facit *Ias. ibi num. 8.* dicens, quod cum donator semel fuerit obligatus mulieri cui promisit, & beneficium istud fuerit radicatum in personam vxoris, certè si maritus agit tàm constante, quam soluto matrimonio, semper agit nomine vxoris, quia dicitur debitor mulieris, vt ait *addi. in mar-*

 gine

3 gine d. l. si extraneus; Ideo illa † exceptio, quæ obstaret mulieri si ageret, obstabit marito agenti, vt d. l. si extraneus. ratio est ibi, quia ista exceptio, quæ semel cœpit competere contra vxorem, facilius debet transire contra maritum, quasi nunquam promisisset mulieri, l. libertinus, §. sed si creditori, ff. de operib. libert. Corroboratur, etiam illa ratione, quod maritus agit ex eadem obligatione, & actio non est mutata, immo ex eadem qualitate,
4 ex qua debebat mulieri, quia † tunc donatarius contra eum, cui est delegatus, habet priuilegium l. si post diuortium, & l. si maritus ff. solut. matrim. & Ias. in d. l. Nesennius post numer. 6. & notaui etiam loco suo: sed in supradictis iuribus in contrarium dictantibus non erat eadem ratio & obligatio, meritò non competit istud beneficium, vt sentit gloss. in d. l. si extraneus, ex tex. in l. si prior, & ibi gloss. ff. solut. matrimon. licet Gasp. Baet. in tracta. de inope debitor. quæst. 17. num. 66. teneat, quod extraneus dotans, non gaudet isto nostro beneficio per d. l. pen. ff. de iur. dot. ratio est ibi, quia quo ad maritũ non est vera donatio, sed
5 † censetur habere dotem tit. operoso ad sustinendum onera matrimonij, sequitur Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. p. 14. lib. 2. post nu. 16. tamen post omnes noster elegans, & copiosissimus Giurb. in d. dec. 45. post n. 10. & 11. expresse tenet per non nullos Doctores, extraneum dotantem habere nostrum beneficium, deducto ne egeat, ex quo extraneus dotans priuilegium tamquam donatarius in soluendo habet ratione donationis, per tex. in d. l. si extraneus, quod generale est non solum in dotante, sed in alio quouis donante, per d. l. inter cos. Marant. d. cons. 30. num. 1. Mart. Coler. decision. 14. numer. 8. Cost. subsid. remed. 28. n. 11. Caual. de Brach. Reg. quæst. 6. pragm. 97.

SVMMARIVM.

procedentem etiam ex illegitimo matrimonio.

36 *Matrimonium soluitur propter errorem in personam.*

37 *Carnalis copula non firmat matrimonium contra errorem conditionis seruilis.*

38 *Matrimonium soluitur ratione disparis secta*

39 *Matrimonium contractum inter contrahentes disparis sectę, si ex post facto ex eadem fide reperiantur, connalescit, nisi cū hęretico.*

40 *Matrimonium soluitur ratione sacrorum ordinum.*

41 *Matrimonitū soluitur ratione cōpaternitatis.*

42 *Fratres spirituales per Baptismum, matrimonium contrahere non possunt.*

43 *Pater spiritualis matrimonium contrahere non potest cum filia spirituali.*

44 *Matrimonium contractum coram incompetenti parocho, soluitur.*

45 *Vir soluto matrimonio propter legitimum impedimentum dotem restituere tenetur.*

46 *Condictio sine causa datur contra virum ad restitutionem dotium soluto matrimonio propter legitimum impedimentum.*

Condictio sine causa est ita priuilegiata sicut actio de dote. ibid. num. 46.

47 *Maritus non gaudet priuilegio, deducto ne egeat, soluto matrimonio propter impedimentum legitimum.*

49 *Dotes sunt restituenda propter separationem thori ex delicto vel causa viri.*

50 *Maritus non gaudet beneficio, deducto ne egeat, quando separatur thorus propter eius delictum.*

51 *Iure diuino cautum est, quos Deus coniungit homo non separet.*

52 *Vxor adultera amittit dotem, & thorus separatur.*

53 *Thorus non separatur propter adulterium viri, de consuetudine Neapolitana. limita ibid.*

54 *Coniuges propter adulterium non habent priuilegium maritale. & an fiat pręiudicium patri. num 55. & an habeat vxor adultera alimenta.*

AMPLIATIO Quarta.



1 VARTO † amplia in viro promittente secundo viro pro muliere quod ei debebat, quia tunc intelligitur cum effectu, scilicet, deducto ne egeat, *l. si prior ff. sol. matr. & nota. ui inf. ampl. 11.*

2 nisi † promisisset centum per stipulationem *gloss. in l. Nesennius, & ibi Bar. in 2. oppos. sequitur ibi Alex. num. 3.* vbi dicit, hanc ampliationem communiter approbatam, & ibi etiam *Ias. post numer. 8. vers. in ea gloss. idem Alex. in d. l. non tantum num. 9. ff. de re iud.* Sed hodie ista ampliatio non militat secundum dispositionem iuris ciuilis, ex quo est correcta, quia

3 † hodie matrimonium sola morte soluitur, scilicet naturali, de iure pontificio, nisi in casibus infrascriptis, *Abb. Sicul. in c. in præsentia num. 2. de sponsalib. cap. 2. de translat. prælat. & c. dominus de secund. nupt & c. ex literarum post num. 2. de eo qui duxit in matrim. quam poll. per adult. & in c. cum olim el 2. n. 14. de priuil. Farin. in lib. de crim. læsæ maiest. q. 43. post num. 2. de delict. carnis, Alex. in l. si cum dotem, ff. solut. matrim. §. nemo in auth. de triente & semiss. Bertach. in verb. matrimonium*

4 *soluitur, vers. 5.* etiam cum † dispensatione Papæ matrimonium cōsummatum dissolui non potest *c. ex publico de conuers. coniugat. Io. de Per. in Rubrica, ff. solut. matrim. col. 3. Bal. in l. Deo nobis, col. 3. vers. vlterius not. hic, C. de episc. & cle. Bertac. d. verb. matrimonium soluitur vers. 4. Farinac. d. quæst. 43. numer. 8.* ratio est, quia quos Deus coniūgit homo non separat, *Matth. cap. 1. Anch. cons. 39. num. 2. Abb. Sicul. in c. licet num. 2. de translat. prælat. Mathesil. singul. 165. num. 5. cap. sunt qui dicunt 27. quæst. 2. & in c. an quod, & in c. pen. 33. quæst. 2. & in c. inter corporalia, de translat. episc.* ex quo Papa non habet aliquam potestatem super matrimonio perfecto, vt per *Archidiac. in c. qui propter 27. quæst. 2. & Bal. in d. l. Deo nobis col. 3. vers. vlterius not. C. de episc. & cle.*

5 ex quo † sunt facti vna caro, vt sup. notaui circa principium; licet ex maxima, & vrgentissima causa possit Papa super matrimonio iam consūmato disponere de plenitudine potestatis. *Farinac. d. quæst. 43. post numer. 8. Io. Florian. in regul. actus legitimi de reg. iur. in mercurial. & Bal. in l. si tibi filius, ff. de adopt. Philipp. Dec. in cons. 110. & per Pet. de Ancha. in cons. 374. incip. filius, & in c. quæ in ecclesiarum col. 5. de constitut. Matthes. d. sing. 165.* Vel nisi in casibus de iure canonico permissis, vt sunt sequentes.

6 Primo soluitur † matrimonium propter impotentiam, siue frigiditatem perpetuam, vel naturalem *Ioan. Franc. de Leone in pract. Archiep. cap. 24. num. 100. Farin. d. quæst. 43. num. 6. & 7.* quia tunc impotentia vnius impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum *c. quod autem, c. requisisti, & c. si quis §. ecce, 33. quæst. 1.* vel propter maleficia *tot. tit. de frigid. & malefic.* sed isto casu debent coniuges cohabitare per triennium, & interim dare operam carnali copulæ, & experiri an impedimentum sit perpetuum, *Farinac. dec. Rot. Roma. 181. per c. laudabilem de frigid. & malefic. Cappel. Thol. 350.* idem *Farin. decis. 129.* & non solum requiritur ista cohabitatio in domo, sed etiam in lecto, vt inquit *Hostiens. in c. fin. eod. tit. de frigid. & malefic.*

lefic. Far[...] Rot. Roman. 287. num. 11. & 12. & diuortium ante triennalem cohabitationem ob coeundi impotentiam fieri non potest,& matrimonium cum secundo ante factum, non valet, *Sair. decis. 1. de frigid. & malefic.* adde *Io. Aloysium Ricc. in sua collect. decis. collect. 565. vers. ampl. 2. nisi*: & † si con-
7 stat de impotentia coeundi, & ex coniugum confessione, statim soluitur matrimonium, *Farinac. decis. Rot. Rom. 284. num. 2. idem Farin. dec. crim. 75. num. 1. post cons. quæ est dict. decis. 284. Caualc. decis. 18. num. 3. p. 2.* vbi di-
8 cit quod † si vir est ab accidente effecto immutabili, & inreparabili, nisi cum vitæ periculo, & statim potest apparere, & verificari, tunc non expectato triennio soluitur matrimonium, facit *Henricus Boich in cap. 1. & 2. de frigid. & malefic.* si verò non constat,& coniuges hoc consitentur, cohabitabunt simul per triennium. & si probabitur quod operam dederunt carnali copulæ, & non potuerunt coniungi, per iuramentum eorum, & cum septima manu propinquorum, separatur matrimonium, *d. c. laudabile, & ibi Abb. Sicul. de frigid. & Malefic. Io. Franc. Leone in prax. Archiep. d. cap. 24. num. 106. p. 2. Farin. d. dec. 287. nu. 16. & gloss. in c. continebatur in verb. verum quando vterque confitetur, de sponsalib. Marc. Ant. Genu. in prax. Archiep. cap. 103. numer. 1.* vbi dicit communem opinionem *Farin. d. dec. 284. num. 8. & 9. & d. decis. 75. post num. 1.* ratio est, quia à principio fuit nullum matrimonium, vt ibi Doctores, & *in c. fraternitatis eod. tit. Io. Aud. in tract. de arbor. consanguin. & affin. vers. Christi nomen num. 82.*
9 & isto in casu *Abb. Sicul.* dat † cautelam cognoscendi virginem, vel intactam *in d. c. fraternitatis num. 4. & 6.* & ibi ponit regulam,
10 quod † omne impedimentum viri, vel vxoris, quod facto humano sine corporali periculo remoueri non potest, reddit quem inhabilem ad contrahendum matrimonium, secus si facto humano potest impedimentum remoueri:
11 & † sic qui virgam erectam habet, si non potest emittere semen, matrimonium contrahere non potest, *Abb. Sicul. in c. quod sedem n. 5. de frigid. & malefic. Hieron. Mangiar. in tract.*
12 *de arbor. consang. & affin. num. 39.* Et † triennium incipit currere post pœnitentiam peractam, *d. c. fin. vel secundum. Abb. ibi num. 12.* quem sequitur ibi *Præposit. num. 4.* quod post pœnitentiam peractam insurgat cohabitatio per aliquod tempus, arbitrio iudicis præfigendum, quia ecclesia considerat aliquando
13 † propter peccata superuenire similia impedimenta; imponit ergo pœnitentiam ad placandum Deum Omnipotentem, vt coniuges reddantur habiles, *Farin. dict. decis. 287. post num. 14. ad hoc videndus, & Marc. Ant. Genu. in d. prax. Archiep. dict. cap. 103. numer. 2. Io. Franc. Leone d. cap. 24. num. 104. 105. in fin. de sponsalib. & matrim p. 2. in prax. Episcop.* vbi dicit, quod isto casu coniuges sunt hortandi, vt corde contrito Deo, & spiritu humiliati, sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant, & profusis lacrymis largioribus, & eleemosinis, & orationibus, atque ieiunijs Domino satisfaciant; & videndus est etiam *Farin. d. decis. 25. & ibi addit. lit. E.* pro securitate mulieris vbi ipsa
14 cohabitare tenetur; nisi † matrimonium scienter fuisset contractum cum impotente, *Abb. Sicul. in c. consultationi numer. 1. & 2. de frigid. & maleficiat. Bald. in l. mulier col. 2. C. de sponsalib. gloss. notab. 33. quæst. 1. d. c. si quis accepit Io. Franc. Leone d. cap. 24. num. 102. in fin. de sponsalib. & matrim. par. 2. in praxi Archiep. Ludou. Pont. in sing. in verb. matrimonium versic. propter. Bertach. in ver. matrimonium soluitur, vers. 7.* vbi dicit, matrimonium cum frigida scienter contractum dissolui non potest. Ratio est per *Doctores, & Abb. Sicul. in d. c. consultationi num. 3.* quia cum ea tenetur stare tanquam cum sorore coactè *d. c. laudabile vers. quod si ambo, & ibi gloss. de frigid. & malefi. Caualc. d. dec. 18. num. 1. 2. 3. p. 2.* vi-
15 dendus: ex quo † ponit ibi multos casus, videndus est etiam *Hieron. Mangiar. in d. tract. consang. & affin.* vbi ponit etiam *à num. 200.* solemnitates, & cautelas, quæ requiruntur ad separationem matrimonij casu isto.

Est tamen notandum, quod si vir scienter duxit vxorem non cognoscibilem, licet non debeant separari, vt sup. notaui, tamen si Episcopus, qui satis est inferior Papa, videt eum suspectum de incontinentia, debet prouidere, vt contrahat cum alia, & primam tenebitur alere, secundum *Abb. in d. c. consultationi de frigid. & malefic. sequitur Felin. in c. lator col. 2. de re iud. Hipp. de Mar. d. sing. 165. in fin.* vbi refert quod ita accidit Bononiæ: &
16 † soluto matrimonio potest quilibet contrahere cum alia; & ex hoc solutum fuit matrimonium inter quemdam de Coniglio, & eius vxorem, propter frigiditatem, qui postea contraxit matrimonium cum altera, ex qua habuit filios, & hucusq; manet in secundo matrimonio.

17 Secundo soluitur † matrimonium propter metum in constantem virum, *Abb. Sicul. in c. significauit numer. 1. de eo qui duxit in matrim. quam poll. per adult. & in c. veniens, el 1. de sponsalib. Io. Franc. Leone in prax. Archiep. cap. 24. num. 78. p. 2. Triuisan. dec. 63. adde Io. Aloys. Ric. in sua collect. decision. collect. 533. Hieron. Mangiar. in tract. arbor. de consang. & affin. num. 93. vers. nunc venio ad octauum, & num. 133.* vbi etiam facit quæstionem, vtrum si filius vxorem duxerit coactione paterna, quam alias non esset ducturus, teneat matrimonium; Vel propter metum mortis; vel si fuerit cruciatus ad effectum contrahendi matrimonij, *Alex. cons 99. num. 3. lib. 5. Baldass. Mongollon de metu cap. 2. §. 5. num. 1.* Ratio
18 est, quia † matrimonium metu contractum non valet ipso iure, *Abb. Sicul. in d. c. veniens nu. 7. & in c. cum locum vbi Doctores, de sponsalib. Farin. dec. crim. 58. numer. 1. Nepit. in* con-

consuet. Catinens. consuet. vnic. de confusio. bono. num. 290. cum seq. fol. 87. Hipp. de Marsil. sing. 347. num. 1. per gloss. in l. 1. §.
19 tutor, vers. non habet ff. de author. tut. vbi † tutoris authoritas interposita non valet per vim l. si mulier, §. si dos metu promissa sit, ff. de eo quod met. caus. facit gl. in cap. Abbas prope finem, vers. & primo in causa matrimonij, & vers. alij dicunt contra, ext. de his, quæ vi, met. caus. Cardin. in clem. 1. quæst. 17. de consangu. & affin. Oldrad. cons. 35. incip. factum tale est, Innoc. in cap. matrimonij de offic. delegat. Alex. cons. 391. & cons. seq. & in cons. 156. vol. 5. Bal. in tract. schism. col. 6. Bart. Cepoll. in Rubr. de test. col. 22. Neniz. in Sil. nupt. num. 119. in ver. qualitas coniugum, Rot. dec. 277. Paris. in cons. 53. nu. 41. lib. 4. & cons. 158. num. 56. lib. 2. Mongollon in d. tract. de metu. cap. 9. numer. 19. ex
20 quo † metus, vel coactio excludit consensum liberum d. cap. cum locum, & notatur in cap. fundamenta de election. in 6. qui requiritur in matrimonio, vt d. cap. veniens, & sic metus debet esse talis, quòd cadat in constantem virum, vt dirimat matrimonium, vt d. cap. cum locum, & ibi gl. communiter recepta, & dicit ibi Abb. quod ex parte mulieris requiritur metus, qui possit cadere in constantem mulierem, Aret. cons. 24. col. 2. Soc. cons. 273. lib. 3. idem Abb. in d. cap. significauit, Marc. Ant. Genue. in prax. Cur. Archiep.
21 Neap. cap. 95. num. 1. vbi dicit, quod † in matrimonio requiruntur tria, bona fides, proles, & sacramentum: quæ omnia metus
22 intercedens euertere solet. & † quomodo probetur metus cadens in constantem virũ vel mulierem, relinquitur arbitrio Iudicis gl. in c. cum dilectus, de his, quæ vi metusue caus. fiunt; Baldassar Mongollon d. cap. 2. §. 1. nu. 1. & sub num. 2 ponit quod duplex arbitrium iudicis est, & §. 3. num. 1. & §. 5. allegat Luc. de Pen. l. vnica, C. de mendi. validis lib. 11. num. 7. Menoc. de arbit. iud. lib. 1. quæst. 14. Gasp. Caball. in suis milleloquijs 2. par. mille. 786. Rebuff. in comment. 2. to. in tract. de rescissione
23 contract. gloss. 12. ex quo † solet ob id parere malos exitus c. præterea de sponsalib. puta adulterium, vel quia homicidiũ; quando quis non diligit, contemnit 20. quæst. 3. c. præsens, & ita fuit iudicatum in prima Curia Metropol. Archiepiscopali huius Vrbis Panormi sub die 24. Martij annis currentis 1609. inter Paulum Maximianum, & Doralicem Graffeo de Adamo, quorum matrimonium, metu contractum, fuit dissolutum; ita etiam matrimonium, metu contractum, inter Petrum Cerlintano, & eius vxorem solutum fuit in mense Maij anni 1607. & non nulla alia matrimonia sunt soluta, vt est videre penes acta officij dictæ primæ Curiæ Metropolitanæ huius Vrbis Panormi.

24 Ratio est, quia † nemo cogendus est ad matrimonium contrahendum, & coactus, separatur, quæst. 2. c. si vnum, & c. seq. 32.
25 quæst. 1. c. vlt. idem † in matrimonio spirituali in ingressu Religionis facto per filium, vel filiam coactam, & propter reuerentiam paternam, vitiatur tale matrimonium, & talis ingressus gloss. sing. in d. c. præsens 20. q. 3. Baldass. Mongollon de metu cap. 4. §. 2. num. 2. & seq. & quod metus reuerentialis annullet matrimonium quando concurrunt minæ, vel verbera, est doctrina Bar. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quar. rer. act. non dat. communem conclusionem dicit Marc. Ant. Genue. d. c. 95. num. 8. de qua testatur Couar. in 2. par. lib. 4. cap. 3. §. 6. Proualod. in §. quadrupli column. 9. in fin. de actionib. vbi dicit, esse perpetuò notandum, quia sæpe contingit de facto: refert, & sequitur Hipp. de Marsil. d. sing. 343. num. 2. & 3. vbi dicit, tene menti, quia plus quàm quotidiana sunt. & nil mirum si quan-
26 doque mulieres † sunt inhonestæ, vel turpem ducunt vitam in vituperium Religionis, & suorum affinium, quia fuerunt factæ moniales contra earum voluntatem propter defor-
27 mitatem, vel paupertatem. Secus † si dolo contrahitur gloss. fin. in c. pen. & ibi Abb. quod
28 met. caus. vel † nisi esset matrimonium consummatum per copulã carnalem, Abb. Sicul. in c. terra num. 4. de election. & in c. cum causa num. 2. de sponsal. Farin. decis. crim. 69. num. 1. & decis. 58. num. 7. quibus in locis dicit, matrimonium, metu contractum, purgatur omni metu per subsequentem copulam spontaneam, & matrimonium, metu contractum, spontanea cohabitatione conualescit ex nunc non ex tunc, Abb. in c. ad id quod num. 1. de sponsalib. Ias. in l. pacta nouissima num. 13. C. de pact. & in l. pactum dotale num. 2. fol. 3. eo. tit. Maynard. in decis. 16. lib. 1. adde Io. Alovs. Ric. in d. sua collectan. decision. collect. 533. Marc. Ant. Genue. d. cap. 95. num. 6. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 4. num. 25. lib. 3. vel voluntariam carnalem copulam, Genue. dicto cap. 95. num. 7. Paris. cons. 170. num. 25. lib. 4. Menoch. d. præsumpt. 4. num. 30. quia tunc facti sunt vna caro, vt supra notaui in principio. Ratio est supradicta, quia carnalis copula voluntaria purgat metum, secus omnino coacta, Farinac. d. decis. 69. num. 3. in fin. & num. 14. & decis. 58. num. 7. in fin. vbi dicit quod matrimonium, metu contractum, non confirmatur per copulam coactam, & non voluntariam, etsi per vim fuisset puella cognita, Abb. Sicul. in d. c. veniens num. 6. & durante causa metus, copula non præsumitur voluntaria, Farinac. d. decis. 58. numer. 7. in fin. Paris. cons. 58. num. 63. lib. 4. Rota Pisa. decis. 64. & ad cognoscendum quando dica-
29 tur † metus purgatus, coniecturas ponit Genue. d. cap. 95. d. num. 6. vsque ad 8. Farinac. locis cit. & ad probandum matrimonium metu fuisse factum, sufficit vnus testis, & creditur magis illi soli, quam pluribus alijs deponentibus de voluntate, dixit Guid. Pap. singul. 96. §. ad probandum, per Bald. in l. obseruare, §. proficisci, quæst. 13. ff. de offic. deleg. & dixit

dixit Ludou. Pontan. in rubr. de arbit. col. 6. post
Innoc. in c. cum super, de re iud.
30 Tertio casu † soluitur matrimonium pro-
pter vinculum prioris matrimonij, scilicet si
vxor, aut vir contraxerit secundum matri-
monium viuente primo viro, vel prima vxo-
re, ex quo secundum matrimonium non te-
net propter primum virum, vel primam vxo-
rem 34. quæst. 1. cap. 1. Io. Franc. de Leone in
prax. Archiepisc. cap. 24. num. 87. part. 2. quia
qui habet vxorem, est adeò eidem alligatus,
vt alteram mulierem in matrimonium duce-
re non possit, cap. 1. & fin. de spons. duor. qui-
bus contrahentibus mirabilis pœna imponi-
tur vt 32. quæst. 1. Abb. Sicul. in cap. cum ha-
beret, de eo qui duxit in matrim. quam poll. per
31 adult. col. 1. & † vxores duas habens, vel
duos viros, grauiter vterque puniendus est,
Port. cons. 118. num. 8. Farin. in lib. de crim.
lesæ maiest. in trac. de delictis carnis quæst. 40.
num. 3. cum seqq. in quibus refert varias opi-
niones circa pœnam, cum ampliationibus
& fall. videndus, quia matrimonium con-
trahens cum aliqua, viuente prima vxore,
peccat, & efficitur infamis, idem Abb. in
cap. fin. num. 3. de eo, qui duxit in matrimon.
32 quam poll. per adult. nec † mortua prima
vxore, reconualidatur, idem Abb. in cap.
consuluit num. 2. de conuers. coniugat. nisi no-
uo interueniente consensu, idem Abb. in d.
cap. veniens num. 2. & 3. eo. tit. Et in isto fi-
delissimo, & Catholico Regno Siciliæ Illu-
striss. & Reuerendiss. Inquisitores solent hos
tales punire, licet cum misericordia, vt
33 moris est tanti Sanctissimi Tribunalis,
quos Deus regat, & defendat, vt causæ suæ
defensores: nisi ex iusta igorantia, quia
de morte constabat per testes receptos, licet
non esset ita, & isto casu remittitur pœna,
vt in d. 34. quæst. 1. cap. 1. Farin. d. quæst. 4.
num. 34. lim. 1. & hoc sæpissimè accidit in
Curijs spiritualibus huius Regni, & præcisè
in prima Curia Metropolitana Archiep.
huius Vrbis, per quam iam fuit solutum
matrimonium inter V. I. D. Vincentium
Fazella, eiusque vxorem primum virum ha-
bentem, post longam disputationem per sen-
tentiam, vt patet penes acta dictæ Curiæ
Metropol. & ex quo constabat per testes de
primi viri morte, & sine eorum scientia, &
culpa; imò credebant primum maritum esse
mortuum, ex d. cap. 1. 34. quæst. 1. Ideo nul-
lam passi sunt pœnam. facit Hiero. Mangiar.
d. tract. de arbor. consanguin. & affin. post n. 229.
iuxta tex. in l. cum qui duas, §. vnum, in fin.
C. ad leg. Iul. de adult. vbi gl. 1. in figuratione
casus in verb. vxorem. Cy. in 3. not. Bal. nu. 4.
34 Alber. num. 2. & 3. & † isto casu maritus
gaudet isto nostro beneficio, Caualc. dec. 21.
num. 10 p. 4. vbi dicit, quod maritus non
tenetur ad restitutionem dotis, nisi deducto
ne egeat, si sine eius culpa soluitur matrimo-
nium, Idem Caualc. dec. 18. p. 2. Paul. Castr.
in l. diuortio, §. impendia post num. 5. ff. sol. matr.

35 Quarto soluitur † matrimonium propter
affinitatem, l. fratris, C. de iniustis nupt. §.
affinitatis, instit. eod. titu. cap. non debet de con-
sang. & affinit. glo. ordin. & ibi Bar. in l. si quis
ff. sol matrim. & in l. rerum amotarum, ff. rer.
amotar. cap. directionem tuam, & ibi gl. et Do-
ctores. et cap. pen. de eo qui cogno. consangu. v-
xor. suæ cap. præterea, el. 2. de sponsalib. præ-
cedente etiam ex illegitimo coitu, Abb. Sicul.
in cap. super eo num. 4. de eo qui cogno. consang.
vxor. sua. Io. Franc. Leone in praxi Archiep.
cap. 24. num. 101. par. 2. & ita accidit hic
Panormi his diebus præteritis in personam
cuiusdam V. I. D. Viri nobilis Messinensis
cum quadam eius conciue, & fuit solutum
matrimonium in Curia Archiep. huius Vr-
bis propter affinitatem ex illegitimo coitu,
concurrentibus nō nullis alijs adminiculis, &
legitimis causis, qui postea vxorem nobilem
duxit secundum eius virtutes, & merita in
patria sua. facit ad hoc Mangiar. in d. tract.
de arbor. affin. et consang. num. 45. et 235. cum
seq.
36 Quinto soluitur † etiam matrimonium ra-
tione erroris, in personam commissi 27. q. 1.
in principio, et gloss. 2. vers. impedimenta ma-
trimonij, Abb. in c. fin. num. 1. de coniug. ser-
uor. vbi matrimonium cum seruo ignoran-
ter contractum, si postquam liber extitit,
non consensit, separatur, & cum alia con-
trahere poterit, & in capit. proposuit num. 1.
37 eod. tit. ratio, quia † carnalis copula non fir-
mat matrimonium contra errorem condi-
tionis seruilis capit. ad nostram, & ibi Abb. n. 5.
de coniug. seruor. 29. quæst. 2. in princip. & ibi
gloss. etiamsi per errorem credebat contrahe-
re cum vna, & contraxit cum alia, idem Abb.
in capit. proposuit numero quinto, de coniug. ser-
uor. Hieron. Mangiar. in d. tract. de arbor. con-
sanguin. & affinit. num. 49. cum sequentibus.
38 Sexto soluitur † matrimonium ratione dis-
paris sectæ 28. quæst. 1. capit. caue gloss. alleg.
27. quæst. 1. in dicto versic. matrimonij impedi-
menta Abb. Sicul. in capit. fin. de conditio. ap-
posit. num. 5. Io. Franc. Leone in prax. Archie-
pisc. p. 2. cap. 24. num. 77. l. ne quis C. de iud.
gloss. in c. super literis de accusat. Farin. de de-
lictis carnis in lib. de crim. læsæ maiest. quæst. 139.
39 num. 36. nisi † ex post facto ex eadem fide
reperiantur, idem Abb. Sicul. in cap. 1. n. 3. de
conuer. infid. secus cum hæretico, vt not. Abb.
Sicul. in d. c. fi. n. 5. in fi. & not. in c. decreuit de
hæret. in 6. Spec. in tit. de diuort. post princip.
Hiero. Mangiar. in d. tract. de arb. consang. &
affin. num. 76.
40 Septimo, ratione † sacrorum ordinum sol-
uitur matrimonium cap. 1. qui cler. vel vouen.
matr. contr. poss. & ibi Doctores, Abb. in c. vt
clericorum num. 2. de vit. & honest. cler. Hiero.
Mangiar. in d. tract. de arbor. consang. & affin.
numer. 52. ratio est, quia matrimonium con-
trahere non possunt, vt sacrorum Canonum
censuræ demonstrant 32. dist. c. si quis eorum,
& c. cum præterito 84. dist. Io. Franc. Leone in
d. prax.

d. prax. Archiep. cap.24. num.85.par.2. & de
facto separatum fuit in ista ciuitate in mense
Ianuarij 5. ind. 1622. inter quosdam de la
Manna.

41 Octauo ratione † compaternitatis soluitur
matrimonium *cap. 1. & ibi Doctores de con-
sang. spirit. 30. quæst. 3. per totam, Ioann. And.
in c. consanguinei de re iudi. Hostiens. in capit.
gaudeamus de diuortijs*. Vnde versus.

Nata, soror, neptis, fratris & vxor,
Et patrui coniux, mater, priuigna,
Vxorisq; soror, priuigni nati, vtriusq;
Ac sorore patris coniungi lege vetatur.

Notatur expresse ex illis verbis, quæ dicit
*Abb. Siculu. in d. c. super eo post numer. 4. vers.
conclude ergo el 2. de consang. spirit.* vbi dicit,
42 conclude † ergo, quod inter filios duorum
compatrum, per quorum alterum, vel vtrum-
que contracta est compaternitas, non potest
matrimonium contrahere, & si de facto fue-
rit contractum, debet separari, nulla consue-
tudine contraria opitulante; si enim inter eos
matrimonium esse non potest ratione frater-
nitatis spiritualis, vt *idem Abb. in cap. 1. post*
43 *numer. 4. eodem tit.* ergo † multò magis pater
spiritualis contrahere non potest matrimo-
nium cum filia spirituali, vt ibi sequitur *Io.
Franc. Leone in prax. Archiep. c. 24. num. 62.
vers. spiritualis cognatio est.*

44 Nono soluitur † matrimonium contra-
ctum coram incompetente Patrocho *Concil.
Tridentin. cap. 1. §. qui, sess. 24. Marc. Anton.
Genue. in d. prax. Archiep. cap. 61. post num. 6.
in fin. Ioann. Franc. Leone in d. prax. Archiep.
par. 2. dict. cap. 24. numer. 42. c. si eo tempore
de elect. in 6.* & ita fuit resolutum hic Panor-
mi in d. curia Metropol. Archiep. sub die
11. Octobris 1606. inter V. I. D. Adrianum
de Siluestro, & eius putatiuam vxorem de
Venetiano, qui de Siluestro postea aliam du-
xit vxorem.

45 Quibus casibus, matrimonio † soluto, co-
gitur vir dotem restituere, *idem Abb. in c.
significauit numer. 1. de donat. inter vir. & vxo.
leg. quemadmodum ff. de iur. dotium Maring.
super praxi M. R. C. notab. 189. p. 1. num. 37.*
46 & per ea, quæ supra notaui; & in † dotium
restitutione non agitur actione de dote; sed
condictione sine causa, *idem Abb. in dict. cap.
de prudentia numer. 4. versic. in gloss. de donat.
inter vir. & vxo. & facit text. secundum eum
in lege fin. de condiction. sing. caus.* & hæc con-
dictio est ita priuilegiata quo ad ipsam vxo-
rem, sicut actio de dote *l. ex facto, ff. de pecul.*
47 *& lege 1. ff. de priuileg. cred.* & † isto casu ne-
que maritus, neque eius hæredes gaudet pri-
uilegio maritali, vt notat *Abb. in dict. cap. de
prudentia post numer. 6. in fin.* & integrè dos
reddi debet, vt *Abb. Sicul. in cap. 1. numer. 3.
eodem tit.* ergo non gaudet isto nostro bene-
ficio, secundum *Abb. ibi post numer. 4.* & ante
eum tenet *Io. And. ibi*, vbi dicit, quod *gloss. in
dict. cap. 1. versic. in quantum facere potest*, lo-
quitur contra text. qui dicit totam dotem
reddi debere; & iura, in glossa allegata, non
obstare, quia loquuntur in matrimonio vero,
quo casu maritus gaudet isto nostro beneficio
propter reliquias præcedentis matrimonij: sed
istis casibus nunquam fuit maritus verus, &
matrimonium fuit separatum de facto pro-
pter aliud supradictorum impedimentorum,
vel simile, ex quo nunquam fuerunt coniun-
cti à Deo, quia Deus non coniungit prohibi-
tos lege canonica, *idem Abb. Sicul. in c. de in-
fidelibus numer. 5. de consang. & affin.* ergo non
gaudet priuilegio mariti si nunquam fuit, ve-
rè maritus, sed maritus putatiuus, vt in præ-
cedenti quæstione. fall. 5. ita gaudere non
debet. Sed istis casibus recurrendum est ad
distinctionem positam per *Canalc. in dictis de-*
48 *cis. 18. par. 2. & decis. 21. par. 4.* scilicet, aut †
matrimonium nullum, contractum est cum
ignorantia viri, & tunc vir gaudet isto nostro
beneficio: aut cum scientia, & non gaudet,
*vt notaui in præcedenti quæst. 1. d. fall. 5. in fin.
per Alex. in dict. lege, si cum dotem, §. fin. col. 2.
in princ.* Ad hoc est etiam notandum, quod
quando separatur matrimonium ob culpam
vxoris, tunc non habet beneficium assecura-
tionis dotis; probat *Sanch de matrim. lib. 10.
disput. 21. numer. 7. Molfes. ad consuetud. Neap.
par. 6. quæst. 5. num. 48. cum seqq.* ex quo asse-
curatio dotis procedit quando matrimonium
separatur ob culpam viri, *Molfes. loco citat.
numer. 45. 46. & 52. & Sanchez disputat. 20.
num. 7.*

49 Et ex hoc est etiam notandum, quod † quan-
do separatur thorus ex delicto, vel ex causa
viri, dos restituitur vxori, *Alciat. in Rubr. ff.
solut. matrim. numer. 13. Rip. in lege, si constante
eodem tit. Paul. Castr. in consil. 6. numer. 8. lib. 3.
Imol. consil. 100. post numer. 2. versic. nec obstat
Paris. consil. 54. numer. 42. lib. 4.* & non solum
dotē, sed etiam donationem propter nuptias
dixit communem opinionem *Bermond. f. 35.
post numer. 32.* refert, & sequitur *Clarus in §.
adulterium num. 12. vers. alia quoque est pœna,
Abb. Sicul. in cap. fin. de adult. & stupr. in dict.
c. significauit de donat. inter vir. & vx. Thesau.
dict. decis. 130. Bald. in lege fin. C. de sentent.
quæ sin. cert. quant. Alex. in l. 2. numer. 10. ff.
solut. matrimon. tex. & ibi notat gloss. in cap. 1.
extr. vt lit. non contest. Dec. consil. 130. num. 4.
Ioann. Bapt. Costa. in tract. de iur. & fact. igno.
cent. 2. dist. 26. Canalc. dict. decis. 18. num. 26.
Marc. Ant. Genu. in d. prax. Archiep. c. 27. nu. 3.
Vinc. de Franch. dec. 244. Neapod. ad consuet.
Neap. vbi dos, fol. 233. numer. 26. vsq; ad n. 37.*
vbi ponit multos casus, in quibus constante
matrimonio vxor potest petere dotem, qui est
50 videndus. Et † isto casu maritus non gaudet
isto nostro beneficio, *dict. cap. 1. & ibi Abb.
& Io. And. de donat. inter vir. & vx. Io. Bapt.
Costa dict. cent. 2. dist. 26. numer. 12. Imol. dict.
consil. 100. loco cit. Canalc. decis. 21. numer. 10.
& 12. & post numer. 15.* vbi dicit, quod quan-

do separatur thorus propter adulterium, vel sæuitiam mariti, non debentur alimenta marito. & idem *Canalc. in dict. decis. 18. num. 28.* dicit, quod isto casu maritus non habet animum ad restituendam dotem, ex quo non gaudet priuilegio dotis, ergo neque isto priuilegio, *secundum Abb. in dict. c. de prudentia:* ratio est, quia delinquenti non datur priuilegium, & notaui sup. in præcedenti quæstione
51 fall. 2. in prin. Et licet † de iure diuino cautum sit, quos Deus coniungit, homo non separat, vt sup. etiam notaui, tamen ex adulterio conceditur thori separatio, *c. ex literis, de diuort.* Et quod dicitur de viro adulterium
52 committente, dicitur † etiam de vxore adultera, quæ propter adulterium amittit dotem, tam de iure ciuili, quam de iure canonico, *l. consensu, §. vir quoque, & §. virum etiam C. de repud §. quis vero plurimas, vers. nunc autem. & vers. si de adulterio in auth. vt liceat matr. & aua c. plerunque de don. inter vir. & vxor. l. cum mulier, ff. solut. matrim.* & hæc est communis opinio, & dixit *Bermond. in dict. tract. de concubi fol. 43. num. 42.* Bal. *Nouell. in tract. de dot. p. 11. §. hactenus num. 36. Didac. super 4. decret. fol. 133. Villalob. in sua collect. comm. opin. lit. A. num. 68. pract. Corrad. fol. 384. Bognet. in Rubr. de edend. num. 21. Viui. comm. opin. fol. 318. vers. vxor perdit,* dixit *Clar. dict. §. adulterium num. 13. Farin. de delictis carnis in lib. de crim. laes. maiest. quaest. 142. p. 1. num. 1.* vbi plures cit. & multis modis ampliat. & limit. *Nepit. super dict. consuet. Catin. in consuet. vnic. de restit. dot. num. 47. fol. 160. tit. 14.* quod procedit, tam in legitima vxore, quàm in putatiua, & dicit *Io. Cruell. decis. 19. num. 6. per dict. c. plerumque Farinac. dict. quaest. 142. num. 16.* vbi dicit commu. opin. *Praeposit. Alex. in dict. c. plerunque post num. 3. S. 36. num. 3. & seq. & de communi Podam. decis. 77. numer. 29. Farinac. refert DD.* contrarium tenentes, videndus, sed *P. D. Andr. Molfes. ad consuetud. Neap. par. 6. quaest. 5. numer. 55. & 56.* dicit,
53 quod † in ciuitate Neapolis per adulterium viri non fit separatio thori nisi maritus retineat adulteram tanquam concubinam. *Genu. in dict. prax.* Archiep. *dict. cap. 27. in 1. impres-*
54 *sione;* & † sic per adulterium coniuges non habent priuilegium maritale, & fit dotis restitutio verè, secundum *Imol. dict. consil. 100.* licet thorus non separetur in perpetuum, sed ad tempus, secundum *Io. Bapt. Cost. dict. dist. 26.* & licet fiat separatio, tenetur nihilominus maritus illam alere, *Clar. dict. §. adulterium num. 17.* dicit quod ita tenent communiter doctores per *Card. Alex. in c. ex parte, col. fin. vers. sed opera pretium de spons.* licet *Mut. super consuet. Pan. cap. 76. num. 42.* dicat quod mulieri adulteræ non sunt danda alimenta, per *Bologn. cons. 23. post nu. 7. vers. plus dico,* quem sequitur *Rimin. cons. 274. lib. 3.* sed *Molfes. in quaest. 12. in prin. ad consuet. Neap.* dicit quod hoc procedit quo ad alimenta pinguiora non autem quo ad necessaria ad substentationem vitæ, & num. 2.

55 Ex prædictis etiam videndum est, vtrum in dote profectitia adulterium filiæ præiudicet patri, qui dotem dotauit eo viuente. *Gloss. in d. l. consensu, §. vir quoque in verb. sibi habere. ver. item pone patrem dotasse filiam C. de repud.* dicit quod non, *& ibi Bellapert. col. 2. Cy. nu. 8. Alber. num. 2. Bal. num. 5. Bar. in l. 2. §. voluntatem num. 1. ff. sol. matrim. & ibi DD. omnes, post mul. Farin. d. quaest. 142. numer. 85. lim. 2. Bal. in l. si dotem, C. de iur. dot. post gloss. ibi,* etiam tenet, quòd non, etiamsi nil pater stipulatus sit sibi, secundum Dyn. quem sequitur *Io. And. in d. c. plerunque num. 6. & Anch. num. 8. Boer. decis. 338. num. 5.* secundum *Cy. Io Fab. Bal. & Saly. in dict. l. si dotem.* Contra *gloss. & tenet Dy.* quem sequuntur *Bar. Paul. de Castr. Alex. Ias. & Moder in l. 2. §. item si voluntate, ff. solut. matrim. Farin. d. quaest. 142. num. 86.* sequitur *Muta dict. cap. 76. post nu. 45.* dicit quod hodie non seruantur leges prædictæ, vt ibi. Alij sunt in contraria opinione, quod si nil sit sibi stipulatus, præiudicet patri adulterium filiæ, refert *Farin. d. quaest. 142 num. 87.* & hanc opinionem substinet, & refert *Suarez in titu. de los pleitos post numer. 39.* vbi dicit, quod habuit de facto, quando filia nupta efficitur sui iuris per eius adulterium ex quod dos consolidatur, *per tex. in l. vnic. §. videam C. de rei vxor. actio.* & efficitur proprium patrimonium filiæ, & sic perdit dotem, propter adulterium, & patri præiudicat. idem posuit in *cons. 5. inter sua consil. col. 12. incip. inter Illustriss. viros.* Et hæc de quarta ampl. dicta sufficiant relinquo cogitandum, cum non sit præsentis speculationis, & remitto me ad notata per *Farin. in d. quaest. 142.*

SVMMARIVM.

1 *Extraneus promittens totam dotem indebitam per errorem, iussu vxoris, non gaudet beneficio, deductio ne egeat.*

2 *Exceptio doli, quæ obstat mulieri, non obstat marito ex causa dotis.*


3 *Dolus non facit, qui suum commodum iure prosequitur.*

4 *Exceptio doli soluto matrimonio impedit litis ingressum.*

5 *Exceptio doli soluto matrimonio opponi potest aduersus mulierem, vel maritum agentem ad vtilitatem vxoris.*

6 *Dos, quæ debetur marito ex statuto de lucro dotis soluto matrimonio, debetur tit. oneroso.*

FALLENTIA Prima.



1 RIMO fallit quando † extraneus promisit marito iussu vxoris totam indebitam dotem per errorem, ex quo tali casu insolidum conuenitur, *l. si donaturus, §. si quis indebitam, & ibi Paul. Castr. ff. de condict. caus. dat. l. cum post mortem, §. si mulier, & ibi gloss. in verb. non quęrat, vers. idem videtur, ff. de admi. tut.* ratio est, quia alias haberet mulierem indotatam quod esse non debet, & maritus deceptus remaneret eum tota sit indebita, *gloss. in d. §. si quis indebitam vers. quod fit, & gloss. in d. §. si mulier vers. quęrat l. apud*
2 *§. sed & si mulier, ff. de dol. excep.* nec † exceptio doli obstaret marito, licet obstaret mulieri, ex quo delegatio est ex causa onerosa,
3 *Ias. in d. §. si quis indebitam num. 12.* & sic † dolus non facit, qui suum commodum iure prosequitur *l. 3. §. 1. ff. de liber. homin. exhib. l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniur. & gloss. in d. §. si quis indebitam versicul. dolo facit*, & ideo isto casu delegatus tenetur, quia pro se promisit, credens se debere, vt supra notaui, *ampl. 3. & gl. in d. §. si quis in debitam, vers.*
4 *non potest* & licet exceptio doli impediat litis ingressum, secundum *Bal. in l. emptor C. de her. vel act. vend. Marian. Soc. in suo consil. 36. col. 5. addi. ad Paul. Castr. in d. §. si quis inde-*
5 *bitam lit. A.* secus † soluto matrimonio quando tota dos restitui debet mulieri, vel eius patri: ratio est, quia tunc dicitur agere ad vtilitatem mulieris, *Paul. Castr. in d. §. si quis indebitam, num. 2. & ibi Ias. num. 10.* & sic potest obijci exceptio marito sicut vxori quatenus mulieri est restituturus ex lucro dotis per statutum vel pactum, *gloss. in d. §. si quis indebitam vers. dumtaxat, et ibi Paul. Castr. num. 2.*
6 *in fin.* quia † illa pars dotis, quæ remaneret penes maritum per statutum, vel pactum non remanet ex causa lucratiua, sed honerosa, vt dicit *ibi gloss. et ibi Alex. numer. 6. et Bar. in 1. notab. refert Ias. num. 11.* videndus est *Bar. in d. §. si quis indebitam*, vbi facit distinctionem, quæ est vtilis, & singularis.

SVMMARIVM.

3 *Mulier dolosa non habet beneficium, deducto ne egeat.*

2 *Mulier renuntians omni iuris, & legum auxilio nong audet beneficio deducto ne egeat.*

FALLENTIA Secunda.



1 ECVNDO fallit † ratione doli, quia insolidum mulier tenetur si in tempore promissionis dotis fuisset in dolo, *Brun. de cess. bono. quest. 21. par. 4. princ. circa med. et notaui in precedenti qu. 1. fall. 2. Marc. Ant. de amat. dec. 16. num. 14. Ant. Monac. de*
2 *execut. in vestib. cap. 12. num. 62.* Vel nisi † renuntiauerit omni iuris, & legum auxilio, vt ibi per *Amat. d. dec. 16. nu. 13. & 14.* & de hoc me remitto ad ea, quæ notaui *in quest. 1. fall. vltima.*

L. ETIAM

Filios mulieris, qui patri hæredes extiterunt, in id, quod facere possunt, condemnandos, Labeo ait.

QVÆSTIO III.

SVMMARIVM.

1 *Filij eiusdem matrimonij haredes gaudent beneficio, deducto ne egeant, pro restitutione dotis num. 1.*

2 *Beneficium deducto ne egeat non transit ad quemlibet haredem. & nu. 8.*

3 *Filius eiusdem matrimonij habent beneficium deducto ne egeant etiam si non sunt in potestate.*

4 *Filius non potest carcerari pro dote ad instantiam matris. & num. 21.*

5 *Filius non tenetur matri vltra quàm facere potest pro dotis restitutione & num 21.*

6 *Priuilegium personale ad haredes non transit.*

7 *Beneficium, deducto ne egeat, conceditur filijs eiusdem matrimonij de iure speciali. & num. 12.*

8 *Beneficium, deducto ne egeat, non transit ad haredes extraneos.*

9 *Beneficium, deducto ne egeat non transit ad filios haredes alterius matrimonij.*

10 *Beneficium, deducto ne egeat, non transit ad filios mariti haredes.*

11 *Consuetudo Neapolitana, vbi dos, intelligenda est in filio mariti, vel harede non filio communi.*

12 *Filius eiusdem matrimonij est priuilegiatus de iure speciale.*

13 *Statutum debet interpretari, vt minus lædat ius commune.*
14 *Statutum generale non comprehendit personas priuilegiatas.*
15 *Statutum non extenditur ad casus, in quibus est specialiter prouisum.*
16 *Statutum dictans, hæredem teneri insolidum intelligitur nisi fecerit inuentarium.*
17 *Statutum debet intelligi secundum ius commune.*
18 *Statuta interpretationem recipiunt à iure communi.*
19 *Filij eiusdem matrimonij non comprehenduntur in consuetudine Neapolitana, vbi dos.*
20 *Filij eiusdem matrimonij in executione sententiæ possint opponere exceptionem, deducto ne egeant.*
21 *Filius pro dote matris carcerari non potest, nec tenetur vltra quàm facere potest.*
22 *Beneficium, deducto ne egeat, non transit ad hæredes, non obstante quòd ille, cuius ius est hæres fuerit condemnatus, deducto ne egeat.*
23 *Beneficium, deducto ne egeat, est beneficium iuris.*
24 *Filij eiusdem matrimonij possunt renuntiare beneficio, deducto ne egeat*
25 *Reuerentia non debetur per ascendentes descendentibus.*
26 *Quilibet potest fauori suo renuntiare.*
27 *Pater semper facit quod filio melius, & vtilius est.*
28 *Pater non semper tenetur alere filium.*
29 *Pater, auus, vel proauus paternus de consuetudine Neapolitana non tenetur dare liberis alimenta de bonis, per eos acquisitis.*
30 *Pater de iure tenetur alere filios.*
31 *Filius tenetur alere patrem egenum de bonis per eum acquisitis.*
32 Consuetudo Neapolitana. *Verum si aliquid de alimentis præstandis, est in rationabilis.*
Alimenta est vtilius filio dare domi, quàm extra domum, ibidem num. 32,
33 *Nepotes filij filiorum eiusdem matrimonij non habent Beneficium, deducto ne egeant sed insolidum conueniuntur, quia ad nepotes non transit.*
34 *Appellatione sobolis veniunt non solùm filij, sed etiam nepotes, & pronepotes.*
35 *Appellatione filiorum an comprehendantur nepotes, & pronepotes.*

QVÆSTIO III.



1 HEREDES scilicet, filii eiusdẽ † matrimonij cõuenti actione de dote, vti filij, & hæredes, vtuntur isto nostro beneficio, deducto ne egeat, *tex. est in l. etiã filios, & ibi Bar.* Bald. *Alex. Ias. & Doctores omnes ff. solut. matrim. Pet. Rauennat. in alphab. aurio vtriusq; iuris fol. 46. à tergo col. 1. ver. frater. vers. & not. gloss. Vinc. de Franch. dec. 164. post num.* 10. licet non iure hæreditario, sed filiationis, *l. vnic. & ibi gloss. in vers. ad hæredem, C. de priuileg. dot. idem Ias. in l. cum procuratore, num. 8. & ibi* Bar. *num. 3. ff. de re iud. & in l. si constante. num. 239. ff. solut. matrim.* Const. *Rogger. de dot. vers. octauo oportet num. 70. vers. A. Giurb. super consuet. Mess. c. 13.*
2 *gloss. 6. num. 44. lib. 1.* & † istud priuilegium non transit ad quemlibet hæredem, sed ad hæredem filium eiusdem matrimonij, vt sup. notaui, & dixit *Pet.* de Bellapert. *in § sunt præterea col. 1. & ibi Angel. Arec. vers. sed si de dote num. 1. de actio. Roland. Rodulf. in summ. in tit. de renunc. §. beneficium, vt quis, in gloss. col. 1. in fin. vers. item competit fol. 173. Intrigl. de casib. consc. cas. 35. num. 41. Scipio Rend. in tract. prompt. recept. sent. tit. 123. de viro, & vxore*
3 *num. 3.* etiam † si non sint in potestate, *Campeg. in tractat. de dot. quæst.* 242. 258. 260. & 261. *p. 3. gloss. in l. liber captus in fin. & ibi Bal.*
4 *C. de post lim. reuers.* vbi quærit an † mater petere possit, filium carcerari, & respondet,
5 quod non, quia † filius ad dotis restitutionem matri non tenetur, nisi quatenus facere potest, dixit communem opinionem *Brun. de cess. bono. quæst. 26. princ. post numer. 34. Gasp. Beat. in tract. de inope debit. quæst. 17. post n. 45. & 46. Alex. in lege Nesennius, §. fundum post numer. 3. in fin. ff. de re iud. & in l. ex diuerso, §. si in iudicio post num. 6. vers. cogitabam.*
6 Nec obstat, quod † priuilegium personale non transit ad hæredes, *l. cum patronus, ff. de leg. 2. tex. & Dyn. in c. priuilegium personale de reg. iur. in 6. Siluan. cons. 4. num. 15. Abb. in c. ex parte num. 5. de decim.* secus reale, *vt hæredes, vt ibi gloss. C. ad Velle.* ergo nec istud priuilegium, quod est personale, *vt notaui in proœm. 2. p. vers. exceptione teneatur.* Quia
7 respondetur, quod † hoc est speciale in filijs eiusdem matrimonij. *Bar. in l. maritum, n. 5. in fin. & in l. quia tale num. 3. & 4. ff. solut. matrim.* ratio est, quia istud beneficium conceditur propter liberos, ac etiam propter matrimonium, ideo transit ad hæredem, filium
8 eiusdem matrimonij tantum secus † ad extra-

ctaneos hæredes, secundum gloss. in d. l. sicum
procuratore vers. in solidum. & textan l. mari-
tum in fin. ff. solut. matrim. & gloss. in d. c. pri-
uilegium personale, & per iura superius nota-
ta, sequitur etiam Surd. de alim. tit. 1. quæst. 78.
num. 37. Dyn. de reg. iur. vers. priuilegium se-
ptimum post num. 1. in fin. Rodulf. loco cit. col. 4.
in gloss. in prin. fol. 173. Abb. Sicul. 1. cap. 1.
num. 4. de don. int. vir. & vxo. Bar. in l. alia,
ff. solut. matrim. Matth. Mathesil. in l. 1. C. de
9 priuil. dot. num. 1. nec † ad filios alterius ma-
trimonij, Imol. Rom. Ang. Bart. & Paul. de
Castr. in d. l. etiam filios numer. 2. vers. contra-
rium, & in l. vei iudicata, §. 1. ff. solut. matrim.
communem testatur Bar. Alex. & Ias. in d. l.
sicum procuratore, num. 8. Scipio Renlina in d.
tract. promptuar. recept. sent. tit. 123. de viro,
& vxore vers. contrarium, vbi communem
etiam dicit Bran. d. quæst. 26. num. 1. 4. & 6.
Beat. d. quæst. 17. num. 46. in fin. licet gloss. in d.
l. etiam filios teneat quod istud nostrum bene-
ficium transeat etiam ad filios mariti, per
auth. si quod, qui potior. in pign. hab. quæ lo-
quitur de omni sobole, & ita videtur transire
Bar. in d. l. maritum, ff. solut. matrim. ex illis
verbis (sed hoc hæredi extraneo non esse
præstandum) ergo secus suo hæredi, & ita
vtitur sentire gloss. in §. sed si vxori, in verb. ple-
nius vers. item de dote. inst. de legat. vbi dicit,
de dote actio in quantum facere potest mari-
10 tus, vel eius hæredes; tamen † reprobatur
eius opinio ab omnibus, vt testatur in mar-
gine d. l. etiam filios, & ibi Bar. num. 3. vers.
quarto, quod filys, & in d. l. si cum procuratore
post numer. 4. in versic. Doctores nostri, Zas. in
d. §. item si de dote post nu. 4. & ibi gloss. in verb.
maritum, vel eius hæredes, exponit, scilicet, fi-
lios communes, de actionib. gloss. in d. l. liber ca-
ptiuus vers. proprietatis, in verb. concesso, add.
vers. ibi in tex. redempto filio ergo erat com-
munis filius; Ideo habet istud beneficium
quam glossam sequitur ibi Bal. & Bar. in l. ve-
rum num. 5. & ibi in §. 1. ff. pro soc. Cyn. in l.
assiduis, C. qui pot. in pig. hab. quia aliàs non
militaret illa ratio gloss. in d. l. vnic. si istud pri-
uilegium transiret ad hæredes omnes, ex quo
ibi gloss. non intelligit nisi de filijs proprijs
eiusdem matrimonij, secundum Barto. & alios
quos sup. notaui, & gloss. in l. sciendum ff. de re
iud.

11 Et secundum istum casum † est intelligen-
da consuetudo Neapol. vbi dos, de iur. dot. tit. 8.
disponens, quod maritus, vel hæredes, qui
tenentur restituere dotem, in solidum exi-
gantur, absque isto beneficio, cum intelligen-
da sit in filio mariti, vel hærede, non filio
communi, secus in filio eiusdem matrimo-
12 nij, quia † filius eiusdem matrimonij est pri-
uilegiatus de iure speciali, & de iure specia-
li habet istud beneficium, deducto ne egeat
13 vt sup. notaui, & † isto casu statutum debet
interpretari, vt minus lædat ius commune,
& not. quæst. 7. vers. item statutum numer. 68.
Capyc. dec. 20. num. 5. Rebuff. in pract. benefic.
tit. different. inter priuileg. & rescrip. num. 28.
fol. 74. à Vall de lucr. dot. quæst. 32. num. 7. In-
trigl. super Bull. & Reg. prax. de censib. lib. 1.
quæst. 11. num. 9. Siluan. cons. 37. numer. 6. vbi
dicit quod est communis resolutio, quod vbi
statutum potest aliquid operari, tunc semper
restringendum est, vt minus deroget iuri cõ-
muni per l. 3. C. de noxalib. Vnde consuetudo
ipsa loquens de hæredibus, debet interpre-
tari de hæredibus non filijs eiusdem matri-
monij, alias læderentur leges, disponentes,
filios eiusdem matrimonij habere istud be-
neficium.

Nec obstat, quod consuetudo prædicta
14 loquatur per verba generalia, quia † statutum
generale non comprehendit personas priuile-
giatas, Bertach. in verb. statutorum extensio,
15 vers. 119. nec extenditur ad casus, in quibus
est specialiter prouisum, Bar. in cons. 100. n. 6.
incip. à Domino Cyno de Bononia, & in l. quem-
admodum §. hæc verba ff. ad leg. aquil. l. prætor
§. 2. vers. doli mali, quia generalis dispositio
non includit exemptos, vel priuilegiatos gloss.
in cap. 1. de Cap. mona in 6. in verb. consuetu-
dine Paul. Castr. cons. 132. & sic illa genera-
lis prouisio consuetudinis prædictæ de hære-
dibus, non comprehendit filios eiusdem ma-
trimonij hæredes, quibus specialiter est pro-
uisum per ea, quæ dicit Petr. in tracta. quart. e
Episc. cap. 9. col. 8. per l. alimenta, §. basilica de
aliment. legat. l. hæredes, §. 1. ff. de fund. instruct.
& per Bar. in l. seruus communis, & in l. libertis,
ff. de alim. legat. gloss. in l. fin. §. in computatio-
16 ne, C. de iur. deliberand. quod quando † sta-
tutum, dictans hæredem teneri in solidum,
intelligitur, nisi fecerit inuentarium, vt ibi,
& Bald. in l. executione col. 2. in fin. vers. item
apparet ex prædictis, C. quor. appell. non recip.
& in l. cum à matre, in fin. C. de verb. signif.
ita intelligi debet consuetudo prædicta, quod
hæredes teneantur in solidum ad dotis resti-
tutionem, nisi essent filij eiusdem matrimo-
17 nij, quia † statutum debet intelligi secundum
ius commune d. l. 2. C. de noxal. d. l. fin. §. in
computatione per gloss. magna, in verb. confun-
dantur, in vers. nunquid, & ibi Doctores, &
Barto. in 1. col. vers. vlterius, & ibi etiam A-
lex. de iur. delibe. Paul. Castr. cons. 104. Ped.
Thess. dec. 53. numer. 2. & † à iure communi
interpretationem recipiunt statuta, Menoch.
casu 321. num. 13. de arbitr. iudic. lib. secundo
centur. 4. Socyn. iun. consil. 29. num. 8. lib. 1. last
Gomez in §. in personam institut. de action. Cra-
uett. consil. 259. num. 2. sed filij eiusdem ma-
trimonij habent de iure istud beneficium,
19 ergo † non comprehẽduntur sub isto statuta,
seu consuetudine; & in tantum est verum,
quod filij eiusdem matrimonij habent de iu-
20 re istud beneficium, quia † possunt opponere
istam exceptionem in executione sententiæ,
sicut pater, & alij habentes istud beneficium,
Alber. de Rosa in d. l. ex diuerso num. 2. & in d.
l. maritum vers. fallit in hærede suo, & sic filius
communis habet istud nostrum beneficium,
se-

sequuntur *Io. Bertach. in verb. filius conuenitur,*
21 *vers.* 11. vbi dicit, quod filius pro dote ma-
tris carcerari non potest, etiam si adiuerit
hæreditatem paternam, & non esset soluen-
do; nam non potest mater petere filium car-
cerari pro dote, *Beat. de inope debitor. cap.* 9.
num. 9. *Roder. Suar. in repet. l.* 2. *tit. de los*
gouernos quæst. 5. *col.* 3. *vers. quam legem;* nec
tenetur nisi quatenus facere potest per *d. gl.*
in d. l. liber captus, & isto casu filij accipiun-
tur strictè, scilicet ex eodem matrimonio
procreati, *Aug. Perus. in d. l. etiam filios, in*
vers. accipite, licet Ro au. Rodulf. dicat, quod
filius alterius matrimonij vxoris habet istud
beneficium, cui obstat *gl. in d. l. maritum,*
vers. sed hoc, dicit etiam *Io. Oinot. in d. §.*
item si de dote post num. 9. *in fin. & in §. sed &*
si quis, post num. 6. *de actio.* Et sic ex supra-
dictis habemus responsionem iuribus con-
trarijs, quod est speciale pro filijs eiusdem
matrimonij, qui strictè accipiuntur; & licet
Carol. de Grass. in suo tract. de except. excep. 32.
22 *num.* 63. dicat, quod † istud beneficium non
transit ad hæredes, etiam si ille, cuius est
hæres fuerit condemnatus quatenus facere
potest, ad eum non transit: Nec obstat dicere,
secundum eum, quod licet hoc beneficiũ non
sit transitorium per se, *arg. l. verum §. patri,*
ff. pro socio, tamen propter sententiam fit tran-
sitio ad eum, quasi ex iure sententiæ, non ex
iure contractus *agatur, arg. l.* 3. *§. idem scribit,*
ff. de pecu. quia licet ista verba sint in sententia
23 declarata, tamen † istud est beneficium iu-
ris, & non sententiæ, *vt l. miles*, & notaui
etiam in procem. & ideo non transit ad hæ-
redes, quia personale est, vt per *Bar. in. l. eius*
rei num. 4. *C. quod cum eo*, tamen istud dictũ
Carol. Grass. debet intelligi ad hæredes ex-
traneos, secundum communem opinionem
secus ad filios eiusdem matrimonij hæredes,
vt sup. notaui, & isti beneficio communis
filius potest renuntiare, vt conueniatur à pa-
rentibus vltra quam facere potest, sicut ab
omnibus alijs creditoribus, *Gomes de Ame-*
scua in tract. de potest. in seipsum quæst. 24. *n.* 13.
lib. 2. *Beat. d. quæst.* 17. *num.* 51. ratio est,
24 quoniam † ascendentes non debent reueren-
tiam descentibus, vt notaui *in procem. par.* 2.
vers. & ista exceptio, & par. 1. *ver. infertur*
etiam an istud; & sic cessat dispositio *d. l. alia*
25 *§. eleganter* & succedit regula, quod † quili-
bet potest renuntiare iuri suo, *l. pen. C. de*
pact. nec obstat etiam illud, quod dicitur
quòd inhumanum videtur filium exigi à patre
vltra quàm facere potest, quia etiam inhu-
manum videtur, vt pater possideat omnes
res, quæ ad filium pertinent, ac etiam do-
tem, quam vxor filio dat; tandem de iure
ciuili admittebatur, *l.* 1. *C. de bon. quæ li-*
ber. secundum Beat. loco cit. & in suo tract. de
solut. patr. potest. ex matrim. cap. 1. ex quo lex
27 confidit de patre quia semper † videtur face-
re quod filio melius, & vtilius est idem *Beat. in*
suo tract. de non melior dot. cum filiab. c. 1. *n.* 11.

Nec obstat quod pater debeat alere filium
& ratione alimentorum non conuenitur vl-
28 tra quam facere potest; primo quia † pater
non semper tenetur alere filium per *l. si quis à*
liberis, ff. de lib. agnosc. & in Regno Neapolis,
ad hoc est consuetudo *in tit. de alim. præstand.*
in consuet. Verum si aliquis, vers. de bonis, vbi
29 dicit, de bonis vero, per eum acquisitis, non
tenetur pater, auus, vel proauus paternus
dare liberis quicquam pro vita, & susten-
tatione: sed *Neapod. ibi fol.* 221. *lit. A.* dicit,
30 dictam consuetudinem esse satis duram,
quia † de iure tenetur pater alere filium *d. l. si*
quis à liberis de libe. agnosc. nisi filius esset ro-
bustus, & sanus, qui laborare potest sine de-
decore suorum natalium, *Pet. Rauennat. in*
Alphab. aureo vtriusque iuris fol. 10. *à tergo*
31 *col.* 2. *verb. alimenta not. quæst.* 1. *fall.* 8. & †
sicut filius tenetur alere patrem egenum de
bonis acquisitis per ipsum, ita & patrem te-
neri in casu contrario, cum eadem mensura
inter eos sit seruanda, *Auth. quib. mod. natur.*
effic. sui §. generaliter autem, Luc. de Pen. in
l. 1. *de imponend. lucrat. descri. lib.* 10. *col.* 5.
in fi. & sic continet iniquitatem, vt ibi *Nea-*
pod. vbi dicit, quod de consuetudine locum
habet quando filius non vult stare cum patre
32 & ostendit dictam consuetudinem † esse ir-
rationabilem, & non valere. Secundo, quia
vtilius est dare filio alimenta domi ex re sua,
quàm relinquere ei alimenta extra domum,
idem *Beat. d. quæst.* 17. *in fine*, ratio est su-
pradicta, quia semper præsumitur pater fi-
lio vtilius machinari, & ideo valet talis re-
nuntiatio, facta à filio, quia pater semper
tenetur illum alimentare, cuius ratione con-
ceditur istud beneficium, & sic non potest
dici, quòd egeat; cessante ergo causa, cessat
eius effectus.

Item non solum filij alterius matrimonij
non habent istud nostrum beneficium, sed
33 etiam † nepotes, scilicet filij filiorum hære-
dum eiusdem matrimonij non gaudent isto
nostro beneficio, ne conueniantur vltra
quam facere possunt, deducto ne egeant,
quia ad nepotes non transit, *Alex. in addit.*
ad Bartol. in d. l. etiam filios in lit. A. ff. solut.
matrim. per Angel. Perus. quem sequuntur ibi
Imol. Roman. Paul. Castr. Alber. de Rosat. in
l. sed & si quis num 4. *ff. quod cum eo. Cam-*
peg. in d. tractat. de dot. quæst. 161. *par.* 3. *Brun.*
de cession. bono. d. quæst. 26. *num.* 8. *par.*
princip. dicit ibi communem opinionem *Io.*
Oinot. in d. §. item si de dote post num. 9. *in fine*
de actio. idem Aug. Perus. in d. l. sed & si §.
soli autem ff. quod cum eo. contrarium tenent
Barto. in d. l. cum procuratore, in fin. ff. de re
indic. vbi voluit, quod istud priuilegium
transeat ad omnes de sobole, *auth. si quod, C.*
qui potio. in pign. habea. dum dicit, si qua so-
boles, siue sint filij, vel nepotes ex eodem
matrimonio descendentes, secus si ex alio, &
sic secundum eum nepos gaudet isto benefi-
34 cio, eo magis quia † appellatione sobolis ve-
niunt

niunt non solum filij, sed nepotes, & pronepotes, *§. si quis autem defunctus in authen. quib. mod. natural. effician. sui. l. 2. C. de infant.* sed *Ias. in d. l. si cum procuratore num.* 10. *in fin.* tenet contra Bar. & ratio est ibi, quia in priuilegijs, quæ sunt strictè interpretanda
35 appellatione † filiorum non comprehenduntur nepotes, nec pronepotes, *per tex. in l. sed & milites, in versic. hæc autem ff. de excusat. tuto.* cum istud priuilegium tangat priuilegium tertij, scilicet, creditoris; quo casu adhuc minus appellatione filiorum veniunt nepotes, vel pronepotes, secundum eumdẽ *Bart. in l. liberorum, ff. de verb. significat.* Cum ea opinione transit etiam *Alex. in d. l. etiam filios post num. 3. vers. sed pro concordia dic,* per illam rationem, quia text. noster loquitur de filio eiusdem matrimonij, quo casu priuilegium in præiudicium tertij non extenditur ad nepotes. *d. l. sed & milites,* & per alios sequitur *Scipio Rendina in d. tracta. promptuar. receptar. senten. post nu. 3. tit. 173. de viro & vxore, Brun. de cession. bon. quæst. 26. par 4. principal. num. 9.* qui hanc communem appellat, & etiam supra notaui: & sic nepotes ex eodem matrimonio nati, non habent beneficium, deducto ne egeant.

SVMMARIVM.

1 *Filius, & hæres conuentus pro dote legata, habet beneficium, deducto ne egeat. & num. 4.*
2 *Actio subrogata sapit naturam eius in cuius locum est subrogata.*
3 *Actio subrogata sapit naturam actionis subrogatæ secundum naturam suam primordialem.*
4 *Filius eiusdem matrimonij pro dote legata habet beneficium, deducto ne egeat.*
5 *Filij pro dote legata non gaudent beneficio nisi in falcidia.*
6 *Filij gaudent pro dote legata, nisi quando conueniuntur ab vxore, vt eam liberent à dote non tradita.*

AMPLIATIO Prima.



RIMO amplia,
1 quod † hæres, & filius conuẽtus pro dote legata habet istud beneficium, quatenus facere potest, *Alex. in d. l. etiam filios post num. 6. vers. non obmitto vnum, ff. sol. matr. per text. in l. quod si maritus, ff. de const. pecun. Bertach. in verb. hæres mariti vers. 4. & in verb. priuilegium quatenus, vers. 7. in fin. & in verb legatum dotis vers. 61.* & licet *Bart. in d. l. etiam filios,* hoc remittat cogitandum, *per §. sed si vxori inst. de leg.* tamen *Alex.* dicit, quod lectura Bart. est defectiua, & illud dictum non esse Bartoli, sed additum ab alio fuit: ratio est, quia actio illa in testamento subrogatur loco actionis de dote, *tex. in l. quod si maritus de*
2 *const. pecu. vt ibi,* & actio † subrogata sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, si ad einsdem finem facta sit subrogatio, quando est relictum legatum dotis pro solutione dotis, quæ debebatur, *Bar. in l. pater n. 19. ff. de inoff. test.* aliàs secus vt ibi, *& l. cum in fundo, §. si fundus, ff. de iur. dot. idem Bar. in l. 1. §. hæc actio post num. 1.* vbi latius & clarius dicit per non nullas distinctiones, *ff. si quis testam. lib. esse iuss.* omnino videndus, *Bertach. in verb. subrogatio vers. pen. per gl. & Bar. in l. certi conditio, ff. si cer. pe. vbi dicit gl.*
3 *mag.* quod † actio subrogata sapit naturam actionis subrogatæ secundum naturam suam primordialem, sequitur *Ias. in §. fuerat 2. col. vers. vnum tamen non ommitto, & ibi Gomez num. 12. 13. de act.* Idem *Gomez in §. item si quis in fraudem, post num. 26. in prin. inst. de act. per tex. in l. item veniunt §. item prædiximus, ff. de pet. hær.* sed filius, & hæres conuentus actione de dote, habet istud beneficium, vt sup. notaui; ergo idem dicendum est quando conuenitur pro dote legata, quia ista actio est subrogata in locum dictæ actionis de dote, propter quam habet istud beneficium, etiamsi in aliquo actio sobrogata discreparet, quia nihilominus in alijs eiusdem naturam sequeretur, *Tiraque de retrac. lignag. §. 1. gl. 10. num. 80. fol. 246. Paul. cons. 73. repetito in cons. 265. paulo ante finem, lib. 1. Dec. cons. 90. circa primum dubium col. 3. vers 4.* hoc idem *& in cons. 543. col. 2. vers. 3. hæc confirmantur num. 6. Intrigl. super Bull. & Regia pragmat. quæst. 43. num. 7.* & sic filius eiusdem matri-
4 monij pro dote legata gaudet isto nostro be-
5 neficio, quicquid † dixerit *Rolan. Rodulf. in summ. in tit. de renunt. par. 2. d. §. beneficium col. 3. versic. item competit fol. 173. à tergo, & Surd. cons. 330. num. 22. li. 3. per §. si vxori, vbi glo. instit de legat.* contrarium tenet per illa verba vel eius hæres, at legatum in solidũ nisi in falcidia per beneficium innentarij. *auth. de hæred. & falcid. §. si vero non fecerit, col. 1. not. quæst. 1. fall. 15.* sed *Alex. loco cit. post n. 6. vers. ideo pacto* dicit quod dicta glos.
6 non dicit rerum, quisquis ille fuerit nisi quando conuenirentur ab vxore, vt eam liberent à dote promissa, & non tradita, qno casu in solidum tenebantur eam liberare.

SVMMARIVM.

1 *Hæres illius, qui bonis cessit, non conficiens inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditarias.*
2 *Hæres subrogatur in locum defuncti, & eius beneficium habet.*

Hære-

3 *Hæreditas cum sua causa suisque vitijs transit.*

4 *Beneficia adepta per defunctum, ad hæredem transeunt.*

5 *Hæres illius, qui bonis cessit, insolidum tenetur de iure Hispaniarum.*

AMPLIATIO
Secunda.

1 SECVNDO † amplia in hærede illius, qui bonis cessit, etiamsi non confecerit inuentarium, quia non tenetur vltra vires hæreditarias, nec in solidum: quoniam qui bonis cessit non tenetur si ad pinguiorem fortunam peruenerit, nisi quatenus
2 facere possit, *vt notaui quæst.* 11. & hæres † subrogatur in locum defuncti, & habet beneficium defuncti: ergo hæres non tenetur nisi quatenus facere potest, *Bald. in l. fin. num.* 8. *C. de cess. bonor. Gasp.* Baet. *in dict. tractat. de inope debitor. cap.* 6. *num.* 22. ratio est ibi, quia debitor, qui post cessionem acquirit aliquam, gaudet isto nostro beneficio; si nihil acquirit, nullo modo conueniri potest, ita & eius hæ-
3 res, quia † hæreditas cum sua causa suisque vitijs transit, nec in plus tenetur hæres credi-
4 toribus, quàm defunctus, & † beneficia adepta per defunctum, transeunt ad hæredem, *vt ibi Bald.* & si defunctus habebat istud beneficium, quod fuit per eum acquisitum per cessionem bonorum, ergo & eius hæres habet etiam beneficium nostrum, licet *Baet. d. c.* 6. *sub numer.* 24. & 25. referat contrariam opinionem, tamen eam non determinat, sed dicit quod de iure ciuili opinio *Baldi* verior esset, vt est re vera, quando debitor nil acquirit post cessionem; & sic potius cum illa opinione *Baldi* videtur transire, quàm cum con-
5 traria. Sed † in Hispania debitor non liberatur per cessionem bonorum, ergo neque eius hæres, vt refert *Baet. ex iure regio, vt d. quæst.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, non tenetur vltra vires hæreditarias, sed in id, quod facere potest.*

2 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non tenetur de persona.*

AMPLIATIO
Tertia.

1 TERTIO † amplia, quòd hæres cum beneficio legis, & inuentarij non tenetur vltra vires hæreditarias, sed in quantum facere potest, *l. scimus* §. *& si præfatam, C. de iur. deliberan. Thesau. decis.* 153.
2 *numer.* 4. & 5. nec † capi personaliter potest, *Bald. in d.* §. *& si præfatam num.* 3. *& ibi Saly. num.* 23. *Marsil. in* §. *attingam num.* 60. *Monteren. ad statut. Bonon. de præcept. fact.* §. *dum tamen, in verb. hæres fol.* 258. *in fi. Asinius de execut. sent.* §. 2. *cap.* 6. *num.* 3. non ex priuilegio personali, ne in id, quod facere potest &c. sed ex priuilegio dato hæredi, conficienti inuentarium. *d. l. scimus, Ant. Monac. de execut. in vestib. cap.* 12. *à numer.* 47. *vsque ad numer.* 50.

SVMMARIVM.

1 *Hæres & filius eiusdem matrimonij non habet beneficium, deducto ne egeat, si mulier iurauerit sibi deberi decem nomine dotis, & de verbo (debere) ibidem.*

2 *Sacramentum pro veritate accipitur.*

3 *Iuramentum, delatum mulieri ob quæstionem sibi motam de facultatibus, non facit amittere beneficium, deducto ne egeat, hæredi filio competens.*

4 *Iuramentum tollit exceptionem, quæ iuramentum impugnat.*

FALLENTIA
Prima.

1 PRIMO † fallit; quod filius & hæres nō habet istud beneficium, deducto ne egeat, quādo mulier iurauerit sibi deberi decem nomine dotis, quia istud verbum (debere) cum effectu accipitur, *l. pen. ff. ne quis eum qui in ius vocat. est vi exim.* ratio est,
2 quia † sacramentum pro veritate accipitur, *l. sed & si possessore,* §. *item si iurauero, ff. de iureiu. Paul. Castr. in l. cum qui* §. *si mulier nu.* 5. *ff. eodem tit.* vbi dicit hæc vera, quicquid *gloss.*
3 dicat, nisi de facultatibus fuisset mota, ei quæ-

quæstio, & propter hoc ei delatum fuisset iuramentum *alleg. l. pen. ff. de confes. l. Mæuio, §. à me ff. de leg. 2.* sequitur *Ias. in dicta l. eum qui §. mulier versic. limita tamen: sed Bart. in*
4 *dicto §. si mulier*, dicit, quod † si iurauerit super iure obligationis, tollitur omnis exceptio, quæ obligationem perimit: si iuratur super facto, tollitur omnis exceptio, per quam factum non verum redderetur; secus in his, quæ competunt facti veritati. Et circa materiam istam, *notaui sup. in quæstione 1. fal. 7.* & pro concordia, & veritate huius fall. videndus est *Bar. in d. l. Mæuio §. à me hærede.*

SVMMARIVM.

1 *Filius eiusdem matrimonij hæres post sententiam, vel aditam hæreditatem in solidum obligatus, non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

FALLENTIA Secunda.

1 
ECVNDO † fallit in filio herede eiusdem matrimonij, qui post sententiam se obligauit vltra vires hæreditarias, vel post aditam hæreditatem in solidũ, quo casu non gaudet isto nostro beneficio, *Vinc. de Franch. decision. 164. numer. 5 Surd. de alim. d. quæstione 68. par. 1. numer. 13. Ang. consil. 31. columm. 1. Decius in auth. præterea numer. 12. C. vnd. vir. & vxor. & consil. 498. numer. 12. Phanut. qui alios citat in tract. de confect. inuentar. part. 6. numero 112.*

SVMMARIVM.

1 *Filius eiusdem matrimonij hæres non habet beneficium, deducto ne egeat, si mulier agit ad se liberandum de dote promissa.*

FALLENTIA Tertia.

1 
ERTIO † fallit quando mulier agit ad se liberandum de dote promissa, & non tradita, quia isto casu hæredes filij eiusdem matrimonij non gaudent isto nostro beneficio, *Campeg. in tract. de dot. quæst. 259. part. 3. Alexand. in d. l. etiam filios, in fin. l. deposui, §. si nuptam, ff. de pecul.* sicut maritus, & supra notaui *quæst. 1. fall. 12. & not. supr. ampl. 1. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Filius eiusdem matrimonij hæres, accipiens hæreditatem sine inuentario non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

FALLENTIA Quarta.

1 
VARTO † & vltimo fallit, si filius eiusdem matrimonij heres acceperit hereditatem, & inuentariũ non confecerit, quo casu non gaudet isto nostro beneficio, secundum *Mut. super Ritu huius Regni Siciliæ cap. 50. num. 36.*

SVMMARIVM.

1 *Defensor personarum quibus cõpetit beneficiũ deducto ne egeat, conueniri non potest vltra quã facere potest, deducto ne egeat.*
2 *Fideiussor non habet beneficium, deducto ne egeat, sicut principalis n. 5.*
Beneficium, deducto ne egeat est personale, & ad fideiussorem non transit.
3 *Fideiussor non potest in plus obligari, quam principalis.*
4 *Exceptiones, quæ competunt principali, competunt fideiussori.*
5 *Beneficium, deducto ne egeat competit principali ratione reuerentiæ, siue contractus, non competit fideiussori.*
6 *Fideiussor dotis non conuenitur, vt fideiussor, sed, vt principalis.*

8 *Fideiussor dotis dari non potest, sed correus: Fideiussor dotis quibus casibus dari potest.*
9 *Defensor conuenitur nomine principalis, & eius personam repræsentat.*
10 *Defensor non admittitur nisi satisdet iudicatum solui.*
11 *Fideiussor regulariter non habet beneficium deductio ne egeat.*
12 *Fideiussor potest principali denuntiare, vt ex persona sua exceptionem, deductio ne egeat, opponat.*
13 *Fideiussor vxorio principali, in solidum condemnabitur.*
14 *Filius eiusdem matrimonij heres potest excipere exceptionem, deductio ne egeat, & defendere fideiussorem dotis.*
15 *Fideiussor dotis in isto Regno Siciliæ datur de consuetudine.*
16 *Benefitium, deductio ne egeat cognitum & reiectum tempore fideiussionis, amplius opponi non potest.*

L. VERVM.

Verf. Namque Iulianus libro xiv. digestorum scribit, defensorem socij, in id, quod facere potest, condemnari oportere, idemque in patroni defensore accipi debere ait: & vtique idem erit in vniuersis, qui in id, quod facere possint conueniuntur, ff. pro soc. concorda l. alia causa, ff. solut. matrim.

QVÆSTIO IV.

1 EFENSOR † mariti, vel vxoris, aut alterius habentis istud beneficium vtitur etiam isto nostro priuilegio, quod conueniri non potest vltra quam facere potest deducto ne egeat, tam cum mandato, quam sine *l. alia, & l. maritum, ff. sol. matrim.* rationem ibi ponit tex. quod defensor non potest plus grauari, quã dominus (præter quam in fideiussione) dominus habet istud priuilegium, ergo & defensor. *Ang. l. verum, & ibi Bar. & gloss. in verb. conueniatur, ff. pro soc. Campeg. in tract. de dot. quæst. 243. part. 3. Brun. de cess. bon. quæst. 23. 4. par. princ. Bertach. in verb. defensor. vers. 10. Pet. de Perusio in tract. de soc. 15. p. columna. 2. l. si cum procuratore. & ibi Bar. & Ias. in d. l. ff. de re iud.* vbi ratio est secundum *gloss. in verb. facere*, quia siue obtuli actione mandati, siue negotiorum gestorum recuperat à domino. quam rationem reprobat *Bart. ibi & in d. l. alia num. 1.* ratio est ibi per *Bar.* quia etiam fideiussor habet regressum contra dominum, & tamen non habet
2 † fideiussor istud beneficium, sequitur *Paul. Castr. in d. l. maritum, Franc. Marcus in dec. 313 num. 2. Brun. quæst. 16. post num. 8. & quæst. 25. 4. part. princ. numer. 2.* vbi dicit quod priuilegium est personale, & ad fideiussorem non transit. *Baet. de inop. deb. quæst. 17. post n. 45. Aret. in §. fin. in vers. in eadem inst. de replic. Alex. cons. 133. lib. 5. dec. Pisan. num. 83. Alber. de Rosat. in d. l. alia num. 1. & 2. & in d. l. si cum procuratore, & ibi gloss. Marsilius in Rub. de fideiussor num. 273. Flam. Cartar. decis. 7. num. 9. Connan. in tract. de pactis. lib. 1. cap. 6. numer. 291. Cuiac. consult. 29. in fin. versic. nec enim Aruon. cautela 22.* & nouissimè post eos *Carol. de Grassis in tract. de excep. excep. 22. num. 53. Pet. de Sun. in l. tam mandatori C. de non num. pec. Bertach. in verb. fideiussor. versic. 15.* sed idem *Bar. in l. 1. C. de mun. & honor. non continuandis inter patrem, & fil. lib. 10.* dicit quod fideiussor. Conuenitur ad id, quod principaliter facere tenetur, non ad plus, sequitur *Martus de Mantua sing. 661.* vbi di-
3 cit, quod fideiussor † non potest in plus obligari, quam principalis per *l. Græce §. illud, & l. hi qua accessionis ff. de fideiuss. §. fideiussores inst. de fideiuss.* principalis non tenetur nisi quatenus facere potest deducto ne egeat,
4 ergo & fideiussor. Et similiter omnes † exceptiones competentes principali competunt etiã fideiussori, *Guid. Pap. decis. 348. numer. 1. in fin.* sequitur *Mota super consilet. Senatus Pam cap. 22. sub num. 70.* principali competit exceptio, quod non potest conueniri nisi quatenus facere potest, deducto ne egeat: ergo & fideiussori. Respondetur quod habens be-
5 neficium † totum tenetur restituere si esset potens, sed ratione reuerentiæ, contractus, dignitatis, liberalitatis, vel alterius causæ (*vt not. in proœm. prima part. in princip.*) conceditur istud beneficium, quando non potest debitum soluere, & se suosque alere, quæ ratio non militat in fideiussore, ideo in solidum conuenitur. Quæ responsio non placet. Alio modo respondetur, & melius,
6 quia fideiussor † non conuenitur nomine mariti, vel vxoris ad dotes restituendas, vel soluendas, sed nomine proprio tanquam
7 principalis obligatus, quia fideiussor † in dote dari non potest, sed correus sic, scilicet principalis, *not. in quæst. 1. num. 194. & Specu. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. vers. illud quoque, & ibi Bal. in add. vers. 2. & Bar. in l. fin. in fin. C. de dot. cauf. non num.* vbi etiam *Bal. & Saly.* idem *Bar. in l. si id quod in princ. ff. de duobus reis, Bal. & Saly. in l. 2. C. ne fideius. dot. Castrens. cons. 162. 167. & 170. Natt. cons. 52. lib. 1. Ioseph Ludou. conclus. 13. per tot. Campeg. in d. tract. de dot. quæst. 182. & 183. par. 3. add.*

add. ad Ang. in d.l. si constante, §. quoties lit. A.
& ibi Bar. post num.3. vers. in contrarium, cum
seqq. & Alex. post num.8. vers. item casum, nisi
in septem casibus, quos ponit ibi Alex. post
numer. 5. secundum Campeg. in d. tract. de dot.
quæst. 174. & 175. 176. 177. 178. 179. 182.
& 183. p. 3. dicit etiam Bertach. in d. verb. fi-
deiussor. vers.1. & 6. item, & Bald. Nouell. in
d. tract. de dot. p. 6. priuil. 21. à num. 2. vsque
8 17. ponit tresdecim † casus in quibus dari po-
test fideiussor dotis, not in quæst. 1. vers. & il-
lud quod diximus, in fin. per Bal. in l. si cum do-
tem, §. transgredimur vers. sed respondet, vbi
de dote restituenda dari potest, & principa-
lis: ergo tamquam principalis insolidum cō-
9 uenitur; sed defensor † conuenitur nomine
mariti, vel vxoris, & eius personam repræ-
sentat, idem Bar. in d. l. verum num.4. & ibi
Bald. Ias. in d.l. si cum procuratore, num.7. Pet.
de Perus. in d. tract. de soc. loco cit. 15. p. col.2.
Molin. in d. tract. de contract. disp. 113. nu.17.
10 quoniam defensor † non admittitur nisi satis-
det iudicatum solui l. filius fam. & ibi A ex.
qui satis cog. l. rectè, & ibi Doct. ff. de ind. l. 3.
§. rectè, ff. ex quibus caus. in poss. eatur. Alex. in
Rub. ff. de in ius voc. & non dicitur idoneus
defensor nisi satisdet l. qui proprio §. qui alium,
& ibi Bar. ff. de procurat. & in l. exigendum,
C. eodem tit. & talis defensor voluntarius sa-
tisdando habetur loco domini, l. si Titius, ff.
de procurat. l. minor. vbi etiam Barto. & ideo
habet istud beneficium, quod competit do-
11 mino: & licet fideiussor regulariter † non
habeat istud beneficium, quia residet obliga-
tio ex facto suo, & ratione suæ promissionis,
vt dicit Alex. in d.l. quia tale numer.9. ff. solut.
matrim. tamen habet remedium, quod potest
12 denuntiare principali, vt opponeret † istam
exceptionem ex persona sua, & isto casu dici-
tur principalis defensor fideiussoris necessa-
rius, ex quo ad eum spectat commodum, &
incommodum, Bart. in d. l. verum numer. 3.
& in lege idemque §. generaliter ff. de mand. vel
contra. Ang. Aretin. in §. sunt prætoria, versic.
sed, & si quis post numer. 3. de action. Cæsar
Bart. decision. 56. numer. 9. in fin. Bertach. in
verbo fideiussor societatis, versic. 3. Campeg.
dict. quæst. 243. versic. cautela. & quod ad
fideiussorem non transit, nisi veniat principa-
lis, & suscipiat in se iudicium, dicit Franc.
Marc. dict. decis. 313. & Brun. dict. quæst. 24.
num.5. Aret. in §. in omnibus in vers. an priui-
legium col.2. inst. de fideiussor. Alex. dicto cons.
133. in fin. lib. 5. Paul. Castr. in dict. l. mari-
tum num.10. Io. Oinot. in d. vers. sed & si quis
num.7. de actio. Molin. in d. disput. 113. n. 17.
Imol. in l. non tantum, ff. de re iud. & in l. sti-
chum, §. quod vulgo post num. 2. vers. ad pro-
positum, ff. de solu. & liberti Arnon cau. 32.
Graff. in dicta exception. 32. numer. 54. Et hoc
procedit quando fideiussor potest habere re-
gressum contra principalem Imol. in l. cum fi-
lius, §.1. d. verb. oblig. Barz. dict. decision. 16.
num.20. post multos ibi allegatos, Campeg. d.


13 quæst. 243. loco cit. secus mortuo † principali,
quo casu in solidum condemnabitur, text. in
dict. l. cum procuratore, & ibi not. Alex. & Ias.
ff. de re ind. Brun. dict. quæst. 23. in fin. Franc.
Accurs. in l. sunt qui, ibi in casu circ. fin. vers.
item priuilegium quod datur viro ff. de re ind. ni-
14 si remanet hæres filius † eiusdem matrimonij,
alias filius teneretur insolidum, ex quo fide-
iussor, siue procurator haberet regressum cō-
tra filium hæredem insolidum ex persona pa-
tris, vel matris cuius est hæres, quod esse
non potest, vt dicit gloss. in dict. l. si cum procu-
ratore, vers. in solidum quem sequitur Bar. &
com. doct. Brun. dict. tra. de cess. bon. quæst. 23.
4. p. princ. num.1. & 2. Pet. de Vbal. in tract. de
duobus frat. in vlt. p. colum. 2. in fin. & Ancha.
cons. 411. numer.3. ratio est, vt not. in præced.
quæst.3. & illud quod dicitur de fideiussore
mariti, vel vxoris militat etiam in omni fi-
deiussore illorum habentium istud benefi-
cium, & ita sentit Paul. Castr. in dict. l. mari-
tum, num.10. Bar. in dict. l. & si fideiussor, &
non solum in fideiussore de dote restituenda à
principio, qui aliquando datur, Paul. Castr.
15 consil. 61. & 270 vt sup. not. & in hoc Regno †
seruatur de consuetudine, & præcipue in hac
vrb. Pan. dantur fideiussores, siue assecurato-
res, tam ex parte mulieris de soluenda de do-
te iux. l. 4. §. si pater ff. de iure dotium, & ibi
Bartol. dicit etiam Guid. Pap. sing. 485. §. li-
cet, quàm ex parte mariti de dote reddenda,
vt principalis not. in quæst. 1. num. 194. maxi-
mè quando dos est magna, quæ consistit in
pecunia vel in cēsibus, vt sup. not. sed in omni
alio fideiussore pro causa restituendæ dotis,
tam constante matrimonio propter inopiam
viri, text. sing. in c. per vestras, & ibi Bald. de
donat. inter vir. & vx. Ias. in dict. l. si fideiussor.
in fin. ff. de re ind. & in d. l. si constante, in pr. in
col.1. vers. tertio amplia, & post num.57. in fin.
& post numer. 59. vers. æquiuocat. dom. Alex.
quam soluto matrimonio, Bar. & communiter
doct. in d. l. si constante, §. quoties, Brun. d. q. 25.
num.3. & 4. not. in quæst. 1. fall.3. secus quan-
do coram iudice, coram quo fuit præstita
16 fideiussio, † fuerit cognitum de isto beneficio,
deducto ne egeat, & fuerit reiectum, quia
tunc amplius opponi non potest, & per con-
sequens non haberet fideiussor remedium præ-
dictum, dicit Flamin. Cartar. d. dec.7. nu.12.
not. in proœm. p.2. fall.2.

SVMMARIVM.

1 *Defensor promittens expressè quantitatem certam, & non quatenus debet, non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

2 *Principalis promittens quantitatem expressam non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

FALLENTIA Prima.



1 RIMO fallit † in defensore, qui promisit expresse certam quantitatem, & non quatenus debet, quia ad illam quantitatem tenetur, & propter hoc, non gaudet isto nostro beneficio, ex quo in se suscepit iudicium, *Bar. in l. aliacausa, num. 3. ff. solut. matrim. arg. l. si prior, & ibi Barto. ff. eodem Imol. in cons. 102. coll. 6. fall. 3. pro vt Io. Faber in d. vers. sed & si quis de actio.* ratio est, quia si isto in casu neque principalis gaudet isto nostro beneficio, *vt not. in quæst. 1. ampl. 6. vers. sicus cir. med.* ergo neque defensor gaudere debet, ex quo repræsentat personam domini, *vt not. in princ. quæst.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non gaudet beneficio deducto ne egeat, si non potest habere regressum contra principalem.*

2 *Principalis non potest assumere defensionem fideiussoris, si fideiussor non potest habere contra eum regressum*

3 *Fideiussor insolidum exactus si non potest principalem insolidum conuenire non habet beneficium deducto ne egeat.*

4 *Fideiussores personarum, quæ bonis cedunt insolidum conueniuntur.*

FALLENTIA Secunda.



1 ECVNDO fallit † quando fideiussor non est habiturus regressum contra principalem, *vt not. sup. in eadem quæst. 4. post numer. 12. in fin. per Barzi. decis. 56. num. 20. & per alios ibi not.* quia

2 tunc † principalis non potest assumere eius defensionem, & vti isto beneficio. *Dy. in l. Marcellus, ff. de fideiuss. Bart. in d. l. si cibum, §. quod vulgo num. 3. in fin. ff. de solut. & liber.* & sic quando fideiussor in

3 solidum exactus est, & non potest similiter debitorem, seu principalem insolidum conuenire, non habet istud beneficium, deducto ne egeat, *Alex. in dict. l. quia tale num. 9. vers. hoc tamen, ff. solut. matrim.* vbi ponit exemplum in Cruce signatis, qui habent priuilegium, vt infra decem annos conueniantur, qui si comparent non possunt facere quin eorum fideiussores conueniantur non expectato decennio: ratio est ibi, quia licet statim exacti sint fideiussores, tamen Cruce signati conueniri non possunt, alias per indirectum suo priuilegio fraudarentur *contr. c. statutum de hæret. in 6.* & sic isto casu cessat cautela, *vt supra not. per Doct.* & dicit *Campeg. dict. quæst. 243. vers. cautelam cir. fin.* & ita obseruatur in isto Re-

4 gno contra fideiussores † illorum, qui bonis cedunt, nam in solidum conueniuntur, licet debitores principales gaudeant isto nostro beneficio virtute dictæ cessionis bonorum *not. in quæst. 11. loc. suo per c. Reg. Regis Caroli c. 65. mihi fol. 442. & not. etiam in Proœm. par. 2. ampl. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Parentes à filijs conueniri non possunt, nisi quatenus facere possunt, deducto ne egeat num. 4. 18. 40.*

2 *Filij inæstimabile donum a parentibus recipiunt.*

3 *Consuetudo Neapolitana vbi dos, non procedit in filia, vel filia exigente dotem a patre.*

4 *Pater conuentus pro restitutione dotis habet beneficium, deducto ne egeat, etiam per consuetudinem Neap. vbi dos.*

5 *Mater non tenetur nisi quatenus facere potest.*

6 *Filij patri, & matri æqualiter parere debent.*

7 *Filius tenetur alere patrem inopem.*

8 *Filius tenetur alere patrem etiam si esset emancipatus fall. num. 39*

9 *Filius potens negando alimenta patri indigenti plus quam mortaliter peccat.*

10 *Filij subtrahendo necessaria parentibus sunt excommunicati*

11 *Parentibus alimenta danda sunt naturali ratione.*

12 *Alimenta pacto remitti non possunt.*

13 *Filius magis tenetur alere patrem quam eius filium in necessitate.*

14 *Amor descendit quo ad dilectionem, & ascendit quo ad obligationem.*

15 *Filius tenetur pro patre in causa redemptionis, & carcere captiuitatis.*

16 *Filius emancipatus negans patri pauperi alimenta reuocatur in patriam potestatem.*

17 *Filia, vt alat patrem, potest alienare suam dotem.*

18 *Pater gaudet beneficio, deducto ne egeat ratione reuerentiæ naturalis, quam alimentorum. num. 40.*

19 *Alimenta denegare, est necare.*

20 *Necare patrem, grauissimum peccatum est fall. num. 23.*

21 *Pater hostis ciuitatis occidi potest impune stan-*

stante statuto quod bannitus possit impune occidi.

22 *Peruadicatus potest impune occidi ex consuetudine Regni Siciliæ.*

23 *Filius non potest occidere patrem bannitum.*

24 *Filius tenetur alere patrem bannitum. contra num. 37.*

25 *Filius non excusatur ab homicidij pœna per statutum dictante bannitum impune occidi.*

26 *Pater bannitus actualiter arma inferens contra patriam occid potest. contr. n. 30. facit num. 33.*

27 *Pater reus criminis lesæ maiestatis diuinæ, & humanæ occidi potest.*

28 *Filius patrem hostem patriæ occidere potest quando aliter patriæ saluti succurri non potest.*

29 *Filius non potest occidere patrem hostem patriæ non inferentem bellum.*

30 *Filius in foro conscientiæ non potest occidere patrem hostem, inferentem bellum contra patriam.*

31 *Patria à patre, non pater à patria nomen habuit.*

Reuerentia, quæ debetur patriæ est de iure naturæ.

Reuerentia quæ debetur patri est de iure diuino, & de iure naturæ.

32 *Filius de iure diuino tenetur patrem obedire, ab eoq; honorandus.*

Lex obuians præceptum Dei non valet.

Lex est sanctio sancta iubens honesta, prohibens contraria.

33 *Filius occidens patrem, qui actualiter arma infert contra patriam excusatur.*

Pater duellionis potest impune occidi.

34 *Pugnandum est pro patria.*

Prius nascimur patriæ, quam parentibus.

35 *Mori debemus pro saluatione patriæ.*

Chari sunt amici, chari sunt parentes, sed omnium caritatem vna patria amplexa est.

36 *Moriens pro patria, in æternum dicitur viuere.*

37 *Filius non potest alimentare patrem hostem patriæ.*

38 *Pater hostis priuatur iure naturæ propter patriam.*

39 *Beneficium, deducto ne egeat, amittitur propter bannum*

40 *Pater regulariter nõ tenetur filio nisi quatenus facere potest deducto ne egeat.*

41 *Pater non tenetur dotare filiam vltra quam facere potest deducto ne egeat ipse, cum necessarijs ministris.*

42 *Filij non tenentur parentibus vltra quam facere possunt, deducto ne egeat.*

Parentes vtriusque sexus vsque ad infinitum habent beneficium deducto ne egeant num. 45.

43 *Parentis appellatione omnes maiores vtriusque sexus significantur.*

44 *Parentes vsque ad infinitum sunt honorandi, tam iure diuino, quam humano.*

45 *Parentes omnes habent beneficium, deducto ne egeant.*

Fauores sunt ampliandi, & odia restringenda.

46 *Pater non tenetur in solidum pro filio recipiente dotem sine eius iussu.*

47 *Pater conuentus de peculio deducit quod sibi & suis debetur etiam ex alienum.*

48 *In peculio dicitur esse id quod superest, deducto quod debetur patri, vel domino, & suis.*

49 *Parentes vtriusque sexus obligati ad restitutionem dotis non tenentur, nisi quatenus facere possunt, aut quatenus ex in peculio, deducto quod sibi, & suis debetur.*

1 SVNT QVI IN ID, quod facere possunt conueniuntur, id est, non deducto ære alieno. & quidem sunt hi ferè, qui pro socio conueniuntur: socius autem omnium bonorum accipiendus est. Item parens, ff. de re iud. Concorda, §. sed & si quis cum parente suo, institut. de action.

QVÆSTIO V.



ARENTES quoque conuenti † à filijs habent istud beneficium, quod non tenentur vltra quam facere possunt, deducto ne egeant, §. *sed & si quis, & ibi Io. Oinot. Ioan. Coras. numer. 1. & Ball. nu. 2. inst. de actio. l. sunt qui & ibi gloss. ff. de re iud. & Ias. post nu. 2. vers. in gloss. in verb. fore. Spec. in tit. de renunt. & concl. n. 2. post num. 28. Rol. Rodulf. in summ. in tit. de renunt. §. beneficium in glos. col. 3. ver. item competit. Surd. de alim. p. 1. quæst. 78. num. 3. Marc. Ant. de Amat. decis. 16. numer. 4. Vasq. controuers. 67. 92. num. 7. fol. 191. Gomes in §. pœnales, & ibi Aret. & Ias. de actio. Tiraq. in l. si vnquam in verb. susceperit liberos nu. 70. C. de reuo. and. donat. idem Tiraq. de pœn. temper. cas. 21. num. 10. Mascar. de probat. conclus. 332. n. 11. lib. 2. Brun. de cessione bonor. quæst. 1. par. 4. princ. num. 1. Leder. cons. 30. post nu. 9. Anton. Monach. de execut. in vestib. cap. 1. n. 51. Dyn. de reg. iur. reg. 7. num. 7. Gasp. Bart. in tract. de inopa debit. quæst. 17. num. 33. & 34.*

vbi

vbi dicit quod instat filijs reuerentia naturæ
inducta, & diuino præcepto confirmata,
2 nam qui à parentibus post Deum accipit †
donum inæstimabile (vt estet) non debet eos
conijcere in carcerem, neque impiè exigere,
sed tantum quatenus facere possunt, *Neapod.*
in consuet. Neap. consuet. vbi dos post num. 43.
vers. ex hoc videtur vsque numer. 46. vbi dicit
3 quod dicta consuetudo † non intelligitur in
filio, vel filia exigente dotem à patre, per mul-
tas rationes.

Primo, quia pater potest vendere filium,
l. 2. C. de patr. qui filios distr. ergo multo ma-
gis potest subuenire egestati de bonis filij.
Secundo, quia pater de bonis filij habet vsum
fructum, *l. 1. C. de bon. mater.* quo casu pater
dicere potest, si cum vna manu solidum vis
cum alia da mihi alimenta, *l. si quis à liberis,*
in princ. §. parentis, ff. de lib. agno. Socy. iun.
consil. 43. lib. 1. Iac. Aulel. de Bottis in add. in
d. consuet. vbi dos post lit. E. vbi dicit, quòd
ita iudicatum fuit in Sacro Concil.

Tertio, quia filius non debet negligere pa-
trem, sed competentem curam, & obsequium
præbere, *auth. vt cum de appell. cogno. §. si*
quis de prædictis el 1. 8. col. Quarto, quia debet
filius reuerentiam patri, *l. 1. C. de in ius voc. vt*
4 *sup. not. & infra not.* & sic pater conuentus †
à filio, vel filia pro restitutione dotis non te-
netur nisi quatenus facere potest etiam per
prædictam consuet. *vbi dos*, idem tenet *Iac.*
Auell. de Bottis ibi in prin. fol. 254. in apostil.
ad Neapod. incipient. illam consuetudinem, idem
tenet Vrsill. ad Affl. decis. 222. num. 2. & inc. de
Franch. decis. 424. per tot. sequitur *Molfes. ad*
consuetudin. Neapol. p. 6. quæst. 9. num. 4. 5. &
6. not. in quæst. 7. versic. cum statutum &c. fin.
Gabriel Saray in annot. in sing. d. Mathes. 108,
5 *num. 6.* qui loquitur in matre, quæ † non te-
netur vltra quam facere potest, nec conueniri
possunt, *Vinc. de Franch. decis. 162. & 164.*
num. 12. & 13. ratio est supradicta, propter re-
uerentiam quæ parentibus debetur, *l. paren-*
tes, ff. de in ius voc. d. l. liberto, ff. de obseq. par. &
6 *patr.* quia filij † patri, & matri æqualiter pa-
rere debent. *Bal. in l. cum furiosus, numer. 1.*
ff. de cur. fur. Baldass. Mongollon. de metu c. 4.
numer. 5. & 9. Tiraq. de legib. connub. gloss. 5.
num. 36. Crauett. in cons. 49. vol. 1. numer. 2.
Dialog. Relatoris in p. 3. cap. 20. num. 6. Fr. Me-
xia in tractat. del estado del matrimonio lib. 1.
cap. 10.

7 Imò inopem alere † patrem filius tenetur
dict. l. si quis à liberis, §. si vel parens, ff. de lib.
agno. vbi filius si haberet patrem inopem te-
netur eum alere, *Io. Oinot. in d. §. sed & si quis*
& in §. item si de dote num. 11. vers. sed pater de
ult. Bar. in tract. de alim. numer. 8. vbi dicit, fi-
lius ex necessitate naturæ, & sanguinis pa-
trem tenetur alere *per l. si quis à liberis, in prin.*
8 *C. de oper. libert.* etiam si † esset emancipatus
vt ibi sub num. 9. per l. 2. ff. de ingrat. liber. Sur.
de alim. quæst. 17. num. 2. Vital. in tract. clausu-
larum tit. in alim. vnum. poss. col. 3. Pedem.
dec. 124. num. 18. Benincas. de paupert. quæst. 7.
in 2. special. Ascan. de patr. potest. esse. 17. nu. 2.
& potest cogi à iudice patrem alimentare,
quando est potens *tex. in l. 2. C. de alend. libe-*
ris, l. filia sua, C. de patr. potest & est secundum
consuet. Caunens. in tit. 22. de subuentionibus
consuet. vnica, & ibi Nepita fol. 211. numer. 1.
tam in filio in potestate quàm in emancipato
iuxta iuris dispositionem, & in casu necessita-
9 tis (si filius † est potens alimenta præstare)
peccat plusquam mortaliter non subuenien-
do patri indigenti iuxta vires suas, & patris
dignitatem de necessarijs, *l. habitatio, ff. de*
ventr. in poss. mit. & l. sed & si quod §. 1. versic.
vestire, ff. de vsufr. not. 1. proœm. 2. p. vers. quia
licet exceptio, in fin. Surd. quæst. 17. num. 2. vbi
10 dicit quòd filij, qui parentibus † subtrahunt
necessaria excommunicantur. *Salom. Prouerb.*
cap. 28. Cicero ad Atticum lib. 9. epist. 11. & di-
citur Arist. lib. 3. Oeconom. quod sicuti parentes
aluerunt filios imbecillos, ita mox ipsi imbe-
cilles senio facti eadé alimenta, à valentibus
11 filijs reportare debent, & naturali † ratione
præstanda sunt parentibus, vt inquit *Bartol.*
12 *in d. l. 1. de lib. agno. vt sup. not.* Nec pacto †
remitti possunt, *secundum Surd. dict. quæst. 17.*
num. 3. 4. & 5. vbi examinat hanc materiam,
13 imo filius † magis tenetur substentare patrem
quam eius filium in extrema necessitate, se-
cundum *Cy. in d. l. 2. C. de patr. qui fil. distra.*
& non obstat illud, quod dicitur quod amor
descendit, & non ascendit, *l. isti quidem §. fin.*
ff. quod met. caus. l. libertorum, ff. de verb. sign.
& l. liberi, & ibi gloss. in verb. probatio. vers. &
14 *est ratio, C. de inoff. test.* quia procedit † quo ad
ordinem dilectionis, non autem quo ad effe-
ctum obligationis, *Rot. decis. 101. num. 14. &*
in dec. 94. vel 114. nu. 13. lib. 2. Iac. de Rauen.
in d. l. liberi Cyn. in d. l. 2. in quæst. fin. de patr.
qui fil. suos distra. Tho. 2. 2. quæst. 26. art. 9. in fi.
Thol. lib. 5. cap. 1. num. 7. & decis. 7. pec. mort.
cap. 39. Fort. Garz. in l. veluti num. 36. versic.
item potius ff. de iust. & iur. sum. Tabiens. in
vers. filius num. 13. tit. fi. sum. Silnestr. in verb.
filij numer. 25. et 26. in verb. elemosina numer. 4.
Lopez p. 1. cap. 58. Valent. tom. 3. dist. 3. quæst. 4.
p. 5. et Pet. Lenauder. de priuil. dot. p. 4. quæst. 59.
Decis. causarum conscient. cap. 16. numer. 21. et
15 22. & filius tenetur pro patre † in causa re-
demptionis, & carcere captiuitatis, *Nepita d.*
consuet. vnica, num. 74. cum seq. d. tit. 22. quia
filius recusans priuatur hæreditate, *auth. si ca-*
ptiui de episc. et cler.

16 Immo filius emancipatus, qui non alit †
patrem, potest reuocari in patriam potesta-
tem *Bar. in d. tract. de alim. sub d. num. 9. per*
d. l. 2. de ingr. lib. Vbi dicit, quod atrocem
iniuriam committit in eum, si patri egenti de-
negat alimenta, *vt lege, necare, de lib. agno.*
propter quam atrocem iniuriam emancipa-
tus reuocatur in patriam potestatem; *Surd. d.*
17 *quæst. 17. post num. 15.* etiam filia † hoc casu
poterit suam alienare dotem, *lege, quamuis ff.*
soluto matrimon. Capoll. in caut. 310. et Boer.
de-

decis.221. num.2. Decis.caus.consc. d.decis. 56.
ergo non potest carcerari per filium, si ipse
tenetur patrem à carcere liberare *dict. auth. si*
captiui, vt sup. not. & sic gaudet isto nostro
18 beneficio, deducto ne egeat, non solum ratio-
ne reuerentiæ naturalis, sed etiam alimento-
rum; alias diceretur necare patrem contra
præceptum Dei *Math. cap.15. not. in prae.loc.*
19 *cit.Surd.dict.quæst.17.* quia † denegare alimen-
ta est necare, *Ias. in d. auth. res quæ num.7. C.*
com. de leg. Bar. in d. tract. de alim. num. 10. Ne-
pita in consuet. Cati. tit.27. cons. vnic. quomodo
20 *à debito. num.17. fol.235.* & necare patrem
grauissimum peccatum est, vt per *doct. quos*
sup. not. & punitur secundum formam legis,
aut statuti punientis filium de parricidio, vt
notant communiter doctores *in l. quia semper*
ff. de in ius vocand. Pet. Rauenn. in alphab. aureo
vtriusq; iuris fol. 43. a terg. col. 1. vers. filius,
nisi sit filius naturalis ex damnato coitu, per
id, quod voluit *gloss. not. in d. l. quia semper,*
ratio est, quia in eo non cadit reuerentia, &
& pietas erga talem patrem sicut in alio: vel
nisi pater esset bannitus, quia bannitus †
21 & hostis ciuitatis, etiam pater, potest occidi
impune, stante statuto, quod bannitus possit
impune occidi; *Don Pet. Gerard. de Petras.*
sing.2, num. 6. vt in isto Regno Siciliæ, quod
22 forisiudicatus † potest occidi impune, *Consti.*
pœnam eorum in tit. de forbannitis, et foriudica-
tis mihi fol.130. & per cap. Regni Regis Ferdi.
cap.9. mihi fol.326. Bar. in l. si adulterium, §.
Imperatores vers. liberto ff. ad l. Iuliam de adult.
vbi dicit, quod filius potest occidere patrem
bannitum: & ita conclusum fuit per quod-
dam collegium, cui fuit commissa causa Tu-
derti. *tex. in l. minimè, et ibi Bar. de relig. et*
sum. fun. idem Bart. in l. admissione ff. de capit.
diminut. Specu. de feud. §.2. vers. 16. Bal. in d.
l. veluti de iust. et iur. Abb. in c. peruenit num.2.
in fin. de immun. eccl. et in cap. 1. post numer. 9.
de conuers. infidel. comm. opin. dicit Marsil. in
l. 1. §. præterea num.33. ff. de quæst. et Farinac.
prax. crim. de varijs, ac diuers. quæst. quæst. 103.
nu. 276. Berous in d. c. qui in ecclesiarum n. 14.
refert Viuius in lib. comm. opin. coll. 204. vers.
statutum disponens quod bannitus possit in 2. am-
pliat. & ita determinatum fuit per collegium
Perusij, dicit *Ang. de malef. in verb. et ex in-*
teruallo num.17. Clar. in §. homicidium nu. 49.
hoc etiam tenet *Saly. in l.1. C. de his qui par.*
vel liber. occid. Imol. et Ang. de Aret. in l. circu-
cum ad fin. de verb. obli. sed Dynus in l. possideri in
2. interpretatione, et Celsus ibi in apostill. de ac-
23 *quir. possess.* contrarium † videtur tenere, & *Fe-*
ly. in d. c. quæ in ecclesiarum col.2. vers. per illam
conclusionē de consti. dicit Ant. Fran. in ad. ad Abb.
in d. c. peruenit lit. C. Capoll. cons. crim.5. n.26.
sequitur *Clar. in d. §. homicidium post num.49.*
vers. mihi quidem, vbi dicit, quod opinio est
crudelis. Ratio est ibi, quia licet pater sit ban-
nitus non desinet esse pater. hanc opinionem
sequitur *Iac. Menoch. de arbit. iud. quæst. 92.*
numer.43. lib.1. & in tantum hoc est verum,
quòd etiam frater non potest occidere fra-
trem bannitum, non obstante statuto quod
bannitus possit impune occidi, *Hipp. de Mar-*
sil. sing. 210. num.3. Nellus in tract. bannitorum
in 3. p. secundi temporis in quæst. 53. incipiens
quæritur cum cives, sequitur *d. Bart. Capoll. in*
consil. suo 5. incipien. casus talis est, in 5. col. post
prin. idem Nellus in d. tract. in 2. p. secundi tem-
poris quæst.10.
24 Imo filius † patrem bannitum alere tenetur
secundum *Bart. in d. l. si quis à liberis, §. 1. ff.*
de liber. agno. et in auth. incestas, et ibi Bald. C.
de incest. nupt. idem Bar. in d. tract. alim. n.26.
Nepit. d. consuet. vni. de subuenti. tit. 22. num.3.
ergo bannitum patrem necare non potest.
Farin. dict. quæst. 103. nu. 275. vbi dicit filium
25 † ab homicidij pœna non excusari propter
statutum permittens bannitum impune occi-
di, ita voluit *Ang. in d. l. adulterium, §. Impe-*
ratores vers. liberto: cuius opinionem veriorem
esse, & seruandam, tam ante factum, quam
post factum, defendit *Decius in d. c. qui in ec-*
clesiarum, num.60. et ibi Hier. Gig. in add. lit. I,
vbi dicit opinionem Ang. esse veriorem, &
æquiorem, *Alber. in 4. p. statutorum quæst. 6.*
27. Nell. de bann. in 2. p. 2. temp. d. quæst. 10.
Natt. in add. ad Alex. in cons. 14. in 1. add. in
verb. statutum lib.1. Cepol. d. cons.5. numer. 13.
et 14. in illo num. 24. vbi refert contraria, &
illis respondet. *Pet. à Plaz. in epit. delict. l. c.22.*
num. 14. in fin. Franc. Marc. decis. 126. num. 5.
p.1. Monticel. reg. crim.3. num.13. Rol. cons. 46.
num.63. lib. 1. Hiero. Giaccar. in add. ad Clar.
in d. §. homicidium n.43. lit. T. Vinc. de Franc.
decis. 276. num. 7. p.2. vbi respondet contra-
rijs.
26 Nisi pater bānitus † esset vere hostis ciuita-
tis, & patriæ, idest, actualiter arma contra
patriam inferens: nam eo casu filius, qui in
eodem actu patrem occiderit est excusandus,
& isto casu potest tollerari comm. opi. *Ludou.*
Carrer. in prax. crim. §. homicidij fol.49. n.142.
& 143. §.3. Farin. quæst. 102. numer. 277. &
278. per Decium in d. c. qui in ecclesiarum n.61.
vbi alios refert, & *doct. quos sup. not.* idem
in patre † reo criminis læsæ maiestatis, diui-
27 næ, & humanæ, *Pet. à Plaz. in epit. delict.*
lib.1. d. c. 22. num. 13. & 14. Bertaz. consil. 58.
num.7. et seq. lib.1. Menoch. de arbit. iudic. lib.
primo quæst.9. num.44. et seq.
28 Et hoc procedit quando aliter † patriæ sa-
luti succurri non potest, nisi occideret patrē.
Marc. Tull. in tert. de offi. quem refert *Menoc.*
de arbi. lib. 1. dict. quæst.50. num.47. Brun. a So-
le in quæst. legal. quæst. 26. num. 17. vbi dicit,
quòd non licet filio occidere patrem hostem
patriæ, nisi se defendendo, *Batard. in add. ad*
Clar. in d. §. homicidium, numer. 228. Vinc. de
Franc. dec. 276. num. 10. & ita loqui videtur
Claud. qui ita communiter concludi attesta-
tur *in l. 2. §. ius gentium numer. 13. ff. de iust. &*
iur. sequitur *Gomez in §. rursus numer. 22. de*
actio. ratio est ibi, quia ille dicitur propriè
hostis, qui populo Romano, vel populus Ro-

manus

manus illi bellum indixerit, l.hostis, d. captiu.
& post lim. reuer. & l. hostes hi sunt, ff. de ver.
& rer. sign. vbi Imperator dicit: Hostes hi
sunt, qui nobis, aut quibus nos bellum decreui-
mus.
Er sic bannitus, qui bellum non duxerit nõ
29 est hostis patriæ;& per consequens filius †
non potest occidere patrem non inferentem
bellum, secundum Gomez loco cit. vbi dicit,
quod doctrina Bart. in d.l. adulserium, §.liber-
to est dubia per rationem supradictam, quia
licet bannitus dicatur hostis, istud dicitur lar-
go modo, non tamen propriè, nisi veniret ad
delendam patriam, quia tunc dicitur com-
mittere crimen læsæ maiestatis, alias secus,
vt per plura concludit Nel.us de S. Gemi. in d.
tract. de bann. in 1. p. in 16. quæst. num. 11. &
ita etiam tenet Agost. de Ari. in apostill. ad Ang.
de malef. in verb. hai tradito, in 1. col. quam
Bar. opin. reprehendit Dec. in d.loc.cit. per plu-
res authoritates.
30 Imo secundum forum conscientiæ,† etiam
casu, quo pater se armaret contra patriam
filius abstinere debet, vt manus suas fœda-
ret sanguine paterno, cum post Deum im-
mortalem eiusque religionem ponatur paren-
tum pietas, vt in Dei præcepto 4. dicitur
honora parentes,& secundum Platonem nul-
lum præfectius Dei simulacrum in terris ve-
nerari possumus quam parentes ipsos, refert
Gomes. d. §. rursus, vbi etiam dicit quod cum
parentum reuerentia ab initio generis huma-
ni ortum habuit ante quam ciuitates condi
cęperunt, quod potius patri, quam patriæ sit
subueniendum, arg. tex. in l. pe. ff. de pact.
31 quia patria † à patre, non pater à patria no-
men habuit,& reuerentia, quæ debetur patrię
non solum est de iure naturæ, sed etiam de iu-
re diuino, l.parentes, ff. de in ius vocan. l. veluti.
ff. de inst. et iur. l. 2. et l. liberto ff. de obseq. &
not. sup.
32 Si ergo secundum præceptum Dei filius †
tenetur patri obedire,& ab eo honorandus,
lex obuians præceptum Dei non habetur,
cum debeat esse sãctio sancta, iubens honesta
prohibens contraria, tex. in l. nam et Demo-
sthenes ff. de leg. not. in proœ. in princ. & licet
com. opi. sit vera, tamen procedere debet
33 quando filius reperitur in actu, quo pater †
actualiter arma inferret contra patriam, &
in eo actu patrem occidit, vt tenent relati do-
ctores, & Gomes loco citat. quia tunc excu-
satur, & sic quando pater est perduellionis
reus potest impune occidi, dicit etiam Ioan.
de Port. in l. qui seruum de verb. obl. et Ang. in
auth. de incest. nupt. in princ. Paul. Castr. in d.
l. veluti, et Ludou. in d. l. 1. ff. de in ius voc.
Aret. in d. tract. malef. vers. mortuus florina per
l. sciantiam, §. qui cum aliter. ff. ad l. Aqu. ra-
tio est supradicta isto casu, quia magis obli-
gatur patriæ, quam parentibus, sequitur Abb.
in d.c. peruenit sub num. 2. idem Abb. in d. cap. 1.
colum. 2. num. 9. de conuers. infidel. per c. si nul-
la vrget necessitas 23. quæst. 8. latius Ias. in l. 1.
huius studij, num. 13. de inst. et iur. et ibi Al-
ber. de Rosat. Bal. Ang. et Fulg. in l. pen. de pact.
Surd. de alim. quæst. 3. tit. 1. numer. 22. Nepita
in consuet. vnica. qualiter quis efficiatur ciuis
tit. 55. num. 50. fol. 325. Molfes. ad consuetud.
Neapol. par. 5. quæst. 3. numer. 28. & pugnan-
34 dum † est pro patria, gloss. in d.l. veluti, et in
l. fallaciter. C. de aboli. quia prius nascimur
patriæ quam parentibus. per tex. in l. 1. §. ge-
neraliter, in fin. et ibi gloss. in verb. republicę,
ff. de ventr. in poss. mitt. D. Pet. Gerard. de Pe-
35 tras. sing. 24. post num. 6. & † pro saluatione
patriæ mori debemus, c. omni timore 23. q. 8.
, iuxta illud Ciceronis dictũ in lib. 2. offic. Cha-
, ri sunt amici, chari sunt parentes, sed omnium
, charitatem vna patria amplexa est: quis enim
36 mortem appetere dubitet, & qui † pro pa-
tria cecidit in æternum intelligitur viuere,
instit. de excus. tut. vel curat. §. filij autem vers.
sed in bello, & vers. hi enim, vbi habetur: hi
enim qui pro Republica ceciderunt in per-
petuum per gloriam viuere intelliguntur, d.
l. minimè, add. ad Bart. in d. §. liberto. lit. F.
ad hoc singulare est dictum Bal. in cap. 1. de
pace tenen. in 4. col. super verb. spondent. vbi
37 dicit, quòd † filius non potest alimentare
patrem bannitum, vel hostem patriæ, & si
contrarium facit punitur in amissione bo-
norum, quæ erant sibi concessa sub iureiu-
38 rando ne patrem aleret, & sic † pater pro-
pter bannum priuatur iure naturæ in fauo-
rem patriæ Add. in repert. Bertac. in verb. pa-
tria dicitur vers. 6. in fin. vbi ponit distinctio-
nem, secundum Bar. in d. l. veluti: & quia non
est præsentis speculationis, relinquo cogitan-
dum.
39 Et quod notauimus de patre intelligitur
de omni alio habente istud priuilegium etiã
de filio, vt ibi Bar. et Doct. relati, per Farin.
40 d. quæst. 103. num. 275. quicquid sit, regula-
riter pater non tenetur filio nisi quatenus fa-
41 cere potest, deducto ne egeat. Nec filiam
pater dotare debet vltra quam facere potest,
deducto ne egeat, Alexand. in d.l. maritum in
add. lit. B. ff. solut. matrim. vbi dicit, nisi dedu-
cto ne egeat ipse, & ministri sine quibus es-
se non potest, Ang. in cons. 17. cir. fin. & sicut
42 filij † non tenetur parentibus nisi quatenus
facere possunt, not. in quæst. 3. ita, & parentes,
vtriusque sexus vsque ad infinitum, gloss. in
l. patronus, ff. de re iud. Oinot. in d. §. sed & si
quis num. 1. vers. amplia in infinitum, l. qui li-
tigandi, §. parentem, et l. sed & si hac lege, §.
liberos autem, §. de in ius voc. Franc. Mugnoz
de Escobar de ratiocinijs cap. 35. post numer. 1.
& 3. scilicet Auus, Auia, Proauus, & alij su-
periores vtriusque sexus, vt probatur in d. l.
sunt, qui in verb. item parentes, ff. de re iud.
43 Nam appellatione † parentũ omnes maio-
res vtriusque sexus significantur, l. appella-
tione, ff. de verb. sig. Amatus d. dec. 16. num. 7.
Io. Coras. in d. §. sed & si quis de actio. Rol.
Rodulf. in d. §. beneficium, in gloss. col. 3. vers.
& quod dixi. lege, iuris consultus §. parentes de
grad.

grad. Spec. de test. §. 1. vers. item quod est parens,
44 *Ant. Monach. d. cap. 12. num. 52* & vsque † ad
infinitum: parentes enim honorandos esse,
tam iure diuino, quam humano constitutum
est, dicit *Berengarius Fernand. in l. in quartam num. 171. ff. ad l. Iul. Surd. de alim. d. q. 78. num. 4.* sunt enim filijs parentes veluti Deus
alter, vt aduertit *Cicero in oratione pro Gneo Plantio* ibi, quem venerentur vt Deum, nec
enim multo secus parentes liberis, *Plaz. in epit. delictorum, cap. 34. num. 13. Ant. Gomes.*
45 *in lib. 79. Tauri.* & isti omnes † gaudent isto
nostro beneficio deducto ne egeat ratione
reuerentiæ, *Baldass. Mogollon de metu cap. 4. num. 4.* ob fauorem parentum, quia fauores
sunt ampliandi, & odia restringenda, *l. fin. & l. legatis, ff. de aliment. leg. l. cum ij, §. qui transigit, ff. de transact. l. 3. §. minorem, ff. de mino. l. interpretatione, ff. de pœn. gloss. magist. in l. cum quidam ff. de liber. & posth.*
46 Nec etiam pro filio † insolidum tenetur
pater si dotem filius recepit sine iussu, & voluntate sua, *l. filiofam. & ibi* Bar. *ff. sol. matr.*
nisi de peculio, secundum *Aug. in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. Pau. Castrens. in d. l. filiofa. Bar. Bal. & Doct. in l. si cum dotem, §. träsgrediamur .ff. solut. matrim. Milanen. in decisione 19. lib. 1. numer. 29. vsque 35.* & pater
47 † conuentus de peculio deducit quod sibi, &
suis debetur etiam æs alienum, *Bar. in d. l. filiofamil. numer. 6.* dicit etiam *Milanens. d. decisione 19. post numer. 30. Bertach. in suo Repert. in verb. pater pro filio. vers. 22.* & non
solum d. casu deducit quod sibi, & suis debetur, sed etiam quando actum est contra
eius filium, & executio fit contra patrem, &
ita *Paul. Castr. in d. l. filiofamil. numer. 7. ver-*
48 *sic. non solum.* & in peculio † dicitur esse,
id quod superest, deducto quod debetur patri, vel domino, & suis, *§. cum autem instit. quod cum eo, qui in alien. potest est,* & sic
parentes vtriusque sexus obligati ad dotis
49 restitutionem non tenentur nisi quatenus facere possunt, aut quatenus est in peculio deductis quod sibi, & suis debetur, sequitur
Gomes. in §. actionis, numer. 5. de action. not. quast. 7.

SVMMARIVM.

1 *Patroni, vel patronę conuenti vel conuentę à libertis habent beneficium deducto ne egeant.*
2 *Libertas est inæstimabilis.*
3 *Filiorum patroni, vel patronę habent beneficium deducto ne egeant conuenti à liberis eorum parentum.*
4 *Patroni, vel patronę conuenti tutorio nomine alterius, non tenentur vltra quam facere possunt, deducto ne egeant.*

AMPLIATIO
Prima.



1 RIMO † amplia, quòd patroni, & patronæ erga libertos habent istud beneficiũ, quod non conueniantur vltra quam facere possũt deducto ne egeant. *Pet. Roysi. Maur. decis. 3. num. 403. Rol. Rodulf. in d. §. beneficium, vers. item competit. tit. de renunt. fol. 174. Lader. cons. 30. post num. 9. Surd. d. quaest. 78. num. 7. de alim. Amat. d. decis. 16. num. 16. Dy. de reg. iur. d. reg. 7. post num. 2. Io. Coras. in d. §. sed, & si quis post num. 1. de action. Anton. Monach. de execut. in vestib. cap. 12. num. 68. Muta decis. M. R. C. 94. post num. 27. vers. circa illas personas.* ratio est, quia liberti sancta, & honesta persona, patroni videri debeant *d. l. liberto ff. de obseq. patr. & patr.* &
hoc propter ingens beneficium libertatis
2 concessum, quæ † libertas inæstimabilis est,
l. libertas, ff. de reg. iur. tex. & Io. Oinot. ibi in §. sed. & si quis num. 3. de actio. etiam eorum
3 † filij habent istud beneficium, deducto ne
egeant. *l. patronus, ff. de re iud. l. 2. & ibi gloss. in vers. posset C. quod cum eo, Zas. in d. §. sed, & si quis num. 4. & ibi Io. Faber, & post eum, Aug. & Ias. Amat. d. decis. 16. num. 19. & Monach. d. cap. 12. num. 67. Surd. d. quaest. 78. nu-*
4 *mer. 7. 8.* etiamsi tutorio † nomine alterius
conueniatur, quia dicto casu patrono reuerentia debetur *l. sed, & si hac lege §. semper autem, ff. de in ius voc. Baldass. Mongollon de metu cap. 4. num. 19. lib. 1. §. quæ oneranda, ff. quarum rerum actio non det.*

SVMMARIVM.

1 *Mater tutrix non tenetur vltra quam facere potest, deducto ne egeat. fall. nu. 5. & 6. declar. num. 7.*
2 *Mater tutrix non desinit esse mater. n. 7.*
3 *Reuerentia quæ debetur matri tutrici est causa beneficij deducto ne egeat.*
4 *Mater tutrix committens dolum non tenetur nisi deducto ne egeat, contra.*
5 *Mater tutrix committens dolum tenetur in solidum.*
6 *Mater tutrix renuntians omni iuris, & legum auxilio, & fauori non gaudet beneficio, deducto ne egeat contr. num. 10.*
7 *Mater tutrix non desinit esse mater.*
8 *Mater priuilegio deducto ne egeat renuntiare non potest.*
9 *Reuerentia quę debetur patri, debetur matri.*

10 *Mater tutrix non obstante renuntiatione de omni legum, & iuris auxilio gaudet beneficio, deducto ne egeat.*
11 *Mater tutrix carcerari non potest.*
Mulier pro debito ciuili de iure carcerari nõ potest.
12 *Mulieres de consuetudine non matres pro debito tutelę carcerari non possunt*
13 *Priuilegium concessum ratione, sexus, seu personę honestatis tolli non potest.*

AMPLIATIO Secunda.



ECVNDO am-
plia in matre tu-
1 trice † quæ non
tenetur vltraquã
facere potest, de
ducto ne egeat.
Gabr. Saray in
adnotat. sing. Ma-
thes. 108. nume-
ro 1.5.6. And. à
Pomate in apostil.
ad Bar. in d. au-
then. matri, & auia, C. quando mulier offi. tut.
Ant. Gomes in c. 2. numer. 22. lib. 6. Barb. in
c. 2. num. 4. de pigno. ante eos Io. de Montespi-
nell. in l. plerique. ff. de in ius voc. Ant. Mona-
chus de execut. in vestib. c. 12. nu. 54. Paulus
Montano de iure tutelarum, & curationum c. 15
num. 65. fol. 51. nisi dolosè administrauerit,
vt ibi & *Amat. d. dec. 16. num. 5. & infra not.*
Farin. in q. 27. num. 63. lib. 2. prax. crim. vbi
dicit minime iudicando, & consulendo re-
cedendum esse consulo, & iudico. sequitur
Gomes. de Amesena in suo tractat. de potest. in
seipsum, q. 24. num. 4. vers. contrarium verius
2 *est.* Ratio est ibi, quia mater † tutrix non de-
finit esse mater, & ideo ei reuerentia debetur
à pupillis filijs, *vt not. in proœm. p. 2. vers. &*
3 *licet exceptio*, & ob reuerentiam † non con-
uenitur etiam ex causa tutelæ vltra quam
facere potest. *Bar. in l. si quis sub conditione*
num. 20. vbi dicit puto tamen, quod bene-
ficia, quæ competerent mulieri etiam si ma-
sculus esset, vt non conueniatur à filio, nisi
quatenus facere potest per hanc renuntiatio-
nem non tolluntur, *ff. de test. tut.* quia sem-
per conuenitur vt mater, *vt per Doct. quos*
supr. notaui, & Bact. de inop. debit. d. qu. 3.
num. 2. sed mater habet istud priuilegium.
Gabriel Saray in adnot. ad Math. d. sing. 108.
num. 6. pro d. l. sunt qui. ff. de re iud. ergo ma-
ter tutrix gaudet isto beneficio, non quia
mulier, sed quia mater. *Farinac. d. q. 23. post*
num. 60. & Caual. de tut. & cur. numer. 325.
Brun. *de cess. bonor. q. 1. 4. p. princ. post num. 2.*
vers. intellige tamen in matre, Card. Alex. in c.
ex parte col. fin. extra de appell. Veron. cons. 9.
num. 4. Couar. var. resol. lib. 2. c. 1. numer. 3.
4 etiamsi commisisset † dolum, secundum
Amescuam d. q. 24. num. 5. vers. Paulus. Con-
trarium tenet Brun. d. q. 1. n. 1. Vbi limita, in
matre tutrice dolose ministrando, sequitur
Amat. d. decis. 16. num. 6. per tex. in l. pen. de iur.
5 *dot. vt sup. not.* & sic † ratione doli perdit istud
beneficium, *not. q. 1. fall. 1. Bal. Nouell. p. 7.*
6 *q. 5. de dot. Veron. d. cons. 9. n. 4.* vel nisi † re-
nuntiauerit omni iuris, & legum auxilio, &
fauori, dicit *Soc. cons. 126. num. 1. l. 3.* Sed
istud dictum *Soc.* non est simpliciter verum,
7 quia si mater † non potest renuntiare isti pri
uilegio, neque expressè, ergo neque tacitè,
& etiam si esset renuntiatio cum iuramento
non conuenitur nisi quatenus facere potest.
Mathes. d. sing. 108. num. 1. Barto. in d. l. si quis
sub conditione n. 20. ff. de test. tut. idem Bar. in
d. auth. matri, & auia, n. 13. in fin. & ibi Saly.
num. 14. C. quando mul. offi. tut. Cou. var. res.
d. c. 1. Io. And. in c. 2. de iud. lib. 6. Bart. de
S. Seuerino de debitor. suspect. & fugit. q. 6. In-
trigl. de casib. conscien. cas. 35. num. 84. & per
Doct. sup. not. post num. 1.

Ratio est per eos quia mater non potest
expressè renuntiare isti beneficio, ergo neq;
tacitè, *not. in q. 1. fall. vlt.* quia eadem reue-
rentia debetur matri, quæ patri. *Surdus*
q. 14. tit. 1. de alim. expressè dicit *Farinac. d.*
8 *q. 27. post num. 63.* ergo † mater tutrix gau-
det isto beneficio etiamsi renuntiauerit om-
ni legum, & iuris auxilio, per ea, quæ *supra*
not. & sic non obstante tali renuntiatione
mater tutrix pro solutione reliquorum gau-
9 det isto nostro beneficio, & † carcerari non
potest. *Prapos. in cap. ex parte de appell. Mar-*
sil. in pract. §. attingum. num. 64. Couar. d. r. 1.
lib. 2. Pet. Plaza Hispan. in Epit. delectorum
l. 1. c. 32. post n. 12. Socyn. in d. l. plerique n. 40.
quia est in præiudicium sexus, & ignominiæ
10 pudicitiæ; ea ratione, quia † vbicumque pri-
uilegium introductum est propter personæ,
seu sexus honestatem, tolli renuntiatione non
potest, *secundum Bald. in l. 1. C. qui bon. ced.*
poss. Prapo. Alex. in d. c. ex parte nu. 11. Alber.
de Ros. in l. vbi adhuc C. de iur. doct. Mathes. d.
sing. 108. n. 3. Bar. in l. alia, §. eleganter n. 25.
Amat. d. decis. 16. n. 5. Borgni. Caualc. d. c. 1. nu-
mer. 322. ratio est ibi quia personas à lege
priuilegiatas non posse ratione tutelæ admi-
nistratæ personaliter detineri, & carcerari,
cum hoc priuilegium sit insertum in corpo-
11 re iuris, non potest per indirectum tolli, nec
etiam renuntiari expressè, neque tacitè, licet
sit fauore pupillorum, vt voluerunt *Barto. in*
d. auth. matri, & auia, num. 13. Rom. Alex. &
Ias. in d. l. plerique.

Et sic mulier non potest pro debito tutelæ
carcerari non obstante renuntiatione. *Bart.*
d. c. lator. n. 1. de pigno. Bar. Socy. d. l. pleriq. nu. 4.
per rationẽ Bal. in d. l. 1. C. qui bon. ced. sequũtur
Paul. Mont. de iur. tut. & cura d. c. 15. sub. n. 66.
f. 51. Franc. Muñoz de Escobar de ratiociniys
cap. 35. post numer. 4. Anton. Gomez in l. 79.

Tauri

Tauri Suarez in l.2. tit.de los gouiernos nu.10. verf. additio Matienco in l.9. t.3. gloff.5. nu.4. lib.5. Farinac. tit. de carceribus quaest.27. n.61. Bouadil. in polit. lib.3. cap.5. num.31. Molin. de inst. disput.571. ea ratione quia si mulier de iure carcerari non potest pro debito ciuili. *Io.Grinell. post alios decis.115. numer.11. & 12. & Borgnius d.cap.1. num.318. & per doct. quos sup. not.* & dicit post omnes *Carol. Graff. in prælud. tract. de except. numer.173.* vbi etiam refert quod in isto Regno de con-
13 suetudine † mulieres etiam non matres pro debito tutelæ, non carcerantur, *l.1. C. de aduoc. diuerf. iud. auth. hodie nouo iure C.de custreorum*, quam opinionem etiam tenuerunt *Pet. à Plaz. Hispan. in epit. delictorum lib.1. d.cap.32. num.12. verf. illud etiam*, & ante eum *Aud. à Pomate in apostill. ad Bar. in dicto auth. matri, & ain. column.4. Bar. in d.l. si quis sub conditione Bal. in l.1. ff. qui satif. cogantur et in d.l.1. colum.4. qui bon. ced. et in l. etiam colum.8. C. de execut. rei iud. idem Bald. et Io. de Imol. in l. si quis post ff. de testam. Ludou. Rom. in d. l. alia, §. eleganter 4. column. ff. solut. matrim. et Ant. Gomes. in d. cap.2. num.22. lib.6. Barbat. in d. cap.2. numer.4. de pignor.* ante omnes *Io. de Monte spinell. in d. l. plerique ff. de in ius voc.*

Er non obstant doctores tenentes, quod mater tutrix possit pro debito tutelæ carcerari, ex quo eos non rectè loqui dicit *Hipp. de Marsil. in prax. crimin. §. attingam post num.65. verf. aduertas tamen fol.141.* quia si non potest conueniri in plus quam facere potest quomodo, ergo carcerari posset, & istud priuile-
14 gium tribuit quod † non possit carcerari per iura, & doct. sup. not. & si isto beneficio gaudent (infert ipse) qui bonis cesserunt, non obstante eorum renuntiatione, *vt not. loc. suo* quanto magis mater, quæ est persona priuilegiata, & dicit *Cardi. Alex. in d. c. ex parte vlt. col. per Albe. de Rosat. in d. l.* vbi adhuc,
15 secus in mulieribus † in honestis, *Guid. Pap. decis. 256. in fin. Hipp. de Marsil. singul. 248. Saray. loco cit. Marches. commiss. & rescript. vtriusque signat. lib.3. de commiss. cess. bon. c.2. §.1. numer. 42. fol. 285. Marsil. d. §. attingam num. 66.* nisi sit maritata, dicit *Marsil. ibi sub num.67. & in singul.248.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus à vassallo conuentus non tenetur nisi quatenus facere potest deducto ne egeat n.4. 8. 21. 24.*
2 *Vassallus tenetur alere dominium n.12.*
3 *Vassallus liberto æquiparatur contr. nu. 17. & 18.*
4 *Dominus constitutus in necessitate sine eius culpa est alendus a vassallo.*
5 *Dominus in quibus casibus potest petere adiutorium à vassallo.*
6 *Vassalli tenentur præstare adiutorium domino pro se, & eius personis.*
7 *Casus de domino obmissus est similis expresso de alijs.*
8 *Dominus ad instantiam vassalli carcerari non potest si non habet vnde soluat Dominus gaudet beneficio deducto ne egeat.*
9 *Correlatiuorum dispositum in vno habet locum in alio.*
10 *Vassallus, & dominus æquiparantur.*
11 *Dominus tenetur alere vassallum inopem.*
12 *Vassallus tenetur alere dominum egenum.*
13 *Vassallus non tenetur alere dominum egenum.*
14 *Vassallus non tenetur eripere dominum a periurio dando suum.*
15 *Anima præfertur corpori.*
Dominus habens ius vassallagij an possit dici quod egeat.
10 *Quibus casibus vassallus tenetur alere dominium inopem, & an secundum eius condictionem.*
17 *Argumentum de liberto ad vassallum, & à contra non valet.*
Vassallus sine venia in ius dominum vocare potest.
18 *Vassallus, & libertus differunt, & habent se, vt excedentia. & excessa.*
19 *Vassallus conuentus a domino non tenetur nisi quatenus facere potest, deducto ne egeat.*
20 *Vassallus, & dominus ad imparia non iudicantur.*
21 *Baro debitor suo sub feudatario non tenetur vltra quam facere potest*
22 *Miles habet beneficium deducto ne egeat.*
23 *Baro est plus quam miles.*
24 *Baro conuentus à vassallo, vel ab altero gaudet beneficio deducto ne egeat, vt miles.*
25 *Miles habet beneficium deducto ne egeat pro debitis confessis in militia, vel occasione militia.*
Baro vt miles habet beneficium, deducto ne egeat pro debito facto in seruitio militari vel occasione seruitij militaris.
26 *Baro pro debitis carcerari potest, & in solidum conuenitur de obseruantia M. R. C.*
27 *Nobiles pro debitis de iure Hispaniarum carcerari non possunt.*

AMPLIATIO
Tertia.


ERTIO amplia in domino erga vassallū, quia do-
1 minus † conuentus à vassallo non potest insolidum conueniri nisi deducto ne egeat, dicit *Marianus Frescia de sub feud. Baro. & in vesti.feud.fol.22.num.1. lib.1. prob.ad Io.Monach.in c.in generali num.2.de reg.iur. in 6.Camar.de probib.feud. alien. per Federic. ad princ.Camil.de Curte in diuersis iur. feud lib.1. §.multoties num.106.Curt.de feud.par.3.nu.47. Surd. ad tit.an agn. vel filius numer.36. & 50. Ant. Monac.de execut.in vestibus,cap.12.nu.81. Ioan. Faber. in §. sunt præterea in ver. sed & si quis & ibi Ang. Aret. de action.* ratio est ibi,
2 quia vassallus † tenetur alere dominum, *per tex. in princip. de natur. feud.* tenent etiam *Dy. & Bar. in l. alimenta, §.1. numer.2. ff. de lib. agno. sequitur Afflict. decis.265. numer.104. in fin.* vbi dicit quod si dominus deuenerit in paupertatem est alendus à vassallis, *per Bal. in l.1. in fin. C. de operibus liber. secundum Dy. et Bar. in d.l. alimenta,* & bene facit, quod dicit *Specul. in tit. qui filij sint legitimi, vers. sed nunquid,* & per ea, quæ habentur, *in c. nobis de iur.patr. idem Bal. in l.1. §. sed scimus, C. de latina libertate toll. Tomas Franz. in feudal. controuer. disput. in disput. 12.* Collegij feudalis *thesis 17. in gloss. in prin. vbi alleg. Schrad. d.cap.8. part.9.* quæ refert doctores hanc tenentes *opiniones* refert etiam *Pet. de Greg. de nostratib. in tract. de concess. feud. par.7. quæst.4. num. 25. Bar. in tract. de alim. num. 45.*

3 Ratio doctorum est, quia † vassallus liberto æquiparatur *per gl. in c.1. in uerb. liberto. de mil. vassal. qui cõtum est, & l.1. Sporuisse, ad Velleian. & dicit Iac. de Ardizon. in sum. feud. char.9. §. feudo. vers. est notanda, & per dom. Cass. in consue. Burgun. fol. 108. col. 2.* & in iure vassallus æquiparatur liberto dicit *Barthol. Capra in comment. Capit. terrerij de cap. Regis Caroli l. huius Reg. in sert. post constit. Regn. mihi fol. 311. col. 2. lin. 30.* & sic libertus tenetur alere patronum, ita vassallus dominum, maximè
4 quando dominus † est constitutus in necessitate sine culpa sua, dicit *Pet. Greg. d. par. 7. quæst. 8. num. 27.* & de consuetudine vassallus tenetur subuenire Baroni, & domino suo in necessitate constituto, vt ibi *Pet. de Gregor. loco citato num. 27. 28. & 29. per Alber. in diction. in versicul. feudum, & ex constitut. huius Regni Siciliæ, quam plurium, & ibi Isernia,* vbi dominus potest in casibus ibi posi-
5 tis † petere adiutorium à vassallis. *Affl. d. dec. 265. num. 54.* sequitur *Camillus Salernus in add. ad Neapodan. in consuet. Neapol. tit. 8. de iur. dot. & constit. ipsarum fol. 228 litt. B. & C.* si ergo pro personis ibi positis potest petere adiutorium constitutus in necessitate, quanto magis pro eius victu, & substentatione potest petere a vassallis suis beneficium nostrum deducto ne egeat quando illis est debitor, & non potest totum soluere sine dedecore eius condictionis, quia remaneret in maxima necessitate, & si solueret solidum inops remaneret, & non poterit se suosque alere; vnde obuiandus est circuitus, quia si potest petere adiutorium à vassallis existente in necessitate ergo potest sibi retinere vnde viuat pro alimentis, & non soluere, & postea petere a vassallis adiutorium cum eadem sit ratio. *l. secundum naturam, ff. de reg. iur.*

6 Imò fortius quòd debeat † præstari adiutorium à vassallis pro se ipso, quam pro personis in d. constit. contentis, quia propter quod vnum quodque tale, & illud magis, vt ait *philosophus in princ. priorum, & in authentica multo magis C. de sacros. eccl.* ergo idem ius est statuendum, *l. ex facto, in fin. ff. de neg. gest.* & non obstat quod iste casus sit in con-
7 stit. omissus, quia casus de † domino omissus similis est expresso, de alijs, ideo fortior, ergo idem seruandum est, *d. Barto. Capua in d. const. quam plurimum colum.2. à num.60. vsque 80. fol. mihi 225. not. sup. quæst.1. vers. sed isto casu distinguendum est, & in vers. illud quod diximus,* ergo per consuetudinem prædictam vassallus tenetur prestare adiutorium domino, & per consequens dominum alimentare in necessitate constitutum ergo ad eius in-
8 stantiam † carcerari non potest, si non habet vnde soluat. Imò quando dominus est carceratus pro debitis tenetur vassallus exhibere operam suam pro liberatione domini, alias priuaretur feudo, *per tex. in cap.1. §. item si delator. quæ in princip. caus. benef. ammitt. dicit Clar. §. feudum quæst.24. in princip.* ergo tenetur dominum à carcerib. liberare ex eius opera, pro suo ergo debito carcerari non potest ad eius instantiam, quia vassallus debet reuerentiam domino *cap.1. de mil. vassall. qui cont. est, Baldass. Mongallion de metu cap. quarto, num.25.* & sic ex ratione prædicta gaudet isto nostro beneficio.

Confirmatur hæc opin. per regulam correla-
9 relatiuorum, vt dispositum † in vno habeat locum in alio *not. sup. quæst.2. per l. fin. C. de*
10 *indict. vid. toll.* vassallus, † & dominus æquiparatur, & dispositum in vno habet locum in alio *cap.1. de no. for. fidelit. Bal. in cons.97. volum.3.* quia sunt correlatiua, *Surd. de alim. titul.8. priuil.45.* ideo dispositum in vno habet
11 locum in alio per *d.l. fin.* dominus † tenetur alere vassallum inopem, *Bal. in d.l. vnica, §. sed scimus, C. de latina libert. toll.* sequitur *Aret. in l. si quis non quasi col.2. ff. de acquir. har. Iac. de Ardizo. de sum. feud. cap.61. col.2. in fin.* ergo,
12 vt seruetur æqualitas vassallus † tenetur alere dominum egenum, *Surd. de alim. tit.1. qu.56. nu.1.*

n.1.3.& 4. sequitur Camillus Salernus loc. cit.
litt.E.vers.tamen contrarium videtur verius d.
f.228.& licet com.opin.sit in contrariū quod
13 vassallus † non tenetur alere dominum,dicit
Iac. Aluar. in cap.1. §. licet vassallus, num.6.
si de feud. fuer. contr. vers. ego per Iac.de Ardi-
zono in d.sum. quibus med.admitt. sub rubricel-
la, an vassallus teneatur dominum egenum ale-
re, per l.3. §.pen.ff. de admi. rerum ad li.pert.
vbi dicit communem opinionē quem sequi-
tur idem tenet *Ruy. in d.§. licet vassallus,*
quam commun. opinion. videtur sequi Io.And.
in add. ad Specul. in d.tit. qui filij sint legit. §.1.
vers.sed numquid dominus. vbi Specul.argum.
ad partem, sed non determinat *gloss. in l.in*
condemnatione, ff. de regul. iur. Isern. in d.§.li-
cet vassallus post num.4. vers. nam non tenetur,
14 ratio est ibi,quia vassallus † non tenetur eri-
pere dominum à periurio (dando suum)
quod est periculum animæ sequitur *Guid.*
Pap.decis.47. post num.2. ergo nec à periculo
15 corporis, quia anima † præfertur *l.sancimus,*
in fin. C. de sacros. eccles. cum possit vendere
ius vassallagij, vnde se substentet non potest
dici, quod egeat quod est necessarium ad
alimenta, sequitur *Franc. Curt. in tract. de*
feud. in 2.par. in 3.colum.vers. & ideo num.9.
Ias. in prælud. feud. colum.25. vers.vlt. cum
qua etiam transit *Iul. Clar. in §. feudum quæ-*
16 *stion.23.* nisi in duobus † casibus. Primo
quando dominus facto vassalli inops factus
est, secundum *Iacob. de Ardizon. & Aluarot.*
loc.cit. Secundo quando vassallus super abun-
daret diuitijs, sequitur *Pet.de Greg.d. quæst.8.*
num.2. vbi dicit, quod quando feudum ad eo
est oneratum ære alieno ex facto antecesso-
rum ipsius Baronis, ita quod redditus ipsius
feudi vix sibi sufficiant ad alimenta poterit
eo casu Baro petere taxari plactum, seu ali-
menta super redditibus ipsius feudi, ne sine
culpa sua priuetur debito subsidio feudi, &
debet Baro tantum sibi retinere super feudo,
vt valeat honorificè viuere, secundum *Isern.*
in d. constit. aliquibus, in fin. Surd. de aliment.
quæst.55. numer.6. tit.1. vel si in inuestitura
conueniret dominus super alimētis sibi præ-
standis existente necessitate, secundum *Isern.*
& Aluar. loc.cit. Vel nisi vniuersa bona in-
feudasset: vel maximum esset feudum, quo
casu tenetur vassallus alere dominum, *idem*
Aluar. loc. cit. in fin.

Nec obstat illa ratio quod libertus tene-
tur alere patronum ergo vassallus dominum,
17 quia argumentum de † liberto ad vassallum,
& è contra non valet, quia vassallus sine ve-
nia potest vocare in ius dominum, dicit *Clar.*
in d.§. homicidium, quæst.25. post num.1 in fin.
& ibi testatur commun. opinion. secundum Ale-
xand. in l.generaliter num.7.de in ius voc.gloss.
in d. cap.1. §. si vero in verb. reuerentia, & ibi
Aluarot. numer.8. de nat. vassal. qui cont. est
quem sequitur *Io. Faber in §. & in eum instit.*
de action. Io. Plot. in l.1. C. de Colon. thracen-
sibus lib.11. & ita practicatur, & obseruatur,
dicit *Clar. loco cit. post Andream Fachin. con-*
trouersiarum iuris, cap. 89. vers. sed contraria
sunt alleg. Ang. in §. pœnales, numer.8. ibidem
Faber num.2. Ias. num.72. fall. num.26. Plat.
num.157. de action. Iacob. in d. tract. de homa-
gijs num.26. & hanc esse communem testatur
etiam *Bursat. cons.99. num.20. Euerard. in lo-*
co à liberto ad vassallum numer.15. Misinger
cent.4. obseru.92. And.*Gail. lib. de pignor.ob-*
ser.15.num.4. Ferard. in add. ad commun.opi-
nion. Villalobos, vers. vassallus sine venia, &
dicit gloss. in d. cap.1. §. si vero, in vers. reue-
rentia, quod in consuetudinibus feudorum
non est locus his ambagibus, & differunt,
18 vassallus, † & libertus, & habent se, vt ex-
cedentia, & excessa, dicit etiam *Isern. in con-*
stit. huius Regni iuris gentium in comm.col.1.
fol.28. lin.69. & 70. & in §.1. num.6. in fin.
19 *quibus mod. feud. admitt.* tamen vassallus †
non conuenitur à domino vltra quam facere
potest, idem *Surd. de alim. quæst.31. numer.6.*
& 7. ergo & dominus conuentus à vassallo
non tenetur vltra quam facere potest, ex quo
20 vassallus, † & dominus ad imparia non iudi-
cantur, *tex. in cap.1. in fin. de pact. iur. fir.*
21 Et sic Baro † debitor suo subfeudatario,
non tenetur vltra quam facere potest, secun-
dum *Frecc. loco cit. de subfeud. Barto. & inuest.*
feud. fol.221. num.1. lib.1. ratio est ibi, quia
contra Baronem quando fit exactio super
fructibus actione personali ad instantiam sui
subfeudatarij debet tantum remanere de fru-
ctibus, qui sibi pro victu sufficiant, maximè
quando Baro est grauatus mole æris alieni
super feudo sine culpa sua, sed ex facto an-
tecessorum suorum, vel onera ipsius feudi
petit sibi taxari. *Plat. vt supra notans super*
feudo, vt non teneatur vltra quam facere po-
test, *Pet. de Gregor. de vita & militia, qu.1.*
num.16. alleg. tex. in l. in condemnatione, ff. de
reg. iur. & Affl. in constit. si quis post litem 4.col.
vers. sed iuxta hoc quæro de vtili in tit. de pen.
contu. in nu. lib.1. & dicit *Tho. Franz. d. thesis*
17. in fin. secundum Cy. Alber. & Bal. in l. ne-
minem C. de sacros. eccles. per Schrad. d. cap.8.
par.9. & isto casu tenetur vassallus alere do-
minum suum, & per consequens gaudet isto
beneficio, & melius, non solum quando con-
uenitur à vassallo, sed etiam ab alio, quia si
22 miles † gaudet isto nostro beneficio ratione
militiæ, vt *not. infr. quæst.8.* ergo, & Baro,
qui miles est. dicit *Gurb. decis.118. numer.7.*
cap.1. de capit. cont. r. c. si quis miles de feud. sin.
culp. non amitt. Isern. in cap.1. in princ. l. imp.
Lotha. & in c. Imperialem §. præterea tit. de
prohi. feud. alien. Anna *tit. de vassal. decrep.*
ætat. numer.41. 42. & 43. Baumacar. cap.1.
num.1. tit. si de feud. defunc. milit. Imò est plus
quam miles, *argu. l. commodis,* & ibi dicit *Zass.*
23 *de re iud.* & vt † miles gaudet isto nostro be-
neficio, non solum quando exequutio fit ad
instantiam vassalli, sed etiam ad instantiam
alterius cuius vis, secundum *Frecc. loco citat.*
24 sed miles † habet istud beneficium pro debi-

tis

tis confectis in militia, vel occasione militiæ,
ergo Baro gaudere debet isto beneficio pro
debito facto in seruitio militari, vel occasio-
ne seruitij militaris, pro alijs autem debitis
25 Baro † insolidum conueniri potest, & ita ser-
uatur in M.R.C. quod pro debitis domini
feudorum detruduntur in carceribus, & ibi
manent vsque ad solutionem iuxta ritus dis-
26 positionem, secus vero in Hispania † vbi no-
biles pro debitis non carcerantur.

SVMMARIVM.

1 *Compatres, & commatres gaudent beneficio, deducto ne egeat. erga filios spirituales.*
2 *Compater dicitur pater spiritualis.*
3 *Compater debet alere filium spiritualem in subsidium, & è contra.*
4 *Filius spiritualis tenetur alere patrem spiritualem inopem sicut patrem naturalem.*
5 *Spiritualis affinitas non est minus quam carnalis.*
6 *Pater spiritualis est præferendus carnali.*
7 *Pater carnalis habet beneficium deducto ne egeat, ratione reuerentiæ, & alimentorum.*
8 *Vbi est eadem ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio.*
9 *Pater spiritualis habet beneficium, deducto ne egeat ratione reuerentiæ, & alimentorum.*
Patri spirituali debetur illamet reuerentia, quæ debetur patri naturali.
10 *Filius spiritualis non potest in ius vocare patrem spiritualem sine venia.*
11 *Compatres non possunt beneficio deducto ne egeant renuntiari.*
12 *Beneficium, deducto ne egeat non transit ad hæredes patris spiritualis.*

AMPLIATIO Quarta.



1 VARTO amplia in compatribus † & commatribus, qui, vel quæ conuenti conuenteq; à filiis spiritualibus gaudent isto beneficio, deducto ne egeant. *Tiraq. in tract. de pœnis caus. 21. n. 10. & in l. si vnquam in verb. susceperit liberos, numer. 27. de reuoc. don. Beat. in tra. de inop. debit. cap. 17. nu. 37. in fin. cum seq. sequitur Surd. de alim. par. 1. quæst. 78. num. 24. Amat. dec. 16. numer. 4. Gomes in §. pœnales num. 24. & ibi Aret. n. 11. et Ias. num. 25. & 26. de actio. Mascar. de prob. concl. 332. num 11. lib. 1. Io. Franc. Bonacco. in add. ad Ias. l. sunt, qui vers. add. quod priuilegium Faber. in §. sunt prgterea, vers. sed, et si quis col. 1. et ibi Io. de Plat. et Ang. de Aret. col. 1. de actio. Barb. firmauit in repet. l. cum acutissimi. col. 125. vers. facit elegans C. de fideicom. Monach. de execut. in vestib. d. cap. 12. numer. 52. nouissimè Muta super constit. huius Regni Siciliæ, cap. 188. num. 6.* ex quo compa-
2 ter dicitur † pater spiritualis, *Bertach. in repert. in verb. compater, vers. 12. Bald. in l. 1. §. non autem in 14. col. vers. quæri solet de compaternitate C. de cad. toll. Abb. Sicul. in c. si vir. vel mulier post num. 2. de cogn. spir.* vbi dicit, quod pater alius debet esse carnalis alius spiritualis, & quia illa cognatio spiritualis, quæ contrahitur inter compatrem, & filium loco parentum habetur; ideo iura appellant eum compatrem, *c. sua extr. de cogni. spirit. Alex. in l. generaliter post num. 5. de in ius voc.*

3 Et in tantum hoc est verum, quod † compater debet alere filium spiritualem in subsidium, & è contra *Bald. in auth. nisi rogati in pen. col. in fin. vers. sed tunc ergo quæro, C. ad trebell. Boer. dec. 233. post numer. 4. Bertach. d. verb. compater vers. 12. Io. Fab. in l. 1. C. de alend. lib. Franch. in c. 1. de cogni. spir. lib. 6. Nic. de Vbald. in tract. de success. ab intest. car. 3. vers. 7. & vlt. species Alex. in add. ad Bar. in tract. de alim. numer. 17. Bar. in c. Raynutius col. 39. de test. Beninc. in tract. pauper. in q. 8. in 2. spec. iud. num. 10. Tiraq. in d. l. si vnquam num. 31. Beat. d. quæst. 17. num. 40.* vbi dicit,
4 quod si pater † spiritualis patiatur inopiam, tenetur filius spiritualis eum alere non aliter quam patrem naturalem, *Franch. in d. cap. 1. num. 45. post omnes Surd. d. quæst. 11. post n. 5.*
5 *& sub num. 6. & 8.* ratio est ibi, quia † spiritualis affinitas non est minus, quam carnalis, *gloss. in c. dormieris 27. quæst. 2. c. ita diligere & c. seq. 30. quæst. 3.* vbi dicit susceptum de sacro fonte ita diligere eum, qui suscepit, sicut patrem, *Cornel. Benin. d. quæst. 8. num. 11.*
6 Imo plus † est diligendus, & præferendus, carnali in exhibitione reuerentiæ, *Bart. in l. 2. col. 7. ff. de verb. oblig. & dicit Surd. d. quæst. 11.*
7 *num. 9.* pater naturalis habet istud † priuilegium à filio conuentus, *in princ. not. huius q.* ratione reuerentiæ, & alimentorum, ergo & pater spiritualis conuentus, a filio spirituali gaudere debet ex eadem ratione reuerentiæ,
8 quia idem ius, cum † vbi sit eadem ratio ibi debet esse eadem iuris dispositio. *Lud. Rom.*
9 *sing. 198.* ex quo enim patri † spirituali competit istud beneficium, non solum ratione reuerentiæ, sed etiam ratione alimentorum, *vt sup. not. per Surd. dict. quæst. 78. numer. 8.* & sic patri spirituali debetur illamet reuerentia, quæ debetur, naturali *Baldassar Mongollon. cap. 4. num. 11. & num. 28. cap. ita diligere 30. quæst. 3.*
10 Et in tantum hoc est verum, quod filius † spiritualis non potest patrem spiritualem in ius vocare sine venia propter reuerentiam sibi debitam. *Cornel. Benin. dict. quæst. 8. num. 12. Gomes d. §. pœnales num. 8. & ibi Ias. num. 64.*

&

& Aret.col.2. Guil. de Cun. Bald. Ang. Paul. Cast. Rom. Alex. in d. l. generaliter numer.3. & ibi Iaf. ff. de in ius voc. Bertach. loco cit. Phil. in c. postremo, pen. col. de appel. Fely. in c. nuntius de test. Ang. & Ful. in l. adoptiuam, ff. de in ius vocand. Baet. dict. quest.17. num.41.

11 Nec renunciare possunt compatres isti nostro beneficio ratione dictæ reuerentiæ, quæ
sibi debetur *not. in proœm. p. 2. verf. & licet exceptio*, sicut socer & arg. de socero ad compatrem valet, *vt not. Alex. in d. l. generaliter post numer.*3. ergo sicut socer non potest huic
beneficio renuntiare, ita & compater *not. in*
12 *quest.9. per Vic. de Franch. dec.*164. quod † priuilegium non transit ad hæredes patris spiritualis, ex quo est personale, *dicit Baet. dict. quest.*17.

S V M M A R I V M.

1 *Pater habet beneficium, deducto ne egeat etiam in bonis dotalibus filiæ competentibus in quibus pater habet vsumfructum de quibus filia dotari debet, licet alia bona non haberet, nisi nudam proprietatem dictorum bonorum.*
2 *Pater vsufructuarius bonorum dotalium filiæ competentium de quibus filia habet proprietatem nudam tenetur pater filiæ dare illud, quod in sua domo pro alimentis daret.*
3 *Pater propter nimiam paupertatem potest vendere filium.*
4 *Qui plus potest, & minus potest.*
5 *Pater pro restitutione bonorum matris pro maritaggio filiæ si non habet alia bona vnde se suosque alat habet beneficium deducto ne egeat.*
Pater si ad pinguiorem fortunam peruenerit in solidum conueniri potest.

A M P L I A T I O
Quinta.



1 Q VINTO ampliat † in patre habente bona dotalia tantum in quibus habet vsumfructum, & eius filiæ competit proprietas, vt bona materna, de quibus bonis filia debet dotari, quia licet materna pro maritaggio filiæ pater debet restituere, in casu, quo filia non haberet, nisi nudam proprietatem, & nullus vult ducere eam, cum dicta nuda proprietate. *Inno. in tit. de cens. & de feud. dicit Io. And. in repet. const. comitibus huius Regni mihi fol.*228. *col.*1. *lin.* 48. tamen non condemnabitur nisi quantum facere potest habita ratione ne egeat, *vt ibi Io. Andr. lin.7. d. l. sunt, qui ff. de re iud. & l. fin. de dot. promiss. iuncta gloss. in §. pen. in verf. pertinent.*
2 vel † filiæ illud saltem dabit, quod in sua domo eum alendo daret, quia de isto vsufructu
relinquitur patri vnde se alat, & filios cæteros, vt ibi *Io. And. loco cit.* ratio est ibi *in col.*2.
3 *lin.*8. quod si † pater propter nimiam paupertatem egestatemque filium, vel filiam vendere potest, *l.* 2. *C. de pat. qui fil. suos, vt sup. not.*
4 multo fortius bona filiæ, quia si potest † plus
scilicet personam potest minus scilicet res eius, *gloss. in d. l.* 2. *verb. vendiderit* ergo pro re-
5 stitutione † bonorum matris pro maritaggio filiæ si non haberet alia bona vnde se suosque alat conuenitur quatenus facere potest deducto ne egeat, sed si ad pinguiorem fortunam, peruenerit in solidum conueniri potest, *secundum gloss. in d. l. fi. §. pen. in verf. pertineat cir. fin. de dot. prom.*

S V M M A R I V M.

1 *Patronus siue patrona, si ius amiserint, in solidum conueniri possunt.*
2 *Ius multis modis amittitur.*

F A L L E N T I A
Prima.

1 P RIMO fallit, quando patronus, † vel patrona ius amiserint, *gloss.*1. *in l. patronus, ff. de re iud.* quia tali casu in solidum conueniuntur; quod ius †
2 multis modis admittitur, *l. fin. & ibi gloss. & doct. C. de bon. qua liber.*

S V M M A R I V M.

1 *Pater non habet beneficium deducto ne egeat quando filius est valde inops, & non habet vnde se alat.*
2 *Ordinata caritas incipit à se ipso. filius valde inops excutiendo patrem alijs creditoribus præfertur.*
3 *Repetenti magis fauendum est.*

A M-


FALLENTIA
Secunda.

1 
ECVNDO fallit † quando filius est valde inops, & non habet vnde se alat, quo casu potest patrem rigide excutere, & non habet pater istud priuilegium ne cõueniatur vltra quam facere potest, quoniam †
2 ordinata caritas incipit à se ipso *l. præses, C. de ser. et aqua*, & isto casu filius præfertur creditoribus, & patrem ab eorum manibus liberabit, qnia præferendus, qui tractat de damno euitando, *l. verum, §. fin. ff. de min.* & † magis
3 fauendum est repetenti; *l. matrem, ff. ad Vell. l. qui filium, §. Sabinus, ff. eodem tit.* sicut in vxore inope *not. in quæst. 1. fall. 4.* quam opinionem dicit, esse æquiorem, & sanctissimam, & valde piam, *Baet. de inope debit. quæst. 17. num. 42.*

SVMMARIVM.

1 *Quibus casibus pater pro filio insolidum tenetur, & non deducit, quod sibi, & suis debetur.*

FALLENTIA
Tertia.

1 
ERTIO † fallit, quod pater pro filio in solidum tenetur, & non deducit, quod sibi, & suis debetur in tribus casibus. Primo si pater alteri mandauit, vt contrahat cum eius filio, & sic actione quod iussu, *l. 1. ff. quod cum eo.* Secundo quando aliqnis iussu patris cum filio eius cõtraxit. Tertio, quando pater pro eius filio, qui accipiebat pecuniam, mutuo fideiussit, *l. si mandator, & ibi Bal. & Paul. Castr. C. quod cum eo, Carol. de Graff. dicit in tract. de except. except. 27. n. 7. & 9. post Pet. de Frideric. in tract. de mand. sine claus. c. 62. num. 3. Roffred. Beneuent. in tra. de ordine ind. p. 7. Rub. ad senatusconf. Maced. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Pater in solidum tenetur pro filio pro sumptibus præstitis in studio, quos facere pater tenebatur.*

2 *Pater de peculio tenetur pro sumptibus filij in studio præstitis, quos pater necesse non habebat facere.*

FALLENTIA
Quarta.


VARTO fallit quòd pater pro filio insolidum tenetur pro sumptibus filio famil. præstitis in studio, quando sumptus fuit talis, quem necesse habebat pater facere, ex quo ad studium miserat filium. *l. Macedoniani, C. ad senatusc. Maced.*
2 secus si necesse non habebat, quia tali casu pater non tenetur amplius quam de peculio, *gloss. in d. l. Macedoniani, in verb. non recusaret, in fin. Carol. de Graff. d. except. 27. num. 8. post Matth. Coler. in tra. de processf. exequut. p. 1. c. 10. num. 22.*

SVMMARIVM.

1 *Pater insolidum pro filio tenetur, quando pecuniam mutuam in vtilitatem patris vertit.*

2 *Pater pro filio in solidum tenetur si illum præposuit negationi quæstuariæ de peculio.*

3 *Pater insolidum tenetur pro filio, si habuit officium authoritate publica, si non contradixerit de peculio excusso prius filio.*

4 *Pater in officijs publicis pro filio tamquam fideiussor tenetur.*

Actio, quæ datur contra patrem pro filio ex officijs publicis, an transeat contra heredes eo mortuo.

5 *Pater si expresse contradixit, quando filius habuit officium publicum non tenetur in solidum de peculio.*

Pater in officijs priuatis de iure speciali non tenetur insolidum.

FALLENTIA Quinta.



1 QVINTO fallit, quando filiusfamiliasmu tuam sibi pecuniam vertit in vtilitatem patris, *l. sed, et si filiusfam. ff. ad Macedo. Roffred. Benenent. in d. tract. de ord. iud. d. par. 7. Rub. ad senatusc. d. num. 5. Pet. Frider. d. cap. 62. n. 4. Graf. de excep. 27. num.* 10. quo casu pater tenetur vsque ad illam summam, quam pater solebat, vel debebat ministrare, & expendere, & non vltra, *vt ibi Graff. num.* 10. *in fin.* Sunt & alij casus, in quibus pater pro filio
2 tenetur in solidum, scilicet quando pater filium præposuit negotiationi quæsturæ, *l. si mandator iu sum. et ibi Paul. Castr. C. quod cum eo. Affl. decis. decis.* 308. *post num.* 53. etiam si ignorauerint talem esse præpositum, idem *Paul. Castr. in l. fin. et ibi Ias. C. de exerc. et instit. act.* vbi etiam *Saly.* licet *ibi gloss.* contrarium teneat, cui respondit *Bar. in l. Quintus Mutius ff. de mand. Boer. decis.* 221. *num.* 14. videndus. Vel quando filius habuit officium
3 authoritate publica respiciens publicam vtilitatem, aut cum expressa voluntate patris, aut tacita, quia non contradixit, & tunc in solidum tenetur de peculio reipublicæ de officijs, quæ filio in potestate deferuntur de iure communi, excusso tamen prius filio, *l.* 2. *& ibi gloss. sing. & l. libertus, §. filium ff. de municip. & l.* 1. *& ibi gloss. Odoffr. & Io. de Plat. C. de decur. lib.* 10. *l. si filiusfam. ff. de admin. rerum ciuit. pertin. & l.* 1. *& ibi Bal. C. de conueniend fisci debitor. Alex. in consil.* 32. *colum.* 3. *versic.* 2. *principaliter lib.* 4. *Martin. Lauden. in tract. de officio princ. §.* 98. *& §.* 106. *Boer. in d. decis.* 221. *num.* 7. *& sub numer.* 8. ratio est, quia in officijs publicis pater pro filio tanquam fideiussor tenetur, *per d. l.* 2. &
4 dicit Boer. *decis.* 217. *post num.* 11. *in fin.* & an post mortem patris cohæredes teneantur iuxta *l. si vni. §. idem scribit, ff. de fam. ercisc. & l. Lucius, §. idem respondit, ff. ad municipal.* videndus, *Socy. in cons.* 31. *colum.* 6. *in ver.*
5 *quamuis, lib.* 1. secus si pater † expresse contradixerit, *Boer. d. decis.* 221. *num.* 3. vel de iure speciali in priuatis officijs, *l.* 1. *in fin. C. de muner. & honor. et ibi Ludou. Bologn. in primis interpretationibus, dicit etiam Boer. d. decisione* 221. *numer.* 8. & quia ista materia non est præsentis speculationis, videnda.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias, ex contractibus celebratis tempore patria potestatis, effectus sui iuris, aut in adoptionem datus, vel institutus vltra legitimam sibi debitam, non potest conueniri nisi quatenus facere potest deducto ne egeat: & deducit quod debetur alijs creditoribus priuilegiatis, & illud quod debet postquam factus est sui iuris & num.* 5. *&* 9.

2 *Filius familias effectus sui iuris nouus homo est.*

3 *Filius familias priuilegium deducto ne egeat habet miserationis causa, & summa æquitate.*

4 *Donator detrahit omne æs alienum, nisi simili causa debeatur.*

5 *Filius familias effectus sui iuris non detrahit, nisi debitum magis priuilegiatum, & debitum per eum postea factum.*

6 *Filius familias habet beneficium deducto ne egeat, etiam contra creditorem pauperem & in maiori paupertate constitutum.*

7 *Qui releuatur in vno, in alio grauatur, & è contra.*

8 *Filius familias effectus sui iuris habet beneficium, deducto ne egeat.*

9 *Mutuans pecuniam filio familias, mortuo patre, contra hæredes habet actionem in solidum cum effectu, si non est hæres vltra legitimam.*

10 *Libellus contra habentes beneficium, deducto ne egeat, in solidum fieri potest, sed in quantum facere possunt condemnari debent.*

11 *Filius familia hæres institutus ex parte non modica, in solidum conueniri potest*

Filiu familias institutus pro hæreditaria portione habet beneficium, deducto ne egeat ibid nu. 11.

12 *Modica pars quomodo consideretur.*

13 *Filius familias beneficio, deducto ne egeat renunciare potest.*

14 *Filius familias effectus sui iuris habet beneficium, deducto ne egeat, non obstante quod in solidum condemnatus fuit tempore patria potestatis.*

15 *Beneficium, deducto ne egeat, habet locum contra actionem iudicati, non obstante statuto dictante, quod nulla exceptio obijci possit.*

16 *Exceptio nulla opponi potest in Regno Siciliæ contra instrumentum habens viam executiuam.*

17 *Exceptio, deducto ne egeat, non est contra instrumentum, sed ad moderandam executionem.*

18 *Beneficio, deducto ne egeat, filius familias potest renuntiare.*

L. AIT PRAETOR.

In eum, qui emancipatus, aut exhære-
datus erit, quiue abstinuerit se hæ-
reditate eius, cuius in potestate, cum
moreretur, fuerit; eius rei nomine,
quæ cum eo contracta erit, cum in
potestate esset, siue sua voluntate,
siue iussu eius, in cuius potestate
erit, contraxerit; siue in peculium
ipsius, siue in patrimonium eius,
cuius in potestate fuerit, actionem
causa cognita dabo in (id) quod
facere potest; & si citra emanci-
pationem sui iuris factus sit, vel
in adoptionem datus, deinde pa-
ter naturalis decesserit; item si quis
ex minima parte sit hæres institutus;
æquissimum est, causa cognita etiam
in hunc dari actionem in id, quod fa-
cere potest.

QVÆSTIO VI.



1 ILIUSFAMILIAS † effe-
ctus sui iuris tā
per emancipa-
tionem, quām
per dignitatem
vel si exhæreda-
tus, vel institu-
tus, & absten-
tus, vel si in hæ-
reditate non
erit nisi nudum
nomen, aut in adoptionem datus fuerit, vel
in modica parte hæres institutus fuerit non
tamen vltra legitimam sibi debitam de iure,
ex contractibus celebratis tempore patriæ
potestatis, non potest conueniri nisi quate-
nus facere potest, deducto ne egeat, *l. ait præ-
tor ff. quod cum eo; vt sup.* potest etiam dedu-
cere quod debetur alijs creditoribus priuile-
giatis, & illud, quod ab eo debetur postquam
factus est sui iuris, *tex. est in l. sed an hic detrahi
debeat ff. eo. & gloss. in dicta l. ait prætor, vbi
Cy. Bar. & Paul. Castr. num. 2. facit l. si ex alio
contractu, & ibi Bal. C. quod cum eo, Salyc.
in dicta lege, ait prætor, & in lege, si filius, ff.
eod. Ioan. de Plat. in §. sunt prætoriæ, in fin.
de act. l. interdum, ff. de re iud. Brun de cess.
bonor. quæst. 3. prin. num. 8. Flamin. Cartar. de-
cis. 7. num. 1. Socy. in suis reg. iur. 159. vers. ta-*
*men si d. patre emancipatur, Carroc. exception.
25. numer. 64. fol. 58. Paschal. de patr. potest.
cap. 9. n. m. 17. fol. 209. & fol. 377. lib. 2. Marc.
Ant. de Amat. decis. 16. num. 9. Vinc. de Franc.
decis. 182. post num. 5. Cepoll. cautel. 14. Felic.
de societ. cap. 6. numer. 20. Vrsill. ad Affl. decis.
sion. 208. numer. 20. Tusc. tom. 3. lit. E. con-
clus. 382. num. 31. Carauit. Rit. 166. num. 79.
secundum eum num. 7. Minad. cons. 17. num. 4.
Tartagl. in prax. ciuil. cap. 1. n. 30. in fin. Gasp.
Baet. de inop. debit. cap. 4. n. 24. Giurb. dec. 42.
n. 1. & per totam, Mut dec. 95. num. 4. Ant. Mo-
nach. de execut. in vestib. cap. 12. n. 83.* ratio est,
2 quia † effectus sui iuris nouus homo est, vt
*Franch. d. dec. 182. n. 5. & dec. 70. & dec. 164. &
921.* & propter mutatum eorum statū, *Giurb.
d. dec. 42. post n. 10. Surd. de alim. q. 78. nu. 36.
Paris. cons. 94. n. 43. vol. 1. Cartar. d. dec. 7. n. 10.*
3 Ex quo dicunt aliqui, quod † illud benefi-
cium fuit concessum filijsfamilias miseratio-
nis causa, & summa æquitate, *Azo. in sum-
ma C. qui bonis ceder. poss. in princip. Pet. de
Vzol. in tractat. seu pract. art. notarias. in Rubr.
de filiofam. Franch. d. decis. 182. num. 7. not. Ro-
nit. ad prag. Regn. Neapol. tit. ad Maced. n. 25.
Giurb. d. decis. 42. num. 6.* sed *numer. 18. 19. 20.*
contrarium dicit *Paris. cons. 94. num. 43. vol. 1.
Carta. d. decis. 7. num. 10.* quia se obligant re-
uerentia paterna, vt ibi *Franc. Alber. d. Ro-
sat. in l. Pomponius num. 4. l. 2. & ibi Bar. ff. de
negot. gest.* nec obstat illud quod per Docto-
res dicitur in *l. inter eos §. is quoque ff. de re
iudic.* quod æs alienum non detrahit nisi do-
4 nator, quia † donator detrahit æs alienum e-
nim tamen causa debeatur, & notaui *inf. quæ-
stione 12.*
5 Sed † filiusfamilias effectus sui iuris, non
detrahit nisi debitum magis priuilegiatum,
& debitum postea factum, vt *gloss. in d. l. sed
an hic in vers. ratione. in fi. ff. quod cum
eo, & ibi Bar.* & huiusmodi † priuilegium
6 hēt filiusfamilias etiam contra creditorem
pauperem, & in maiori paupertate constitu-
tum, *Paris. cons. 94. numer. 5. C. quod cum eo,
Alex. ad Bart. in Rubr. C. quod cum eo, Bertach.
in vers. filius conuenitur versic. 25. & Brun. loco
cit.* magis communem dicit *Surd. de alim.
tit. 1. q. 78. n. 36. Giurb. d. dec. 42. n. 2. 3. & 6.
Bald. in d. l. 2. post n. 5. in fi.* ratio est prop-
ter mutationem status, & quia † creditor re-
7 leuatur in vno, scilicet quod restituitur sibi
actio vtilis contra filium, secundum *Bar. in
Rubr. quod cum eo.* vnde in alio grauari debet
quia quando in vno releuatur, in alio gra-
uatur, & è contra, *Ancha. cons. 411. post n. 5. in
fi. l. eum qui ff. de iureiu. auth. contra propriā C.
de non nu. pec. & l. 1. ff. ex quib. caus. maior. Bal.
in l. 2. C. quod cum eo, Alex. in add. ad Bar. in
Rubr. quod cum eo, ff.* & † sic filius familias
8 effectus sui iuris gaudet isto beneficio vt su-
pra notaui, & dicit etiam *Bart. in lege, si
filiusfamilias soluto matrimonio, lege, deni-
que, §. sed verum versicul. proinde ff. de mi-
norib. 25. ann.* etiamsi vna cum patre ad

foro-

sororis dotem se obligasset, & ita fuit deci-
sum per M. R. C. & per Consistorium sen-
tentia prædicta confirmata, vt refert *Giurb.*
9 *dec.45.in fin. & notaui num.14.* & † mutuan-
ti pecuniam filio familias, mortuo patre,
competit actio contra hæredem patris inso-
lidum cum effectu, & contra ipsum filium,
in solidum, sed non cum effectu si non est
hæres vltra legitimam sibi debitam de iure
naturæ, *l. nam & si parentibus, de inoff. testa*
tex. & Doctores in l. quoniam in prioribus, &
l. quoniam nouella, C. eodem tit. & sup. not. in
prin. ratio est, quia habet istud beneficium,
Paul. de Cast. in l. pater filio, ff. quod cum eo,
nisi pecuniam creditam non in causam pa-
tris, sed in proprios vsus magno dispendio
consumpserit: non enim est æquitatis beni-
gnitas, quæ beneficium hoc tribuit filijs fa-
milias, dixit *Giurb. dec.43. num.16. ex Azo.*
in summ. titu. quod cum eo, Paris. dict. cons.94.
num. 43. volum. 1. Carta. d. dec. 7. numer.10.
& sic filius familias beneficium istud sibi de-
bitum non amittit, si creditam cum patris
sui voluntate sibi pecuniam, in rem patris
conuertit, & ita fuisse iudicatum in fauorem
filij, refert *Giurb. d. dec. 43. numer.34. in fin.*
10 & † isto casu libellus, tam contra filium, quam
contra omnes alios, istud beneficium haben-
tes potest fieri in solidum, ex quo non est
necesse ponere in libello, in quantum facere
potest, *Campeg. in tract. de dot. quæst.200. p.3.*
sed in quantum facere potest condemnari
debet, *Bart. in l. maritum, num. 3. ff. so. ma-*
trim. in l. sunt, qui num. 13. ff. de re iudic. l. pen.
ff. quod cum eo, vbi Bald. & Gugl. de Cun. l. ex
diuerso, §. fin. ff. solut. matrim. l. Nesennius §.
fin. ff. de re iud. Bart. in l. si dubitetur, ff. de fi-
deiuss. Ratio est, quia cum venerit ad pin-
guiorem fortunam, libellus non erit iterum
faciendus. *Gugl. de Cun. in d. l. pater filio, &*
ibi Paul. Castr. & Bart. in d. l. si dubitetur §. fi-
lius familias, in prin. vers. quæro autem vtrum,
idem Bart. in d. l. maritum, nu.13. & ibi Salyc.
& in d. l. ex diuerso num. 11. Bal. in d. l. 2. C.
quod cum eo, Iac. Butr. in d. §. præterea, idem
Bar. in l. verum ff. pro soc.

11 Si verò † ex parte non modica hæres filius
scriptus sit, in solidum conueniri potest, ni-
si fuerit institutus pro hæreditaria portione,
quia interdum habet beneficium ne conue-
niatur vltra quam facere potest, *ut tex. est &*
ibi Bar. in d. l. sed & si, & debet conueniri in-
12 specta illa parte modica; & † pars an sit mo-
dica, vel non, consideratur quò ad debitum,
non quò ad substantiam partis hæreditatis,
dixit *gloss. in d. l. sed, & si, vers. conueniri.* Et
13 an † possit filius familias tali beneficio re-
nuntiare, *inf. num.18.*

14 Item † filius familias effectus sui iuris ha-
bet istud nostrum beneficium, si tempore pa-
triæ potestatis insolidum fuerit condemna-
tus pro debito per eum contracto, quia iu-
dicati actio, in id quod facere potest, dan-
da est, *l. si filius familias, in fin. ff. quod cum*
eo: ex quo tali casu non inspicitur tempus
quo lata fuit sententia, scilicet patriæ pote-
statis, quo tempore non habebat istud bene-
ficium, *Pau. Castr. in l. ait prætor post num.2.*
vers. secundo requiritur, & ibi gloss. in ver. ait
prætor ff. quod cum eo, Paris. d. cons.94. nu.12.
43. 53. & 64. vol.1. Minad. cons.17. num.5.
Giurb. post alios d. dec. 43. num. 22. sed tem-
pus quo fit exequutio: quia licet primo tem-
pore non esset in statu quo possit sibi com-
petere, si tamen reperiatur secundo tempo-
re sui iuris, potest illud opponere, secundum
15 *Castrens. loco cit.* cum † istud beneficium ha-
beat locum contra iudicati actionem, etiam
si esset statutum dictans quod contra instru-
mentum guarentigiatum, per quod filius re-
16 peritur obligatus, nulla † exceptio obijci
possit; prout est in Regno Siciliæ nostro, quod
contra instramentum habentem viam exe-
cutiuam nulla exceptio opponi possit, nisi
realis solutionis, *cap. Ritus 102. Reg. Alfons.*
17 ratio est, quia † ista exceptio non est contra
instrumentum, nec eius executionem, sed
ad moderandam executionem, *vt notaui su-*
pra in 1. p. proœm. & 2. p. ampl.1. cir. fin. tex.
est in d. l. si filius familias, & ibi Bar. et Castr.
Felyn. in c. exceptionem, col.14. vers. item fal-
lit, de except. Roma. cons.300. Socy. cons.221.
col.5. Paul. Castr. in l. si post num.5. vers. item
sequitur, et ibi Bal. num.15. vbi etiam Docto-
res, C. de iur. et fact. igno. Ang. et Imol. in l. si
fideiussores §. idem respondit ff. de fideiuss. vel si
filius post contractum fuerit emancipatus,
quia non insolidum, sed quatenus facere po-
test conueniendus est, *Bal in l. si ex filio. C.*
quod cum eo, vbi mutatio status æquiparatur
morti patris, & emancipationi, sequitur ibi
Salyc. Carpan. ad stat. Mediol.416. num. 208,
Cepoll. d. auth.14. Carau. ad d. pragm Neap.
tit. ad Maced. §.12. num. 63. vsq; ad 71. Giurb.
d. dec. 403. num.23. nisi dolo fecerit, idem
Giurb. d. dec.43. num. 24. per Tusc. d. concl.
3 2. Soc. in suis reg. iur. reg.16. Caroc. dec.1.
num.15. Paris. d. cons.94. vol.1. & ex hoc no-
tatur, quod emancipatio non est facienda
in continenti, sed post aliquod spatium, vt
dixit ibi *Giurb. d. decis. 43. post num.24. in fi.*
18 & † huic priuilegio filius renuntiare potest,
dixit *Franc. decis. 104. num.7. Giurb. dec.42.*
numer. 8. et 14. Alber. in Rubr. quod cum eo,
Paris. consil. 94. numer. 45. Carau. Rit. 166.
numer.79. Tepat. lib.1. var. tit. quod cum eo,
column. 2. ratio est, quia quilibet potest fauo-
ri suo renuntiare, *l. si Iudex, C. de minorib,*
lege, si quis in conscribendo C. de pact. Franch.
dec.540. num.40. Giurb. loco cit. numer.8. post
multos.

Et sic non obstant Doctores dicētes quod
istud beneficium est concessum filijs familias
miserationis causa, vt supra dixi: primo, quia
beneficium miserationis causa concessum,
à miserabili renuntiari non potest, *Giurb. d.*
decis.42. num.5. post multos: secundo, quia
si istud beneficium concessum miserationis

causa filijs familias esset, non admitteretur aduersus actores eiusdem paupertatis, & conditionis, secundum *Bal. in d. l. 2. num. 5. Giurb. d. decis. 42. sub num. 3. Bar. in l. maritum, nu. 4. ff. solut. matrim. ibi Alexand. & Ias. num. 20. Barb. num. 97. num. 12. Ladereb. cons. 30. n. 70. Costa subsid. remc. 28. arg. num. 7. Marc. Ant. Gennens. cap. 3. num. 14. in prax. Archiep. dicit magis communem. Surd. de alim. titul. 1. q. 78 num. 34. & 36.* ratio est ista, nam cum actor, & reus sint eiusdem priuilegij, potentior est actor, qui certat de damno euitando, quam reus, qui certat de alterius debito retinendo, *arg. l. non debet actori, ff. de reg. iur. §. in re, & l. 2. §. proinde, de eo quod cert. loc. & de iur. delibe. l. fin. §. si vero creditori, in fin. & not. in quæst. 1. fall. 4.* sed per istud priuilegium est prouisum filijs familias, & eorum creditoribus, & vtrisque consuluit prætor cum viderit contrahentes cum filiofam. esse deceptos, quia ex iuris dispositione filijfamilias sui iuris effecti, ad nihilum tenerentur, *per tex. in l. 2. §. 1. ff. de capit. diminu.* & ne creditores sint in damno, statuit prætor, quod non in solidum, nec in virilem, prout de iure ciuili, sed eatenus quatenus facere possunt, quia satis est actori quod contra iuris rigorem agat, modificato modo, dixit *Bal. in d. l. 2. num. 5. in fin. Odoff. in Rubr. quod cum eo, & Bar. & Castr. ibi Franch. d. decis. 182. & 221. num. 10.* quos sequitur *Giurb. d. decis. 42. n. 10.* & sic filiusfamilias potest expresse cum iuramento isti beneficio renuntiare, & ita decisum fuit per M. R. C. vt dicit *Giurb. d. dec. 42. num. 30. in fin.*

Nec obstat generalis renuntiatio facta cum iuramento: quia non est verisimile quod voluerit per tale iuramentum ea tollere, quæ in eius fauorem sunt introducta; & licet iuramentum maius addat robur, legis tamen authoritatem non tollit, quæ semper intelligitur excepta, *c. venientes de iureiur. l. fin. vbi Bart. ff. ad municip. Oldr. consil. 97. Giurb. post alios dicit d. decis. 42. num. 19. 28. & 29. & notaui in quæstion. 1. fall. vltima, in fine.*

S V M M A R I V M.

1 *Filius familias maritus soluto matrimonio habet beneficium, deducto ne egeat.*

A M P L I A T I O
Prima.

1 

RIMO † amplia in filiosfamilias marito, qui soluto matrimonio actione de dote conuentus non exigitur, vltra quam facere potest, deducto ne egeat, *Bapt. de S. Blas. de priuileg. dot. cent. 2. num. 81. Bar. in l. si filio la 2. num. 2. §. si cum dotem, ff. solut. matrim.*

S V M M A R I V M.

1 *Filius patri non tenetur vltra quam facere potest deducto ne egeat. Ampl. etiam in matre. num. 2.*

A M P L I A T I O
Secunda.

1 

ECVNDO † amplia in filio obligato patri, qui non tenetur patri vltra quã facere potest, *gloss. in l. 2. C. quod cum eo, tex. in §. sed; & si quis, & ibi Io. Oinot. numer. 1. vers. è contrario de action. arg. l. si dubitetur §. filius, ff. de fideius. Surd. de alim. part. 1. quæst. 78. nu. 5. Pasch. de patr. potest. d. cap. 19. numer. 17. & seq. & Carroc. de except. 25. Monach. d. cap. 12. n. 45. Amat. d. decis. 16. num. 9. Thesau. decis. 113.* ratio est ibi, quia in filio militat ratio excipiendi de dolo, quæ militat in patre erga filium,
2 nec matri filius tenetur vltra quam facere potest, *gloss. in l. liber captus in verb. concesso, & ibi Bal. C. de captiuis & postlim. reuers. & notaui in quæst. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Libertus contra patronum habet beneficium, deducto ne egeat.*

AMPLIATIO Tertia.

1 ERTIO † ampliatur in liberto, qui contra patronum habet etiā huiusmodi nostrum beneficiū quod conueniri nō potest vltra quam facere potest, deducto ne egeat, *gloss. in §. sed, & si quis, et ibi Io. Oinot. num. 3. in fin. vbi etiam Zas. numer. 4. de action. Surd. de alim. par. 1. quæst. 78. num. 8.*

S V M M A R I V M.

1 *Filius, cuius pater bonis cessit, habet beneficium deducto ne egeat. contra num. 5.*
2 *Filius cuius pater bonis cessit, etiamsi non confecit inuentarium, non tenetur in solidum.*
3 *Filius repræsentat personam patris.*
4 *Hæres, & defunctus vna & eadem persona censentur.*
5 *Beneficium, deducto ne egeat, est personale & ad hæredes non transit.*

AMPLIATIO Quarta.

1 VARTO † amplia in filijs illorum, qui bonis cesserunt, conuentis, vt hæredibus patris à creditoribus, quia gaudent beneficio cessionis bonorum, vt eorum pater gaudebat, *Bal. in l. fin. de cessio. bon. Muta super c. Regni Siciliæ cap. 190. num. 1.* & per consequens gaudent isto nostro beneficio, quia qui bonis cedit, de bonis postea acquisitis tenetur in quantum facere potest, deducto ne egeat, *vt infra not. quæst. 13. per l. is qui bonis cesserit, ff. de cessio. bon.* sed filij hæredes gaudent beneficio cessionis, sicut eorum patres, ergo de bonis postea acquisitis per eorum patres, habent istud beneficium: quia istud beneficium est concessum ratione cessionis bonorum & in tantum hoc est verum,
2 quod, † si non confecerunt inuentarium, in solidum tamen non tenentur; quia omnia fuerunt consignata creditoribus in ipsa cessione bonorum, *Bal. in dict. l. fin. et Muta d. cap. 190.* & filij succedunt in bonis postea acquisitis in quibus pater habet istud bene-
3 ficium, ergo & filij, † qui repræsentant personam patris, *l. fin. §. si quis, C. de nupt. lege, cum similibus, C. de agric.* & defunctus
4 † & hæres, vna & eadem persona censentur. *gloss. et Doctores in l. fin. C. de hæred. instituen.* & si defunctus super dictis bonis habebat istud beneficium, ergo & hæres: sed contrarium tenet *Brun. de cessio. bon. quæst. 6. quæst. 4. princ. post numer. 9.* ratio est ibi, quia istud benefi-
5 cium est personale, & ad hæredes non transit, *vt not. supr. quæst. 3. in princip. vers. et istud beneficium.*

S V M M A R I V M.

1 *Filius familias obligatus pro licito contractu tenetur in solidum.*

FALLENTIA Prima.

1 RIMO † fallit quando filiusfamilias se obligauit pro licito contractu, quia in solidum obligatur. *textus est, et ibi Saly. in leg. si ex alis, C. quod cum eo, &c.*

S V M M A R I V M.

1 *Filiusfamilias contrahens matrimonium faciens se patrem familias cum iuramento amittit beneficium, deducto ne egeat, ratione doti.*
2 *Lex, seu statutum non succurrit dolosis, sed deceptis imbecillitate consilij.*
3 *Legem non inuocat qui in eam committit.*
4 *Debitor negans debitum, non gaudet beneficio cessionis bonorum.*
5 *Fideiussor, negans fideiussisse, non gaudet beneficio excussionis.*
Negans an gaudeat beneficio Macedoniani. ibi. n. 5.
6 *Filiusfamilias, decipiens creditorem proprio dolo non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*
7 *Causa iusta mendacij non facit amittere beneficium.*
8 *Debitor negans ex causa iusta debitum, si ante sententiam pœnituit, gaudet beneficio cessioni bonorum.*
9 *Sciens decipi non videtur.*

FALLENTIA
Secunda.

1 
ECVNDO † fal-
lit si filius fami-
lias mentitus est
cum contrahe-
ret cum aliquo,
se patrem fami-
lias esse, proprio
dolo dicens ani-
mo decipiendi,
sicut minor quã-
do animo deci-
piendi se maio-
rem dixerit cum iuramento, quia tunc dolus
non debet prodesse, dixit *Milanen. decis.* 13.
num. 20. 29. *&* 30. *lib.* 2. *Ang. firmat in con-*
2 *sil.* 160. *num.* 5. mouetur ratione quia † lex
vel statutum non voluit succurrere dolosis,
sed deceptis imbecillitate consili propter
ætatis lubricum, *Socy. iun. cons.* 30. *num.* 47.
Lambert. in tract. de contractib. gloss. 8. *nu.* 64.
& 75. *Ruy. cons.* 103. *num.* 413. *num.* 4. *Ma-*
scar. de probat. concl. 102. *num.* 73. *lib.* 2. *Odd.*
Sfort. de rest. in integ. quæst. 24. *art.* 6. & eo
casu effectus sui iuris in solidum tenetur *l. eũ*
qui, & ibi Bar. & Paul. Castr. & l. sed, & si
ex parte, vers. vt puta, & ibi gloss. in versic.
propter mendacium, ff. quod cum eo, Giurb.
3 *dec.* 43. *num.* 1. ratio est, quia † non inuocat
legem, qui in eam committit, vt ibi *gloss. et*
l. auxilium, in fin. ff. de minorib. & sic punitur
mendacium, *l. qui cum se, ff. de re iud. l. quid*
enim, ff. de dolo, l. fin. C. de calumn. text. et
gloss. in l. 1. *C. ad Maced. Carol. de Gras. in*
tract. de except. 17. *num.* 16. vbi dicit, quod
4 † debitor, negans debitum, non gaudet be-
neficio cessionis bonorum, *Affl. dec.* 379. *n.* 1.
Soc. in suis regul. iuris reg. 343. *in* 7. *fall. Ne-*
uiz. consil. 59. *numer.* 8. *Brun. à Sole quæst.* 9.
num. 27. *Brun. de cess. bon quæst.* 9. *prin. nu.* 1.
5 *et* 2. sicut † etiam in fideiussore, qui negat
se fideiussisse, quia non gaudet beneficio ex-
cussionis, *Angel. in l. si fideiussor, ff. de fideius.*
Bal. in auth. contra qui propriam, C. de non
num. pec. Grat. cons. 163. *num.* 44. *lib.* 2. *Asin.*
in pract. execut. §. 21. *cap.* 2. *ampl.* 1. 22. *am-*
pliationis principalis: licet *Spec.* dicat *in* §. 4.
vers. hoc etiam, quod tali casu potest vti be-
neficio Macedoniani *in tit. de excep. & in* §. 8.
vers. item est nulla, de actor. Bertac. in verb. fi-
6 *lius familias conuenitur, vers. pen.* & quod †
filius familias decipiens creditorem pro-
prio dolo, non gaudet beneficio, dixit *Alex.*
in cons. 109. *post n.* 13. *vers. tamen fallit lib.* 4.
vbi filius familias, decipiens creditorem,
non gaudet beneficio statuti, *Giurb. d. dec.* 43.
num. 1. *&* 3. *Franch. decis.* 264. *numer.* 11. *&*
26. *& dec.* 221. *num.* 13. *Paris. cons.* 94. *nu.* 8.
13. 43. *&* 54. *vol.* 4. *Vrsil. dec.* 308. *num.* 20.
Ferreit. caut. 14. *Carroc. decis.* 1. *numer.* 15.
Imò si ex sola culpa filius familias faciat, à
beneficio excluderetur, *ex Croto aixit Paris.*
7 *d. num.* 13. secus quando † adest iusta causa
negandi, *Bal. in l.* 1. *C. qui bon. ceder. poss. c.*
cum quis in ius succedit. de reg. iur. in 6. *Affl.*
8 *d. dec.* 379. *num.* 2. vbi dicit, quod fuit nota-
tum in Consilio, quod quando debitor ha-
bet iustam causam negandi, & ante senten-
tiam pœnituit, & confessus fuit debitum, di-
cendo se ciuiliter, & naturaliter teneri, gau-
det beneficio excussionis bonorum, & nota-
ui *quæst.* 1. *fall.* 6. vel si aduersarius, cum quo
filius familias contrahit scit filium familias
9 esse: ratio est, quia † sciens decipi non vide-
tur, *Milanens. d. dec.* 13. *num.* 32. *per Lam-*
bert. d. gloss. 8. *num.* 75. *et not. gloss.* 1. *in d. l.* 1.
C. ad Maced. etiamsi interuenerit iuramen-
tum, *Mascard. d. concl.* 161. *num.* 83.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias, effectus sui iuris, pro suis debitis contractis ex delicto tempore patriæ potestatis, non gaudet beneficio, deducto ne e eat.*

FALLENTIA
Tertia.

1 
ERTIO † fallit
quod filius fami-
lias effectus sui iu
ris, pro suis debi-
tis ante contra-
ctis ex delicto,
non gaudet isto
beneficio, *l. sed et*
si ex parte, et ibi
gloss. in ver. ex de-
licto ff. quod cum
eo, gloss. in l. 3. *et ibi Bar. C. rerum amotar. idem*
Bar. in l. maritum in 1. *oppos. ff. so ut. matrim.*
& ratio est supra dicta, quia non inuocat le-
gem, qui in eam committit *gloss. in d. l. sed,*
et si, & notatur in præcedenti fall. *Socyn. re-*
gul. 157. *fall.* 1. *l. sed, et si ex parte,* §. *quamquam*
ff. quod met. caus.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias conuentus post longum tempus, infra quod tempus facere potuit & dolo desijt, non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

FALLENTIA
Quarta.

1 
VARTO † fallit nisi post longum tempus vel multos annos conueniatur, infra quod tempus facere potuit, & desijt dolo facere posse, quia in isto casu non gaudet isto nostro beneficio, & in solidum conuenitur, *l. sed, & si ex parte, §. sed an etiam, & ibi gloss. in verb. habendum esse, in prin. ff. quod cum eo, Monach. de exequut. in vestib. d. c. 12. post num. 57.* alias secus sine dolo. & istud tempus longum remittitur arbitrio Iudicis, *vt ibi gloss. in fin. secundum Accurs.*

SVMMARIVM.

1 *Filius familias effectus sui iuris incontinenti post contracta debita non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*
2 *Imperator recipiens Coronam Romæ liberat Præfectum à debitis suis ex consuetudine.*
3 *Præfectus Romæ contrahens debita multa sciens Imperatoris aduentum, non est liberandus ab Imperatore à debitis.*
4 *Dolis, & fraudibus est obuiandum.*

FALLENTIA
Quinta.

1 
VINTO † fallit nisi filius familias incontinenti post contracta debita faciat se emancipari, quo casu nō gaudet isto beneficio, *Soc. reg. 157. fall. 2. Monach. de exequut. in vesti. d. c. 12. post num. 17.* ratio est, quia præsumitur dicta debita contraxisse in fraudem, & sequens emancipatio ipsum non iuuat, *l. 1. & ibi notat Bar. ff. si quis testam. liber esse iuss. fuerit*, vbi dicit,
2 quod de consuetudine est, quòd † quando Imperator recipit Coronam Romæ, liberat Præfectum Vrbis ab omnibus debitis suis, &
3 † si Præfectus, sciens de aduentu Imperatoris, contraxit multa debita, Imperator non tenetur eum liberare ab illis debitis, & ad hoc allegatur *tex. in l. omnia, §. cum ita legatur, ff. de legat. 3. & in l. contra legem, & quod ibi notatur per Doctores de leg. & senat. conf.* per rationem prædictam, quia in fraudem
4 præsumitur, & † dolis, & fraudibus obuiandum est, *Io. Grinell. decis. 48. num. 1. Molfes. ad consuet. Neap. p. 2. quæst. 5. num. 23. tit. de bonis. Franch. dec. 439. num. 76. nos. quæst. 7. post num. 19. per Giurb. dec. 43. post num. 17. & dec. 36. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Creditores contrahentes cum filio familias ratione bonorum patris, quæ ad eum deuenire sperant, omnia consequuntur, & filius nil deducit.*
2 *Filius nec conueniri, nec carcerari potest vltra bona, quæ habuit quorum creditores cum eo contraxerunt.*

FALLENTIA
Sexta.

1 
EXTO † fallit in filio familias, qui habuit bona paterna quorum contemplatione cōtraxerunt creditores, sperantes ea deuenire ad filium, quo casu conuenitur filius vsque ad vnicum nummum,
2 ex quibus nihil deducere potest: secus vltra ea bona, quia nec conueniri, nec carcerari potest, *Paul. Cast. in l. ait prætor, vers. in bonis autem col. 2. ff. quod cum eo, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Filius familias sui iuris effectus non habet beneficium deducto ne egeat, si tempore, quo contraxit habebat bona castrensia, vel quasi, aut bona aduentitia.*

FALLENTIA
Septima.

1 
EPTIMO fallit in filio familias, qui tempore, quo contraxit cum creditoribus, habebat bona castrensia, vel quasi, aut bona aduentitia, in quibus sui iuris effectus non habet beneficium nostrum, deducto ne egeat.

ratio

ratio est, quia bonorum contemplatione creditores cõtraxerunt, *Paul. Castr. in d. l. ait prætor, in fin. ff. quod cum eo*, & notaui in præcedenti ampl. *Pet. Frider. in tract. de mand. fin. claus. c. 62. num. 4. & Roffr. in tract. de ord. iud. p. 7. Rubr. de senatusc. Macedo. num. 2. dixit Grass. de except. excep. 27. num. 16. Muta dec. M. R. C. 94. post nu. 4. & seq. Vinc. de Franc. decis.* 181. vbi dicit, quòd ita decisum fuit. *Carauit. in prag. Reg. Neap. tit. ad Macedon. §. 5. numer. 20. Pascbal. in tract. de viribus patria potest. c. 6. nu. 125. Tepat. lib. 1. var. sent. tit. de senat. Maced. Tusc. in pract. concl. iur. verb. filius familias concl. 362. numer. 50. tom. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Filius familias, recipiens dotem sine iussu patris, in solidum tenetur, actione de dote, & pater de peculio.*
2 *Filius familias recipiens dotem est in solidum exigendus respectu substantiæ obligationis, sed in quantum facere potest debet condemnari.*
3 *Filius familias recipiens dotem sine iussu patris, non deducit de peculio, sed patri debetur ibid. num. 2*
4 *Filius conuentus alia actione quàm de dote, in solidum tenetur.*
5 *Filius potest cedere bonis.*
6 *Filius familias maritus habet beneficium deducto ne egeat.*
Exequutio in peculio filij familias de dote fit insolidum.
Peculium filij familias, de quo pater administrationem habet non reputatur patrimonium patris. ibi. num. 6.
7 *Pater inops si non potest alimenta præstare de peculio filij familias deduci debet habita ratione ne egeat.*
8 *Condemnatio filij familias in quibus casibus prodest mulieri.*

FALLENTIA Octaua.

1 

CTAVO † fallit quando filius familias dotem recepit sine iussu patris, quia tenetur eo casu actione de dote in solidum; pater autẽ eius de peculio, *l. filio familias data est, & ibi Bar. num. 1. ff. sol. matrim.* Et hoc verum est, siue habeat in peculio res, vel pecuniam dotalem, siue non: &

2 † licet filius familias dicto casu teneatur in solidum, tamen insolidum exigitur respectu substantiæ obligationis, sed in quantum facere potest condemnari debet: scilicet peculio tenus, non deducto aliquo ære alieno, scilicet quod patri debetur, *vt d. l. si filio familias in gloss. in verb. condemnandus est*. Nec consideratur in conuentione filij an adhuc sit res dotalis, vel non, vt consideratur quando pater conuenitur, *vt l. bona fidei, §. de pecul. l. 3. §. si filio, ff. commod.* secus † si filius
3 conueniretur alia actione, quam de dote, quia tunc insolidum teneretur, *l. si quis cum filio, ff. de pecul. Bar. in d. l. si filio familias n. 5. & 6.* & executio fit in personam filij, quæ fieri potest etiam in peculio.

4 Ratio † est, ex quo filius potest bonis cedere, *vt l. pen. C. qui bon. ceder. poss. Bart. in d. l. si filio familias post num. 8. vers. malum*; sed iste filius familias conuentus de dote, est cõuentus vt maritus, & maritus habet istud
5 beneficium, *vt not. in quæst. 31.* ergo † & filius familias maritus, quia non debet esse minoris conditionis, quam si esset sui iuris, quo tempore haberet istud beneficium, ergo & quando non est sui iuris, condemnari debet quatenus facere potest, deducto ne egeat, & non in solidum, *Paul. Cast. in d. l. si filio familias numer. 1. & 2. & ita Albe. de Rosat. ibi num. 1. ff. solut. matr.*
6 Sed respondetur, quod executio fit in peculio castrensi, vel quasi, aut in profectitio: quia licet pater habeat administrationem peculij profectitij, tamen non reputatur patrimonium patris, *l. 3. §. sed vtrum, ff. de mino-*
7 *rib.* sed † si pater est inops, & non potest alimenta præstare, tunc de peculio deduci debent, habita ratione ne egeat, *Paul. Castr. in d. l. si filio familias, numer. 3. 5. & 6 & ibi*
8 *Albe. de Rosat.* ad hoc est notanda *gloss. ibi, in verb. condemnandus est*, quæ dicit, quod † condemnatio filij prodest mulieri in tribus casibus; in isto casu, scilicet, quod pater potest conueniri actione in factum, de re iudicata, de peculio. *l. 3. §. sed & si filius ff. de pec.* Secundo, quia factus sui iuris potest conueniri sine alijs probationibus, *l. 2. ff. quod cum eo.* Tertio, quia currunt vsuræ centesimæ, post quatrimestre tempus, *l. fin. C. de vsur. rei iud. vt ibi.*

SVMMARIVM.

1 *Filius familias decoctus non gaudet beneficio, deducto ne egeat, sed in solidum tenetur.*

FALLENTIA Nona.

1 
ONO † fallit quando filiusfamilias decoxisset, quia eo casu non gaudet tanquam indignus beneficio nostro *Brun. de cessio bonor. quæstion. 3. princip. post nu. 8. vers. fall. Paris. consil. 94. in fin. column. 17. vers. nec istis. lib. 1. Anchar. in tract. de mercat. in Rubr. de decoct. in 3. quæst. n. 12. & 13.*

SVMMARIVM.

1 *Filius familias, conuentus tempore patriæ potestatis, in solidum tenetur.*

FALLENTIA Decima.

1 
ECIMO † fallit quando filiusfamilias conuenitur tempore patriæ potestatis, quo tempore non habebit istud beneficium, *tex. est in d. l. si filiusfamilias, ff. quod cum eo, & ibi Bar. & Paul. Castr. & gloss. 1. in princ. in verb. ait prætor, in d. l. ait prætor ff. eod. l. si quis cum filio, & l. seq. ff. de pecul. l. tam ex contractibus ff. de iudicijs*, & etiam supra notaui.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias, pater familias factus, debitum agnoscens in solidum tenetur.*

FALLENTIA Vndecima.

1 
NDECIMO † fallit quãdo filius familias factus paterfamilias, debitum agnoscens, tam ex solutione partis ipsius debiti, quam etiã ex noua promissione, *Roffred. Rubric. de senatusc. Macedo. in d. tractat. de ord. iudic. par. 7. num. 2. in fine, & num. 6. Graff. in d. tractat. de exceptionib. exception. 27. numer. 12.* vbi dicit, quòd isto casu filiusfamilias non gaudet priuilegio Macedoniano, ergo neque isto, cum eadem militet ratio.

SVMMARIVM.

1 *Libertus, negan: patrono alimenta, in solidum reuocatur.*
2 *Patronus, habens alimenta ab altero, non reuocat libertum.*
3 *Libertus si non præstat alimenta patrono indigenti non gaudet beneficio, deducto ne egeat & quis si negat esse libertum. vide ibid. num. 3.*

FALLENTIA Duodecima.

1 
VODECIMO † fallit quando libertus negat patrono alimenta, quo casu in solidum reuocatur, *l. alimenta, §. fin. ff. de liber. agnosc. l. Diuus, §. fin. l. libertus à patrono, ff. de iur. patron. Surd. de aliment. titul. 1.*
2 *quæst. 51. num. 9.* nisi ab alio fuerint præstita, vt declarat *Corn. in consil. 120. column. 2. Rolan. de lucr. dot. quæst. 67. in fin.* vbi loquitur in donatore, *Surd. loco cit. numer. 22.* & per
3 consequens † non gaudet isto nostro beneficio; idem est si negat esse libertum, quia negans id, quod est causa sui beneficij, perdit beneficium, *Brun. de cessio. bon. quæst. 24. part. 4. princip.* & notaui *in quæst. 1. fall. 6.* ad quæ me refero, & etiam notaui *sup. fall. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias mercator pro ære alieno insolidum conueniri, et carcerari potest.*

FALLENTIA Decimatertia.



1 ECIMOTERTIO † fallit in filiofamilias mercatore, qui ob æs alienum insolidum conueniri potest, & carcerari, *Bart. & Doctores in l.pe. C. qui bon. ced. poss. Bal. in tractat. de carc. quæst.3. num 6. Paris. cons.94. num.41. lib.1. Gasp. Baet. post multos, de inope debitor. cap.19.*

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias recipiens pecuniam mutuam in castris, in solidum tenetur.*
2 *Filiusfamilias in foro poli in solidum tenetur.*

FALLENTIA Decimaquarta.



1 ECIMOQVARTO † fallit quando mutuatur pecunia filiofamilias, existenti in castris, *vt l. fin. §. fin. C. ad Macedon. Graff. dicto tractat. de except. excep.17. num.6.*
2 *11. & 13.* Item ibi etiam fallit † in foro poli in quo tenetur filiusfamilias in totum, *Innoc. in c. quia plerique, in fin. & ibi etiam Abb. num.26. de immun. eccles.*

SVMMARIVM.

1 *Filius familias debitor ex delicto, tenetur in solidum.*

FALLENTIA Decimaquinta.



1 ECIMOQVINTO, † & vltimo fallit quando filiusfamilias esset debitor ex delicto, *Cepoll. cautel. 14. Monach. de excequut. in vestibib. dicto cap.12. sub n.57.*

SVMMARIVM.

1 *Socer conuentus ex causa dotis gaudet beneficio, deducto ne egeat, ipse, et ministri necessarij.*
2 *Socer parentis locum obtinet, et num. 92.*
Parentes gaudent beneficio deducto ne egeat ibi num. 2.
3 *Pater viri habet beneficium, deducto ne egeat contra nurum agentem ex causa dotis.*
4 *Pater viri non minus nurui quàm filio prouidere debet*
Pater vxoris non obtinet locum patris, et num 7.
5 *Pater vxoris conuentus à genero ex causa dotis non gaudet beneficio, deducto ne egeat contra num 8 et 4.*
6 *Pater viri et pater vxoris eiusdem sunt conditionis.*
7 *Pater viri, et pater vxoris habent beneficium, deducto ne egeant.*
9 *Pater vxoris habet beneficium deducto ne egeat constante matrimonio secus soluto matrimonio, sed contra num. 10. 14 et 20.*
10 *Pater vxoris etiam soluto matrimonio habet beneficium, deducto ne egeat sicut pater viri, et num. 14. et 20.*
11 *Pater vxoris conuentus soluto matrimonio ex dolo a principio commisso in solidum tenetur: facit num 19.*
12 *Pater mariti recipiens dotem sciens non esse soluendo insolidum exigitur. contra nu. 17.*
13 *Dolus post facta commissus circa facultatē soluendi non facit perdere beneficium, deducto ne egeat.*
14 *Pater vxoris habet beneficium, deducto ne egeat tam constante quam soluto matrimonio et num 20*
15 *Socer ex casu factus non soluendo; in quantum facere potest tenetur, deducto ne egeat.*
16 *Pater mariti aduersus nurum habet beneficium, deducto ne egeat conuentus, tàm ex causa dotis, quam alia actione.*
Pater vxoris conuentus alia actione quam de dote non habet beneficium, deducto ne egeat. ibi num. 16.

Pater

17 *Pater viri sciens si esse inopem dotem recipiendo non amittit beneficium, deducto ne egeat.*

18 *Quilibet in futurum præsumitur ditari.*

19 *Pater uxoris promittens dotem quam sciebat soluere non posse, non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

20 *Socer vterque gaudet beneficio, deducto ne egeat, tam constante, quàm soluto matrimonio. & nu. 25. & 28.*

21 *Affinitas durat soluto matrimonio, & per mortem uxoris non dissoluitur.*

22 *Vir post mortem uxoris non potest contrahere matrimonium cum consanguinea uxoris suæ nisi post quartum gradum. & è conuerso.*

23 *Affinitas est imp dimentum contrahendi matrimonium, & durat etiam mortua uxore, vel viro mortuo.*

24 *Reuerentia contracta ratione affinitatis durat etiam soluto matrimonio*

25 *Socer uxoris soluto matrimonio gaudet beneficio, deductione eg at, & ita pluries iudicatum fuit. & num. 28.*

26 *Socer vterque gaudet beneficio deducto ne egeat soluto matrimonio pro rathi promissione.*

27 *Soceri gaudent ben ficio, deducto ne egeant pro debito iuxta formam Bulla, & Regiæ Pragmaticæ ex causa dotis.*

28 *Socer vterque tàm constante, quam soluto matrimonio gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

29 *Socer secundum extensionem consuetudinis Neapolitanę non gaudet beneficio deducto ne egeat, sed in solidum exigitur.*

30 *Consuetudo, vbi dos, non debet extendi contra socerum.*

31 *Filia nupta de iure ciuili remanet in potestate patris.*

32 *Vxor de iure ciuili transit in potestatem viri quò ad thorum, residentiam, & operas.*

33 *Filia nupta de consuetudine Regni Castellæ, & aliorum locorum liberatur à patria potestate.*

34 *Filia de iure communi remanet in potestate patris.*

35 *Filia nupta in his, quę sunt iuris naturalis, vel ciuilis tenetur obedire patri.*

36 *Vir & uxor sunt vna caro.*

37 *Vir & uxor sunt unum corpus, & vna anima.*

38 *Gener tenetur obedire socero in his, quæ sunt iuris naturalis, vel ciuilis.*

39 *Beneficium, deducto ne egeat fuit concessum de iure naturali socero, & de iure ciuili fuit confirmatum. & num. 47*

40 *Socer obtinet locum patris de iure ciuili. contra num 42. & 92.*

41 *Reuerentia, quæ debetur socero est de iure ciu li, & per consuetudinem derogari potest. contra num. 43. 44. & 47.*

42 *Socerum haberi loco parentis de iure diuino, et naturali dispositum fuit.*

43 *Reuerentia, quæ debetur socero est de iure diuino, et naturali.*

44 *Beneficium, deducto ne egeat, ratione reuerentiæ naturalis per statutum derogari non potest et nu. 49*

45 *Ius naturale est immutabile. et num seq.*

46 *Reuerentia, quæ debetur parentibus est de necessitate naturæ.*

Ea quæ sunt de necessitate naturæ non mutantur. ibid num. 46.

47 *Beneficium, deducto ne egeat debetur soceris ratione reuerentię naturalis, et per statutum derogari non potest.*

48 *Consuetudo vbi dos, non habet locum in filia agente cōtra patrem pro dotis exactione.*

49 *Pater conuentus à filio, vel filia pro restitutione dotium, gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

Socer dicitur pater generi respectu uxoris ibi. num 49.

Consuetudo, vbi dos, non debet extendi contra socerum. ibid. num 49.

50 *Socer constante matrimonio habet beneficium.*

Socer constante matrimonio obtinet locum patris. ibid. num. 50.

51 *Gener agens ad dotem matrimonio constante nomine uxoris agit*

52 *Qui per alium facit ipse facere videtur.*

53 *Gener soluto matrimonio ad exactionem dotis non potest agere nomine proprio, sed suorum fi io um.*

54 *Gener negando ben ficium socero ob exactionem dotis, non ipse negat, sed eius uxor, scilicet filia, cuius nomine agit, & mortaliter peccat filia.*

55 *Gener negando socero beneficium, deducto ne egeat mortaliter peccat.*

Pater viri dicitur pater uxoris. ibid. nu. 55. & è conuersò.

56 *Negare b neficium, deducto ne egeat est alimenta negare.*

57 *Filius, vel filia potens n gando alimenta patri plus quàm mortaliter peccat.*

58 *Filius tenetur alere patrem inopem.*

59 *Consuetudo contra ius naturale nutritiuæ peccati nullam excusationem tribuit.*

60 *Consuetudo nutritiua peccati seruari non debet.*

61 *Consuetudo generalis neque particularis valet quando est nutritiua peccati*

62 *Consuetudo immemorabilis nutritiua peccati tollerari non debet.*

63 *Consuetudo nutritiua peccati corruptela dicitur, & est nulla.*

64 *Extensio nutritiua peccati fieri non potest.*

65 *Alimenta debentur parentibus de iure naturali, & diuino, & nu. 67.*

66 *Consuetudo iuri naturali derogare non potest.*

67 *Alimenta, & reuerentia debentur socero ius commune.*

68 *Statutum debet interpretari, vt minus lędat iure diuino et naturali.*

69 *Statutum debet intelligi secundum aquitatem, & non trahi ad iniquitatem, & absurditatem.*
70 *Statuti verba sunt strictè interpretanda, ac propriè intelligenda & nu. 71. & 85.*
72 *Statuti verba sunt ad litteram intelligenda.*
73 *Statutum non est extendendum ultra personas in eo expressas.*
74 *Statutum non extenditur de persona ad personam, nec ad casus non expressos, nec ad personas similes expressis.*
75 *Statutum correctorium non trahitur ad alium casum.*
76 *Consuetudo statutaria contra iuris communis dispositionem, ad unguem, & strictè interpretari debet, & non recipit extensionem & num 83.*
77 *Consuetudo est stricti iuris, & non extenditur de loco ad locum, nec de persona ad personam.*
78 *Statutum & consuetudo aquiparantur, Consuetudo est stricti iuris, ibid. num 78.*
79 *Consuetudo habet locum in casu proprio tantum, & ad similia non extenditur.*
Casus omissus remanet in dispositione iuris communis. ibid. num. 79.
80 *Ius speciale iuri generali non derogat.*
81 *Consuetudo est onerosa, & contra ius.*
82 *Consuetudinis dispositio debet reduci ad ius commune.*
83 *Consuetudo iuris communis correctoria, & contraria non extenditur ex identitate, vel maiori ratione.*
84 *Consuetudo siue statutum tantum disponit quantum loquitur.*
85 *Verba statutorum seruari solent.*
Verba consuetudinis, vbi dos adeò sunt clara vt ab his recedendum non sit, ibid. num. 85.
86 *Consuetudo non debet interpretari aliter quam loquitur, nec intelligi aliter quam verba sonant.*
Recedendum non est à verbis consuetudinis. ibid num 8 .
87 *Iuramentum non obstat parentibus quò ad beneficium, deducto ne egeat.*
Iuramentum vbi non obstat, nec statutum obstare debet ibidem num. 87
88 *Statutum minus est quàm iuramentum.*
89 *Socer non potest beneficio, deducto ne egeat renuntiare etiam cum iuramento.*
Beneficium competens ratione reuerentia personae renunciari non potest, nec tacitè, nec expressè. ibid. num. 89.
90 *Matrimonio soluto remanent reliquia reuerentia debita socero.*
91 *Iuramentum non est obligatorium in socero renuntiante beneficio, deducto ne egeat.*
92 *Socer haberi dicitur loco parentis.*
93 *Minimè mutanda sunt, qua certam interpretationem, ac veram habuerunt ab antiquis.*

L. REI IVDICATAE.

§. socero.

ARGVMENTVM.

Socero quoque, cum quo nurus de dote agit, idem honor habetur, vt in id damnetur, quod facere potest. ff. sol. matr.

QVÆSTIO VII.

1 OCER † conuentus à genero, aut à nuru, vel ab altero ex causa dotis, gaudet isto beneficio, quòd nō tenetur vltra quàm facere potest, deducto ne egeat ipse, & ministri, sine quibus esse non potest, *gloss. in d. lege rei iudicata, §. socero quoque, ff. solut matrim. §. sunt praterea vers. sed, & si quis, & ibi Angel. Aret. vbi etiam Faber in dicto §. sunt praterea de action. Cornel. Benincas. de paupert. quaest. 8. special. 2. in contract. num. 26. Angel. consil. 17. addit. ad Bald. in l. maritum, tit. A. ff. solut. matrim. Zas. singul. respon. capit. nono, lib. 24. Alexand. in l. si quis, vers. & idem videtur, ff. condict. caus. dat. Franch. decis. 164. Raphael Cuman. in l. si cum dotem, ff. sol. matrim. Ant. Rambaud. in addit. ad Guid. Pap. decis. 429. lit. C. Crott. in l. si constante n. 162. & ibi Ias. ff. solut. matrimon. Ruy. cons. 144. num. 12. & melius Mastril. decis. 69. numer. 5. Sempron. Ascius decis. 75. post num. 1. Marc. Ant. de Amat. decis. 16. num. 1. Gail. obseru. 87. num. 6. fol. 102. Alb. Brun. cons. feudal. 89. n. 3. Io. Campeg. de dote quaest. 249. par. 3. vbi dicit communem. Intrigl. de casib. conse. cas. 35. n. 92. Muta super & huius Regni Sicilia cap. 188. post num. 6. per Iac. Anell. de Bott. in addit. ad consuet. Neapol. Vbi dos, & ibi Neapod. lit. A.* vbi dicit, quod quando maritus nondum recepit dotem sibi promissam, & agit contra socerum pro dote, tunc seruatur ius commune, vt fiat condemnatio quatenus facere potest, *adde Io. Aloys. Ricc. in sua collect. dec. coll. 227. Muñoz de Escobar de ratiociniis, c. 35. num. 7. Baldas. Mongoll. tract. de metu cap. 4. post num. 15. vers. neque. Giurb. super consuet. Mess. cap. 13. gloss. 6. num. 41. lib. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. part. 11. de restit. dotis lib. 2. num. 95. fol. 743. Muta dec. M. R. C. 94. & post num. 27. idem Mut. Rit. 190. num.*

num.4. secundum Neapod.ibi in gloss.1.& lege,
quia parentes, ff. solut. matrim. ratio est ibi in
2 tex. quia † parentis locum socer obtinet, &
idem in socru, facit l. generaliter, & ibi gloss.
in fin. & in margine, ff. de in ius voc. §. socrum
quoque & §. affinitatis, & ibi gloss. in verb. so-
crum enim suam, instit. de nupt. vbi dicitur: so-
crum quoque & nouercam prohibitum est
vxorem ducere, quia matris loco sunt. facit
etiam l. adoptiuus, §. itaque socrus, ff. de rit.
nupt. l.15. titul.11. par.4. vbi, por qnelos hyos,
y los hiernos no deben apremiar à sus padres ne
à sus suogros assi como otros estrannos, sequi-
tur Muñoz de Escobar de ratiocinijs d. cap.35.
Mongollon de metu d. cap.4. numer.15. Fonta-
nel. d. gloss.3. pact. nupt. num.16. lib.2. fol.743.
& not. in proœm. par.1. num.31. & 32.

Et sicut parentes gaudent isto nostro be-
neficio, vt not. in quæst.5. ergo & socer & so-
crus, qui parentum locum obtinent: sed gloss.
in d. §. socero quoque exponit illam particu-
lam (socero) scilicet patri † viri, ergo secus
3 in patre vxoris, & patet ab ipsomet textu,
qui loquitur de nuru agente contra socerum
ergo contra patrem viri: facit etiam gloss. in
4 d. l. qui parentis ver. socer, vbi dicit † socer,
scilicet pater viri, qui non minus nurui quã
filio habet in pluribus necesse prouidere,
Alexand. in l. non tantum post num.14. Bar. hic,
et Rol. Rodulph. in summ. in §. beneficium ver-
sic. item competit. gloss. in colum.2. fol. mihi 172.
5 eo magis quia pater vxoris non obtinet lo-
cum patris, Io. Campeg. de dot. part.3. q.251.
ver. nisi dicamus, vbi dicit, quod pater ma-
riti censetur loco parentis non autem è con-
tra, pater mulieris censetur loco patris viri,
quia vxor accedit viro non è contra, & ex
hoc non debetur illi reuerentia, & per conse-
6 quens † cõuentus à genero pro solutione do-
tium, non habebit istud nostrum beneficium,
quod parentibus debetur ratione reuerentiæ,
vt notatur in d. quæst.5.

Ast textus in l. ex diuerso, ff. sol. matr. sequi-
tur indistincte tam in patre vxoris, quam
7 viri, & eiusdem † sunt conditionis, & vnus
8 sicut † alter habet istud beneficium, & ita
omnes ibi, & Ias. in d. l. si constante num. 33.
& Bald. in d. l. rei iudicatæ, §. socero quoque
num.1. Surd. de alim. quæst.78. num.14. p.1.
& facit gloss. in l. si pater dotem, in vers. perti-
net, in princ. vbi Bal. in fin. C. de dot. promiss.
Specu. in tit. de renunt. & concl. §. 1. post n.28.
vbi dicit, quod istud beneficium competit,
tàm patri viri, quam patri vxoris; bene ve-
rum, quod non militat eadem ratio in pa-
9 tre vxoris, quæ in patre viri, quia † pater
vxoris habet istud beneficium constante ma-
trimonio; secus soluto matrimonio, vt dicit
gloss. in d. l. ex diuerso, secundum gloss. & text.
in l. sicut, & l. sed hoc ita ff. de re iud. Rol. Ro-
dulf. in d. §. beneficium, versic. & certè dictas
quod sic col.2. in gloss. & transit Bar. cum gloss.
refert Alex. in d. l. non tantum post num.14. Ias.
in d. l. si constante post d. numer.33. & Doctores
in d. l. rei iudicatæ, §. socero quoque, cum duo-
bus seqq. quibus obstat text. in l. pen. ff. de iur.
10 dot. vbi etiam soluto matrimonio pater vxo-
ris habet istud beneficium, sequitur Bran. de
cessio. bon. quæst. 22. p. 4. princ. post numer. 1.
& 2. vbi vult, quod vterque socer habeat
istud beneficium, tàm constante, quam so-
luto matrimonio, dicit etiam, Campeg. in
quæst. 250. in princ. de dot. p. 3. Sed hoc pro-
cedit iuxta distinctionem Doctorum, text. &
gloss. in d. l. pen. scilicet, si pater vxoris con-
uenitur constante matrimonio, habetur ra-
tio ne egeat, vt sup. not.

Si verò conuenitur soluto matrimonio ex
11 pacto de lucranda dote, & tunc † aut pater
vxoris decipit generum sciens se non esse sol-
uendo, & eo casu insolidum tenetur, si dolus
fuit commissus à principio tempore obliga-
tionis, per tex. in d. l. pen. & hoc etiam tenent
communiter Doctores in d. l. sicut, secun-
dum Alex. ibi, quam legit cum d. l. non tantum
col. 3. vers. in gloss. in verb. vtimur numer. 13.
Bar. d. sing. 126. in fin. Brun. d. quæst. 22. post
numer. 10. vers. sed ad hoc, & vers. nisi in dolo
fuerit, refert communem opinionem Docto-
rum. Campeg. d. quæst. 250. circa fin. vers. in 12
contrarium. Laderc. d. cons. 30. post num. 4. & 5.
Sempron. Ascius d. dec. 75. post num. 2. vers. aut
dolose, & vers. 2. vero casu. facit Vinc. de Franc.
d. dec. 164. num. 11. Rol. Rodulf. d. §. benefi-
cium in gloss. col. 2. vers. sed & tunc, Amat. de-
cis. 16. num. 2. Intrigl. d. cas. 35. nu. 94. Conа.
var. resol. lib. 2. cap. 16. versic. secundo istud,
post num. 9. vbi testatur hanc sententiam pas-
sim omnes tenere, & secundum istam senten-
tiam videtur tenere Baet. de inope debit. c. 17.
post num. 57. ver. quod procedit etiam, & n. 58.
Palat. Rub. in repet. c. per vestras, §. 24. alias
29. vers. ad idem numer. 7. fol. 162. vbi dicit,
quòd socer conuenitur vltra quam facere
potest, si malitiosè ille sciens non posse solue-
re dotem magnam quam promisit, & in §.
21. post num. 14. vers. ad id facit tex. notabilis
in repet. rubr. d. c. per vestras de donat. inter vir.
& vxor. fol. 20. & dicit etiam ibi in vers. idem
13 dicendum: quod † hoc non procedit in pa-
tre mariti recipiente dotem, sciens se non esse
soluendo, secundum Bar. in l. alia §. elegan-
ter, in fin. ff. solut. matrim. & Campeg. d. quæst.
14 240. in fin. secus † si post facto interuenerit
dolus circa facultatem soluendi, secundum
intellectum Campeg. d. quæst. 250. in fin. &
Doctores, quos supra notaui, & etiam infra nu-
mer. 19.

15 Et isto in † casu tam constante, quàm solu-
to matrimonio, pater vxoris habebit istud
nostrum beneficium, secundum d. l. pen. &
hæc est responsio iuribus contrarijs, vt dicit
etiam Alex. in d. l. non tantum post nu. 24. vers.
aut à principio non commisit dolum, & sequitur
Rol. Rodu. in d. §. beneficium in gloss. col. 2. vers.
16 si autem sine dolo: sicut si † ex casu factus es-
set non soluendo, quia tunc in quantum fa-
cere potest conuenitur, & habetur ratio ne

egeat,

egeat, tam constante, quam soluto matrimonio, Laderch. cons. 30. num. 5. Afflictus d. dec. 75. post num. 2. vers. aut socer à principio, & vers. 1. vero casu vbi refert ita fuisso iudicatum, in fin. vt gloss. in d. l. pen. & Paul. Cast. in d. l. non tantum, & in d. l. rei iudicatæ, §. socero quoque num. 8. & ibi etiam Alex. num. 9. vers. in duobus casibus, vbi dicit, duobus casibus dictos soceros differre.

16 Primo pater † mariti aduersus mulierem, scilicet nurum habet istud beneficium conuentus, tàm ex causa soluendæ dotis, quàm alia actione, tex. in d. l. non tantum, secus in patre mulieris, refert tenentes istam opinionem Raph. & Paul. de Cast. in d. l. rei iudicatæ post n. 8. vers. & alia differentia, Campeg. in d. quæst. 251.

17 Secundo † quando pater viri, qui sciebat esse inopem, dotem recepit à nuru, quia in eo nullus dolus deprehenditur, ex quo possit dotem conseruare, licet aliter soluendo non sit, idem Alex. in d. l. non tantum nu. 15. vers. dicatis, quòd non videtur, ratio est ibi, cum incertus sit casus, & incertum dotis restituendæ tempus Campeg. d. quæst. 251. Ias. sing.
18 resp. c. 9. lib. 3. & † in futurum quilibet præsumitur ditari antequam veniat tempus soluendæ dotis, arg. l. si defunctus, C. arbit. tut. l. cura, §. deficientium, ff. de munerib. & hon. & Alex. in d. l. non tantum num. 14. & 15. dicit, quòd ita intelligenda sunt iura supradicta, secus † in patre vxoris si à principio fuit
19 in dolo, dotem promittendo, quam sciebat soluere non posse, vt supra not. qui etiam constante matrimonio insolidum conuenitur, Brun. d. quæst. 22. post numer. 4. vers. sed constante matrimonio, & versic. ad contraria: marito si soluto matrimonio non habet istud nostrum beneficium: Ioã Pet. Fontanell. de pact. nupt. d. gloss. 3. p. 11. de resti. dotis, & except. mor. circa eadem competen. & de benefic. deductione egeat numer. 22. et 23. lib. 2. fol. 743. vbi etiam dicit quod criminaliter potest puniri, ratio est ibi, quia puniendus est ille, qui sciens non esse soluendo facit se diuitem, per Cabal. resol. crim. 136. in fin.

Et isto casu iudicio meo est distinguendum isto modo, aut promisit soluere statim, aut ad tempus, scilicet, si pater vxoris promisit soluere statim sequuto matrimonio dotem magnam, quam non habebat, & tunc procedit tex. cum gloss. in d. l. pen. ff. de iur. dot. quia ex dolo promisisse videtur, & in claris non est opus coniecturis, & sic non gaudet isto beneficio, aut habebat aliquam spem lucrandi, vel consequendi, & tunc gaudet isto beneficio, vt per Ias. vbi sup. quia non dolo, sed ex illa iusta spe lucrandi, & consequendi, si apparere potest veram esse, & realem talem spem alias secus, quia obuiandum est fraudibus, vt dicit Giurb. dec. 43. post numer. 16. & dec. 36. num. 6. not. quæst. præced. fall. 5. in fin.

Aut promisit soluere dotem magnam ad tempus quamuis tempore matrimonij dotem non haberet, & tunc gaudet isto nostro beneficio, per rationem paulo ante notatam, quia in futurum quilibet præsumitur ditari antequam veniat tempus soluendæ dotis, per d. l. si defunctus, C. arbit. tutel. et l. cura, defi-
20 cientium, ff. de munerib. & honoria. Et sic vterque socer secundum supradictam distinctionem, tam constante, quam soluto matrimonio habet istud beneficium contra generos, & nurus, Ant. Monach. de execu. in vestib. c. 12. num. 65. Surd. quæst. 76. num. 14. & sic pro dote capi non potest socer vterque non obstante instrumento guarentigiato in quo est obligatus ad solutionem dotis. dicit etiam Fontanell. de pact. dot. claus. 8. glo. vni. p. vnic. numer. 3. fol. 788. lib. 2. & per ea, quæ dicit Pereg. dec. 130. num. 2. dotes suas mulieres iure actionis petere debere non iure executionis not. sup. in 2. p.

Nec obstat istud quod dicitur per gloss. in d. l. sed hoc ita, in vers. succurrendum, quod soluto matrimonio soluta est affinitas, ex quo
21 † affinitas, soluto etiam matrimonio durat, l. auunculo, et ibi notatur, ff. de condict. sine caus. quia affinitas non dissoluitur per mortem vxoris §. affinitas instit. de nup. & patet ex eo,
22 quia † vir non potest contrahere matrimonium cum consanguinea vxoris defunctæ, nisi post quartum gradum, c. non debet de consanguin. et affin. Greg. Rhannus. ther. in quæst. super affin. post num. 6. & è conuerso vxor non potest contrahere matrimonium cum consanguinis viri defuncti 35. quæst. 10. c. fraternitatis Don Prosdocim. de comitib. in tra. de affi. vers. arbor ista num 15. et num. 16. Hiero. Mangiar. in tract. de affin. ver. ad arborem affinitatis num. 5. quibus locis habet, quod † affinitas
23 est impedimentum perpetuum, & durat etiam mortua ea persona qua mediante contrahitur: hoc autem verum quò ad effectum impediendi matrimonij contrahendi, ita Bertac. in repertorio in verb. affinitas, vers. i t. e. infamis 3. quæst. 7. vers. affinitas, & ibi gloss. in ver. quæ quondam, vers. sed potes dicere, et in l. 3. §. affinitates, in gloss. in verb. præsente, et ibi Bar. in princ. ff. de postuland. l. adoptiuus, §. contra prædonem, vers. idem tamen ff. de rit. nupt. secus quò ad alia, vt iura supradicta probant.

Sed Paul. Castr. in cons. 66. dicit, quod durat affinitas soluto matrimonio per mortem, quo ad matrimonium, & quo ad successionem, & quò ad alia, vt per Roseb. de arbor. columu. 99. Bal. autem in l. fin. in 1. not. nume. 1. C. de verb. sing. dicit verum esse dictum gloss. in d. l. sed hoc ita ff. de re iud. tenentis quod ab vna parte dissoluto vinculo affinitatis dissoluitur vinculum amoris quò ad actus inter viuos non quo ad successionem: & in isto Regno seruatur de consuetudine, & specialiter in hac Vrbe Panormi quod soceri, & generi, alijque affines soluto matrimonio per mortem vxoris, vel illius, contemplatione cuius fuit contracta affinitas retinent locum apud ca-

cadauera in funetali processione ad illa sepeliendum viduitate durante; prout si earum
filiæ, vel vxores viuerent: ergo affinitas non
est soluta, mortua ea persona propter quam
contrahitur affinitas, & in tantum est verum,
quod præferuntur alijs in minori gradu constitutis, licet eorum vxores viuerent, & ita
quotidie seruatur, & ego pluries vidi hæc
determinari, & obseruari inter nobiles, &
ignobiles: ergo remanet quò ad matrimonium, & quò ad alia, ex ista consuetudine.

Quicquid tamen sit soluto tamen matri-
24 monio non est soluta affinitas; & † sic durat
reuerentia contracta ratione affinitatis; *Fran.
d. dec. 164. post num.* 13. secus quò ad alia,
vbi non est consuetudo: & ita intelligitur dictum *gloss. secundum Paul. de Cast. in d. §. so-
25 cero quoque, & in d. l. non tantum*, & † ita
pluries fuit decisum tã per Tribunal M. R. C.
quam per Regiam Curiam Prætorianam
huius vrbis Panormi in fauorem vtriusq; soceri per iura superius notata, & optimè interloquutum fuit per *D. de Pandolfo tunc iudicem
M. R. C.* cui fuit commissa causa statim per
Excellentiam suam ex quodam mãdato exequutiuo vnc. 30. ad instantiam magistri Vincentij Franzuni generi cõtra magistrũ Ioseph
de Aragona socerum oppositum, & fuit dictũ
(stent expensis hinc inde compensatis) sub
die 27. Iulij, 1. Ind. 1588. & in fauorem
Matthei Cito contra Margaritam Russo ex
quodam mandato exequutiuo vnc. 20. obtẽto per dictam de Russo contra dictum de Cito oppositum, & fuit interloquutũ per Spect.
D. de Ball. tunc Iudicem M. R. C. cui fuit
commissum negotium virtute actus generalis Excellentię suæ, quod stante interloquutoria pro dicta causa dictus de Cito excarceretur, sub die 29. Martij 15. Indit. 1602. & in
fauorem Iacobi de Alberto opponentis contra Hieronymum, Causa aduersus exequutionem causatam per dictum de Causa contra
dictum de Alberto in Curia Præturæ huius
Vrbis Pan. vnc. 100. p. p.s. & fuit interloquutum per eximios V. I. D. Do. Petrum de Blasio, & Antonium Xirotta Iudices dictæ Curiæ meritissimos, & inter primarios huius nostri temporis Aduocationis officium exercentes, quibus fuit commissum negotium
per suam Excellentiam vigore prouisionis in
causis fiscalibus factæ (stent saluis iuribus se
melius dirigendi, expensis hinc inde compensatis) sub die 27. Augusti 7. Ind. 1607. & in
fauorem Ascanij de Honestis V. I. D. contra
Petrum Grippa eius generum, opponentis
aduersus executionem causatam contra dictum de Honestis vnc. 70. & fuit interloquutum per V. I. D. Vespesianum Spuches tunc
Iudicem curiæ Præturæ huius vrbis Panormi
meritissimum cui fuit commissum negotium
per suam Excellentiam (stent oppositiones
expensis hinc inde compensatis) sub die 17.
Iulij 14. Ind. 1600.

Item etiam decisum fuit in curia Præturæ
sub die 11. Maij 14. Ind. 1601. ad instantiam
Octauiani de Siluestro soceri contra Franciscum Ferraro generum, qui de Siluestro erat
carceratus pro solutione residui dotis, dotatæ dicto de Ferraro, & se opposuit, & fuit
interloquutum (admittatur, expensis hinc inde compensatis) nec non, & in fauorem
Franc. Rizzardo soceri contra Hieronymam
Cordua, & Rizzardo, contra quem Franciscum Rizzardo fuit causata exequutio vnc.
200. p. p.s. ad instantiam dictæ Hieronymæ,
tamquam patrem, & fideiussorem insolidum
obligatum cum Hieronymo eius filio, marito dictæ Hieronymę ad restitutionem dotium
soluto matrimonio aduersus quam executionem se opposuit, & fuit dictum (rejciantur
præstito prius de restituendo in casu succumbentiæ, & facta solutione audiatur deducto
ne egeat expensis hinc inde compensatis, sub
die 20. Martij 1615. & ita iudicauimus in
Magn. Reg. Cur. Mensis in mense Octobris
eiusdem anni 1615. in fauorem Ioannis Pauli, & Liuoniæ Basilotta iugalium contra magistrum Paulum Gropoli eorum generum, &
fuerunt emanatæ literæ per Regiam Secretariam, quod pro dotibus non molestentur de
persona, & in bonis, deducto ne egeant, ipsi,
& eorum familia. Ita etiam per Reg. Cur.
Præt. sub die 6. Maij 1622. fuit decisum admittantur ad beneficium deducto ne egeant
isti iugales de Gallo expensis hinc inde compensatis, quod iudicium fuit præueniendo intentatum, ad instantiam dictorum de Gallo
contra Ioannem, & Iuliam Cornacchia iugales filiam, & generum dictorum Thomæ, &
Armellinæ Gallo pro solutione dotis promissæ dicto Ioanni eorum genero, & census iuxta formam Bullæ, & ex causa dotis, à quo appellatum fuit, & pendet appellatio in Magna Regia Curia.

Et non solum vterque socer gaudet isto nostro beneficio, conuenti, tam constante, quam
soluto matrimonio pro simplici debito do-
26 tium, sed † etiam pro rati promissione, &
ita pluries fuisse decisum, refert *D. Mastrill.
in dec. 69. p. 1. post numer. 4. versic. contrarium*,
& specialiter in fauorem Mariani Mirabella
soceri contra Ioannem Gregorium de Asaro
generum, per Regiam Curiam Præturæ sub
die 6. Septemb. 27. Iulij 7. ind. 1579. & fuit
interloquutum (stent oppositiones, & ille de
Mirabella excarceretur pro debitis, & rati
promissionibus, pro quibus erat carceratus
ad instantiam D. Ioan. Gregorij de Asaro;
in bonis tamen cogatur, deducto ne egeat) à
qua appellatum fuit ad M. R. C. per quam
fuit dicta sententia confirmata sub die 10. Octob. 8. Ind. 1579. qui de Mirabella erat carceratus pro dicta rati promissione virtute
nostri statuti, quod nulla executio impedit
Ritum, *vt not. in proœm. vers. & consequenter
p. 1.* ex quo de iure carcerari non potest, dixit *Franch. d. dec. 164. num.* 2. sed fuit, vt dixi,
excarceratus.

Gau-

27 Gaudent etiam † soceri isto nostro beneficio, pro debito iuxta formam Bullæ, & Reg. pragm. & causa dotium, patet ex quadam sententia via appellationis à Curia Prætoriana, licet ibi contrarium decisum fuerit ad mandatum suæ Excellentiæ per D. Milanensem tunc Iudicem M.R.C. lata in fauorem Ioseph & Dianæ Lombardo opponentium contra Gasparem Matraxia eorum generum sub die 23. Maij.3.ind.1590, & fuit dictum (reijciantur super bonis, deducto ne egeant) iuxta formam iuris, qui erant conuenti pro debito vnc. 15. 12. iuxta formam Bullæ, & Regiæ pragm. a qua sententia fuit appellatum ad Tribunal S. R. C. per quod fuit dicta sententia confirmata in fauorem dictorum Ioseph, & Dianæ Lombardo, *& not. in proœm. p. 1. vers. secundo ampl. & per ea quæ sup. not.* ad instantiam dictorum de Gallo, qui erant obligati pro residuo dotium in censu annuali iuxta formam Bullæ, & Regiæ Pragm. & sic erit
28 dicendum, quod vterque † socer tam constante quam soluto matrimonio gaudet isto nostro beneficio iuxta distinctionem prædictā, ex quo soluto matrimonio remanent reliquiæ reuerentiæ debitæ socero: dixit post *Dy. Bar. & Alber. in d. l. alia, §. eleganter, ff. solu. matrim. Franch. d. dec. 164. num. 13.* in quibus dotalibus instrumentis erat pactum de non opponendo, & tandem fuerunt admissi ad beneficium: ex quo non obstat, vt notaui *in proœm. p. 1. ver. nec pactum de non opponendo: licet Albert. Brun. d. cons. 89. num. 8.* dicat, quod socer possit exigi pro dotibus promissis, non obstāte exceptione deductionis ne egeat, propter iuramentum; nam ibi fatetur quòd vltra dotem debitam ex alijs redditibus rerum feudalium poterat commodè viuere more nobilis, vnde non mirum si non gaudet, secundum eum.

Sed in Regno Neapolis adest consuetudo, *ubi dos, tit. 8. de iur. dot.* dicens: Vbi dos est in casu restitutionis faciendæ, siue à marito, siue ab hæredibus marit., in quolibet casu fit condemnatio, & exactio in solidum; non obstante lege, quæ in casibus dotis condemnationem, & exactionem fieri vult in quantum ipse, qui ad restituendum dotem tenetur, facere potest, habita ratione ne egeat; & intelligit quacumque actione dos ipsa petatur; sufficit enim, vt teneatur ad dotem, siue restitutio sit facienda soluto matrimonio, siue constante matrimonio; prout latius explicat ibi *Neapod. n. 26. & seq. Molfes. ad consuet. Neapol. quæst. 9. post num. 1. p. 6.* & fuit facta extractio vigore dictæ
29 consuetudinis † contra socerum pro solutione dotis per eum promissæ, & in solidum fuit iudicatum, primo in Consilio, secundo per Regiam Cameram summariè, dixit *Affl. dec. 222. vbi Vrsill. num. 3.* quæ est magna extractio, & decisio, vt dicit ibi, *Affl. & contra l. sicut autem, ff. de re iudi. & Iac. Anell. in d. consuetudine, in addit. lit.* B. dicit, extensionem istam esse valde dubitabilem, & contra verba consuetudinis, & contra mentem *Neapod. ibi in 1. gloss.* & propterea contrarium tenet, & *Scipio Ronit.* ibi reliquit cogitandum, sed *Molfes. ad cons. Neap. p. 6. quæst. 9. num. 6. & seq.* dicit veram esse opinionem, vt socer insolidum exigatur per dictam consuetudinem, & carcerari possit, & contra eum possit liquidari instrumentum via Ritus, dicit etiam ita fuisse iudicatum, vt tradit *Franc. d. dec. 366. num. 10. cum seqq.* & licet dicat *Molfes. ibi, in fin.* hodie non posse dubitari de hac obseruantia, vt detur exactio in solidum contra socerum, tamen obstant, & impugnant infrascriptæ rationes, & fundamenta, vt infra.

Et licet omnium minimus, tamen quantum possum ita dicam, defendo admirationem *Affl.* & opinionem *D. Auell. de Bott.* Primo †
30 extensio fieri non debet in socerum; quia vxor quando habet patrem, licet sit nupta, de iure ciuili remanet in potestate paterna, *l. si vxo-*
31 *rem, & ibi in verb. potestate vbi Bar. Bal. Alber. & Saly. C. de condit. infert. l. 1. in fin. & l. seq. ff. de lib. exhib. l. 2. §. quod si in patris, & l. quoties, ff. solut. matrim. Dec. in l. maritus post n. 2. C. vnd. vir & vxor. Palat. Rub. in repet. Rub. de don. inter vir. & vxo. §. 62. fol. 58. numer. 6. & 8. Gramm. dec. 54. num. 4. Bal. in l. si inuita num. 3. C. de nupt. idem Bal. in l. 1. num. 2. C. de bon. quæ liber. & ibi Cy. Fab. Paul. Castr. & Com. in l. filiæ, C. de collat. & in l. sicut proponis, C. de nupt. Bar. in dict. lege rei iudicatæ §. socero, & in l. eum qui §. si nupta, ff. de iniur. & in l. si cum §. inter virum, & ibi Bal. ff. de donat. inter vir. & vxor. Abb. Siculus in c. in literis, in fin. de testibus. Tiraq. de legib. connubial. l. 1. num. 1. Io. Ann. post Rodulf. in addit. ad Specul. tit. qui fil. sint legit. col. 3. cuius initium est, Rof. in Prætoria, Signor. de Homod. cons. 166. col. 5. Bald. cons. 137. lib. 1. col. 1. & cons. 226. lib. 5. Pet. Ancha. cons. 213 in princ. sub numer. 1. Card. Floren. cons. 91. Franc. Cur. sen. cons. 9. Socy. cons. 224. col. 8. vers. 4. lib. 2. Corn. cons. 55. col. antepen. in fin. lib. 1. & cons. 26. col. vlt. & cons. 177. ante fin. lib. 4. Roderic. Suar. in l. 9. tit. de los pleytos tit. 11. num. 11. fol. 585.* vbi diffusè tractat hanc materiam, & dicit ibi, quod hæc opinio, & sententia caret opinione contraria cum bis hoc sit determinatum, & concludit *sub. num. 15. Bertach. in ver. filia nupta, ver. primo, in fin. Imol. & Alex. in l. miles, §. qui iudicati, ff. de re iudic. Minad. cons. 177. n. 39.*
32 *48. & 61.* & non transit in potestatem viri † nisi quò ad residentiam, quò ad operas, & quo ad thorum, *l. sicut, & ibi gloss. ff. de oper. libert. Tiraq. in d. l. 1. de leg. connubial. num. 2. Bal. in d. l. si vxorem post glos. in §. 1. & ibi glos. in verbo parentis, instit. de senat. consult. Trebell. & ibi Aug. Aret. glos. in c. quod de eo 33 q. 5. Bart. in d. l. 1. ff. de iniur. idem Bar. Imol. & Paul. de Cast. in d. l. rei iudicatæ iuncta l. seq. Ant. à Prat. cons. 133, Roder. Suar. d. l. 9. post num. 11. vers. attende tamen, per Bal. in d. l. si inuita, de nupt. Genes. 3. & Corint. 6.* vbi mu-

lier

lier sui corporis potestatem non habet, sed
vir, Paul. ad Ephes. c. 5. mulieres viris suis
subditæ sint; & sic quo ad operas, residen-
tiam, & thorum transit, in potestatem viri.
Licet de consuetudine Regni Castellæ filia
33 † per matrimonium liberetur à patris pote-
state, Palat. Rub. in repet. d. c. per vestras §. 3.
num. 26. fol. 138. & in repet. d. Rub. §. 43.
fol. 38. in prin. per leges Regni Foro. ll. lib. 1. l. fi.
tit. 11. & lib. 3. tit. 11. & lib. 3. tit. 6. l. 1. & Suar.
d. l. 9. num. 18. 19. ita ex Pictauorum consue-
tudine, vxorem esse in potestate viri, non
patris, eaque iure perpetua est, & generalis
in Gallia. dicit Tiraq. d. l. 1. sub numer. 1. 3.
& 6. Io. Fab. in d. §. 1. de sent. conf. ter. idem
dicit in §. 2. column. 2. versic. sed & si, institut.
quod cum eo, idem dicit in l. 1. C. de bon. ma-
tern. videndus est Tiraquell. vsque ad nu. 13.
vbi ponit consuetudines nationum, & loco-
rum.
Ita & de iere Longobardorum filia nupta
transit in potestatem mariti, Suar. d. l. 9.
post num. 16. vers. & cum hac lege concordat
per gloss. in d. §. 2. super verb. parentis instit. ad
Trebell. ita & de consuetudine Regni Nea-
polis filia nupta liberatur à patria potestate,
sed soluto matrimonio redit in potesta-
tem patris, dixit Neapod. in consuetudine,
sed & mulier numer. 10. & ita fuit decisum
in Sacro Concilio, Granim. decis. 54. de quo
meminit Scip. Bucin. ad Neapod. d. num. 10.
addit. incipit casus, refert, & sequitur Molfes.
ad consuet. Neapol. cap. 3. numer. 6. 7. 8. & 9.
part. 1.
De consuetudine autem huius vrbis Pa-
„normi, in consuet. parentis, in fin. in illis ver-
„bis, (nihilominus obseruato, vt statim ac mu-
„lier à parentibus fuerit maritata, vel filius vxo-
„rem duxerit, pro emancipatis in posterum ha-
„beantur, & liberentur à patria potestate, &
„sui iuris efficiantur) & Mut. ibi n. 38. & 59.
34 De iure † autem communi remanet in
potestate patris, Neapod. in d. consuet. sed &
mulier, & notatur etiam ex dictis And. de Isern.
in constit. huius Regni Siciliæ, si maritus, in gloss.
column. 2. lin. 8. mihi fol. 277. & per ea, quæ
sup. notaui, Muta in d. consuet. vrbis Panor-
35 mi 48. num. 38. & 39. cum seq. & † in his, quæ
sunt iuris naturalis, vel ciuilis, filia nupta te-
netur obedire patri, instit. de patr. potest. tot.
tit. Paul. Castr. in d. l. rei iudicatæ, §. socero,
num. 6. in fin. quando remanet in potestate
paterna, sed quando soluitur tenetur patri in
his, quæ sunt iuris naturalis, vt inf. notabo,
36 & quia † vir & vxor sunt vna caro, Matth.
cap. 19. c. gaudeamus de diuort. & notaui in
quæst. 2. circa princ. Paul. ad Corint. ca. 6. & in
c. sunt qui 27. quæstion. 2. & in c. admonere 33.
quæst. 2. c. debitum de bigamis, c. ad Apostoli-
cam de conuers. coniugat. c. fraternitatis, &
37 seq. 35. quæst. 10. Item † vnum corpus, & vna
anima dicuntur l. 1. ff. de rit. nupt. Amat. de-
cis. 16. numer. 36. & notaui in quæst. 2. si ergo
vir est vnum corpus, & vna anima cum vxo-
re, propter prædictam coniunctionem inter
38 maritum, & vxorem, in his, quæ sunt † iu-
ris naturalis gener tenetur parere patri eius
vxoris, scilicet socero, ratione reuerentiæ na-
turalis, quæ debetur parentibus, vt notaui
in proœm. vers. qua exceptio, 2. p. circa medium,
39 & in quæst. 5. sed istud beneficium est de iure
naturali concessum socero, & per ius ciuile
confirmatum per iura superius notata, me-
rito nō debet fieri extensio in socerum, quia
non potest venire contra ea, quæ sunt iuris
naturalis, vel ciuilis, Paul. Castr. in d. §. socero.
Nec obstat dicere quod lex ciuilis dispo-
40 suit, socerum haberi † loco parentum, &
41 † sic reuerentia, quæ debetur socero, est de
iure ciuili, & per consequens per consuetu-
dinem derogari, per regulam, posteriora
derogant prioribus, l. 1. ff. ad l. Aquil. gloss.
in l. pacta, versic. noua, ff. de contrah. empt.
l. Diui Seuerus, §. licet, vers. nam ea, ff. de iur.
codicill. quia per hanc dispositionem non di-
42 citur introductum aliquid de nouo, sed †
quod antea de iure naturali, imò de iure di-
uino erat dispositum, vt legitur Tob. cap. 10.
in fin. Quintil. Mandos. in suo tract. de ingrat.
gener. & nur. erga socer cap. 39. & in Rubr. de
ingrat. socer. & socr. erga gener. & nur. dixit
43 Amat. decis. 16. num. 35. ergo † & reuerentia,
quæ socero debetur, non est de iure ciuili,
sed de iure naturali, imò diuino, & per con-
44 sequens † istud beneficium, quod debetur so-
cero propter dictā reuerentiam naturalem,
per statutum derogari non potest; ratio est,
45 quia † ius naturale immutabile est, §. sed na-
turalia instit. de iur. natural. gent. & ciuil. Bar.
in l. de quibus post num. 5. ff. de legib. Cicer. lib. 3.
de Republ. dicit, legem naturæ constantem,
& sempiternam, eamque etiam immutabi-
lem, & legitur in margine d. l. de quibus; &
licet aliquando non seruetur in aliquo casu,
non ob id derogatur; nam nihilominus bo-
num, & æquum est, vt ibi gloss. in verb. sed na-
46 turalia circa medium. & † reuerentia, quæ de-
betur parentibus, est de necessitate naturæ,
& ea, quæ sunt de necessitate naturæ, non
mutantur, vt notatur ibi in margine; secus
ea, quæ sunt de præsumptione, vt leonis fe-
ritas, & hominis mansuetudo, in quibus in-
spicitur magis accidens, quam natura, secun-
dum Ang. & Ias. ibi: si ergo reuerentia, &
obligatio, quæ debetur parentibus, est de ne-
cessitate naturæ, vt etiam notaui sup. & in
quæst. 5. in princ. & l. fin. per Bald. in vers. vl-
timo nota, C. de oper. libert. & in proœm. vers.
qua exceptio nostra, & vers. vbi naturalis est
47 illa par. 2. istud † beneficium debetur parenti-
bus, & soceris ratione dictæ reuerentiæ natu-
ralis; ideo derogari non potest per statutum,
secundum Bar. & alios in d. l. de quibus post n. 5.
48 Eo magis, quod si dicta † consuetudo non
habet locum in filia contra patrem pro dotis
exactione, vt notaui in quæst. 5. per Neapod.
& Iac. Anell. de Bott. per rationem ibi per
eos, & Molfes. d. quæst. 9. par. 6. n. 4. & 6. ratio

est ibi, quia consuetudines nunquam illum
comprehendunt, nisi in specie de illo faciant
49 mentionem; & † sic non habet locum in fi-
lio, seu filia exigente dotem à patre, idem
tenet Vrsil. in addi. ad Affl. d. decis. 222. num. 2.
vbi dicit non esse controuersiam, Franc. de-
cisione 224. numer. 7. & per totam. si ergo fi-
lia non agit contra patrem, ergo neque con-
tra socerum gener, qui locum patris obti-
net, & eadem reuerentia debetur per dictam
coniunctionem, & correlationem, vt nota-
ui in quest. 2. quia socer dicitur pater generi
respectu vxoris suæ, cui iura multum defe-
runt; & ob id non debet fieri extensio con-
tra socerum, vt per Iac. Anell. & dicendum
est, quod est magna extensio, & decisio
contra iura, & Doctores, tam si filia exeat
à patria potestate ex consuetudine, quam si
remaneat per rationem supradictam.
Secunda est ratio per Doctores quos su-
50 pra notaui, nemine discrepante, quod † so-
cer constante matrimonio habet istud bene-
ficium, & obtinet locum patris, sed in d. de-
cis. Afflict. socer erat conuentus matrimonio
manente, ergo non erat facienda extensio.
Tertia est ratio ad euitandum peccatum
mortale, quia dum gener agit ad conse-
51 quendam dotem matrimonio manente †
agit nomine vxoris, iuxta dispositionem
l. si. extraneus, ff. de iur. dot. & maritus ne-
gando istud beneficium socero, agendo
ex persona vxoris, dicitur ipsa negare pa-
52 tri beneficium per regulam, qui † per a-
lium facit ipse facere videtur. lege, ita autem
§. gessisse ff. de admin. tut. & ibi gloss. in verb.
per alium, Mathes. in l. 1. C. de sent. & in-
terl. om. iud. numer. 13. & etiam soluto ma-
53 trimonio gener † agere non potest suo
proprio nomine, nisi nomine suorum
filiorum, vti hæredum matris, Bar. in l. si
constante post numer. 65. vers. præterea video.
ergo † negãdo socero istud beneficium, non
54 ipse, sed vxor, filia soceri, & fortius non
solum ratione peccati mortalis vxoris, sed
ratione peccati mortalis sui ipsius; quia pa-
55 ter viri, est pater vxoris, & pater vxoris, est
pater viri, considerando eos, vt sup. tanquam
vnum corpus, & vnam animam, Amat. d. de-
cis. 16. num. 37. gloss. 1. in d. l. quia parentis. &
56 negando † istud beneficium, est alimenta
negare; quia conceditur ratione alimento-
rum, ne egeat, gloss. & Bar. in d. l. maritum,
et ibi Alexand. in fin. ff. solut. matrim. et notaui
sup. in proœm. vers. quę exceptio, in fin. par. 2.
57 et in quęst. 5. & † filius, vel filia potens negan-
do alimenta patri plusquam mortaliter pec-
cat, Decis. caus. conscient. cap. 66. num. 21. et
22. et notaui in d. quęst. 5. ver. quia filij negan-
58 do, et in d. vers. quæ exceptio, quia † filius te-
netur alere patrem inopem d. quæst. 5. Imò
gener tenetur alere socerum inopem, quia
sicut tenetur socer alere generum in subsi-
dium, ita gener socerum, vt not. in quæst. 1.
num. 4. Surd. de alim. quęst. 38. ergo si negaret
socero istud beneficium, dum gener agit ma-
trimonio manente, plusquam mortaliter v-
xor, & ipse peccarent, Barbos. in d. l. alia §. ele-
ganter post n. 26. cum seq. vers. & ad remouen-
dum peccatum: & sic extensio non est faciẽda
iudicio meo, ad euitandum peccatũ mortale
59 Nec obstat consuetudo, quia † consuetu-
do, quæ est contra ius naturale non excusat
quando est nutritiua peccati, vt in isto casu,
secundum Canonistas in d. c. fin. de consuet.
Rim. iun. cons. 218. num. 53. Rugger. cons. 53.
num. 30. cum seq. Pedroch. cons. 36. num. 275.
& 276. post omnes, Mastrill. decis. 106. num. 47.
60 par. 2. & † talis consuetudo nutritiua pecca-
ti seruari non debet, vt notatur in c. ex par-
te, et in d. c. fin. de consuet. c. fi. et ibi Doctores
de præscriptio. et ibi Abb. in 1. colum. per no-
tata in c. 2. de pact. in 6. Petrus Rauennat. in
alphab. aureo vtriusque iuris in alleg. in mate-
ria consuet. fol. 164. colum. 1. in fin. vers. quia
hoc esset causa multorum peccatorum, et fol. 176
column. 2. in princ. vers. sed ita est. Bertac. in
verb. consuetudo seruanda, versic. 32. neque
61 † generalis, neque particularis consuetudo
valet quando est nutritiua peccati, Feder. de
Sen. cons. 275. D. Card. Tusch. tom. 2. conclus.
62 815. lit. C. in princ. et num. 10. etiam † si sit
immemorabilis, nam à superiore tolerari
non debet, vt ibi num. 10. Curt. iun. cons. 206.
num. 55. et seq. lib. 3. P. D. And. Molfes. ad con-
suet. Neap. par. 1. cap. 6. num. 17. Regens de à
Ponte in cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. lect. 4.
num. 50. Farin. cons. 15. lit. F. idem Farin. in
prim. decis. 138. num. 10. et in nouiss. decis. de-
cision. 331. numer. 2 et 336. numer. 0. Immo
63 † potius corruptela diceretur, & est nulla,
idem Molfes. ad consuet. Neap. par. 4. de re-
nun. quęst. 11. num. 11. Salas in tractat. de le-
gib. disput. 19. sect. 6. et seq. si ergo non valet
quando est nutriua peccati, ergo neque ex-
64 tensio fieri debet, quando † extensio est nu-
tritiua peccati, vt in casu nostro; nec est du-
65 bium hanc extensionem esse talem, quia †
certum est, alimenta de iure naturali, l. nam et
si parentibus ff. de inoffi. testam. et notaui sup.
Imo de iure diuino ratione reuerentiæ, vt
supra etiam notaui; ergo non potest fieri ex-
tensio contra socerum, sine peccato, vt in
solidum exigatur, quia est negare alimenta
66 contra iuris naturalis obligationem; & †
iuri naturali consuetudo derogare non po-
test, §. ius autem gentium institut. de iur. na-
tur. gent. et ciuil. Rol. à Vall. consil. 34. n. 21.
lib. 3. Lap. allegat. 101. num. 13. ibi, secus
est vbi statutum, vel consuetudo repugna-
ret iuri diuino, vel iuri naturali: ratio est per
eum, quia naturalia iura, nec consuetudo,
nec statutum, nec Princeps tollere potest,
Molfes. ad consuetud. Neapol. quæstion. 45.
67 par. 4. num. 5. sed † alimenta, & reuerentia
quæ debentur socero, sunt de iure diuino,
& naturali vt supra notaui, dixit Farinac.
in tractat. de Gabell. par. 2. numer. 70. ergo
non obstat consuetudo, nec debet ex dicta

consuetudine fieri extensio contra socerum,
quia est nutritiua peccati, per notata supe-
rius.
68 Item † statutum debet interpretari, vt mi-
nus lædat ius commune, *Franc. Becc. consil.*
12. num.43. & Ioseph Ludou. dec.52. numer.2.
vol. 1. Bal. *in c. 1. de nat. feud. & in l. fin. §. in*
consultatione in gloss. magna, de iur. delibe. Guid.
Pap. sing. 345. l. ex facto, §. in odiosis, ff. de vulg.
Nepit. in consuet. Catin. in proœm. numer. 105.
ergo non debet interpretari contra socerum,
nec fieri extensio, vt notaui *in quæst. 3.* quia
talis extensio est contra *d. l. sicut autem, de re*
69 *iudi.* & † statutum debet intelligi secundum
æquitatem, & non trahi ad iniquitatem, & ab-
surditatem, secundum *Bald. in l. ex facto. ff. de*
vulg. & pup. substi. Emil. cons. 156 numer. 15.
Roland. cons. 72. num. 4. vol. 3. & Nepit. loco cit.
70 quia † verba statuti sunt stricte interpretanda,
l. quicquid astringendæ, ff. de verb. oblig. Guid.
Pap. sing. 207. §. statutum, notat Iac. de Butr. *in*
l. 1. C. de condit. insert. ex communi omnium
sententia. *Pedemont. Thesau. dec. 53. num. 2. &*
71 *dec. 195. num. 2.* & sunt propriè, & strictè intel-
ligenda, dixit *Muta super consuet. Senat. Pa-*
norm. cap. 43. num. 102. Capyc. decis. 21. nu. 5,
Intrigl. super Bull. & Reg. pragm. quæst. 95. nu-
mer. 5. Mastrill. decis. 168. num. 7. lib. 2. & in
addit. ad D. Pet. de Greg. de censib. quæst. 5. n. 82.
72 Et statuta † sunt propriè, & ad litteram intelli-
genda, *Rodan. Parin. in d. tra. de Gabell. p. 2.*
num. 25. Surd. decis. 327. num. 10. vol. 2. D. Pet.
Ant. Lazar. in suo elegant. tract. de monit. sect. 3.
quæst. 9. num. 49. lib. 2. obser. 80. num. 2. Menoc.
de arbi. ind. lib. 2. cent. 4. cas. 421. numer. 11. &
12. Hippol. de Marsil. in prax. crim. in §. op-
portunè num. 43. Farinac. dec. Rot. Roma. 658.
num. 4. Molfes. ad consuet. Neap. p. 4. quæst. 73.
num. 5. Nepit. in d. consuet. Catin. tit. 1. consuet.
1. de iur. paly num. 31, fol. 28. & tit. 4. num. 52.
Bart. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. & sta-
tuta disponunt tantum quantum loquuntur, &
non plus, *Brun. à Sole in compend. resolut. fol.*
184.
Et sicut statutum est propriè, & strictè inter-
73 pretandum, ita † etiam non est vltra personas
in eo expressas extendendum, quia statutum
non potest recipere extensiuam interpretatio-
nem, & non trahitur ad personas non specifi-
catas in ipso statuto, ex doctrina Bal. *in l. sed,*
& militis, ff. de excusat. tuto. Rube. consil. 110.
Corn. 77. lib. 3. late Gabriel. lib. 6. comm. concl.
tit. de statutis concl. 7. num. 1. dixit Pedem. Thes.
74 *dec. 262. num. 7.* Nec † extenditur de persona
ad personam, *Milan. dec. 12. nu. 93. lib. 2. Dec.*
consil. 589. num. 4. 5. & 6. cons. 688. num. 2. &
seq. nec ad casus non expressos, nec ad perso-
nas similes expressis, *Bal. in l. illam C. de col-*
lat. num. 1. & in l. si defunctus, numer. 3. & in l.
fin. num. 1. C. de suis, & legit. Ant. Corset. in
sing. in verb. extensio in 3. gloss. Angel. in §. item
mixta est actio, instit. de actio. quam glossam di-
cit esse menti tenendam. *D. Andr. in c. de don.*
Ang. in l. si per imprudentiam, ff. de euictio. et
l. si tamen §. in ædilitijs, vers. nec cæteris rebus si-
milibus, ff. de ædil. edict. Bald. *in auth. præsente, C.*
de fideiuss. Bar. in l. 1. §. 1. ff. quod vi, aut clam:
75 maximè in statuto correctorio, quia † statu-
tum correctorium, prout est ista consuetudo,
non trahitur ad alium casum, *l. verbis contra-*
xerit, ff. de verb. sign. Molfes. ad consuet. Neapol.
d. quæst. 45. num. 43. vbi dicit, quod consuetu-
dines, quæ sunt correctoriæ iuris communis,
& proinde exorbitantes, non debent extendi
vltra casum suum, per *Bart. in auth. qui rem,*
num. 8. vbi Ias. num. 2. C. de sacros. eccl. Bal. *in*
l. fin. sub numer. 9. ver. vnum aliud quæritur, C.
comm. vtrinsque iudi. et Cranett. de antiq. temp.
p. 4. n. 76. cum multis alijs cumulatis per *Piag.*
de consuet. quæst. 12.
76 Quia, quando † consuetudo statutaria, est
contra iuris communis, dispositionem, debet
ad vnguem, & strictè interpretari, & non reci-
pit extensionem, *l. constitutionibus, vbi Bar. ad*
municip. l. de quibus, ff. de legib. Signor. in repet.
l. Cæsar ff. de public. & vectigal. Farin. dec. Rot.
Roma. 328. num. 11. per l. quod vero ff. de legib.
c. qui à iure de reg. iur. in 6. Muta super consuet.
Senat. Panorm. cap. 32. num. 12. & statutum re-
cedens à iure communi debet seruari ad vn-
guem, nec eius forma præteriri, *Bal. notat in*
l. 2. num. 12. C. quomod. & quand. iud. et in l. or-
do num. 8. C. de execut. rei indic. Dec. consil. 322.
num. 3, vol. 2. Intrigl. super Bull. Reg. prag. de
censib. quæst. 46. num. 20. & secundum verum
& proprium significatum verborum. *Parin. in*
77 *d. tract. de gabell. p. 2. num. 26.* quia † cum con-
suetudo sit stricti iuris, non extenditur de loco
ad locum, nec de persona ad personam, &
propriè est intelligenda, *Aret. cons. 132. Milan.*
d. dec. 12. num. 91. lib. 2. Dec. cons. 625. num. 4.
et cons. 665. num. 11. et cons. 589. num. 3. et con-
78 *sil. 38. nu. 5.* & † statutum, & consuetudo æqui-
parantur, & ideo consuetudo est stricti iuris,
Gramm. dec. 92. num. 4. et 5. l. magistratus, ff.
ad municip. l. semper ff. de iur. immun. Bald. in
dict. l. g. omnes populi, clem. 1. et ibi Card. extr.
de vsuris. Molfes. ad consuetudines Neapolitan.
79 *quæst. 44. num. 2.* vbi dicit, quod † consuetu-
do est stricti iuris, & habet locum in casu
proprio tantum, & ad alios casus non expres-
sos nequit extendi: & casus, expresse non
determinatus per consuetudinem, remanet
sub dispositione iuris communis, & ob id
non extenditur ad similia, secundum *Bald.*
in d. cap. 1. in fin. de cogn. feud. & in d. auth. si
quas ruinas, colum. 1. C. de sacrosan. eccl. sed
intelligendum est in casu expresso, *l. præci-*
pimus, in fin. C. de appel. l. sancimus, C. de te-
stam. Nepit. in consuet. Catin. tit. 15. consuet.
vnic. quod vxor rest. poss. fol. 180. num. 7.
Sed consuetudo, *Vbi dos,* loquitur in resti-
tutione dotium tantum, & sic in casu spe-
ciali, sed † ius speciale iuri generali non
80 derogat, *l. sanctio legum, ff. de pœnis*; si ergo
in dicto casu consuetudo specialiter loqui-
tur, remanet ergo in alijs ius commune, *l. 1.*
ff. ad municipal. Isern. in constit. pœnarum in


vit. de form. bann. & forind. mihi fol.133. col.2. lin.17. ergo dicta consuetudo non est extendenda ad alios casus omissos: licet sint eius-
81 dem naturæ cum casu expresso: ex quo † consuetudo est onerosa, & contra ius, tex. est in c. quod translationem, & ibi Abb. de offic. delegat. not. Innoc. in c. fin. de offic. Archidiac. Bar. in l.1. ff. de itin. actuque privat. Gramm. d. decis.92. num.6. Innoc. in c. dilecto 2. column. in fin. in gloss. unic. in verb. supra dicto, de offic. ordin. Flor. in l. venditor, §.1. ff. comm. præd. Paul. Castr. consil.161. colum.10. Oldrad. consil.236. Molfes. ad consuet. Neap. quæst.4. n.5.
82 ubi etiam dicit, quod † illius dispositio debet, quantum fieri potest, reduci ad ius commune, per Annam alleg.70. num.57. post Socyn. cons.71. volum.2. & cons.431. colum.1. & sic non est extendenda ad alium casum,
83 d. l. quod verò, quia † consuetudo iuris communis correctoria, non extenditur ex identitate, vel maioritate rationis, Alexand. consil.116. lib.1. Iaf. in d. l. si constante num.70.72. Pedem. Thesau. decis.195. post num.2. versic. nec extenditur, per d. auth. quas actiones, &
84 † statutum, sive consuetudo tantum disponit quantum loquitur, Milan. d. decis.12. n.92. Decius d. consil.669. num.7. & consil.513. nu.7.
85 Bero. cons.142. num.15. volum.3. & † verba statutorum servari solent, Menoch. de arbit. iud. d. casu 321. post numer.12. & verba dictæ consuetudinis, ubi dos, adeo sunt clara, ut aliquo pacto ab his recedendum non sit, Fariu. dec. Rot. Roman. d. decis.361. num.6. per l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, in fin. ff. de
86 verbor. obligat. Dec. consil.423. num.2. ideo † ne aliter quam loquitur interpretari debet, nec aliter quàm verba sonant intelligi, Alber. consil.480. vol.3. & ideo ab eorum verbis minimè recedendum sit, Alba cons.241. num.8. column.2. Parif. consil.109. numer.56. volum. Dec.442. num.4. & cons.783. numer.3. vol.2. & cons.275. num.3. volum.1. Decian. cons.41. num 21. volum.1. ergo non est facienda extensio de marito ad socerum, & de restitutione ad solutionem, quia verba clara sunt, & loquuntur de marito tantum, nec minus constat de mente statuentium, nec sumus in correlativis, prout sentiunt contraria, & notavi in quæst.3.

Ultimò dicendum est, quod dicta consuetudo, ubi dos non comprehendit socerum, nec illi obstat rationibus supra dictis, & ex-
87 tentio fieri non potest, quia † si iuramentum illi non obstat adversus huiusmodi beneficium, ut per Pet. Barbos. in l. alia, §. eleganter post num.26. cum seq. Covar. var. resol. init. 2.p. relect. c. quamvis de pact. n.3. cum seqq. ne-
88 que statutum obstare debet, quod † minus est, ut notavi in proœm. 1. part. & 2. quia
89 † socer non potest huic beneficio renuntiare propter reverentiam sibi debitam, etiam cũ iuramento, ut dicunt præcitati DD. & Afflict. d. decis.75. num.12. & Vinc. de Franch. dicta decis.164. num.13. et 14. ubi dicit, quod quando privilegium competit ratione reverentiæ personæ, renunciari non potest, & renunciatio tacita, vel expressa etiam cum iuramento, & etiam facta post solutum matrimonium, non valet, tanquam contra bonos mores,
90 remanentibus † ad huc reliquis reverentiæ debitæ socero, Abb. Sicul. in c. cum contingat, numer.7. de iureiur. et notavi in proœm. part.2. vers. quæ exceptio, Covar. et Barb. locis citat. Marc. Ant. de Amat. d. decis.16. num.16. usque ad finem, ubi respondet ad contraria.
91 Et quod isto in casu iuramentum non sit obligatorium, in terminis soceri, probat Covar. init. 2. part. relect. c. quamvis de pact. Pet. Barb. in d. l. alia, §. eleganter post num.29. et
92 seq. ratio est supradicta, quia † socer loco parentum habetur, Amesc. in d. suo tract. de potest. in seipsum quæst.24. num.4. & novissimè D. Garf. Mastrill. d. decis.69. num.4. Fontanell. de pact. nupt. claus.7. gloss.3. par.11. num.96. lib.2. fol.743. ubi dicit, quod plus quam parentes honorandi sunt. & licet Baraud. lege, alia, §. eleganter teneat opinionem glossæ, tamen Zasius dicit in d. cap.9. numer.5. in fin. quod malè sentit Bart. & mirabile est istud dictum contra Bar. qui est Doctorum omnium Princeps. Ergo ex his, & alijs quæ ab altero magis docto adduci possent, extensio prædicta fieri non debet contra socerum, secun-
93 dum opinionem Anell. & aliorum: licet † minime mutanda sint, quæ certam & veram interpretationem habuerunt ab antiquis, secundum Afflict. d. decis.222. sed si hæc extensio est certa, & vera interpretatio, arbitrio Illustr. Advocatorum, ac Iudicis est relinquendum: ego tamen teneo, & sequor opinionem Dom. de Anelis per rationes sup. notatas.

SUMMARIUM.

1 Socer habet beneficium deducto ne egeat, etiam in restitutione antefati.
2 Socer etiam ex dicta consuetudine, ubi dos gaudet beneficio, deducto ne egeat pro antefato.
3 Consuetudo non extenditur de casu ad casum.

AMPLIATIO Prima.



1 RIMO † amplia, quòd socer habet istud beneficium etiam quãdo est conventus pro antefato, quia non potest carcerari, nec insolidum conveniri, etiam ex dispositione dictæ consuetudinis, ubi dos, dixit

Vinc. de Franch. deciſ.164.num.15.& dec.71. num.13. Molfeſ. d. quæſt. 9. par.6. num.11. &
2 † ita determinatum fuit in ſacro Conſilio
ſub die 21. Iunij 1560. refert *Saler. ad Neapod. in d. conſuetudine, vbi dos, verſ. limita
etiam fol.234.* ratio eſt ibi per *Molfeſ.* quia
3 † conſuetudo non extenditur de caſu ad ca-
ſum, præcipuè dum non eſt eiuſdem rationis.

SVMMARIVM.

1 *Socer promittens certam quantitatem, in ſolidum tenetur.*
2 *Socer promittendo cum iuramento ſoluere certam quantitatem genero, in ſolidum exigitur.*
3 *Iuramentum de ſoluendo intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, ſcilicet, deducto ne egeat.*
4 *Socer indiget abſolutione iuramenti vt admittatur ad beneficium cum iuramento renuntiatum.*
5 *Reuerentia non debetur per delegatum.*
6 *Socer admittitur ad beneficium, deducto ne egeat, abſq; abſolutione iuramenti in hoc Regno.*

FALLENTIA
Prima.

1 PRIMO fallit † quando promiſit ſoluere certam quantitatē, quia tunc ſocer in ſolidum tenetur, ſecundum *gloſſ. in l. ſi prior, ff. ſolut. matrim. Franc. dict. deciſ. 164. nu. 17.* quæ opinio ab omnibus eſt approbata, vt refert *Iaſ. in l. Neſennius poſt num. 8. verſ. in eadem gloſſa, ff. de re iudic. Bar. in d. l. ſi prior, verſ. aut promiſit certam, Imol. in conſ. 102. col.6. Alex. in d. l. maritum in 12. limit. et not. quæſt.1. in ampl 6. circa medium*; & iudicio meo ratio huius fallentiæ non ſemper militat, quia alias effecto paupere (ex quo ſocer genero ſemper promittit certam quantitatem pro filia in dote)
2 non haberet iſtud beneficium, niſi iurauerit ſocer dotem ſoluere, ſecundum *Albert. Brun. conſ. 89. Brun. de ceſſio. bon. d. quæſt.21. num.2. Intrigl. d. caſ. 35. de caſib. conſcien.* ratio eſt ibi, quia contra iuramentum venire non poteſt: nec hoc credo verum, quia ſi renuntiatio expreſſa, etiam cum iuramento
3 non valet, ergo neque tacita: nec † obſtat iuramentum de ſoluendo, quia intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, ſcilicet, deductō nē egeat. *l. fin. C. de non numer. pec. et notaui in quæſt. præcedenti, verſic. quo quidem beneficio circa finem, et in quæſt.1. fall. vlt.* ſed
4 iſto caſu, vt admittatur ad iſtud beneficium
indiget abſolutione iuramenti, & ita concluſum fuit in curia *Tholoſana, quæſt.258. dicit etiam Matth. Brun. d. quæſt.21.* Tandem in contrarium eſt veritas, quia iſto caſu iuramentum eſt illicitum, & contra bonos mores naturales à quo non eſt petenda abſolutio, *vt notaui in proœm. p.2. verſic. nec minus reuerentia debetur marito*, niſi quando eſt alteri delegatus, vt iura prædicta loquuntur,
5 quo † caſu ceſſat reuerentia; & iſto etiam
caſu procedit diſtinctio, quā notaui *in q.12. fall. 5. et in quæſt. 1. d. ampl. 6. verſic. ſecus ſi promiſit*; & in hoc Regno admittitur ſocer ad iſtud beneficium ex promiſſione dotium facta in contractu matrimoniali cum iuramēto de ſoluendo certam quantitatem, abſ-
6 que † abſolutione iuramenti, vt eſt videre
per interloquutorias ſupradictas, & ita in M. R. C. pluties iudicauimus, & de hoc non dubitatur.

SVMMARIVM.

1 *Socer diſſipans omnia eius bona in fraudem, non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

FALLENTIA
Secunda.

1 SECVNDO fallit quando † ſocer diſſipauit omnia eius bona doloſè in fraudem, dot. s, *Frāc. d. dec. 164. num. 16. et l. etiam §. licet ff. ſolut. matri. Amat. deciſ. 16. num. 23. Couar. var. reſol. lib. 2. d. cap.1. nume. 9. Campeg. d. quæſt. 250. p. 2.* qui loquitur in vtroque ſocero, *Palat. Rub. in c. per veſtras 3. not. §. 24. num. 7. de donat. inter vir. et vxo. Coſt. de ſcient. et ignor. diſt.22. num.10. Surd. de alim. tit.1. quæſt. 78. nu. 43.* Alias fallentias videas *in d. quæſt. 1.* & nota quod ex dolo ſocer amittit iſtud beneficiū, poſt multos dicit *Gi. rb. dec.43. num.5.*

SVMMARIVM.

1 *Milites habent beneficium, deducto ne egeant, pro debitis quæ in militia, vel occaſione militiæ contraxerunt. & n. 7.*
2 *Miles armata militia habet beneficium, deducto ne egeat, ampl. n. 9. & quæ ſint neceſſaria militi, vt dicatur miles armata militia. ibi. n.2.*
3 *Miles armata militia eſt ille, qui habet*

equum

equum, & arma prò seruitio Regis sui.

4 *Miles armata militia dicitur ille, qui armis intendit, & non alijs negotiationibus.*

5 *Miles armatæ militia armatur à Rege, vel Regina, vel ab altero nomine Regis.*

6 *Cerimoniæ armandi militem recesserunt ab vsu.*

7 *Milites sine cerimonijs armati gaudent beneficio, deducto ne egeant.*

Milites nostri temporis gaudent priuilegijs Romanorum militum ibid. num. 7.

Milites nostri temporis creati à Rege, vel Prorege, vel ab altero cum commissione Regia, & de eius mandato secundum ritum, & formam hodiernam gaudent beneficio, deducto ne egeant. si sunt in Bello, vel parati ad illud. ibi num. 7.

8 *Militibus nostri temporis, qui fortiter, & strenue militant, conceduntur priuilegia quæ vsus non coarguit.*

9 *Militibus priuilegia concessa fuerunt pro defensione Romani Imperij, & vt liberè operam armis darent.*

10 *Milites nostri temporis stipendiati gaudent priuilegijs militum.*

11 *Milites nostri temporis stipendiati gaudent priuilegijs militum non solum circa reuerentiam, sed circa fauores, & odia sicut Romani Milites.*

12 *Milites custodientes Regna Regis nostri Catholici gaudent priuilegijs militum & num. 17.*

13 *Milites nostri temporis habent insineam obseruantia noua, quæ loco veteris successit. & num. 28*

14 *Solemnitas militiæ Romanorum fuit abrogata per consuetudinem generalem quæ est altera lex.*

15 *Milites pedestres militantes in seruitio Regis gaudent priuilegijs militum equestrium.*

16 *Iura loquentia de militibus habent locum in magnificis Dominis, qui dati sūt exercitijs armorum.*

17 *Milites omnes tam equestres, quàm pedestres, qui vacant armis, & in defensione Regnorum Granatæ, Nauarra, Neapolis, Mediolani, & huius Regni Siciliæ gaudent priuilegijs militum Romanorū.*

18 *Milites S. Ioannis, qui olim erant apud Rhodum, & nunc in insula Melitę commorantur, qui Hierosolimitani appellantur sine sint in expeditione armorum, siue nō, gaudent priuilegijs militum Romanorū.*

19 *Milites Sancti Ioannis pro Republica Christiana militare dicuntur, & veri Milites sunt.*

20 *Milites Sancti Ioannis, & Commendatores & de Alcantara, & Calatraua, dicuntur religiosi.*

21 *Milites nostri temporis an gaudeant priuilegijs militaribus.*

22 *Milites nostri temporis habentur loco paganorum, & priuatæ conditionis existunt,*

23 *Milites nostri temporis, qui non vacant armis, nec in matricula sunt descripti, sed stant in domibus inermes, non gaudent priuilegijs Romanorum militum.*

24 *Milites nostri temporis, qui sunt in matricula, & vacant armis, gaudent priuilegijs Romanorum militum.*

25 *Milites sunt qui sine periculo à signis suis non possunt discedere.*

26 *Milites nostri temporis à signis suis non possunt discedere sine licentia, alias incurrunt in pœnam mortis.*

27 *Auctor plures condemnauit milites discedentes à signis suis.*

28 *Solemnitates noua loco veterum successerunt;*

29 *Milites stipendiati, qui sunt in matricula vel in custodia Regnorum, impropriè vocantur milites.*

30 *Miles verus, & proprius dicitur Imperator, vel Capitaneus militum.*

31 *Capitaneus militum habet priuilegium, nobilitatis, & dignitatis.*

32 *Milites stipendiati, qui non sunt de genere nobili, pro delictis furca suspenduntur,*

Capitaneu militum, licet sit ex rustico parente natus, Capudam putatur tanquam nobilis, & miles, ibi.

33 *Miles, scilicet Capitaneus, aequiparatur Decurioni.*

34 *Militia adiuncta officio, seu magistratui, est dignitas secundum gradum infimum dignitatis.*

35 *Militia, & dignitas ponuntur tanquam diuersa.*

Libertus dignitatem habere non potest.

36 *Militia simplex non est dignitas.*

37 *Militia adiuncta aliæ digniati, vel nobilitati, est dignitas.*

38 *Milites propriè sunt pacifici, humiles, misericordes, & defensores pauperum.*

Officium militum est æquitatem, & ius tueri.

39 *Equites dicuntur ab æquitate, non ex equitatu.*

Forma necessaria vbi seruata non est ad inducenaum militem, seu nobilem, non est habendus pro milite, seu nobili

40 *Arma militum nostri temporis in causa iudicati accipi non possunt iure communi.*

41 *Arma sunt membra militum.*

Exequutio fieri non debet in stipendia militum si habent aliunde, ibidem, & numero 43.

Sequestrum fieri non debet de publico salario si habent aliunde.

42 *Publica stipendia non veniunt in exequutione sententię nisi alijs deficientibus.*

44 *Consuetudo est in contrarium, quod fit imbargum de stipendio militum quando cō-stat de debito.*

45 *Regnum Siciliæ propter eius fidelitatem non indiget custodia militum, cum per suos custodiri possit.*

Mili-

46 *Milites omnes tam equestres, quàm pedestres, qui in castris sunt dicuntur milites armata mi itia.*
47 *Milites custodientes regnum, vel qui sunt in regio seruitio, & vacant armis pro causa ciuili carcerari non possunt.*
48 *Milites nostri temporis pro causa ciuili personaliter capi non possunt, nec carcerari.*
49 *Consuetudo, quod milites pro causa ciuili carcerari possint non valet.*
50 *Milites militant ob publicam vtilitatem.*
Consuetudo contra publicam vtilitatem non valet.
51 *Milites renuntiare non possunt beneficio de ucto ne egeant limita num. 54.*
52 *Alimenta militibus prastanda sunt singulis, vel alternis diebus.*
53 *Renuntiatio militum etiam cum iuramento non valet, contra.*
54 *Milites possunt cum iuram nto beneficio deducto ne egeat renuntiare*
Renuntiatio cum iuramento in bonis procedit quia persona vacat armis.
55 *Milites habent succursum quolibet die ab eorum Capitaneis, ideo dici non potest quod egeant.*
56 *Communis opin quod possunt milites beneficio deducto ne egeat renuntiare cum iuramento in bonis tantum procedit*
57 *Milites non possunt renuntiare fori priuilegio. num 64. 71.*
58 *Legi qua continet publicam & priuatam vtilitatem renuntiari non potest.*
59 *Priuile io fori milites renuntiare non possunt.*
Priuilegium militare est inductum ratione iuris publici.
60 *Factis priuatorum ius publicum ladi non potest.*
61 *Priuilegium concessum ad vtilitatem propria persona potest renuntiari. n. 72.*
62 *Perij ad vtilitatem hominum inductis renuntiari potest de partium consensu.*
63 *Iudex non tenetur tempore feriato tribonali assistere.*
64 *Quilibet potest renuntiare fauori suo.*
Iuri publico, seu communi priuilegio nemo renuntiare potest, nec eius renuntiatio valet in praiudicium tertij.
65 *Renuntiatio contra publicam vtil tatem etiam cum iuramento non valet, licet sit ad vtilitatem priuatam.*
66 *Priuilegium militum non est concessum militi, sed militia, & toti Collegio militum, & fauore reipublica, & non potest renuntiari.*
67 *Milites fugientes, & desertores puniuntur.*
68 *Militia floret ex disciplina militari Hispanorum militum.*
Autor multos milites desertores condemnauit tanquam Audi or generalis Armata Regis.
69 *Milites, tam equestres, pedestres, quàm naualis priuilegio fori renuntiare non possunt.*
70 *Dux Belli, seu Capitaneus generalis potest sibi reuendicare milites renuntiantes priuilegio fori.*
Don Ferdinandus Matuta Consultor laudatur.
Don Ioseph de Neapoli Prasidens Trib. Patr. Reg laudatur.
71 *Milites effecti timore litis mouenda, vel debiti, instante creditore, à militia solui debent, & non gaudent priuilegio.*
72 *Priuilegia fidalgorum sunt concessa propter vtilitatem publicam.*
73 *Renuntiatio fidalgorum non valet, maximè tempore belli.*
74 *Milites conueniri non possunt, nisi coram suo iu ice competente.*
75 *Miles à suo tribuno absolutus amplius molestari non potest nu 82.*
76 *Duces contra suos milites pro delictis commissis in castris omnimodam iurisdictionem habent.*
77 *Milites semel absoluti non fuerunt amplius molestati.*
Milites delinquentes non solum in triremibus, sed etiam in Vrbe remissi fuerunt ad suum iudicem competentem.
78 *Actus gloriosus Regis nostri Catholici ob expulsionem Moriscorum.*
79 *Milites subijciuntur quastionibus, & tormentis secundum consu tu linem Italia, contra num. 82.*
80 *Milites de iure torqueri non possunt.*
81 *Milites nostri temporis. vt antiqui milites torqueri n n possunt limita. num. 84*
82 *Consuetudo quod milites torqueri possint nō valet.*
83 *Milites, nec in metallum damnari possunt.*
84 *Milites periuri torqueri possunt.*
85 *Milites quando propter delicta puniuntur degradantur, & cingulo militari priuantur.*
86 *Milites priuati quando propter delicta puniuntur non degradantur.*
87 *Milites bonis cedere non possunt pro debitis in castris factis, vel occasione militia.*
88 *Milites noua militia huius Regni Sicilia gaudent priuilegio deducto ne egeat tempore militia*
89 *Milites noua militia Regni Sicilia pro ciuili debito, tempore belli de persona molestari non possunt.*
Milites noua militia carcerati pro causa criminali tempore belli debent sub homagio excarcerari.
90 *Instructiones noua militia fuerunt condita per Illustrissimum Ducem Terranoua, & per Illustrissimum Comitem de Oliuares publicata.*

L. MILES,

Qui sub armata militia stipendia meruit, condemnatus: eatenus quatenus facere potest cogitur soluere, ff. de re iudic. concorda, l. item miles, ff. eodem tit.

QVÆSTIO VIII.

1 
ILITES † etiam habēt istud priuilegium, quod non conueniantur vltra quam facere possunt deducto ne egeant pro debitis, quæ in militia, vel occasione militiæ contraxerunt. *dict. l. miles, & ibi gloss. vbi Bar. & Alex. Alber. de Rosat. Paul. Castr. Ias. & Docto. & in l. item miles, ff. de re iud, Bal. in l. 1. C, qui bon. cedere poss. Campeg. in tract. de dot. quæst. 245. p. 3. Alex. in l. sunt qui num. 2. & ibi Cyn. ff. de re iud, idem Alex, in l. centurio num. 25. vbi Rip, numer. 13. de vulg. & pup. Mathesil. sing. 61. num. 28. Lader. cons. 30, num. 2. Cost. de remed. subsid. remed. 28. post num. 1. Franç. Aretin. cons. 95. Baet. cap. 7. num. 2. & 4. de inop. debit. Surd. de alim. p. 1. quæst. 78. numer. 17. & in tit. 7. quæst. 31. numer. 6. Abb. Sicul. in c. Odoardus num. 8. de solut. Marc. Ant. de Amat. decis. 17. num. 18. Ant. Monac. de execut. in vestib. cap. 12. numer. 78. Scip. Rendin. in tract. prompt. recep. sent. tit. 14. post nu. 4. de cessio. bono. Aufrer. ad Capell. Thol. dec. 245. Guid. Pap. dec. 488. post num. 3. vers. an istud propositum, col. 2. Brun. de cess, bon, quæst. 11, num. 1. par. 4. princ. Dy. de reg. priuileg. reg. 7, numer. 2, Intrigl, de casibus conscient. cas 35. num, 90. & 91. Caccialup, in tract, de debitor. suspect. quæst. 5. princ. num, 2. col. 2. Euerard. in sua cent. 2. argum. 22. Paris de Puteo in tract. sind. par. 2. vers an doctor post num. 2. Christof. Lanfranc. in tractat. vtrum præferendus sit doctor an miles num. 12. Palat, Ruuios in repet. cap. per vestras, §. 39. nu. 2. & 3. de donat. inter vir. & vxor fol. 34. Bell. in tract. de re milit. de priuileg. milit. tit. 3. par. 7. num. 9. Balthas. Ayol. de iur. & offi. bell. & discept. milit. lib, 3. cap. 17 num. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3 p. 3. num. 3. 4. & 8. lib. 2. fol. 743.* & sic milites ratione militiæ habent istud beneficium, quod non conueniantur, nisi quatenus facere possunt, idest quatenus eorum facultates patiuntur, habita ratione, ne egeant, *Ant. Monach. de execut. in vestib. d. cap. 12. num. 25,* quod etiam apud Ægyptios lege cautum fuit. *Diodor. Sicul. lib. 2.*

Sed quis dicatur miles, vt sibi competat
2 istud beneficium, *Doctores* intelligunt de † milite armatæ militiæ, *vt d. l. miles, & gl. in l. pen. ff. ex quib. caus. maior. 25. ann.* vbi sex sunt necessaria in milite, vt dicatur miles, armatæ militiæ, *Specul. in tit. de procur. §. 1. vers. item quis est miles*, quæ etiam habentur *in l. 14. tit. 22. par. 2. in legib. Hispan, Amad. de Castill. in tract. syndic. in verb. magnificum, & generosum militem num. 37, Pet. Aretibel. in tract. de munerib. §. 4. num. 6, Greg. Lop. l. 49. tit. 5. par. 5. in verb Cauallero Regn.*
3 *Castill.* Miles † autem armatæ militiæ est habens equum & arma pro seruitio sui Domini dicit *l. 8. titu. 11. lib. 4. de ordinat. Real. Regn. in verb, los caualleros, & ibi Didac. glo. 1.*
4 vbi dicit quòd † isti dicuntur milites armatæ militiæ, quibus datum est armis intendere, & non alijs negotiationibus. notat *Fernand. Gomez Arias in l. 2. col. fi. num, 81, in ordine Taur, Regn, Castill. & in l. fin. par. 1. Regn. Hisp. in vers. otro*, cuius verba sunt, hæc (*otrosi dezimos, que los Caualleros, que, an à defender la terra, e conquerirla de los, enemigos de la fe por las armas, denen ser excusados*) *& ibi in g. 1. Gog. Lop.*

5 Qui † milites armatæ militiæ armantur à Rege, vel Regina, vel alter, nomine Regis, vt habetur *in d. l. 14. tit. 21, par. 2.* & ibi
6 ponit formam, & cerimonias; quæ † cerimoniæ armandi militem armatum hodie non sunt in vsu, & si sine eis crearentur à Rege, gauderent priuilegijs militum, *vt l. 8. tit. 1. lib, 4. ordin. regal.* cuius verba sunt, hæc (*e nos establescemos, que solos nos e qualquier de nos podamos hazer e armar Caualleros, y no otro alguno, assi en el campo, como en, otra qualquier manera, y en nostro querer, y, voluntad, que sean armados con solennidad, y, ceremonias, que las nostras leyes de las partidas disponen, o sin ellas para que se los Caualleros assi fidalgos, como non fidalgos guardaren, aquellas cosas, que se contienen en las leyes de, nostro Reynos, contenidas ca este titulo, puedan, gozar, y gozen de todas las otras honras, preminencias, & libertades de la Cauallaria, quādo por nos, o qualquer de nos fueren armados, aunque non interuengan las cerimonias, e solennidades de las leyes de las partidas*) & sic
7 † sine cerimonijs armati gaudent isto nostro beneficio; ergo milites nostri temporis, qui sine cærimonijs prædictis creati sunt, gaudent priuilegijs militum Romanorum, & per cōsequens isto beneficio deducto ne egeant, quando sunt creati à Rege, vel Prorege nostro, vel ab altero ex commissione regia secundum formam, & ritum hodiernum, si sunt in Bello, vel parati ad illud, dicit *Didac. Perez in ordinat. real. Regn. Castill. lib. 3. tit. 1. de los Caualleros, Alex. in d. l. centurio post num. 25. vers. tale priuilegium Balthas. Ayola*

in d.

in d. tract. de iur. & offic. Bell. lib. 3. c. num. 27.
8 qui dicit, quod † militibus nostri temporis, qui in numero sunt relati, & fortiter, & strenuè militant, priuilegia concedi, saltem ea, quæ vsus non coarguit.

Neque obstat, quod quædam solennitates quibus olim milites sacramento militiæ ascribebantur, exoluerint, vt sup. notaui, quia
9 eiusdem sunt efficaciæ, cum † quoque & ratio concedendi militibus, tam amplia priuilegia, fuit pro tutela, & defensione Romani Imperij, omnibus soluti curis, expeditissimi operam armis darent, *l. Aduocati, C. de Aduocat. diuers. iudicior.* quæ & nostris militibus competit, secundum *Cy. Bal. Bart. Salic. & alios in l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* dicit etiam *Andr. Gail. in pract. obseru. lib. 1. obseru. 118. num. 1. in fin. & 2.* quando vacant armis, *Christof. Lanfran. in d. tract. vtrum præf. sit doct. post num. 30. & sub num. 31. Bal. in d. l. 1. C. qui bon. ced. poss. & in consil. 232.*
10 *& 237. lib. 3.* dicens quod † milites nostri temporis stipẽdiati gaudent priuilegijs militum, sequitur *Ang. cons. 179. Alex. in dict. l. centurio num. 23. vers. hoc tamen fallit. Iason in d. l. miles num. 1. & 2. & ibi Castr. Roman. cons. 43. Dec. in Rubr. C. de milit. testam. post num. 4. vers. in secundo casu, Iac. Ber. de priuileg. iurisconsf. priuil. 38 num. 3. Mastrill. post omnes dec. 173. num. 5. 6.*

Et sic omnes alij stipendiati, qui vacant armis pro suo superiore, gaudent priuilegijs militum, *l. 23. tit. 21. par. 2. Regni Castell. Honded. cons. 83. num. 96. lib. 1.* vbi dicit quod milites nostri temporis stipendiati, seu militantes gaudent priuilegijs militum, *Soc. cons. 33. num. 4. vol. 7. Simon de Pretis de interpret. vlt. volunt. lib. 3. solut. 8. num. 6. fol. 260. & ita decisum fuit, testatur Capp. Tholos. dec. 141. num. 2. Zasius de compend. sub memb. 3. Crass. in §. substit. quæst. 66. n. 2. Bimi. cons 101. n. 8. lib. 2. Viui. dec. 411. num. 1. Menoch. cons. 403. num. 56. lib. 5. & cons. 909. num. 11. lib. 9.* vbi testatur de communi opinione. *Gramm. decis. 365. num. 1. in fin. & num. 2. Io. Bapt. Cost. in tract. de iur. & fact. igno. inspect. 94. num. 13. Laderch. cons. 178. num. 12.* & in specie tradit *Farin. cons. 95. num. 18,* post omnes *Mastrill. in d. dec. 173. num. 7. 28. 29. 30. 31. lib. 2.*
11 & non solum circa reuerentiam † sed etiam circa fauores, & odia, sicut alij Romani milite. *Paul. Cast. in l. scrianios post num. 6. in fi. C. de milit. testa. Io. Pet. Bim. d. cons. 191. post num. 2. & 4. vers. his tamen minimè,* vbi dicit quod milites stipendiati, vt sunt milites
12 custodientes Regna † Regis nostri, gaudent beneficijs militum: ratio est ibi supradicta, quia vacant armis, & parati sunt pro defensione Regni mortem obire, & magis res ipsa quam modus sit inspiciendus, *Galianl. in d. l. centurio numer. 3. in fin. Salyc. in d. l. 1. nume. 8. vers. vt potius consideretur, de iur. & fact. igno. Farin. d. cons. 95. post num. 2. Pet. Bell. Alben. in dict. tractat. de re militar. & Bell. par. 7. tit. de priuilegio milit. numer. 37. Rom. cons. 56. & nouissimè Io. Franc. del Castill. Auditor huius Regni meritissimus, et vir doctiss. decis. 105. nu. 35.* Et licet milites nostri tem-
13 poris non habeant insignia veteri obseruãtiæ, habetur tamen obseruantiæ nouæ, quæ loco veteris successit, vt habetur *in c. translatio, et ibi Fely. in 3. col. in princ. in vers. et addo Bal. ext. de constitut. Bald. in d. l. 1. C. qui bon. ced. poss. Ioan. de Anania in cap. 4. ext. de magist. Ripa in d. l. centurio num. 9. Farinacc. d. cons. 95. num. 2. vers. noua obseruantia, Alex. in d. l. centurio post numer. 23. versic. licet enim ordo, et post num. 25. vers. quia licet milites, D. de Castill. d. dec. 105. nu. 135. Bellug. in Spec. princ. rub. 20. num. 7. Gabriel cons. 100. nu. 2. vol. 1. Brun. d. quæst. 11. post num. 1. vers. an obstet secundo, et sub num. 4.* & dicit etiam *Lopez in gloss. 1. d. l. 23. p. 2. tit. 21.* vbi dicit communem opinionem Doctorum: faciunt etiam dicta *Roder. Suar. post num. 24. vers. dicit Saly. in proœm. for.* vbi dicit, quod mulieres intercedentes pro alio, ipso iure seruantur illæsæ, nisi se obligauerint in instrumento publice confecto à tribus testibus subscripto; nam si cum tali solemnitate se obligent, egent exceptione Velleiani, a quo succurruntur, sed hodie se obligant, & in publico instrumento non sunt testes subscripti, sed intersunt testes à Tabellione scripti, & tamen satisfactum est solemnitati.

Ratio est, quia hodie ista solemnitas est subrogata in locum antiquæ solemnitatis: sic ergo procedit in casu nostro, quod solemnitates militiæ hodiernæ sunt subrogatæ in locum veterum; quia inspecta consuetudine nostri temporis sunt veri milites, licet non sit in eis seruata forma antiquæ militiæ, vt sup. not. & dicit *Farin. d. cons. 95. sub nu. 2. secundum Iac. de Oldr. et Cyn.* quos sequitur *Bal. in l. 1. num. 8. et ibi etiam Salyc. numer. 8.*
14 *C. de iur. et fact. ignor.* cum † illa solemnitas militiæ fuit abrogata per consuetudinem generalem, quæ est altera lex *leg. 2. C. quæ sit long. consuetud. l. si diuturnæ, et l. de quibus ff. de legib.* tolerata per Imperatores, & secundum istam consuetudinem in dies milites faciunt. & sic facto approbant, *l. quidam consulebant, in fi. ff. de re iud. per Cy. in d. l. 1. n. 2. C. de iur. et fact. ignor. et Farin. loco cit.*

Vnde non solum equestris miles, sed etiam
15 pedestris, quia milites pedestres † militantes in armis in regio seruitio gaudent priuilegijs militum tanquam equestres milites, nam & est pedestris militia, *l. à calligato vbi gloss. et Bar. C. de nupt. Roma. d. cons. 45.* quod †
16 iura loquentia de militibus habeant locum etiam in magnificis dominis, qui dati sunt exercitijs armorum, allegat *l. fin. ff. de testam. milit.* sequitur *Socyn. in d. l. centurio num. 2.*
17 *et Dec. d. Rubr. de testam. milit. num. 5.* & sic † omnes milites, qui vacant cum equis, & armis, siue sint equestres, siue sint pedestres, in defensione Regni, vt sunt, qui stant in Re-

Regno Granatæ, Nauarræ, Neapolis, Mediolani, & istius Regni Siciliæ, qui (vt notaui) sunt parati succumbere pro defensione Reipublicæ) gaudent priuilegijs militum Romanorum. & ita ponendo exemplum de militibus Apuliæ notat *Vlderic. Zas. in tractat. substit. column. 630. secundum Alex. in d. lege centurio post numer. 23. versic. hoc tamen fallit*, Et quod pedestres milites gaudeant dictis priuilegijs, notat *Matth. de Affl. in constit. Regni nostri Rubr. 9. lib. 1. de armis sub num. 33.*

18 Quibus etiam priuilegijs gaudent † sine
vllo dubio, secundum communem opinionem, milites Sancti Ioannis, qui olim erant apud Rhodum, & nunc sunt in Insula Melitæ, siue sint in expeditione, siue non, *Sforz. in tracta. de substitutio. par. 4. præmis. 3. Bar. in lege 2. C. de his qui non completis stipendijs, lib. 10. Io Franc. Capiblanc. pragm. 1. numer. 63. in tractat. de iur. & autorit. Baron. seu comment. super pragm. tit. de Baronib. & eorum offic. Regni Neapolitani, Rip. in dict. lege centurio post numer. 16. Brun. de cessio. bonor. dict. quæstion. 11. post numer. 2. Lancell. Polit. in tracta. de substitut. de compendios. substit. numer. 9. vers. sed circa hoc etiam illud*, vbi probat quod priuilegia militum Roma-
19 norum competant † militibus Rhodi, qui
pro Republica Christi militant, & verisimiliter sunt, & multa maiora eis competere debent, & ita post alios concludit *Vlderic. Zas. in dict. tractat. substitut. loco præcitato*; Et † isti,
20 & alij Commendatores de Alcantara, & Ca-
latraua dicuntur religiosi, vt notat *Bellug. in dict. Spec. princ. Rubr. 7. num. 7.* & per ea, quæ notat *Io. Franc. Leon. in prax. Archiep. par. 2. quæst. 23. num. 35. & Ioseph de Rusticis in comment. ad l. eum æuus lib. 5. cap. 5. à num. 10. vsque ad finem*, vbi etiam enumerat multos alios milites religiosos, qui priuilegio gaudent militiæ antiquæ, prout sunt Commendatores S. Iacobi, S. Lazari, S. Stephani, & alij, omnino videndus, quia ad partes de omnibus tractat, facit etiam ad hæc *Pet. Calafatus in tractat. de equestr. dignitat. à num. 20. vsque ad 31.* vbi etiam ponit alios milites religiosos Cruce signatos *sub nu. 34. cum seqq.* scribit etiam *Polidorus Virgil. de inuent. rer. lib. 7. cap. 5. & Cassan. in Catalog. glor. mund. p. 9. consid. 4. vsque ad 9.* inclusiuè *Hiero. Fernand. in tract. diuersarum quæstionum quæst. 10. num. 1. & 4.* vbi dicit, post triplex solenne votum, etiam milites S. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ priuilegio Canonis gaudent, vbi ponit Doctores tenentes affirmatiuam, & negatiuam, sed *in q. 15. n. 8.* determinat eos esse verè religiosos.

Non obstat *Alex. in d. l. centurio column. 5. num. 20.* vbi adducit quinque rationes, con-
21 cludens † non gaudere priuilegijs militari-
bus milites nostri temporis, & *Houded. cons. 83. num. 95.* vbi dicit, quod priuilegium concessum militibus non competit militibus nostri temporis, & *Ant. Canario. 4. membr. in tracta. de quæstion. un. 2.* per illam rationem quod non seruatis solemnitatibus fabricensium, non debent haberi pro fabricensibus, *l. si quis consortium quorum, C. de fabricensib. & Lancell. Gallianl. in d. l. centurio. colum. 5. num. 17.* vocans eos milites decoratos sola cauda aurea gloriantes, & per plateas elati incedentes, qui conterunt tempus eorum more pauonum: ideo priuilegijs causa militiæ equestris, siue terrestris cõcessis gau-
22 dere minimè debent, & † habentur loco pa-
gani, & priuatæ conditionis, vt egregiè probat *Pet. Antibol. in tract. de munerib. §. 4. vers. de militibus autem, Franc. de Aret.* probat *in cons. 12. col. 1. Paris. de Put. in tract. de re milit. lib. 7. §. nobilis à progenitorib. num. 9.* ratio
23 est per eos, quia † non vacant armis, nec
sunt in matricula descripti, nec manent pro Reipublicæ vtilitate, sed stant in domibus inermes, & in delitijs, secundum *Raphael. in d. l. 1. C. de testam. milit. & Bald. in d. l. fin. C. qui bon. cedere poss. & Houd. d. consil. 83. num. 96.* & notat *Alex. in dict. l. centurio post num. 21. vers. 4. & sub num. 22. not. etiam Dec. in d. Rubr. de test. milit. sub num. 3. & 5. vers. & ista opinio, per Cyn. in d. l. 1. de iur. & fact. ignor.* intenduntq; mercantijs, & negotijs magis quam armis, vt infra notabo fall. 1. & *Aug. cons. 179. vers. vento, Specul. de procurator. vers. item quod est miles. Bon. de Cortil. in tract. de nobil. p. 3. num. 162. vers. ex cuius prima limitatione*, & est communis opinio, secundum *Dec. in dict. rub. de militar. testam. num. 3. & 5.* & communiter tenetur, secundum *Rip. in d. l. centurio num. 10.*

Sed Doctores tenentes quod milites nostri temporis gaudent priuilegijs militaribus, intelligunt de militibus † qui sunt in
24 matricula, & vacant armis, & parati sunt
pro Republica mortem subire, secundum *Dec. Alex. Rip. & alios in loc. cit. & Pet. Nunez de Auendag. in suo Dictionario Hispa. II. part. Reg. Castell. lit. C. versic. hoc in loco non erit absque vtilitate notare fol. 176. Farin. dec. 4. num. 9. impress. postrema, Mastrill. d. decis. 173. num. 3. D. del Castill. d. dec. 105. num. 12. 16. & seq. Mant. de coniect. lib. 6. tit. 1. nu. 32. & seq. D. Card. Tusc. concl. 232. to. 5. fol. 710. in verb. miles, Niger in c. Regn. Neap. 266. num. 12. & dec. 491. num. 1. lib. 3.* vbi milites nostri temporis gaudẽt priuilegijs antiquorum militum, si rei militari incumbant, & vitæ periculo se exponunt; *Thes. dec. 111. n. 5. Brun. de cess. bon. quæst. 3. princ. quæst. 11.* testatur magis communem opinionẽ *D. meus de Mastrill. d. dec. 173. num. 5. 6. 7. 8. & sub nu. 19. per text. in d. l. pen. ex quib. caus. maior.*
25 *25. ann.* qui dicit, quod † veri milites sunt,
qui sine periculo à signis non possunt discedere, *l. ex eo, ff. de milit. testa. Connan. lib. iuris*
26 *ciuil. c. 5. col. 10. de testam. milit.* vt sunt † su-
pradicti milites, qui non possunt à signis suis discedere sine licentia, alias incurrunt

in

in pœnā, vt inf. notabo, *Mastr. d. dec. 174. n. 17*

27 Et † ergo plures condemnaui ad remigandum, & aliquando ad mortem, qui postea gratiam consequuti sunt, ac etiam vidi plures condemnari per Excellentiss. Proregem per officium Auditoris Generalis, tam ad mortem, quam ad remigandum: ergo gaudent militum Romanorum priuilegijs.

Nec obstat eorum ratio, quia si non seruantur antiquæ solennitates, seruantur no-
28 uæ, quæ loco † veterum successerunt, *vt Bal. in l. sancimus in 2. lect. C. quib. non obijcit præscrip. long. temp.* vbi dicit, licet non sint facti secundum formam antiquam: nam licet sit sublata forma, non tamen est sublatum priuilegium, & hæc est veritas, & magis communis recepta sententia, vt per Doctores su-
29 perius notatos. Et licet † omnes stipendiati, qui sunt in matricula, vel in custodia Regnorum, vocentur milites, hæc vocatio est im-
30 propria, quia † miles verus, & proprius dicitur Imperator, *Dec. in d. Rubri nnmer. 1. C. de milit. l. 1. vbi Bal. in fin. ff. de testa. milit.* vel ille, qui est electus inter mille vnus, idest Capitaneus, *l. 1. §. miles, ff. de test. milit. l. 1. & 2. tit. 21. p. 2. Regn. Castill. Iob. 25. Nunquid numerus militum eius*, & iuxta illud Salomon, *Virum ex mille vnum reperi: mulierem ex omnibus non inueni, Ecclesiast. 7. Didac. Perez in gloss. 1. tit. 1. lib. 4. col. 5. vers. quæritur quis de los Caualleros. D. del Castill. d. dec. 105. n. 1. in fin.*

31 Et † talis miles priuilegium nobilitatis, & dignitatis habet, *Henriq. de Segus. Card. Hostiens. in summ. aurea lib. 3. de testa. & vlt. volunt. vers. quod sunt num. 5. fol. 1032. Castill. Bouad. in sua polit. lib. 1. cap. 10. fol. 172.* vbi dicit *post num. 42. Porque la milicia sola sin la Capitania no es dignidad*, & experientia ma-
32 gistra rerum docet, ex quo † quotidie videmus milites stipendiatos hoc Regnū custodientes, aliquibus grauioribus delictis, quando non sunt de genere nobiles, furca suspendi: Capitaneo vero, licet sit ex rustico parente natus, caput amputari, tanquam nobilis, & miles, & in dignitate constitutus, *Matth. de Affl. in constit. Regni, incip. Constitutione præsenti in primo notabili*, & iste tanquam miles Vrbis Romæ dignitatem habet. *Gabriel Sarai. in addit. ad Alber. Roman. sing. 511.* quia equites Romani dignitatem habent, *Pet. Calefat. de equestr. dignitat. nu. 64.* & de tali milite Capitaneo loquitur *Farin.*
33 *d. cons. 95. nnmer. 8. & 16.* dum dicit † quod miles æquiparatur Decurioni, qui est in dignitate, *per l. fin. ff. de decurion.* ergo militia sicut decurionatus est dignitas, ab æquiparatis distinguendo, *vt ibi sub num. 8.* & expresse *per text. clarum in leg. inter alias, secundum Farin. in loco citat. C. de Palatin. lib. 12.* quan-
34 do † est adiuncta officio seu Magistratui, secundum gradum infimū dignitatis, *vt gloss. in §. cumque in proœm. instit. in verb. Illustribus, in fin.*

Et licet *Bartin l. eo tempore, in princ. ff. de testa. milit.* teneat quod militia non sit dignitas, *per leg. fin. C. qui milit. poss. lib. 12.* vbi
35 † militia, & dignitas ponuntur tanquam diuersa, *gloss. in l. vnic. C. de equestr. dignit. eod. lib. Roma. d. sing. 511.* ratio est, quia libertus potest esse miles, *l. libertinæ conditionis, C. de libertis, & eorum liber.* sed libertus dignitatem habere non potest, *l. omnes C. de metat. lib. 12.* ergo militia non est dignitas, *Bon. de Corti. in tract. de nobil. in 3. p. num. 145.* dicit quod cum Bartolo est opinio magis cōmunis: sed *Bart. & Doctores* loquuntur de primis quatuor dignitatis gradibus, *vt gloss. in d. §. cumq; & Farin. loco cit. num. 9.* vel de
36 simplici militia, quia † militia simplex non est dignitas, dicit *Didac. Perez de Salm. in d. l. 1. tit. 1. de los Caualleros, lib. 4. Regn. Castell. in gloss. in verb. en los Doctores, versic. 1. Pet. Calefatus in tract. de equestr. dignit. post num. 64. in fin. & 66. & 67. vers. addit.* quid si quis fit
37 miles: secus † quando militia est adiuncta alij dignitati, puta si Doctor efficitur miles nam tunc militia est dignitas, ita signanter *Alber. de Rosat. in l. milites, C. locati*; item Magister, qui vulgariter appellatur conductor armorum, *vt l. per Armeniam, C. de offi. Magistr. milit.* sequitur *Martin. Laud. in tract. de Princip. de milit. conduct. 13. fall.* vel quando militia est adiuncta nobilitati, scilicet si vnus nobilis creatur miles, quia tunc militia est dignitas, secundum *Alber. de Rosat. ibi* vel quando est creatus Capitaneus, vt notauimus supra.

Maximè miles in ordine equestri positus
38 dicitur esse in dignitate, *Farinac. d. cons. 94. num. 8.* & isti milites, qui dicuntur propriè milites, sunt pacifici, humiles, & misericordes, & defensores pauperum, & eorum officium est æquitatē, & ius tueri, præcipuè orfanorum, viduarum, & similium, *vt d. l. 1. C.*
39 *de equestr. dignit.* vbi equites dicuntur † non ab equitatu, sed ab æquitate, & vbi non est seruata forma necessaria ad inducendū militem, seu nobilem, non est habendus pro milite, seu nobili.

Et sic dicendum est quod milites nostri temporis gaudent militum Romanorum
40 priuilegijs; quorum arma † iure communi in causa iudicati accipi non possunt, *Accurs. & Alciat. in l. nepos Proculo, ff. de verb. sing. Bal. in rubr. qui bon. ced. poss. Cyn. & Saly. in l. 1. col. 13. eodem tit. Bald. de Perus. sing. 130. Marc. Mant. sing. 96. num. 3. D. Ant. Sol. in 3. nouiss. decretal. sub quomod. processit in exequu. caus. person. gloss. 3. sub numer. 17. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 1. num. 32. & seq. Farinac. d. cons. 94. & 95. tom. 1. Nemell. Gall. de excep. in success. & c. exceptioni p. 2. num. 4. fol. 421.* vbi refert ita fuisse indicatum, quæ causa est vt militi absolutè auferri non possint ea, sine quibus commodè viuere non possit, *Ant. Monach. de exequu. in vestib. cap. 12. post nu-*
41 *mer. 30.* quia arma veteres † membra esse militum dicebant: nec in stipendia militum

fieri debet exequutio, si aliunde potest cre-
ditori satisfieri, *Balthazar Ayola in d. tracta. de iur. & offic. Bell. & discipl. militar. lib. 3. cap. 7. num. 2. in fin. Gabr. Sarai. in addi. ad Matth. Matesil. sing. 61. num. 4.* nec sequestrum
42 † fieri potest de publico salario, quod datur
doctoribus, seu militibus, nisi quando alia
bona non adsunt, *Ias. in l. commodis num. 2. ff. de re iud. Alb. de Rosat. in auth. sed iam cau-
tum, C. de posit. Milanens. decis. 8. numer. 41.*
43 *lib. 1.* vbi dicit, quod publica stipendia † non
veniunt in exequutione sententiæ, nisi aliis
bonis deficientibus, *Affl. in constit. huius Re-
gni incip. si quis post litem num. 14. & in con-
stit. in aliquibus in 6. quæst. numer. 34. Pet. de
Greg. in tract. de dot. de parag. quæst. 12. nu. 2. & quæst. 34. vers. secundo verò casu, & q. 39. in fin. Zabar. consil. 64. numer. 8. Io. Vinc. de
Ann. alleg. 127. num. 3. & alleg. 141. num. 9. & sing. 205.*

Sed in isto Regno de consuetudine serua-
tur contrarium circa sequestrum stipendij,
44 ex quo † fit iumargum, quando constat de
debito, quod est sequestrum, & tempore
solutionis stipendij vna pars datur militi, &
alia pars creditoribus: & ego tamquam
Auditor Generalis triremium huius Regni
ita semper seruaui, & pluries vidi obseruari
à Domino Auditore Generali huius Regni
nostri circa milites pedestres stipendiatos
Hispanos, custodientes hoc Regnum (licet
45 non sit necesse, quia propter eius fidelitatem
bene potest custodiri per suos, & in seruitio
Regis nostri Catholici perpetuò manere,
46 sicut hucusq. permansit) & sic † omnes mili-
tes, tam equestres, quam pedestres, qui in
castris sunt, dicuntur milites armatæ mili-
tiæ, *vt d. l. miles, & ibi gloss. ff. de re iud. & d. l. milites, C. de re milit. lib. 12.* & ibi in
summario, & per ea, quæ supra notaui: vel
47 Regna custodientes, qui sunt in Regio serui-
tio, & vacant armis, & isti omnes pro cau-
sa ciuili carcerari non possunt, *Doctores om-
nes in d. l. miles, & Canalc. in tracta. de tutor. & cur. numer. 318. Conar. var. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 4. Pandus in tract. de præsumpt. instrum. par. 4. num. 84. Put. in d. tractat. de
sind. par. 2. num. 2. post omnes Carol. de Graff. in tractat. de except. in prælud. num. 175.* nec
48 personaliter capi possunt milites nostri tem-
poris pro ciuili debito, *Bald. in d. l. 1. num. 11. qui bon. ced. poss. Pet. Calefat. de equestr. dignit. num. 56.* in illis verbis (eques auratus
pro debito ciuili capi non potest) *Ias. in d. l. miles num. 10. de re iud. Saly. in d. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. & ibi Ias. num. 7. Alex. in l. centurio num. 24. & 25. de vulg. & pupil.* dicit *Isern. super constit. huius Regni in tit. de
except. hostic. pon. fol. mihi 158. col. 2. lib. 12. Gomez in §. superest post num. 65. de exceptio-
nib. Viuius d. dec. 491. Io. Franc. Capibl anc. in d. tract. de iur. & authorit. Baron. seu com-
ment. super pragm. in tit. de Baronib. & eo-
rum offic. pragm. 1. num. 62. Balthazar Ayola
in d. tract. de iur. & offic. Bell. & discipl. mili-
tar. lib. 3. cap. 17. numer. 1.* vbi dicit, quod
49 milites, ex causa † æris alieni carcerari non
possunt: nec consuetudo in contrarium
valet, dicit *Brun. in d. quæstione 12. post nu-
mer. 11. de cess. bon.* quia est contra publicam
50 vtilitatem, cum milites † ob publicam vtili-
tatem militent, vt infra notabo, & consuetu-
do contra publicam vtilitatem non valet,
dicit *Bar. in d. l. de quibus post num. 5. vers. si
vero est contrarius, C. de legib.*
51 Nec † renuntiare possunt milites nostri
temporis isti nostro beneficio, dicit *Alex. in
l. alia, §. eleganter post num. 16. ff. solu. matr.* per rationem, *vt infra. Ias. in d. l. miles post
num. 1. vers. adde Surd. de aliment. d. quæst. 78. post numer. 17.* vbi dicit communem opinio-
nem per *Dec. in c. episcopum, in princ. de præ-
bend.* ratio est in locis prædictis, quia istud
beneficium est concessum personæ militum,
52 quoniam † militibus alimenta ministranda
sunt singulis, vel alternis diebus, *l. 1. & l. nulli, C. de erogatio. milit. annon. lib. 12.* spe-
ciali fauore Reipublicæ, ex quo si menstruũ
stipendium persolueretur, citius consume-
rent, nec postea haberent vnde viuerent, vel
militiam desererent, secundum *Bar. in l. pe-
cunia num. 3. de aliment. & cibar. legat. Angel. in l. cum hi in princ. ff. de transact. pract. Fa-
prus. in form. libell. quo vxor agit pro legat. rei singul. §. 1. num. 69. vers. fallit in militibus,* & ita hodie seruatur circa milites huius Re-
gni, quibus aliquando datur singulo die ra-
tionis vnus pro victu ab eorum Capitaneo, &
aliquando succursus, & quando triremes
ascendunt causa nauigandi pro Regio serui-
tio, quolibet die rationem comedendi ha-
bent, vt notabo, ver. seqq.

Sicut milites nauales, qui quolibet die tam
in hyemis tempore, quam in æstate rationem
comedendi habent iuxta officij qualitatem:
53 nec † cum iuramento renuntiatio ob publi-
cam vtilitatem valet, quia si renuntiatio va-
leret, exequutio in stipendio fieri posset, &
milites non haberent, vnde viuerent, & mi-
litiam desererent cõtra publicam vtilitatem:
sed *D. Gomes de Amescua in suo tract. de pote-
sta. in seipsum d. quæst. 24. num 17.* tenet quod
54 † milites possunt cum iuramento tali benefi-
cio renuntiare, allegat ibi multos per ratio-
nem ibi per eum: cuius, & aliorum opinio
55 procedit circa bona † militum tantum, quia
persona vacat armis pro regio seruitio ob
publicam vtilitatem: nec dici potest quod
egeant, cum sibi remanet stipendium pro
sustentatione personæ ob publicam vtilita-
tem, & regium seruitium, & aliquando ha-
56 bet † quolibet die succursum ab eius Capita-
neo pro victu, vt supra notaui: & ita proce-
dit communis opinio, secundum *Dec. loco
cit.* hanc partem tenet *Alex. in d. l. alia, §. ele-
ganter post num. 16. vers. in milite verò* vbi di-
cit, quod miles non potest renuntiare isti be-
neficio, sicut & maritus, quoniam militi cõ-

petit

petit priuilegium ratione, personæ non ra-
tione contractus: vnde licet actor, qui mili-
tem conuenerit, sit persona, quæ ei non de-
bet reuerentiam exhibere, tamen huic priui-
legio renuntiari non potest, *secundum gloss. ibi*
qui dicit, priuilegium personæ concessum,
pacto tolli non posse, quæ generaliter loqui-
tur de priuilegijs personæ concessis, & est se-
cundum apostillam *Iac. de Rauenn. in lege, si*
quis crediderit, de pact. quam allegat ibi *Alex.*
57 Nec † fori priuilegio renunciare possunt
in præiudicium militiæ, fauore publicæ vti-
litatis, *ut gloss. in l. si quis in conscribendo, in*
verb. antiqui, vers. quartus, C. de pact. per l. fi-
lius familias, §. veterani, ff. de procurat. ibi in
gloss. in l. 2. §. sed qui in verb. remitti, C. de
iureiu. propter calum. & sic fauore iuris pu-
blici renuntiari non potest priuilegio fori,
quoniam milites propter publicam vtilita-
tem militant, & armis vacant ob defensio-
58 nem Reipublicæ, vt supra notaui, & † legi,
quæ continet publicam, & priuatam vtilita-
tem, renuntiari non potest, notat *Fely. in c. si*
diligenti num. 16. de for. compet. Couar. in 2. p.
var. relectio, c. quamuis de pact. in 6. post n. 9.
dicit etiam *Specu. in d. tit. de renuntiation. &*
59 *concl. num. 8.* in fin. ergo renuntiare † non
potest miles fori priuilegio, cum sit indu-
ctum ratione iuris publici, secundum *gloss. in*
§. quia verò, auth. vt sine prohibit. matr. debitr.
& creditric. tutel. gerant in vers. secundum sche-
ma, verb. sed nunquid semper, vbi quærit, qua-
li iuri renuntiari possit, & ita distinguit: aut
ius est publicum autoritate, & vtilitate, vt
quia ius fisci, vel alia publica vtilitas ibi ver-
titur, & tunc renuntiari non potest, *vt l. 1.*
& 2. C. sin. cens. vel reliq. fund. compar. non
poss. l. ius publicum, & l. inter ff. de pact. ratio
60 est ibi *in gloss. & in text.* quia † priuatorum
pactis ius publicũ lædi non potest; aut autho-
ritate, non tamen vtilitate, & hoc dicitur
publicum, *§. 1. instit. de excusat. tut.*
61 Aut est statutum tantum vtilitate † re-
nuntiãtis, aut & communi primo casu potest
renuntiari, siue sit priuilegium, siue ius ex
aliquo contractu, vel pacto, *vt ff. & C. de*
pact. & de transact. & de accusa. & de noua-
tio. Specul. in d. tracta. de renunt. et concl. post
num. 9. col. 9. vers. si non habeo respectu non
ad alios, secundum *l. si quis in conscribendo,*
C. de pact. quæ secundum istam distinctionem
loquitur vt ibi subdit gloss. exceptis casibus,
quos notat *Ioan. in leg. pen. C. de pact. facit*
Thesau. Pedem. in decis. 39. num. 1. vbi dicit,
62 quod † ferijs ad vtilitatem hominis inductis
renuntiari potest de partium consensu, per
l. 1. et l. si feriatis, vbi gloss. et Doctores, ff. de
ferijs. gloss. Doctores in leg. omnes C. de ferys,
Haiman. Rinal. in Histor. Iur. Ciuil. et Pontific.
lib. 2. num. 34. in fin. Alex. consil. 6. col. 3 lib. 1.
63 *Vant. de nul. cap. 9. num. 130.* licet ista renun-
tiatio non noceat iudici, qui tempore feria-
to non tenetur Tribunali assistere, secundum
Thesau. loco citato post num. 3. vers. aduerten-
64 *dum*: ratio est, quia quilibet potest renun-
tiare fauori suo, *text. in d. l. pen. C. de pact.*
Io. Grinell. decis. 14. numer. 58. et decision. 22.
num. 20.

Si verò communi vtilitate, idest publica,
& renuntiantis, tunc non licet, *vt d. l. 2. §. sed*
quia C. de iur. iurand. propt. calum. l. quos pro-
hibet prætor, ff. de postulan. et l. quidam dece-
dens, ff. de admin. tut. l. cerdonem de oper. li-
bert. l. iurisgentium, §. si paciscar. de pact. se-
quitur *Bar. in d. l. si quis in conscribendo nu. 9.*
quia vtilitati meæ quando cum alterius vtili-
tate coniuncta est, quò ad me renuntiare
possum, quo vero ad alium non, iuxta *tex. in*
l. 1. C. de comm. rer. alienat. sequitur *Roder.*
Suarez in allegat. 3. fol. 38. numer. 1. sequitur
etiam *Mut. in consuet. Senat. Pan. cap. 31. nu-*
65 *mer. 33. et 36.* etiam † non obstante iuramen-
to ex causa publicæ vtilitatis, licet respiciat
vtilitatem priuatam, per *Raffael. Cuman. con-*
sil. 169. in fin. & per ea, quæ habentur *in d. c.*
si diligenti de for. compet. ad hoc videndus,
Specul. in loco cit. vbi facit nonnullas distin-
66 ctiones: sed priuilegium † militum non est
concessum militi simpliciter, sed toti colle-
gio militum, *Caualc. de tut. et cur. cap. 1. nu-*
mer. 324. circa fin. ob publicam vtilitatem
propter defensionem Reipublicæ, vt supra
not. ergo renuntiari non potest; priuilegia
autem in militum fauorem concessa, & in
eorum vtilitatem tantum, bene possunt re-
nuntiari, *vt tex. in d. l. si quis in conscribendo,*
et ibi Doctores, aliàs sequeretur vnum ma-
gnum inconueniens, scilicet quod milites
scripti, & matriculati (recepto stipendio, vt
irent Bellum) possent ad eorum libitum
remanere absque incursu pœnæ, & militia
remaneret illusa, & delecta, & aperiretur
via fraudibus, dum milites, vt euitarent na-
uigationem, & regium seruitium, fingerent
se debitores, & cum iuramento renuntiarent
suo priuilegio militari promittendo soluere
ad omne simplex mandatum creditoris, &
cum veniret tempus, vt irent Bellum, pate-
rentur se conueniri ab eorum creditoribus
coram quouis Iudice, & carcerari ob talem
renuntiationem vsque quo milites abirent, &
postea excarcerari se facere possent: & sic re-
manerẽt milite, absque pœna, quæ tali casu
67 imponitur † militibus remanẽtibus, absque
licentia, vel fugientibus, *toto tit. de deserto-*
rib. et occultatorib. eorum C. lib. 12. & secun-
dum obseruantiam, & banna Italiæ, & præ-
cipuè in terris nostri Catholici Regis, vbi
68 vera † militia floret ex militari disciplina
Hispanorum.

Et ego pluries condemnaui propter eo-
rum fugam, tanquam Auditor generalis tri-
remium Hispaniarum, ac totius Armatæ ob
expulsionem Maurorum Regnorum Hispa-
niarum de mari, & de terra, quo tempore
gubernabat Dominus D. Petrus de Gamboa,
& de Leua Generalis Capitaneus triremium
huius Regni, qui etiam sub se triremes Hi-
spa-

ſpaniarum habebat, & in earum Capitanea nauigabat, & omnia ordinabat, qui non nulla banna, & ordinationes fecit præter ordinationes militares, & præcisè contra desettores militiæ, ad hoc etiam facit *Vinc. de Franch. decis.* 455. *& Mastrill. decis.* 173. *num.* 17. & ita dicitur de militibus naualibus, qui hyemis tempore in triremibus existentibus in portu, cum eorum ſtipendio, & ratione manent, ſcilicet victu, quos Rex noſter Inuictiſſimus retinet, vt ſeruirent in æſtate, quo tempore poterint remanere modo prædicto, & triremes abſq; militibus, & nautis remanerent.

69 Et ideo dicendum eſt † quod milites, tam equeſtres, pedeſtres, quam nauales non poſſunt fori priuilegio renuntiare, & caſu

70 quo † fieret talis renuntiatio, Dux Belli, ſiue Generalis Capitaneus triremium poterit eũ reuendicare, & ita pluries ſeruatum fuit in iſto Regno, & ab Excelentiſſimis Proregibus mihi vti Auditori Generali dictarum triremium non nulli milites, & nautæ remiſſi fuerunt, non obſtante renuntiatione cum iuramento in contractu, tam de eorum mandato, quam etiam ad relationem D. Ferdinandi de Mattute Regij Conſiliarij, & Conſultoris Excellentiſs. Proregis huius Regni, & Regij Tribunalis, Patr. protectoris meritiſſimi, & illuſtris propter eius nobiliſſimam familiam, ac doctrinam, qui inter primatios aduocationis officium exercentes apud ſuam Catholicam Maieſtatem primum locum obtinebat: ac etiam remiſſio facta fuit ad relationem Domini de la Veglia tunc Aduocati fiſcalis regij Patrimonij meritiſſimi in perſonam Ioamis Falanga patroni triremis, vt dicitur la militia, vt eſt videre penes acta dicti Tribunalis, cuius Tribunalis eſt pręſidens D. Ioſeph de Neapoli magnus Iuriſta, & vir inter noſtrates illuſtris: ita etiam inter alios remiſſus mihi fuit Balthaſſar Berruto Monitionerius dictarum triremium ad inſtantiam fiſci Tribunalis triremium huius Regni, qui de Berruto cum iuramento renuntiauit foro ſuo, & diſcuſſa cauſa coram Domino meo Nicolao de Lauaggi Iudice meritiſſimo Curiæ Prætorianę huius Vrbis, cui fuit commiſſa cauſa per ſuam Excellentiam in menſe Februarij, vt eſt videre penes acta Curiæ prædictæ.

71 Secus ſi † litis fiendæ, vel debitum non ſoluendi effectus ſit miles inſtante creditore, quia tali caſu ex militia ſolui debet, *l.* 1. *C. qui militar. non poſſ. lib.* 2. *Brun. de ceſſ. bon. quæſt.* 11. *num.* 11. ſcilicet poſtquam in ius vocatus fuit miles effectus eſt, ſecundum *tex. in l. ſi quis ff. de iud. ſed ibi gloſſ.* dicit quod bene poſſint condemnari, ſed non puniri in perſona, quæ ſeruit militiæ ob publicam vtilitatem, & ſecundum prædictam rationem

72 conceſſa ſunt † priuilegia fidalgorum propter vtilitatem publicam, *vt l.* 5. *tit.* 2. *lib.* 4. *ordint Regn. Caſtill.* & vtilitas ipſa eſt cauſa priuilegij, vt per *Thomam in vot.* 1. *colum.* 2. & renuntiari non poteſt, *vt d. c. ſi diligenti de præſcript.* nec valet conſuetudo in contrariũ, vt notat *Carrer. in ſua practic. crimin. num.* 18.

73 *in princ.* & ideo † fidalgorum renuntiatio valere non debet, maximè tempore Belli, quia cum non ceſſet cauſa publica priuilegij, non ceſſat diſpoſitio per renuntiationem, ſecundum *Pet. Nuñez in d. ſuo dictionario Hiſpa-*

74 *rum loc. cit.* & ſic † conueniri non poſſunt niſi coram ſuo iudice competenti, *l. magiſteriæ poteſtari, ff. de iuriſdict. omn. iud. l. officium Regentis*, §, *officium Tribun. ff. de re milit. Balthaſſar Ayola d. tract. de iur. & offic. Bell. d. l.* 3.

75 *cap.* 8. *num.* 1. & † miles abſolutus à ſuo Tribuno non poteſt plus moleſtari, *Farin. conſil.* 4. *num.* 17. ratio eſt ibi, quia indubitatum eſt, quod quis de his criminibus, de quibus abſolutus eſt, amplius moleſtari non poteſt *vt in c. de his, de excuſatio. l. licet* §. *vlt. ff. naut. cauſ. ſtabul. Idem Farin. in tit. de Inquiſit. n.* 4.

76 *ampliat.* 4. ratio eſt quia † Duces in ſuos milites pro delictis commiſſis in caſtris omnimodam iuriſdictionem habent, tàm in armigeros, quàm in pedeſtres; *Bocr. in tracta. de cuſtod. clau. reg. num.* 28. *&* 29. *tom.* 5. *tract. fol.* 27. etiam pœna capitali puniuntur per Tribunos, & ego circa milites Hiſpanos huius

77 Siciliæ Regni pluries ſeruaui, & quos † liberaui non fuerunt amplius moleſtati, ex quo eorum cauſa fuit à iudice competenti cognita.

Immo milites delinquentes non ſolum in caſtris, & in triremibus, ſed etiam in Vrbe, & capti per aliam ordinariam iuriſdictionẽ, vel officialem mihi fuerunt remiſſi vti iudici competenti, ſecundum *Farinac. d. conſil.* 4. *ampl.* 4. *per l.* 1. *C. de exhibend. reis*, vt eſt videre per notas carcerum huius Vrbis Panormi, ac penes acta M. R. C. toto tempore, quo inſeruiui in dicto officio per annos ferè quindecim, & ita hodie ſeruatur quaſi per omnes partes: & in Regnis Hiſpaniarum mihi remiſſi fuerunt non nulli milites delinquentes in terra, & capti per ordinariam iuſtitiam loci cum ſola requiſitione remiſſionis fori, etiam in partibus vbi non erant triremes, & cum cuſtodia fuerunt conducti ad triremes, & ad eorum Ducem remiſſi iuxta iuris diſpoſitionem, tam in ciuilibus, quam in criminalibus.

Immo milites delinquentes in ciuitate Tortoſæ Regni Aragoniæ, ſeu Cataloniæ, vbi tunc reſidebat D. Auguſtinus Mexia vir Illuſtris, ſingularis, & inſignis inter milites, tunc Tribunus militum Hiſpaniarum, & per eum captos, & carceratos, fui ab ipſo vocatus, & ibi recepi nonnullas informationes nõ nullorum delictorum, & poſtea eos remiſit ad Dominum D. Petrum de Gamboa, & Leua Generalem Triremium huius Regni, qui tunc erat Dux omnium militum, triremium, & nauigiorum, qui erant in portu, vt dicitur (los alfaques) ad effectum traducen-

cendi, seu transportandi Mauros in Aphri-
78 cam, vt supra notaui: (cuius Regis † nostri
actus inter secula semper erit gloriosus, &
nunquam auditus propter magnum Mauro-
rum numerum, qui fuerunt circa sexcenta
millia expulsi cum eorum bonis, & pecunijs
propter eius misericordiam, & christianita-
tem.

Sit ergo Rex noster semper Inuictus, Deus-
que illum regat in auxilium S. Romanæ
Ecclesiæ, vt ipse, eiusque Inuictissimi paren-
79 tes semper fuerunt: quos † milites postea
subijci quæstionibus, & tormentis iuxta con-
80 suetudinem Italiæ, licet contra iuris † dispo-
sitionem, tenet *Franc. Aretin. consil. 95.
Salyc. in l. milites, de quæstionib. & ibi Bart.
Bal. in d. l. 1. C. qui bonis ceder. poss. Alex. in
l. centurio num. 25. & ibi Rip. num. 14. Paris.
de Put. in d. tract. de sindic. cap. 2. num. 2. post
num. 5. Raphael Fulgos. cons. 172. Roma sing.
492. Io. Franc. Leon. in prax. Archiep. par. 3.
cap. 35. num. 101. Ias. in d. l. miles vbi Docto-
res num. 4. Farin. de indit. & tortu. quæst. 41.
num. 30. lib. 2. prax. crim.* vbi dicit commu-
nem doctorum opinionem. *Gandin. in tit. de
quæst. ad torturam sub. nu. 9.* ratio Doctorum
est, quia ratione eorum nobilitatis, torqueri
possunt, *Guid. de Suzar. in tract. de indit. &
tort. num. 16. Marsill. in l. edictum, ff. de quæ-
stio. num. 17. & 23. Paul. Griland. in tract. de
quæst. & tort. num. 2. Brun. in tracta. de indit.
& tort. quæst. 4. numer. 19. Gabriel. Sarai. ad
Mathesil. sing. 61. Gigas de crim. læsæ maiest.
lib. 2. tit. quomod. & per quos crimin. læs. ma-
iest. prob. quæst. 27. numer. 1. Franc. Cason. in
tracta. de torment. cap. 10. rubr. quæ pers. torq.
poss. num. 14. Brun. de cess. bonor. d. quæst. 11.
4. quæst. princ. numer. 11. Clar. in pract. crim.
quæst. 64. num. 18.* vbi dicit, quod hoc pro-
81 cedit † tam in militibus antiqui temporis,
quam in militibus nostri temporis, & dicit
communem opinionem per *Grillan. de quæst.
& tort. in 6. quæst. princ. num. 3.* quod proce-
82 dit † in his, qui hodierno tempore appellan-
tur equites, vt ibi *Clar. Pet. Calefat. in d. tra.
de æquestr. dignitat. num. 56.*

Nec obstat consuetudo in contrarium, vt
per *Roman. d. sing. 494. per tex. in l. omnes iu-
dices, & ibi Bart. C. de decurio. lib. 10. Ludo.
Bologn. in addit. Guid. de Suzar. in d. tract. de
indit. & tort. num. 17. August. ad Aug. de Ma-
lef. num. 102. Ias. in d. l. milles, num. 5. Bell.
in d. tract. de re milit. de priuileg. milit. tit. 3.
p. 7. num. 31. 32. & 33.* vbi etiam dicit quod
83 † nec in metallum damnari possunt, neque
suspendi: sicut fidalgus, qui torqueri non po-
test nisi in septem casibus, quos ponit *Mi-
chael de Cifuentes in l. 29. ll. thor. Hispan. &
notant doctores in l. proditores, ff. de re militar.
& per Luc. de Pen. in l. pen. C. de veter. lib. 12.*
84 vbi dicit, quod milites † periuri torquen-
tur. *Ant. de Canar. in tract. de quæst. memb. 4.
num. 1. videatur, Platea in l. omnes Iudices,
C. de decurio. Affl. in constit. huius Regni lib. 1.
rubr. 5. in fin. & in d. dec. Neapol. 15. & per
Thom. Gramm. in vot. 25.* & de militibus vi-
deantur *l. 24. tit. 21 par. 2. Regn. Castill. &
Carrer. in sua pract. crim. vbi sup. num. 180.*
85 & † quando propter delictum militare sunt
puniendi solent degradari, & exui cingulo
militari, dicit *Marianus in cap. proposuisti post
numer. 34. de sor. competen.* & ita seruant
Duces, & Capitanei armorum, quando fa-
ciunt aliquem suspendi, scilicet de equestri-
bus, qui portant sua insignia, quæ nos di-
uisam appellamus, quia scilicet prius illos
denudant tali diuisa, dicit *Clar. in quæst. 74.
post num. 6. §. fin. prax. crim. & num. 64. &
in §. miles, lib. 2.* hoc est enim in Capitaneis,
seu Ductoribus militum, & sic veris militi-
bus, *vt sup. not.* dicit etiam *Farin. d. quæst. 41.
86 num. 33.* secus † in militibus priuatis, qui
modo sub vno præfecto, & modo sub alio
stipendia accipiunt, vt ibi *Clar. & Farina.
& Iac. Ben. in tract. de priuileg. iuris consult.
priuileg. 38. num. 3. & 4.* in Vrbe Romana
hoc non seruatur, vt ibi *Farinac. sub n. 35.*

87 Et milites, † nec bonis cedere possunt, di-
cit communem opinionem *Balthassar Ayola
in d. tract. de iur. & offic. Bell. & discipl. milit.
lib. 3. cap. 17. post num. 1* pro debitis in castris
contractis ex causa militari, vt ibi: ratio est
supradicta, quia carcerari non possunt, *Scip.
Rendin. in tract. prompt. recept. sent. tit. 14. de
cess. bon. num. 4. Caccialup. in tract. de debitore
suspect. & fugit. quæst. 5. princ. col. 2. versic. 5
quæro numer. 12. Euerard. in Topic. legal. arg.
22.* loco, à milite armatæ militiæ ad militem
cælestis militiæ, *vers. hinc est quod sicut milites
armatæ militiæ.*

88 Quod quidem † priuilegium nostrum de-
bet habere locum in militibus istius Regni
nouæ militiæ, tempore militiæ vel quando
sunt in expeditione militiæ, tēpore quo sunt
vocati ab eorum Stratore maiore eorum
Comusciæ, seu Tertij, vel per Capitaneum
ad guerram, vt solet fieri per Excellentissi-
mum Proregem in aliquibus ciuitatibus
maritimis, licet non sint stipendiati, sunt in
matricula descripti, & in numero militum:
& eadem militat ratio propter; publicam
vtilitatem, quo casu pro ciuilibus debitis
molestari non possunt de persona, & si sunt
carcerati, etiam pro causa criminali, excar-
cerari debent, & relaxari sub homagio de
redeundo post tot dies expediti de militia,
nisi sunt carcerati pro ardua, & graui causa
criminali, vt patet per instructiones Illustris-
simi Comitis Oliuares tunc Proregis di-
gnissimi, ac meritissimi huius Regni dat. in
hac felice Vrbe Panormi sub die 16. Aprilis
8. ind. 1595. & ante eum conditæ fuerunt
per Illustrissimum Ducem Terrænouæ Præ-
sidentem dignissimum huius Regni, refert
etiam *Castill. dec. 105. num. 41. 42.*

AMPLIA-

SVMMARIVM.

1 *Milites nauales habent etiam priuilegium deductione egeant.*
2 *Remiges, seu nauales sunt milites.*
3 *Nautæ & remiges in classibus sunt & militant.*
4 *Nautæ & remiges eandem immunitatem habent, quam habent milites.*

AMPLIATIO Prima.



1 RIMO amplia† quod istud priuilegium, quod nō conueniatur vltra quam facere potest, habent quoque milites nauales, *l.1.ff.de bon. poss. ex testa. milit. l. in nomine Domini, C.de offic. præfect. Præ. Afric. Dec.in Rubr. de milit. testam. post nu. 5.*
2 *in fin.* quoniam remiges, † seu nauales milites sunt, *gloss. in l. pen. vers. item remiges, ff.*
3 *de milit. testam.* omnes enim † remiges, & nautæ in classibus sunt, & militant, & milites sunt, *d.l. 1. §. in classibus. D. del Castillo*
4 *in decis.*1005. *post num.* 6. & eandem † immunitatem habent, quam milites habent, *Isern. in constitut. huius Regni constitut. Hostici de except. Hostic. ponend. fol. mihi* 158. *in gloss. columa.* 1. *lin.*31. *Balthasar Ayola in dicto tract. de iur. & offic. Bell. & discipli. militar. lib.*3. *cap.*4. *num.*3. *Castill. dict. decision.* 105. *num.*45.

SVMMARIVM.

1 *Milites, seu Tratenuti apud personam Principis habent beneficium, deductione egeant.*
Tratenuti apud personam Principis sunt parati pro seruitio regio mori in pati, & ire ad Bellum. ibid num. 1.
2 *Autor testatur vidisse nonnullos tratenutos apud personam Principis super triremibus præliandi causa, & ad Bellum ire.*
Dux Sanctæ Crucis fuit Capitaneus generalis Armatæ terræ Araci. ibid. num. 2.
Dux Sancta Crucis fuit Capitaneus Generalis Triremium Regni Neapolis Hispaniarum, & nunc huius Regni Siciliæ, & est Generalis Locumtenens Serenissimi Principis Philiberti Generalissimi totius maris, & gubernatoris huius Regni. ibi. num. 2.
3 *Tratenuti stipendiati apud personam Principis, gaudent priuilegijs militaribus. & num.* 5. & 7.
4 *Tratenimenta conceduntur propter seruitio facta in Bello, vt sæpius.*
Tratenuti hodie actu seruiunt in societatibus militum, & vacant armis, ibid n. 4.
5 *Tratenuti milites gaudent priuilegijs militū in corpore iuris clausis.*
6 *Tratenuti milites apud personam Principis non possunt recedere sine licentia Proregis.*
7 *Tratenuti apud personam Principis sunt milites, & gaudent priuilegijs militum.*
8 *Milites veri sunt, qui sine periculo à signis suis discedere non possunt.*
9 *Tratenuti solent ire cum Prorege per Regnū armati.*
Dux Ossunæ Prorex Siciliæ.
Dux Ossunæ, veram Romanorum militiam exercet ibidem. num 9
Mauri, & Turcæ quasi gallinæ manent in proprijs domibus & tanis, timore Ducis Ossunæ. ibi num 9.
10 *Milites inseruientes custodie principis gaudent priuilegijs, quibus gaudent militantes in castris, & num.* 18. & 19.
11 *Tratenuti milites ad custodiam Principis ponuntur pro vno numero militum, sicut de ordinibus, & numeris aliorum.*
12 *Honor Principis augetur per dignitatem seruentium personaliter.*
Nobiles eliguntur ad seruiendum principi. ibi. num. 12.
13 *Nobiles ibi sunt vbi est princeps.*
Principi. interest ad custodiam sui castri, eligere viros fortes, vt nobiles esse solent. ibi. num. 13.
14 *Quos Principis latus comitatus illustrat, eos tantum immunitate, honoribus, & priuilegijs dignos esse.*
15 *Tratenuti milites electi ad custodiam Principis, alijs præferuntur. & num.* 17.
Tratenuti ad custodiam Principis, dicuntur esse in dignitate constituti. ibi n. 14.
16 *Deputati ad custodiam milites dicuntur stipendiati.*
17 *Deputati ad custodiam sunt alijs digniores.*
18 *Milites nostri temporis, qui manent in seruitio Principis, & in eius defensione manent gaudent priuilegijs militaribus, antiquis militibus concessis.*
19 *Milites ad custodiam principis stipendiati, gaudent priuilegijs militum.*
20 *Tratenuti qui proprijs negotijs vacant, possunt prohiberi.*
21 *Tratenuti sunt perpetuò in bello, & in pace.*
22 *Milites Romanorum tempore pacis nutriebantur in regionibus finitimis, & tempore bellii in bello.*

AM-

AMPLIATIO Secunda.

1 ECVNDO amplia,† quod istud nostrum beneficium habet etiã locum in militibus stipendiatis à sua Catholica Maiestate apud personam Principis,scilicet Proregis,qui dicuntur Tratenuti, & manent in seruitio Regio, & sunt parati pro Regio seruitio, & publica vtilitate mortẽ pati,& bellum ire iuxta ordinem Excell.Proregis,& ego testor quod vidi
2 pluries † tratenutos apud personã Principis armatos cum nõ nullis alijs militibus Tertij huius Regni super triremibus præliãdi causa contra castrum,seu terram vocatam Araci, quorum erat Dux Illustriss. & Excellentiss. D. Marchio Sanctæ Crucis tunc Generalis Capitaneus triremium Regni Neapolis, & postea Hispaniarum triremiũ, & tunc triremium huius Regni,& Generalis locum tenens Serenissimi Principis Philiberti Generalis totius maris dignissimi, gloriosissimi, cuius merita per orbem terrarum elucescunt,& huius Regni Generalis Capitaneus, & Gubernator pro nostro Catholico Rege ei us consobrino, quem Deus in æternum regat, exaltet, custodiat, & feliciter conseruet; hoc est in paradiso, cum nunc mortuus sit Panormi, castè, ad sanctè, cum magno populi dolore.

Et ideo isti milites stipendiati, & in matricula descripti tratenuti † apud personam
3 Principis, gaudent priuilegijs militaribus *Roman. conf. 93. Paul. Castr. in l. feriniarios, C. de milit. testam. & ibi Alex. post num. 7. allegat Soc. & Doct. in l. 1. C. de iur. & facti ignor. Dec. in rubr. C. de milit. testam. nu. 5.* quia militat eadem ratio ratione publicæ vtilitatis, & sunt parati pro republica,& Rege suo mortem subire, & vacant armis: ergo vti veri militis gaudent priuilegijs militaribus *D. del Castill. decis. 105. num. 16. &*
4 *17.* vbi dicit quod talia tratenimenta † non conceduntur nisi constito prius de eorum regio seruitio in Bello, vt sæpius, prout hodie,isti tales tratenuti actu seruiunt in nõnullis societatibus militũ tertij Regni huius:ad hoc est c.19.in instructionibus suæ Catholicæ Maiestatis,secũdũ *D. del Cast. ibi sub n. 17. 18.*

5 Vnde milites † tratenuti gaudent priuilegijs militum in corpore iuris clausis, & ante eum dicit *Mastrill. decision. 173. numer. 18. 20. et 23.* quasi per totam: ratio est supradicta, quia sunt occupati in expeditione rerum militarium sicut omnes alij milites; & in tantum hoc est verum, quod non
6 possunt recedere † sine licentia Proregis, alias amittunt stipendia, *Vinc. de Franch. dec. 455. sequitur Mastrill. d. dec. 173. nu. 17. Castill. d. dec. 105. post num. 57.* & isti tales
7 † milites sunt, & gaudent priuilegijs militum, *tex. in d. l. pen. ff. ex quib. caus. maior.*
8 *25. ann.* vbi dicit quod veri milites † sunt, qui sine periculo à signis suis recedere non possunt, *& l. ex eo, ff. de militar. testam. Mastrill. d. dec. 173. num. 19. Connan. in lib. iuris ciuil. cap. 5. col. 10. de testam. milit. Mantua in tractat. de priuileg. milit. numer. 283. Marc. Aquil. in repetit. l. centurio numer. 30. Pet. Nunnez Auendag. in Dictionario Hispaniar. ll. partit. lit. C. versicul. hoc in loco Simon de Pret. de interpretatio. vlt. volunt. lib. 3. illat. 8. num. 6. fol. 260. & notaui sup. numer. 25.* & isti tratenuti semper manent in expeditione
9 rerum militarium, & † ego vidi istos tratenutos armatos, ire in comitiua, & in custodia Excellentiss. Proregis Domini Ducis de Ossuna per Regnum istud (qui veram militiam Romanorum exercet, & nunc floret disciplina militiæ, cuius nomine Mauri, & Turcæ pauescunt ob eius inuictissimum animum, & singularem valorem, & quasi superati ex pugna cum eis facta in tot partibus Africæ, & Asiæ, & ex septem triremibus captis cum vexillo Magni Turcæ, dum huius Regni triremes gubernabat Dominus Don Octauius de Aragona, & de nonnullis alijs vassellis, & triremibus inimicorum captis de mandato dicti Domini Excell. Ducis de Ossuna, qui dissipati veluti gallinæ in proprijs domibus, & tanis manent: regat Deus Ducem istum, vt inimicos Ecclesiæ suæ expugnet (& modo conseruet in Cœlo, quia pęnitenter mortuus est vt fidelis Christianus cum magna contritione) in quibus omnibus semper adfui inseruiendo officio meo Auditoris Generalis triremium prædictarũ.

Isti ergo milites gaudent, dicit *Mastrill. d. dec. 173. num. 17.* nimirum, si gaudent priuilegijs militum. *Rip. in l. centurionum. 10. ff. de vulg. substit. Pereg. cons. 84. n. 4. 24. lib. 1.* ergo vacant armis,& seruiunt personæ Principis, & in eius custodia manent, & milites
10 † inseruientes custodiæ Principis potiuntur eodem priuilegio, quo potiuntur militantes in castris, dicit *Farin. cons. 94. nu. 11. per tex. in l. vnic. C. de Castr. omn. Palat. peeul. lib. 12. versic. quod enim*, vbi dicit Imperator: *Quod enim tam ex castris est, quam nobis conscijs, ac prope sub conspectibus nostris acquiritur, sed nec alieni sunt à puluere, & labore castrorum, qui signa nostra comitantur. & ibi gl. in verb. signa*, vbi dicit, qui stant nobiscũ,& sequũtur nos, licet non sint in castris, *l. nemo, & ibi Bar. Luc. de Pen. & Doct. C.*
11 *de re mil. l. 12.* vbi tãles viri tratenuti † ad custodiã Principis ponuntur pro vno num. militũ,& de ipsorum numero, ac ordine sicut de ordinibus,& numeris aliorũ militũ in castris

degentium, pariformiter ibi determinantur *Farinac. d. conf. 95. post num. 17. sequitur Mastrill. d. decis. 173. num. 31. Castill. d. dec. 103. num. 99. & faciunt dicta per Cassan. in tractat. glor. mund. par. 5. consid. 19.*

12 Honor † Principis augetur per dignita-
tem, & seruientium præsentiam, cum eligantur nobiles probatæque personæ, *Bal. in l. omnium testamentorum de testam. in princ.* dicens,
13 vbi est Princeps † ibi semper sunt multi no-
biles: Principis enim maximè interest ad custodiam sui corporis eligere viros fortes, & deuotissimos (vt nobiles esse solent) & à Principe electi sunt, *arg. l. 1. in fin. ff. de offic. praefect. prat. confert l. vnic. C. de praposit. la-*
14 *bor. lib. 12.* vbi eos tantum immunitate † ho-
noribus, & priuilegijs dignos esse, quos Principis latus comitatus illustrat, dicit etiam *Farinac. d. conf. 94. nu. 1. Luc. de Pen. d. l. vnic. de equestr. dignitat. lib. 10.* & alijs præferri
15 † qui à Principe eliguntur, qui sunt isti trate-
nuti, qui ob eorũ seruitia in castris sunt electi à Rege nostro Inuictissimo cum stipendio ad custodiam Proregis, vt supra notaui, qui eius locum obtinet in Regno; ideo sunt constituti in dignitate: & non solum isti tratenuti electi à Rege ad custodiam Principis mili-
16 tes sunt, sed & illi deputati † ad custodiam
cuiuscunque priuatæ personæ, dicuntur milites. dicit *Farinac. conf. 95. num. 17.* & tan-
17 quam † tales recipiunt stipendia ab eo, quem
custodiunt, *per l. fin. C. de erogat. milit. annon. & ibi Bar.* & sunt alijs militibus digniores, & eos præcedunt, *Panorm. post Abb. antiquum in c. per tuas n. 1. vers. facit, extr. de maior. & obed. Luc. de Penn. in d. l. vnic. in princ.*
18 Et hi sunt illi milites nostri temporis, qui
cum stent parati pro defensione sui Principis, gaudent omnibus priuilegijs antiquis militibus concessis in omnibus & per omnia (excepta illa antiqua forma creationis, vt sup. notaui) antiquis militibus exæquantur *Iac. de Rauenn. Oldrad. Cy. Bal. Bart. Paul. Castr. Alex. Martin. Laud. Rom. Claud. Seisel. Rip. & alij quos allegat Farinac. d. conf. 95. post num. 2. & 18.* vbi dicit, *addo Anfrer. in addit. ad Capell. Tholos. dec. 141. & Honded. conf. 83. num. 96.* qui firmat prædictam æquiparationem in quibuscũque militibus nostri temporis, qui salarium recipiunt: vnde mi-
19 lites † isti ad custodiam Principis salarium
siue stipendium habentes gaudent priuilegijs militum, & ita fuit decisum in isto Regno, dixit *Mastrill. d. dec. 173. num. 175. & Casti l. dict. decision. 105. numer. 92. in fin.* & per ea, quæ dicit *Scip. Rendin. in tractat. prõptuar. receptar. sententi. titul. 14. de cession. bonor. post numer. 4.* quod si quis in sua patria, seu Republica stipendia mereret, priuilegijs militum gauderet, sicut olim gaudebant Ciues Romani, qui stipendia à Republica recipiebant, secundum *Paul. Castr. in d. l. scriniarios, quem refert ibi Alex. in fin. post alios.*

Non obstat quod vacant suis negotijs;
20 quia † hoc potest illis prohiberi à Principe,
vel eorum superiore, statorẽ maiore. Nec minus obstat quod morantur in plateis: quia
21 hoc euenit ex quo sunt perpetui † in Bello,
& in pace, non tamen desunt esse milites, sicut erat antiquitus per milites Romanos, qui
22 tempore pacis † nutriebantur in Regionibus
finitimis hostium, & quando erat necessitas Belli, vacabant in Bello, vt sup. notaui in princ. secundum *Bologn. in d. l. centurio n. 30.* qui loquitur de stipendiatis Regni Neapolis, sequitur *Mastril. d. dec. 174. n. 23. & 24.*

S V M M A R I V M.

1 *Milites electi à Principe non recognoscente superiorem habent beneficium, deducto ne egeant.*

Principes non recognoscentes superiorem quales, sint. ibid. num. 1.

2 *Milites electi à Principe absoluto & non existente de ordine militari, habent priuilegium, deducto ne egeant.*

3 *Principes non recognoscentes superiorem in terris suis, sunt leges animata.*

4 *Donatio facta ab Imperatore non debet insinuari.*

Donatio facta à Principe non recognoscente superiorem insinuari non debet. ibi n. 4.

5 *Principes recognoscentes superiorem faciunt omnia quæ Imperator facit, & vicem Imperatoris gerunt.*

6 *Dux Venetorum Allobrogum, Mantuæ, & similes, dicuntur subditi Imperatori, vt Reges ab origine eorum.*

7 *Rex Hispaniæ non est subditus Imperatori.*

8 *Reges uncti à Deo non recognoscunt superiorem.*

9 *Reges quorum nomina descendunt à iure ciuili recognoscunt Imperatorem superiorem.*

10 *Imperator dicitur Dominus omnium prouinciarum, & totius mundi*

11 *Imperator est Dominus Asiæ, Aphricæ, & Europæ.*

12 *Imperatoris omnia esse intelliguntur.*

13 *Imperator in seruitutem potest reuocare populum liberum.*

14 *Principes, & Reges de iure subsunt Imperio.*

15 *Hæreticus est, qui negat Imperatorem non esse dominum totius mundi, & orbis Monarcham. & num. 4.*

16 *Imperatorem non esse dominum totius orbis quomodo intelligatur.*

Imperator ratione subiectionis, & protectionis est dominus totius Mundi de iure. ibid num. 16.

17 *Imperator est dominus totius mundi in vniuersalibus non in in particularibus.*

18 *Reges non omnes subsunt hodie Imperio.*

Cõstantinus Imperator dedit Ecclesiæ possessiones, & prædia in donationem, quam Henricus confirmauit. ibidem num. 18.

Rex

AMPLIATIO Tertia.



1 MPLIA tertio in † militibus electis à Principe, vel Duce nō recognoscente superiorem, vt sunt Dux Venetorum Allobrogum. Hetruriæ, Mantuæ, Parmæ, & alij similes, & isti tales, dicuntur propriè Principes, & non recognoscunt superiorem, *Bald. in Rubric. de rer. diuisio Ant. Franc. in addit. ad Abb. in cap. exposita litt. A. post num. 2. de arbit. Bar. Cepoll. vers. plene in tractat. de seruit. in Rubr. de seru. rustic. prædio. in tit. de Mari. ad fin. Socy. sen. consil. 4. vol. 3. Cephal. consil. 608. num. 27. lib. 5. Paris. consil. 1. num. 3. et 15. lib. 1. Thesau. in procem. dec. Pedemont. num. 13. et 14. Paul. Castr. consil. 225. Aug. consil. 195. et 217. col. pen. vers. vnde sicut Imperator, Roma. consil. 59. Dec. consil. 403. num. 7.* post omnes, *Carol. de Graff. in tract. de except. except. 1. num. 30. et 31.* etiam
2 † non existente de ordine militari, quo casu habent milites istud priuilegium, *Alexan. in dict. lege, centurio, post numer. 26. de vulg. et pup. substitut. Bald.* eleganter *in l. precibus in vlt. column. eodem tit.* ratio est ibi per eum,
3 quia tales Principes † siue Duces, in terris suis sunt leges animatæ, *l. pen. C. de donatio. inter vir. et vx. c. vnic. et ibi glo. in ver. decern. extr. de maio. et ob. Alex. loc. cit. post d. n. 26. et* nota-

4 *notaui in quæst.2. fall. 3, circa finem, Oldrad.*
consi. 231. vbi ficut donatio facta ab Impe-
ratore non debet infindari; *auth. item C. de*
donat. ita erit in donatione Regis vel alterius
gerentis vicem Imperatoris in terris fuis,
Alex. d. l. centurio post d. numer. 26. verf. &
probo dictum. Bald. in l.1. C. de dignit. lib.12.
Dec. in d. rubr. de milit. testa. post num.3. verf.
secundus est casus, Paul. Castr. in d.l. scriniarios
num.6. vsque ad fin. C. de testa. milit. sed isti
5 tales in suis statibus regalia omnia, Cæsaria-
que iura habent, & omnia quæ Imperator fa-
cit, illis in suis statibus facere licet, *Thesau.*
loco cit. num.17. in fin. Io. Francisc. Leone in
prax. Archiep. cap.10. p.1. num. 29. de Vica-
rijs. & c. 38. num.39. p.3. de excommu. Brun.
à Sol. in compend. resolut. fol. 93, ergo gerunt
vicem Imperatoris in terris suis, & sic eo-
rum milites gaudent priuilegijs militum Ro-
manorum.

6 Et licet † tales Principes, & Duces non re-
cognoscant superiorem de facto per iura
superius notata, tamen negari non potest
quin tales principes, seu dignitates origine
sua dicantur subditæ Imperatori, quemad-
modum & cæteri Reges, vt est *tex. in c. vo-*
lumus 11. quæst.1. & Thesau. loco cit. exceptis
7 Regibus Hispaniæ, qui † Regnum à fauci-
bus Infidelium eruerunt, *Io. Franc. Leone in*
prax. Archiep. cap. 1. p. p.1. num.54. & si non
ab Imperatore, secundum *gloss. sing. in c. A-*
drianus, col.3. 63. dist. Gomes. in § sed ista post
num.24. vers. quibus non obstantibus, licet *Ol-*
drad. dicat *in cons.69.* quod nullus dicatur re-
cognoscere de iure Imperatorem, de quo la-
tè ibi disputat, quæ non faciunt ad rem no-
8 stram, quia ibi loquitur de † Regibus, qui
fuerunt à Deo vncti, & creati, *vt c. 1. §. vnde*
in veteri de sacr. vnctio. & tenet pro plura
iura, *Pet. de Anchar. cons.339. Prou.8.* vbi di-
cit: Per me Reges regnant: nos autem loqui-
9 mur de illis, quorum † nomina descendunt
à iure ciuili, *& Gomes. d. §. sed ista,* loco ci-
tato dicit communiter teneri, *Ias. in l. cun-*
ctos populos num.6. C. de summ. Trinit. & fid.
Cath. Cyn. Bart. Bal, & Salyc. ibi l. de preca-
rio, ff. ad l. Rhod. de iact. secundum glo. ibi The-
sau. in d. proœm, post num. 14. Lancell. in tra.
de Imperator. quæst.2. num. 3, 8 & 9. gloss. in
12. quæst. 1. c. futuram, Bart. in extrauag. ad
reprim. in verb. totius orbis, Daniel c.2. gloss. in
c. per venerabilem, qui filij sunt legitim. Host.
in summ. in tit. de offic. ord. §. 1. verf. sed Im-
perator, Pet. de Ancha. super Clem. c. pastora-
lis, num.24. de sent. & re iud. & in consil.310.
10 *num.3, Dec, consil, 588. numer.1. lib.4. Alex.*
consil. 76. num.7. lib.2. & Dominus omnium
Prouinciarum *63, dist. d. c. Adrianus, & ibi*
gloss. in verb. per singulos, Guid. Pap. dec.141.
in add. litt. C. & totius orbis Dominus, dicit
Pet. Calefat. de equestr. dignit. num.137. Alua-
rot. in capit.1. quis dicatur Dux, Comes, vel
Marth. de feud. post num.12. in fin. vbi subdit,
11 quod sit Dominus Asiæ, Africæ, & Europæ;
nam quod sit dominus Asiæ, probatur *in l.1.*
C. de offic. præfect. præt. Africa: de Africa pro-
batur *in l. fin. C. de tempor. appell.* de Euro-
pa, probatur *in l. cum appellat. C. appell. Si-*
gnorol. de Homod. in repetit. proœm. digesto-
12 & † omnia eius esse intelliguntur *leg. bene à*
Zenone, C. de quadr. præscription. 8. dist. c. qui
13 *iure 23. num. 8. c. conuenior,* & † in seruitutem
potest reuocare populum liberum, *Pet. Cale-*
fat. d. tractat. de equestr. dignit. num.138.

14 Et Principes, & Reges subsunt de iure Im-
perio, *c. in apibus 7. quæst.1. Oldrad. Laud. cons.*
69. Abb. Sicul. in c. ecclesiarum numer. 11. de
15 *constitut.* in tantum hoc est verum quod † si
aliquis dicat, Imperatorem non esse domi-
num, & Monarcham totius orbis, esset hæ-
reticus, quia contra Euangelium, *Luc. c. 3.*
Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describere-
tur vniuersus orbis, dicit Ias. in d. l. cunctos po-
pulos num.7. Bar. in l. hostis colum.2. ff. de capt.
licet Bar. in hoc reprehendatur, per Bal. in c. so-
lita de maior. & obed. & Couar. in l. peccatum
16 *§.9. de reg. iur. in 6. 2. p. relect.* vbi dicit † Im-
peratorem non esse dominum totius Mundi:
& ibi allegat varios, & doctissimos Docto-
res, cum de iure fit dominus totius Mundi,
& hoc intelligendum est ratione subiectio-
nis, & protectionis, *vt not. in proœm. dige-*
storum, in princ. in verb. dominus. Marc. Mant.
sing.312. num. 1. hæc est singularis declara-
tio *Oldradi* menti tenenda *in cons.159. nu.2.*
17 Vel potest † dici dominus totius Mundi in
vniuersalibus, non rerum singularium, secun-
dum *Marc. ab Mantua in sing.312. nu,2. Bar.*
in extrauag. ad reprimendum super d. verb. to-
tius orbis post num.8. verf. per hoc.

18 Licet hodie † non omnes Reges, & Princi-
pes subsint Imperio, ex quo Constantinus
suscepto Baptismi sacramento dedit Eccle-
siæ prædia, & possessiones in donationem;
& per Henricum Imperatorem confirmatã
12. quæst. 1. cap. cum futura c. Constantinus 96.
dist. & clem. 5. in Concilio Generali Vienna, vt
in clement. vnic. §. porrò præter de iur. iurand.
& ibi Abb. num.17. Bursat. qui plures adducit
in consil.124. post num.31. vsque ad 53. lib.1.
& etiam Ottho, Pipinus, & Carolus Ma-
gnus Imperatores Beato Petro dederunt Bo-
noniam, & Romandiolam, & non solum
confirmauerunt dictam donationem, sed
etiam multas alias ciuitates, & castra dede-
runt Ecclesiæ, *Franc. Leone in prax. Archiep.*
cap.12. à num. 1. vsque ad num. 10, In quibus
19 † Papa habet plenam potestatem in tempo-
ralibus, & spiritualibus, *text. est in clem. Ro-*
mani de iureiu. Abb. Sicul. in d. c. per venera-
bilem, ver. item contrà, Ias. in loco cit. num. 8.
in fin. & isti tales de facto non subsunt Impe-
rio. *Bart. & moderni in l. omnibus ff. ad Trebell.*
20 & † si alij Pontifici subsunt, vt Rex huius
Regni Siciliæ, qui fuit à Papa coronatus,
Isern. super constitut. huius Regni in tit. de ob-
seru. institut. in Rubr. lin.59. fol.75. & infeu-
dauit Carolum I. Regem, *idem Aud. de Iser.*
in

in proœm.Const. column.23.lin.67.& similes.
21 Alij vero Imperio, vt Rex Francorum,
per gloss. in cap.1. in princip. de pac. iur. firm.
Nicol. de Neap. in lect. Bart. in l. si duas. §. 1.
ff. de excusat. tut. & in princ. instit. de patr. po-
22 *test.* sed communniter tenetur contrarium
refert *Abb. in d. c. per venerabilem num. 37.*
dicens quod de iure subest Papæ, & non Im-
peratori, *per gloss. ibi in verb. recognoscere,*
Franc. Leone in d. prax. Archiepisc. d. cap. 1.
par. 1. num. 53. ad hoc videndus *Igneus An-*
rel. in disput. sua an Rex Franciæ recognoscat
Imperatorem, & Fely. in c. cum non licet co-
lum. 4. de præscrip. vbi ponit tres Reges non
recognoscentes Imperatorem, scilicet Re-
gem Franciæ, Hispaniarum, & Angliæ, *Io.*
Franc. Leone d. cap. 1. num. 65. & quod non
recognoscant Imperatorem dicit *Guid. Pap.*
dec. 229. num. 2. et ibi addit in verb. Rex Fran-
corum, & patet *per Ant. Corset. in tractat. de*
23 *Regib. in 14. quæst.* qui dicit, quod † Re-
ges, qui vnguntur ab Ecclesia sunt quodam-
modo eius vassalli, quia iurant Papæ fidelita-
tem, secundum *Bal. in c. pastoralis de rescrip.*
Rex Hierosolimitanus, Rex Franciæ, & Rex
Siciliæ coronantur, & vnguntur ab Eccle-
sia, dicit *Alnarot. d. cap. 1. num. 17. et Pet.*
Calefat. in d. tracta. de equestr. dignit. nu. 102.
103. ponit etiam istos quatuor Reges, qui
coronantur, & vnguntur à papa, scilicet Rex
Hierosolimitanus, Rex Francorum, Rex Si-
ciliæ, & Rex Angliæ, *per Martin. Laudens. in*
tracta. de princ. quæst. 76. secundum Alber. in
1. gloss. rubr. C. num. 3. ergo sunt subditi Pa-
pæ, & non Imperatori: facit etiam *gloss. in §.*
fin. instit. de patr. potest. quam gloss. reputat
vnicam, & singularem *Bal. in c. si duo fratres*
alias ille §. est cap. 2. in tit. de fratrib. de nou. be-
nef. inuest. et in cap. x. An marit. succedat in be-
nefic. & quod Rex Franciæ non recognoscat
Imperatorem, tenet *Io. Faber super proœm.*
instit. vers. Francia.
24 Quicquid sit tandem, Papa † est Iudex or-
dinarius omnium etiam immediatè *Abb. Si-*
cul. in c. Ecclesia S. Mariæ, col. 1. numer. 6. vt
lit. pend. & est ordinarius ordinariorum, &
& ordinarius totius orbis, *idem Abb. in c.*
contra num. 5. de concess. præbend. Ioan. Criuell.
25 *dec. 113. num. 18.* & † habet subditas omnes
creaturas, & omnes homines sunt subditi
Papæ, dicit *Gomes in §. rursus numer. 24. de*
actionib. secundum Abb. in c. quod autem in 1.
col. pen. & rem per tex. in c. cuncta per mun-
26 *dum, & c. per principalem quæst. 3.* & omnes †
Principes subijciuntur Romano Pontifici,
Pet. Cened. in collect. ad ius canon. collect. 149.
num. 1. p. 2. vbi allegat infinitos Doctores;
27 & sic vniuersa † caro illi subdita est, & ne-
mo potest declinare ab eius iurisdictione,
idem *Abb. in c. quoniam numer. 1. de constitut.*
Franc. Leone in prax. Archiep. par. 1. cap. 1.
num. 57. Innoc. in c. quod super num. 4. de vot.
redempt. Sanctus Anton. in summ. p. 3. tit. 3. c.
28 *col. 2.* & dicitur † habere potestatem tempo-
ralem saltem habitu, adeo quod deficiente
superiore, ad ipsum recurritur, idem *Abb. in*
c. a duobus, num. 5. de appell. & in c. nouit post
num. 15. de indic. vbi *Fely. num. 14. per auth.*
deficiente iud. §. si vero col. 9. vbi dicit, quod
contra non recognoscentem superiorem
actor potest directè illum conuenire coram
Papa, qui ratione generalis, & supremæ
potestatis, quam habet, poterit de hoc co-
gnoscere: quod videtur satis rationabile:
& hoc aperte sentit *gloss. in c. ex transmissa de*
29 *for. compet.* facit quia † nemo potest esse a-
cephalus, idest sine capite *93. dist. c. nulla*
ratione: & contra Ducem Venetorum fuit
recursum ad Papam, dicit *Abb. in d. cap. ex-*
posita num. 2. & expresse dicit *Innoc. ibi per*
cap. Apostolicos 12. quæst. 2. & cap. si quis de
potent. 24. quæst. 3. & faciunt quæ dicit *Abb.*
post Innoc in cap. licet ex suspecto de foro com-
pet. ratio est, quia de facto non recognoscit
superiorem in temporalibus.

Ideo in causa ardua potest adiri Papa in
defectu superioris, vt sup. notaui, facit quod
notat *Hostiens. in cap. cum Ioannes, de fide in-*
strum. & Abb. in cap. 1. num. 4. de probat. Za-
barell. cons. 154. num. 3. & ita fuit Iudex or-
30 dinarius † inter Regem Francorum, & Du-
cem Allobrogum Papa, & fecit nonnulla
capita accordij inter eos his annis præteri-
tis super nonnullis prætensionibus ab vtraq;
parte, ac compulit eos ad pacem, iuxta no-
tata per *Isern. super d. constit. in titu. de cult.*
pac. & general. in Regn. col. 2. lin. 62. fol. 26.
31 ex quo † ipse constitutus est super Reges,
& Regna, idem *Isern. d. constit. lin. 64.* vt
scribitur *Hierem cap. 1. circa fin. & extra de*
32 *maior. & obed.* & omnes † tenemur subesse
Romano Pontifici de necessitate salutis, di-
cit *gl. in d. cap. 1. §. porrò.*
33 Imperator etiam recognoscit Imperium
à Papa, *Abb. in cap. venerabilem num. 18. de*
elect. & potest conueniri coram Papa, idem
Abb. in cap. 1. num. 2. de probat. not. Arch.
super clem. d. cap. pastoralis, num. 24. Franc.
Leone prax. Archiep. par. 1. quæst. 1. num. 16.
34 & Imperatorem deponere potest propter
crimina, vt *in d. cap. ad Apostolicam, de re iud.*
Io. Franc. Leone in d. cap. 1. num. 25. & n. 52.
par. 2. & ita tenet *Bal. in l. Barbarius, ff. de*
offic. prætoris, Guid. Pap. dec. 989. num. 5. in
fin. Zabarell. d. cons. 154. num. 1. vbi Inno-
35 centius IIII. † deposuit Federicum II. & iu-
stè potest priuare Imperatorem, & alios Re-
ges *gl. in tit. de inuestit. inter domin. & vassal.*
Bal. in l. non ambigua, ff. de legib. & per Do-
ctores in cap. translato de constitut. Abb. in c.
sicut, & infra numer. 12. de iureiur. & in d. c.
venerabilem num. 16. qui fil. sint legit. vbi dicit,
36 ex magna, † & ardua causa potest Papa de-
ponere Principes seculares, licet sibi non sint
subditi in temporalibus, sicut alias deposuit
Regem Franciæ, *& in c. alias 15. quæst. 6.* &
37 Imperio † vacante iurisdictio terrarum Im-
perij Papæ competit, *Roman. sing. 417. & di-*
cet

cet ex suspecto de for. compet. d. clem. pastoralis, §. fin. sequitur *Io. Faber. in notab. q. a. sit in §. 1. instit. de adoptio. Bart. in lege, naturaliter*
38 *num. 25. ff. de vsucapio.* vbi dicit, quod † vacante Imperio non currit contra Imperium præscriptio, licet Ecclesia in administratione succedat, *Bal. in leg fin. col. fin. C. de quadrien. præscriptione, Innoc. in c. olim de resti.*
39 *spol.* hoc intelligendum est in his rebus, quæ administrationem, & expeditionem ipsius Imperatoris spectabant; secus vbi alias Iudex poterat explicare, & ad eum spectabant, dicit *Nicol. Rig. in addit. ad d. sing. Rom. 417. in fin.*
40 Et non obstat istud quod dicitur, quod Imperator est dominus totius Mundi: quia illud intelligitur ante aduentum Christi, & secundum tempora posita per *Bart. in dict. verb. totius orbis*, vbi præmissis duabus responsionibus sic subdit: Vel tertio, inhærendo opinioni Sanctæ Matris Ecclesiæ, primo fuit Imperium Babilonis, secundo fuit Imperium Persarum, & Medorum, tertio fuit Imperium Græcorum, quarto fuit Imperium Romanorum. Vltimo adueniente Christo illud Romanorum Imperium incepit esse Christi Imperium, quia Christus quatenus homo fuit Monarcha totius orbis, *Io. Franc. Leonius in prax. Archiep. cap. 1. par. 1. nu. 59.* & potestatem reliquit Summo Pontifici, quã Christus habuit super temporalia in ordine ad finem supernaturalem, Ludou. *Mol. de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. exposit. 29. & post Aquin. de regim. princ. lib. 3. cap. 12. Iac. Almaia. de potestat. Pap. cap. 8. col. 6. Nauar. in relect. c. nouit notab. 3. num. 9. 10. & 11.* & Papa est successor Petri & Christi Vicarius *c. licet de transl. prælat. Nauar. d. c. nouit. n. 1.* & omnia potest, quæ potest Christus claue non errante, *c. manet ergo 24. qu. 1. Io. Franc.*
41 *Leonius d. cap. 1. num. 60.* & ideo † apud Christi Vicarium est vterque gladius spiritualis, & temporalis, *Luc. cap. 22. Paul. 1. ad Corinth. cap. 6. & cap. 1. §. in hac de maior. & obed. in extrauagan. com. Bursat. consil. 124. nu. 36. lib. 1. post Archidiac. in c. quoniam 18. dist. Bal. in l. cum multa num. 2. C. de bon. qua lib. Io. Franc. in d. prax. Archiep. p. 1. cap. 15. num. 32. & Zaccar. in addit. ad Abb. in c. nouit ille, lit. D.* vbi dicit quòd Papa, tam in spiritualibus, quam in temporalibus habet
42 potestatem, sed † non potest de illis temporalibus se intromittere, nisi ex causa magna, vel maxima, notatur *in d. c. causa, qui fil. sint legitimi. notat etiam Iac. Aluarot. in d. cap. 1. num. 6. Quis dicatur Dux, vel Marchio, de*
43 *feud.* & licet Imperium à solo Deo dependeat *23. quæst. 4. c. quæsitum l. 1. in prin. C. de veter. iur. enucl. & 96. dist. si Imperator*, quod
44 patet, quia † per ipsum omnes alij Reges regnant, & includit in se cætera Regum Regna, *vt in dict. Epistola, inter claras de summ. trinit. & fid. Cathol. 70. quæst. 1. in apibus, & in d. c. Apostolicæ de sent. & re iud.* tamen prædicta intelligenda vera esse secundum Sanctæ Matris Ecclesiæ determinationem, & procedere ante aduentum Christi vt sup. notaui, secundum *Alaarot. d. c. 1. num. 7.* post vero
45 aduentum Christi, † Imperium fuit apud Christum, & eius Vicarium, scilicet Papam.

Vnde videmus, quod hodie Imperium transfertur per Papam in Principem secularem, *cap. venerabilem extr. de elect.* & ideo
46 Papa † iudicat omnes, & à nemine iudicatur, quia est super Imperatorem, & Regna *d. c. 1. circa fin. vers. spiritualis, & ibi gloss. de maior. & obed. in 6.* nisi à solo Deo. *Io. Fran. Leonius in d. prax. Archiep. dict. cap. 15. numer. 11. p. 1. cap. Anastasius 19. dist.* & ipse so-
47 lus † Papa non recognoscit superiorem ad quem recurratur. *Abb. in c. postulationem n. 4. de postul. prgl.* ratio est, quia non potest se submittere iurisdictioni alterius hominis de Mundo, idem *Abb. in c. P. & G. numer. 17. versic. sed contrarium de offic. delegat. Dec. in l. et receptum num. 3. ff. de iurisd. om. iud. Io. Franc. Leon. d. cap. 1. num. 1.* ratio est, quia videtur inferri iniuria Deo, cuius ipse est vicarius, vt notat *Roman. cons. vlt. Io. Andr. in d. c. Ecclesiæ S. Mariæ, & ibi Fely. numer. 5. & Abb. numer. 7. post alios, & in c. significasti post num. 13. vers. sed dic melius.* & licet in *c. nos si incompetenter 2. quæst. 7.* dicatur quod ponitur iudicium pro discretione, *Ludou. Roma. sing. 144. numer. 5.* addo *Sandeam*, qui diffuse, & eleganter examinat istum articulum *in d. c. Ecclesia S. Mariæ, col. 2. versic. ex his infertur, et ibi Dec. col. 7. et in consil. 151.* quod hodie est deletum, & cassum per Sanctissimam Inquisitionem, ex quo dictum consilium est prohibitum: & ita conclusum fuit per Cõcilium in ciuitate Sinuessæ in personam S. Marcellini Pontificis, cui pœnitenti dictum fuit per omnes vna voce clamantes, Tuo te ore, nõ nostro iudicio iudica; nam
48 † prima Sedes à nemine iudicatur, facit *c. nunc 21. dist.* & legitur in eius vita, & facit quia alias inferretur ignominia ipsi Deo, si eius Vicarius iudicaretur per inferiorem, vt sup. notaui. ratio est supradicta, quia Papa
49 iudicat omnes, & à nemine iudicatur, nisi de sola hæresi, *Abb. in c. extirpandæ in repet. §. si vero nu. 44. de præben.* sed isto casu, *Dec. in d. l. et receptum sub num. 5.* varias Doctorum opiniones conatur concordare isto mo-
50 do; scilicet, quod vbi agitur de iuribus Ecclesiæ Romanæ, vel inferioris, in quibus potest esse controuersia inter Papam, & alios, tali casu potest se subijcere pro interesse ciuili, de quo agitur, secundum *tex. in dict. c. nos 2. quæst. 7.* Si vero agitur de causis criminalibus tangentibus personam Papæ, non potest secundum *Card. sanct. Xisti in d. c. nos*, & prohibetur *in d. c. aliorum 9. quæst. 3.* vbi dicit tex. Aliorum hominum causas voluit Deus terminasse: sed Sedem ipsius Præsulis suo sine quæstione reseruauit arbitrio; & qui

qui iudicio Dei reseruatur, ab humano iu-
dicio iudicari non debet 23. *dist. c. columne. sequitur in d. l. seriniarios, per Cy. & Doctores in d. l. 1. de iur. & fact. igno.* quæ distinctio
non satisfacit Decio loco cita. ratio est ibi,
quia attenta tali distinctione in causa crimi-
nali etiam Ecclesiasticis Papa non posset se
subijcere, & tamen contrarium probatur.
51 primo, quia Papa pro crimine hæresis accu-
sari potest 40. *dist. c. si Papa* & potest se su-
bijcere iudicio alterius, *vt supra notat. & colligitur 17. dist. c. concilia §. hinc etiam vers. Symmachus Papa Sedis Apostolica, Menoch. de arbitr. iud. quæst. 80. numer. 132. libro 1.* vbi refert quod Bonifac. VIII. Pontif. maxi-
mus, qui fuit accusatus à Rege Galliarum
52 de hæresi, nec non Romanus Papa † de adul-
terio accusatus synodo se subiecit, *d. c. nos,*
53 *§. pen.* ergo dicendum est quod † Papa po-
test se subijcere iudicio alterius, eo volente,
& sua propria voluntate, secus eo inuito,
secundum *Dec. in d. l. est receptum numer. 6.*
& cum ista quæstio non sit præsentis specu-
lationis, ideo remitto considerandum: ego
54 autem semper me suppono † Sanctæ Roma-
næ Ecclesiæ, eiusque veritati, quia Catholi-
cus sum, natusque in Catholica Vrbe Pa-
normitana, licet familia mea, meique ge-
nitores descendant de nobili Vrbe Messanæ
55 cuius ciues manent † sub protectione Beatæ
Virginis, sub cuius præsidio miliro, licet
indignus, eiusque Pontifici, Sanctissimæque
Inquisitioni submitto me omniaque mea
notata, & scripta, vt supra notaui, in princ.
procem.

SVMMARIVM.

1 *Notarij militum se exercentes in actu militia, gaudent priuilegio, deducto ne egeant et num. 4. 7 et 9.*
2 *Notarij militum iurantes se non vitaturos mortem causa Reipublica gaudent militum priuilegijs.*
3 *Notarius vniuersitatis non gaudet priuilegijs scholarium.*
4 *Notarij militum habentes officium, vt cum alijs militibus pugnent, gaudent priuilegijs militum, et num. 7. et 9.*
5 *Tabelliones militum non gaudent priuilegijs militum in Regno Castellæ.*
6 *Notarij habentes officium scribendi tantum, non gaudent priuilegijs militum.*
7 *Notarij exercentes se in rebus militaribus sicut omnes milites gaudent militum priuilegijs.*
8 *Descriptus in matricula, et habens stipendium, et exercens se armis, gaudet priuilegijs militum.*
9 *Tabelliones habentes stipendia et in matricula descripti, se exercentes armis, gaudent militum priuilegijs et beneficio ne conueniantur vltra quam facere possunt, deducto ne egeant.*

AMPLIATIO
Quarta.



1 AMPLIA quarto † in Notarijs militum, qui se exercent in actu militiæ, nam gaudent isto nostro beneficio, *Paul. Castr. in gloss. in l. seriniarios, num. 2. 3. & 4. C. de testam. milit. l. fin. & ibi*
2 *Bar. in fin. ff. eodem*. Vel quando † iurauerunt
se non vitaturos mortem Reipublicæ causa,
Bal. in d. l. seriniarios, num. 2. in fin. vbi dicit
3 secundum *Iac. Butrig.* quod Notarius † vni-
uersitatis scholarium non habet priuilegiũ,
per auth. habita ne fil. pro patr. nec alia pri-
uilegia, quæ scholaribus concessa sunt, *per l. inter eos, §. 1. in gloss. ex quibus caus. maior.*
4 nisi officiũ † habeat, vt in armis pugnet cum
alijs militibus, secundum *Oddoffredum, & gloss. in d. seriniarios, in fi.* quam sequitur Bal.
alias secus, secundũ *Iacob Butrig.* & secũdum
opinionem *Iacob Butrig.* ita seruatur in Re-
5 gno Castill. quod † Tabelliones non gaudent
priuilegijs militum *per l. 2. tit. 2. p. 3.* hoc cre-
6 do quando † habent officium scribendi tan-
tum, quo casu non habent priuilegium, se-
cundum *Oddoffr.* quem refert *ibi Bal. loco cit. ibique Alex. in princ. & Doctores*: sed si se
7 exercent in rebus militaribus, sicut omnes
alij milites, non obstante l. prædicta, vtique
gauderent militum priuilegijs, secundum
Cyn. Bar. Bal. Alex. & Doctores in d. l. seriniar. vbi etiam Dec. num. 14. & Ias. numer. 4. idem Bar. in l. qui sub prætextu, de sacrosanct. eccl. & Alex. consil. 82. col. 4. numer. 15. lib. 3.
& notat idem *Bar. in l. 1. C. de collegiat. lib. 11.*
alias sequeretur iniquitas: quia si ille, qui
8 est descriptus † in matricula habens stipen-
dium, & se exercens in militia, habet mili-
tum priuilegia: quare non erit ita in Tabel-
9 lionibus † quando sunt in matricula descri-
pti, habentes stipendia, & se exercent in ar-
mis? cum sit eadem ratio, per quam militi-
bus priuilegia conceduntur, vt notaui supra
in principio.

SVMMARIVM.

1 *Miles veteranus stipendiarius in matricula descriptus residens in castris, ob mutilationem membrorum gaudet militum priuilegijs.*
2 *Residentes in castris occasione vrgente seruiunt militiæ, et sunt parati mortem obire pro Rege suo.*
3 *Veterani milites nostri temporis gaudent Romanorum militum priuilegijs.*

Vete-

4 *Veterani nostri temporis gaudent beneficio, deducto ne egeant.*
5 *Aduocatus desistens ex iusta causa ab aduocatione, gaudet priuilegio Aduocatorum,*
6 *Aduocatus, et milites equiparatur.*
Milites veterani nostri temporis gaudent beneficio deducto ne egeant pro debitis; quę in militia, vel ratione militię contraxerunt. ibi & num 10.
7 *Iura de militibus loquentia in veteranis qui rei militari non insistunt, locum sibi non vendicant, prater enumerata.*
8 *Miles veteranus non gaudet militum priuilegijs pro debitis confectis post militiam.*
9 *Habentes redditus à Rege, licet sint scripti in libro soldi, & non in matricula militum, non gaudent militum priuilegijs.*
10 *Residentes pro debitis confectis ratione militię gaudent priuilegio prędicto.*

AMPLIATIO Quinta.



1 VINTO amplia
in milite vete-
rano huius nó-
stri temporis,
qui est stipen-
diatus, & descri-
ptus in matri-
cula, qui residet
in castris huius,
vel alterius Re-
gni. Regis no-
stri, vel in ciui-
tatibus vt dicitur (piazza morta) ob magna
in castris facta seruitia per senectutem, vel
2 membrorum mutilationem: quia † licet non
se exerceat in militia, tamen occasione vr-
gente militiam etiam exercere isti tales para-
ti sunt: & ego vidi non nullos residentes se-
nes, & infirmos remanere ad custodiá trire-
mis nuncupatæ (Hospitalis) in portu huius
vrbis, ac etiam nauigantes secundum neces-
sitatem; & licet de præsenti non seruiant, ta-
men sunt parati mortem obire pro defen-
3 sione Regis sui: vnde † isti veterani nostri tē-
poris gaudent militum Romanorum priui-
legijs, dicit *D. del Castill. in dec. 105. num. 23. & 24*, quia sunt parati, & manent in
4 seruitio Regio; & sic † conueniri non pos-
sunt, nisi quatenus facere possunt, deducto
ne egeant *Guid. Pap. dec. 388. in addit. lit. B.*
5 vbi habetur quod Aduocatus: † qui cessauit
ex aliqua insta causa postulare, gaudere de-
bet priuil. Aduocatorum, ratio est ibi, quia
immunitas non cū dignitate, sed cū persona
extinguitur *l. maxima sum in fine, et ibi gloss. in verb. possidere, C. de excusat. muner. lib. 10. l. fi. ff. de constit. Princip. et notabo in seq. fall. & per ea, quæ sup. notaui. Puteus in tract. de re mi-*
6 *litar.* sed Aduocatus, & † miles æquiparātur,
vt notaui, ergo milites veterani huius nostri
temporis gaudent isto nostro priuilegio pro
debitis, quæ in militia, vel occasione mili-
tiæ contraxerunt. *Dec. in Rubr. C. de testam. milit.* & licet *Brun. de eff. bonor. quæst. 11. sub*
7 *nu. 6.* dicat quod † iura de militibus loquen-
tia in veteranis, qui rei militari non insistunt
locum sibi non vendicent, secundum *d Pont. in tract. de potestat. Proreg. num. 38. & 39. per l. in veterani, ff. de procur. Bart. in l. scriniarios, in fin. C de testam. milit. & Alex. in l. centurio post nu. 20. vers. quæ videmus, ff. de vulg. & pupil. substit.* præter quam quó ad quæ-
dam enumerata *in l. 1. ff. de priuileg. veteran.*
8 vbi non loquitur de isto priuilegio: † tamen
illud intelligitur de debitis cōtectis post mi-
litiam tempore quo non militant; vel de his,
qui à militia dimissi sunt, *ter. in l. sed es milites, §. qui autem, vers. veteranus, ff. de excusatione tuto. gloss. in d. l. veterani, in verbo veterani. Luc. de Pen. in Rubr. de veteran. lib. 10. Castill. dict. decis. 105. nu. 25.* vt sunt non nul-
li in isto Reguo, & in hac Vrbe Panormi, qui
habent redditus à Rege. & non sunt in ma-
tricula militum, & vadunt per plateas, &
propria gerunt negotia, & otijs vacant, &
quotidie stant super banchis, & pro armis ve-
9 stibus ornatis vtuntur: & isti tales † licet in
castris fuerint, & ob eorum seruitia redditus
habeant, quia in matricula militū non sunt,
nec armis parati sunt, non gaudent isto no-
stro beneficio pro debitis post militiam con-
tractis, scilicet postquam fuerunt dimissi,
Dyn. sing. 11. vbi dicit, quod non gaudet
priuilegio, qui non est scriptus in matricu-
la, *per l. 3. C. de offi. magistr. milit.* secus resi-
10 dentes † in matricula militum descripti, qui
sunt parati iuxta ordinem Excellentiis. Pro-
regis, quia pro debitis occasione militiæ
confectis, vel dum armis vacabant, gaudent
isto nostro beneficio, dicit etiam *Ias. in l. miles num. 7. et 8. de re iudic. Intrigl. de casib. conscien. cas. 35. num. 91.*

SVMMARIVM.

1 *Milites, qui vacant mercantijs, & priuatorum negotijs, & non armis, non gaudent militum priuilegijs. & numer. 3. 5. & 6.*
2 *Negotiatoribus est omnis militaris dignitas interdicta.*
Armata militia debet se abstinere ab omnibus contractibus ibidem.
Milites negotiantes militia priuabuntur, ibidem.
3 *Milites pro priuatorum negotijs, & mercantijs non gaudent beneficio, deducto ne egeant, & n 6.*
4 *Milites negotiantes gaudent priuilegijs ratione nobilitatis.*
5 *Beneficium, deducto ne egeat, conceditur militibus pro debitis, quę in militia, vel occasione militię contraxerunt.*

Mili-

6 *Milites pro debitis contractis in mercantijs & negotijs, non gaudent beneficio, deducto ne egeant.*

FALLENTIA
Prima.



1 ALLIT primo † in militibus, qui vacant mercantijs, & negotijs priuatorum & non armis, *text. est in l. eos, qui C. negot. ne milit. lib. 12.* vbi negotiatoribus
2 † est omnis militaris dignitas interdicta, & ab omnibus contractibus armata militia penitus abstinere se debet: milites verò negotiantes militia priuabuntur, vt ibi. & pro priuatorum negotijs, & mer-
3 cantijs † non gaudent isto nostro beneficio, *Decius in d. rubr. de milit. testament. numer. 3. versic. circa primum*, & ibi dicit communem conclusionem, licet gaudeant pri-
4 uilegijs, † quæ conceduntur ratione dignitatis, vt ibi, *& Alexand. in l. centurio numero 24. de vulg. et pup. Saly. in l. 1. ff. de iur. et fact. ignor. et ibi Gugl. de Cun. Bat. in l. miles de quæst. Ioan. Pet. Bim. consil. 101. post numero 7. versicum nec aduersatur et numer. 8. Ias. in lege, miles, numer. 2. et 3. ff. de re iud.* sed
5 istud beneficium conceditur militibus pro debitis confectis in militia, vel occasione
6 militiæ, ergo † non pro debitis, quæ contraxerunt in mercantijs, & negotiationibus, vt per iura superius notata, & expressè dicit *Brun. de cessio. bon. quæstione 10. post numer. 17. versic. sicut milites 4. quæstion. princip. Arolit. in tract. de mercant. in 3. par. merc. numer. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Miles ignominia missus non gaudet priuilegio militari, & omnia priuilegia perdit.*

2 *Miles ignominia missus in Vrbem venire non potest.*

FALLENTIA
Secunda.




1 ALLIT secundo, quando † miles est ignominiâ missus, quo casu non gaudet beneficio, seu priuilegio militari, *argum. l. testatorum, ff. de milit. testam. gloss. in l. miles, ff. de re iud.* vbi miles ignominia missus hoc nostrum beneficium perdit, *vt ibi Iason numero 9.* & perdit omnia prærogatiua, dicit *D. Ant. de Canario in tractat. de quæstionib. 4. memb. numer. 1.* Nec † in Vrbem venire debet, *Spec.
2 in tit. de test. §. 14. in princip. §. sed hactenus et ibi gloss. in versic. post missionem, instit testam. milit. Paris de Put. in tractat. de re milit. quæstione 15. lib. 7. post numer. 2. Bell. in tractat. de re milit. de priuileg. milit. part. 7. tit. 3. numer. 9. text. et gloss. in d. l. milites, C. de re milit.*

SVMMARIVM.

1 *Miles, qui est domi, vel qui vadit per Mundum vagando, non gaudet priuilegijs militum.*

2 *Milites, qui in curia, nec in seruitio Regis manent, non gaudent militum priuilegijs.*

FALLENTIA
Tertia.



1 ALLIT tertio, quando † miles vadit vagãdo per mundum, vel etiam est domi, *gloss. in l. miles, ff. de re iud. §. hactenus, et ibi gloss. in vers. post missionem, instit. de milit. testam.* quia
2 si veri milites, qui in curia, nec in seruitio Regis manent, sed in suis ciuitatibus, oppidis, seu ruris remanent, & moram agunt, non gaudent priuilegijs militaribus probatur *ex. l. 49. tit. 5. par. 5. et ibi Gregor. Lop. Bell. in tract. de re militar. de priuileg. milit. part. 7. tit. 3. num. 9.* vt supra notaui in præced. fall. ergo nec isti, qui sunt vagabundi, & in regio seruitio non manent.

4 *Veterani nostri temporis gaudent beneficio, deducto ne egeant.*
5 *Aduocatus desistens ex iusta causa ab aduocatione, gaudet priuilegio Aduocatorum,*
6 *Aduocatus, et milites æquiparatur.*
Milites veterani nostri temporis gaudent beneficio deducto ne egeant pro debitis quæ in militia, vel ratione militiæ contraxerunt. ibi & num 10.
7 *Iura de militibus loquentia in veteranis qui rei militari non insistunt, locum sibi non vendicant, præter enumerata.*
8 *Miles veteranus non gaudet militum priuilegijs pro debitis confectis post militiam.*
9 *Habentes redditus à Rege, licet sint scripti in libro soldi, & non in matricula militum non gaudent militum priuilegijs.*
10 *Residentes pro debitis confectis ratione militiæ gaudent priuilegio prædicto.*

AMPLIATIO Quinta.



1 VINTO amplia in milite veterano huius nostri temporis, qui est stipendiatus, & descriptus in matricula, qui residet in castris huius, vel alterius Regni Regis nostri, vel in ciuitatibus vt dicitur (piazza morta) ob magna in castris facta seruitia per senectutem, vel
2 membrorum mutilationem: quia † licet non se exerceat in militia, tamen occasione vrgente militiam etiam exercere isti tales parati sunt: & ego vidi non nullos residentes senes, & infirmos remanere ad custodiã triremis nuncupatæ (Hospitalis) in portu huius vrbis, ac etiam nauigantes secundum necessitatem: & licet de præsenti non seruiant, tamen sunt parati mortem obire pro defen-
3 sione Regis sui: vnde † isti veterani nostri tẽporis gaudent militum Romanorum priuilegijs, dicit *D. del Castill. in dec. 105. num. 23. & 24,* quia sunt parati, & manent in
4 seruitio Regio; & sic † conueniri non possunt, nisi quatenus facere possunt, deducto ne egeant *Guid. Pap. dec. 388. in addit. lit. B.*
5 vbi habetur quod Aduocatus 1 † qui cessauit ex aliqua iusta causa postulare, gaudere debet priuil. Aduocatorum, ratio est ibi, quia immunitas non cũ dignitate, sed cũ persona extinguitur *l. maximarum in fine, et ibi gloss. in verb. possidere, C. de excusat. muner. lib. 10. l. fi. ff. de constit. Princip. et notabo in seq. fall. & per ea, quæ sup. notaui. Puteus in tract. de re mi-*
6 *litar.* sed Aduocatus, & † miles æquiparãtur, vt notaui, ergo milites veterani huius nostri temporis gaudent isto nostro priuilegio pro debitis, quæ in militia, vel occasione militiæ contraxerunt. *Dec. in Rubr. C. de testam. milit.* & licet *Brun. de eff. bonor. quæst. 11. sub*
7 *nu. 6.* dicat quod † iura de militibus loquentia in veteranis, qui rei militari non insistunt locum sibi non vendicent, secundum à *Pont. in tract. de potestat. Proreg. num. 38. & 39. per l. in veterani, ff. de procur. Bart. in l. scriniarios, in fin. C de testam. milit. & Alex. in l. centurio post nu. 20. vers. qua videmus, ff. de vulg. & pupil. substit.* præter quam quò ad quædam enunerata *in l. 1. ff. de priuileg. veteran.*
8 vbi non loquitur de isto priuilegio: † tamen illud intelligitur de debitis cõfectis post militiam tempore quo non militant; vel de his, qui à militia dimissi sunt, *tex. in l. sed et milites, §. qui autem, vers. veteranus, ff. de excusatione tuto. gloss. in d. l. veterani, in verbo veterani. Luc. de Pen. in Rubr. de veteran. lib. 10. Castill. dict. decis. 105. nu. 25.* vt sunt non nulli in isto Regno, & in hac Vrbe Panormi, qui habent redditus à Rege. & non sunt in matricula militum, & vadunt per plateas, & propria gerunt negotia, & otijs vacant, & quotidie stant super banchis, & pro armis ve-
9 stibus ornatis vtuntur: & isti tales † licet in castris fuerint, & ob eorum seruitia redditus habeant, quia in matricula militũ non sunt, nec armis parati sunt, non gaudent isto nostro beneficio pro debitis post militiam contractis, scilicet postquam fuerunt dimissi, *Dyn. sing. 11.* vbi dicit, quod non gaudet priuilegio, qui non est scriptus in matricula, *per l. 3. C. de offi. magistr. milit.* secus resi-
10 dentes † in matricula militum descripti, qui sunt parati iuxta ordinem Excellentiss. Proregis, quia pro debitis occasione militiæ confectis, vel dum armis vacabant, gaudent isto nostro beneficio, dicit etiam *Ias. in l. miles num. 7. et 8. de re iudic. Intrigl. de casib. conscien. cas. 35. num. 91.*

SVMMARIVM.

1 *Milites, qui vacant mercantijs, & priuatorum negotijs, & non armis, non gaudent militum priuilegijs. & numer. 3 5. & 6.*
2 *Negotiatoribus est omnis militaris dignitas interdicta.*
Armata militia debet se abstinere ab omnibus contractibus ibidem.
Milites negotiantes militia priuabuntur, ibidem.
3 *Milites pro priuatorum negotijs, & mercantijs non gaudent beneficio, deducto ne egeant, & n. 6.*
4 *Milites negotiantes gaudent priuilegijs ratione nobilitatis.*
5 *Beneficium, deducto ne egeat, conceditur militibus pro debitis, quæ in militia, vel occasione militiæ contraxerunt.*

Mili-

6 *Milites pro debitis contractis in mercantijs & negotijs, non gaudent beneficio, deducto ne egeant.*

FALLENTIA
Prima.



1 ALLIT primo † in militibus, qui vacant mercantijs, & negotijs priuatorum & non armis, *text. est in l.eos, qui C. negot. ne milit. lib.12.* vbi negotiatoribus
2 † est omnis militaris dignitas interdicta, & ab omnibus contractibus armata militia penitus abstinere se debet: milites verò negotiantes militia priuabuntur, vt ibi. & pro priuatorum negotijs, & mer-
3 cantijs † non gaudent isto nostro beneficio, *Decius in d. rubr. de milit. testament. numer.3. versic. circa primum*, & ibi dicit communem conclusionem, licet gaudeant pri-
4 uilegijs, † quæ conceduntur ratione dignitatis, vt ibi, *& Alexand. in l. centurio numero 24. de vulg. et pup. Saly. in l.1. ff. de iur. et fact. ignor. et ibi Gugl. de Cun. Bar. in l. miles de quæst. Ioan. Pet.* Bim. *consil.*101. *post numero 7. versicum nec aduersatur et numer.8. Ias. in lege, miles, numer.2. et 3. ff. de re iud.* sed
5 istud beneficium conceditur militibus pro debitis confectis in militia, vel occasione
6 militiæ, ergo † non pro debitis, quæ contraxerunt in mercantijs, & negotiationibus, vt per iura superius notata, & expresse dicit *Brun. de cessio. bon. quæstione* 10. *post numer.17. versic. sicut milites 4.quæstion.princip. Arolit. in tract. de mercant. in 3.par.merc. numer.2.*

SVMMARIVM.

1 *Miles ignominia missus non gaudet priuilegio militari, & omnia priuilegia perdit.*

2 *Miles ignominia missus in Vrbem venire non potest.*

FALLENTIA
Secunda.



1 ALLIT secundo, quando † miles est ignominiâ missus, quo casu non gaudet beneficio, seu priuilegio militari, *argum. l. testatorum, ff. de milit. testam. gloss. in l. miles, ff. de re iud.* vbi miles ignominia missus hoc nostrum beneficium perdit, *vt ibi Iason numero 9.* & perdit omnia prærogatiua, dicit *D. Ant. de Canario in tractat. de quæstionib.4. memb.*
2 *numer.1.* Nec † in Vrbem venire debet, *Spec. in tit. de test. §. 14. in princip. §. sed hactenus et ibi gloss. in versic. post missionem, instit testam. milit. Paris de Put. in tractat. de re milit. quæstione 15. lib.7. post numer.2. Bell. in tractat. de re milit. de priuileg. milit. part.7. tit.3. numer.9. text. et gloss. in d. l. milites, C. de re milit.*

SVMMARIVM.

1 *Miles, qui est domi, vel qui vadit per Mundum vagando, non gaudet priuilegijs militum.*

2 *Milites, qui in curia, nec in seruitio Regis manent, non gaudent militum priuilegijs.*

FALLENTIA
Tertia.



1 ALLIT tertio, quando † miles vadit vagãdo per mundum, vel etiam est domi, *gloss. in l. miles, ff. de re iud. §. hactenus, et ibi gloss. in vers. post missionem, instit. de milit. testam.* quia
2 si veri milites, qui in curia, nec in seruitio Regis manent, sed in suis ciuitatibus, oppidis, seu ruris remanent, & moram agunt, non gaudent priuilegijs militaribus probatur *ex. l.49. tit.5. par.5. et ibi Gregor. Lop. Bell. in tract. de re militar. de priuileg. milit. part.7. tit.3. num.9.* vt supra notaui in præced. fall. ergo nec isti, qui sunt vagabundi, & in regio seruitio non manent.

SVMMARIVM.

1 *Milites Gaudentes non gaudent priuilegijs militum,*

2 *Milites Gaudentes, qui causa euitandorum munerum se dederunt militiæ, non gaudent militum priuilegijs.*

FALLENTIA
Quarta.



3 ALLIT quarto, quod † milites Gaudentes non gaudent priuilegio militum, *glo. in d.l. scriniarios, versic. nullatenus C. de milit. testam. l. cura, §. fin. & ibi gloss. & Bart. ff. muner. & honoribus*, quando

2 causa † euitandorum munerum dederunt se militiæ, *Andr. Barbat. in l. placet in addit. ad Bald. post num. 5. in verb. militibus gaudentibus, C. de sacr. sanct. eccl. lit. B.* vbi idem tenet *Bal. D. Ant. & D. Io. Andr. in cap. 2. de for. compet. videndi*,

SVMMARIVM.

1 *Milites, qui non sunt in expeditione Belli, & sequuntur curiam, licet sint de genere militari, non gaudent priuilegijs militaribus.*

2 *Milites seruientes Regi in aliquo officio, licet non sint in expeditione Belli, sed sunt de genere militari habentes stipendia, & in matricula descripti, gaudent militum priuilegijs.*

3 *Militare dicuntur, qui circa latus Principis munus, vel aliquod officium in palatio, aut comitatu Principis gerunt, gaudent beneficio, deducto ne egeant.*

FALLENTIA
Quinta.



1 ALLIT quinto, in militibus, qui † non sunt in expeditione Belli, sed sunt de genere militari, qui sequuntur curiam non gaudent priuilegijs militaribus, per *Albert. Brun. in tractat. de disposit. vbi columna nisi*

2 seruiant Regi, † in aliquo officio, vt sunt aliqui milites in isto Regno habentes stipendia, & descripti in matricula militum, & de mandato Excellentiss. Proregis exercent officium Capitaneatus nonnullarum ciuitatum, namq; isti tales officiales regij gaudent priuilegijs militaribus, vt probatur *in l. 6. tit. 1. par. 3. & in l. 31. tit. 14. par. 5.* & de his intelligitur *l. 4. tit 1. par. 5. Regn. Castell. D. de Castill. decision. 105. numer. 7.* vbi di-

3 cit: Militare dicuntur, qui † circa latus Principis munus aliquod vel officium in palatio, vel comitatu Principis gerunt, per *text. in l. 1. C. de tabul. lib. 10. & tex. in l. vnicuique, de proxim. sacror. scrin. C. lib. 12.* & isti tales gaudent isto nostro beneficio sicut omnes alij militantes in castris.

SVMMARIVM.

1 *Milites electi à Principe recognoscente superiorem, licet stipendiati non gaudent priuilegijs militum Romanorum.*

2 *Principes, & Duces recognoscentes superiorem non dicuntur veri Principes, & Duces.*

3 *Principes, & Duces recognoscentes superiorem dicuntur Principes, & Duces, nomine tantum.*

FALLENTIA
Sexta.



1 ALLIT sexto, in militibus electis, licet sint stipendiati à Principe, vel Duce, recognoscente superiorem, *Alexand. in l. centurio numer. 26. ff. de vulg. & pup. Decius in rubr. C. de milit. testament. numer. 5. in fin.* ratio est,

2 quia isti tales † Principes, & Duces non dicuntur veri Principes, & Duces, *lege, sacrilegij, C. de diuers. rescript. Roder. Suar. in repet. legis, quoniam in prioribus in limit. 11. 1. dub. Frezz. de subfeud. lib. 2. in titul. quis dicatur Princeps, numer. 5. Castill. decisione 105. post numer. 20. Paris de Put. in tractat. de reintegrat. feud. quæstione 2.* vbi dicit,

3 quod tales Duces, & Principes † sunt nomine Duces, & Principes post omnes. *Graff. in tractat. de except. numero 32. & 33.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Miles hæres relictus non conficiens inuentarium in solidum tenetur.*
2 *Miles inuentarium sollemne non conficiens tenetur vltra vires hæreditarias.*
3 *Milites hæredes hodie exæquati sunt paganis.*

FALLENTIA Septima.



1 ALLIT Septimo, † quando miles est relictus hæres, & inuentarium nō cōfecit: quo casu in solidum conuenitur, & exigitur, *Ang. in l. scimus, §. notissimum nu. 1. ff. de iur. deliber.*
2 vel si confecit, † & non solemne, non excusatur, sed tenetur vltra vires hæreditarias,
3 quia † sunt milites exæquati hodie paganis *gloss. in l. fin. & ibi Bal. post num. 5. versicul. solutio. & Paul. Castrens. quæstion. 3. de iur. delib. & ibi Bart. & in auth. sed cum testator C. ad leg. Falcid. Bertach. in Repert. in verb. miles dicit vers. 23. per auth. de hæred. et Falcid. §. fin. sicut clerici, secundum Bald. et Doctores in d. l. fin. §. si vero postquam.*

SVMMARIVM.

1 *Soldati, qui castra sequuntur propter pretiū non gaudent militum priuilegijs.*

FALLENTIA Octaua.



1 ALLIT octauo, † si sunt soldati conducti pretio, qui castra sequūtur propter pretium, & aliquando in Bellis iniustis, isti tales non gaudent priuilegio militari, & ita expresse notat *Vlderic. Zasius in tract. substit. column. 630.*

SVMMARIVM.

1 *Milites proditores non gaudent militum priuilegijs.*
2 *Milites proditores habentur pro hostibus.*

FALLENTIA Nona.



1 ALLIT nono, † in milite proditore, qui non gaudet priuilegio militum, ex quo
2 non habetur† pro milite, sed pro hoste, *l. proditores, ff. de re milit. Isern. super constit. huius Regni in gloss. column. 1. linea 5. mihi fol. 176.*

SVMMARIVM.

1 *Milites committentes dolum non habent beneficium, deducto ne egeant.*
2 *Dolus & reatus priuilegium excludit.*
3 *Dolus facit perdere priuilegium.*

FALLENTIA Decima.



ALLIT decimo, si milites commisissent dolum
1 † quo casu pro debito ciuili carcerari possint: ratio
2 est, quia dolus, † & reatus priuilegium excludit, *l. 1. in fin. C. vbi Senat. vel clariss. et ibi gloss. et Doctores Oddoffr. numer. 1. Alger. Bal. Sal. et Paul. numer. 9.* & hoc procedit postquam probatus est dolus dicit post omnes *Pet. Calefat. in tractat. de equestr. dignit. numer. 57.* & sic dolus facit
3 † perdere priuilegium, & notaui *quæstion. 1. fall. 1. diffusè.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores & Aduocati habent priuilegium deducto ne egeant, & num. 3.*
2 *Doctores & Aduocati milites sunt.*
3 *Aduocati qui de officio aduocationis commodè viuere non possunt, non tenentur vltra quàm facere possunt, sed deducto ne egeant.*
4 *Priuilegia concessa militibus armatę militię extenduntur ad milites legalis militię, scilicet, Aduocatos, & n. 14. & 16.*
5 *Aduocatus militi æquiparatur & numer. 13.*

6 *Doctores, & Aduocati defendunt vitam, & patrimonia.*

7 *Doctores non minus prouident generi humano, quàm si patriam armis defenderent*

8 *Milites sunt, portantes insignia militum iussu Principis.*

9 *Doctores ferunt calcaria deaurata, & incedunt ad instar militum antiquę militię.*

10 *Doctoribus maior debetur honor quàm militibus.*

11 *Aduocati dicuntur in legibus militare sicut milites in armis.*

12 *Aduocati dicuntur militare ad instar militum.*

13 *Aduocatus aequiparatur militi armorum. Iudicium est, iudiciale certamen. ibidem num 14.*

14 *Priuilegia militibus concessa conueniant Doctoribus preter priuilegia presumptę ignorantię iuris.*

15 *Iuris ignorancia non cadit in Aduocatis.*

16 *Priuilegia concessa militibus extenduntur ad Doctores, & Aduocatos, qui actu, & exercitio sunt Doctores, & Aduocati.*

17 *Doctoratus est dignitas.*

18 *Infamis repellitur à gradu Doctoratus.*

19 *Dignitas est habere iurisdictionem cum administratione.*

20 *Imperatores, & Reges exercuerunt iudicum munus.*

21 *Doctor praeferendus est militi.*
Leges regunt ministerium militare.
Regens est nobilior recto. ibi num 22.

23 *Doctores sunt Candela luminosa ardentes super candelabrum qui in vniuersum orbem corpus eorum tanquam sydus matutinum lustrare dicuntur.*
Doctores fulgent velut splendor firmamenti, & velut stellae sunt in aeternitates. ibi. num 23.

24 *Doctores appellantur quasi radij solis, & velut luminaria splendere dicuntur.*

25 *Iudices, & Doctores vtentes legibus prout debent, meliorem vitam faciunt quàm fratres praedicatores, & alij Religiosi.*

26 *Doctores, & iudices sunt sacerdotes temporales.*

27 *Doctores sunt nobilissimi.*

28 *Imperator Doctores appellat amicos, & omnes alios subditos.*

29 *Imperator appellat Vlpianum patrem.*

30 *Doctor est praeferendus militi in actibus doctoris.*
Miles praeferendus est Doctori in actibus militia. ibi num. 30.

31 *Milites pro debito ciuili personaliter capi nõ possunt, nec carcerari.*
Milites legalis militia personaliter capi non possunt, nec carcerari. ibi. num. 31. & 32. 34. & 37. fallit num. 37. & 38. & 45.

32 *Milites legalis militia eorumque filij carcerari non possunt pro debito ciuili etiam si in obligatione dixerint, non obstante quocumque priuilegio. & num. 34.*

33 *Iudex, qui carcerari facit doctores, qua poena puniatur.*

34 *Doctores pro debito carcerari non possunt non obstante statuto quod quilibet pro debito ciuili personaliter capi, & carcerari possit.*

35 *Priuilegijs insertis in corpore iuris derogari non censetur per statutum.*

36 *Doctores obligati in forma Camerę carcerari non possunt.*

37 *Doctores obligati in forma Camerę pro debitis, de consuetudine Romę capi, & carcerari possunt.*
Doctores pro debito ciuili absque renuntiatione bonis non existentibus, de consuetudine Romę carcerantur sicut idiotę ibid. num. 37.

38 *Doctores de consuetudine huius Regni Siciliae pro debito ciuili carcerantur.*
Doctores de iure capi, et carcerari possunt. ibid. num. 38.

39 *Doctores torqueri non possunt, & n. 43.*

40 *Doctor decapitari non potest nisi prius degradetur.*

41 *Consuetudo quod Doctores torqueri possint non valet. et n 49. vt seruatur in hoc Regno Sicilię, et per totam Italiam.*

42 *Doctores vbi non est in contrarium consuetudo, de iure torqueri non possunt.*

43 *Consuetudo quod doctores torqueri possint de iure non valet.*

44 *Doctor ingnorantissimus ratione suę dignitatis torqueri non potest.*

45 *Doctor torquerri potest pro crimine lesę maiestatis, falsę moneta, sodemia, aut maleficij.*

46 *Doctor torqueri non debet pro leuioribus iudicijs.*
Doctor qui fuit Consiliarius, torqueri non potest ratione suę dignitatis. In hoc Regno contrarium seruatur ibid

47 *Consiliarij cuiuscunque ciuitatis sunt decuriones.*

48 *De consuetudine contrarium seruatur, quod etiam Consiliarij torquentur.*

49 *Doctor de consuetudine torquetur pro ijsdē indicijs quibus torquetur plebeus.*

50 *Grauiora ad Doctoris torturam requiruntur indicia in casibus permissis.*

51 *Doctor priuilegio, deducto ne egeat, renuntiare non potest & n. 55.*

52 *Priuilegia concessa egregijs personis renuntiari non possunt.*
Beneficium, deducto ne egeat, conceditur ratione egregiarum personarum ibidem. num. 52.

53 *Doctores dicuntur egregię personę.*

54 *Beneficium, deducto ne egeat, inductum fuit fauore publico, vt doctoratus dignitas conseruetur.*

55 *Doctores non possunt renuntiare beneficio deducto ne egeat etiam, cum iuramento*

Pri-

56 *Priuilegium concessum Doctoribus competit legentibus, Aduocatis, consulentibus, & iudicantibus.*

L. ADVOCATI,

Qui dirimunt ambigua fata causarum, suæque defensionis viribus, sæpe publicis in rebus, ac priuatis, lapsa erigunt, fatigata reparant: non minus prouident humano generi, quàm si prælijs, atque vulneribus patriam parentesque saluarent. Nec enim solos nostro Imperio militari credimus illos, qui gladijs, & clypeis, & thoracibus nituntur; sed etiam Aduocatos: militant namque causarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt. C. de Aduocat. diuers. iudic. concordat l. miles, & ibi glossa in verb. facere potest, ff. de re iudic.

QVÆSTIO IX.



1 OCTORES, † vel Aduocati
causarũ habent etiam illud priuilegium, ne cõueniantur vltra quam facere possunt, deductio ne egeãt, *l. miles, & ibi glo. singularis in verb. facere potest, ff. de re iudic. & ibi Doct. Bart. Alex. & alij in l. si ut proponitis, C. de dignitatib. lib. 12. Brun. de cessio. bonor. quæst. 4. princ. numer. 2. Ladereh. consil. 30. nu. 1.* licet inferius transeat distinguendo *prout numer. 2. Surd. de aliment. quæst. 78. num. 22. tit. 1. Intrigl. de cas. consc. cas. 35. num. 86. Petr. de Leaz. de priuileg. Doct. p. 2. §. 37. num. 51. Paris. de Puteo in tract. sindic. p. 2. vers. Doctor familia potestatis. Ant. Monach. de exequut. in vestib. c. 12. num. 72. Doctor Bolognin. in repetit. auth. habita num. 67. Consil. pro patr. Scipio Rendina in tract. promptuar. recept. sent. titul. 30. nu. 1.* ratio Doctorum est quam ponit *gloss. in lege*
2 *miles, & in d. l. Aduocati,* cum, & ipsi milites
sint † *l. 8. tit. 31. p. 2. Reg. Castill. Bartol. in d. l. Aduocati, & in l. 1. in princ. de bon. poss. ex test. milit. l. proximos, C. de prox. sacr. scriniorum lib. 12. ibi (literataque militia) Guid. Pap. dec. 388. post numer. 3. Petrin. Bell. Albens. de iur. milit. p. 1. num. 48.* & dicitur ibi num. 1. togata militia *Balthass. Ayol. de iur. & off. Bell. & discipl. milit. lib. 3. cap. 7. Palat. Rub. in rub. de donat. inter vir. & vx. § 37. nu. 14. & 17. fol. 31. & ibi Io. Bern. in repet. in verb. Aduocati vers. 1.* addit quod hoc intelligendum est de Aduocato, qui de arte aduocatio-
3 nis † commode viuere non potest, per *Paul. in l. maritum col. 2. post medium, solut. matrim. Franch. Marcb. decis. 639. num. 1. Dyn. de reg. iur. regul. 7. in addit. lib. 6. Intrigl. dict. cas. 35. num. 85. Mathesil. sing. 59. Io. Coras. in §. sed & si quis numer. 3. de actionib. Rip. in l. centurio num. 13. de vulg. & pup. Laderch. d. cons. 30. num. 3.* hanc opinionem sequitur *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 2. par. 3. num. 53. fol. 743. per not. per Viui. decis. 523. num. 18. à Mier. in cur. Barc. Reg. Ferd. cap. 8. num. 78. collat. 9. fol. 88. Don Io. Hierony. Leo decis. Valen. 39. numer. 9.* ratio est per *Fontanell. loco cit.* quod si aduocati docti sint, non tamen sunt fortunati in negotijs, & priui le-
4 gium † concessum militibus extenditur ad milites legalis militiæ, scilicet Aduocatos, secundum *Cy. & Saly. in l. 1. C. de iur. & fact. ignorant. Farin. de ind. & tortur. quæst. 41. numer. 38. lib. 2.* ratio est per eos, quia sicut versatur vtilitas publica in militibus, *vt l. 1. in fin. C. de testam. milit.* ita etiam versatur in Doctoribus *l. 1. C. de stud. liber. Alex. in dict. l. centurio post num. 6. & 7. l. 1. tit. 1. de los caualleros lib. 4. in ordinationib. Regn. Castill. in vers. y esso mismo mandamos y ordenamos nos que se guarde en los doctores, & ibi Didacus Peres in gloss. fol. 1334. col. 22. in prin. Alex. in d. l. miles numer. 2.* vbi dicit, quod Doctores communiter sequuntur *gloss. in d. l. miles,* & plene *in d. l. centurio numer. 17.* communem etiam dicit *Ias. in d. l. miles post num. 9. vers. militia ceperit,* vbi militia inermis (quæ legalis militia *gloss. in l. diuus, ff. de feriis*) gaudet priuilegijs armatæ militiæ, *l. fin. & ibi gloss. constit. princip. Iac. Bim. de priuileg. iurisconsult. priuileg. 38. Signorol. de Homod. in tract. vtrum præferend. sit doct. vel mil. n. 58.* vbi dicit, quod omnia priuilegia concessa militibus absque dubio conceduntur etiam doctoribus, sed non è contra, *Bar. in d. l. sicut proponitis n. 19. & d. l. centurio in prin.* ex quo Aduo-
5 catus † militiæ quiparatur. *Guid. Pap. dict. decis. 388. post num 3. & 6. Homod. in d. tract. vtrum præferend. sit doctor vel mil. num. 9. Mut. in c. huius Regn. Siciliæ, cap. 53. num. 39. Farinac. cons. 94. numer. 6.* vbi dicit, quod Doctor & miles æqiparantur, & dispositum in vno procedit etiam in alio quia per eum tan-
6 quam per militem † vita & patrimonia defenduntur. *Angel. in d. l. aduocati. Petr. Ruiz. Maurus dec. 5. num. 34. Palat. Rub. loco citat. num. 14.* vbi dicit quod doctores † non mi-
7 nus prouident generi humano, quam si patriam armis defenderent. *gloss. in §. cumque in proœm.*

proœm. instit. in verb. quorum. Gomes in §. rursus post n. 4. de action. Pet. Calesat. de equestr. dignit. post n. 96. vers. de Aduocatis, & Doctorib. vbi dicit de aduocatis, & doctoribus loquẽtes, non minus prouident humano generi quam si prælijs, ac vulneribus patriam parentesq. saluarent: vnde si ea ratione istud priuilegium conceditur militibus, vt notaui in præcedenti quæstione, competit etiam doctoribus ratione supradicta; eo magis quia milites viri non sunt milites, sed portantes insi-
8 gnia militum † iussu principis, vt notaui in d. præcedenti quæst. circ. princ.
9 Sicut doctores † in legibus, qui calcaria deorata, & frenum ferunt ad instar militum antiquæ militiæ cap. Regn. Reg. Fiderici 87. mihi fol. 52. per quam Regiam Maiestatem militibus æquiparati sunt, cingulo militari decorati, & ibi addo Mut. num. 7. vol. 2. Leonard. de priuileg. doct. par. 3. num. 5. qui-
10 bus maior † debetur honor quam militibus, & dicuntur viri honorati d. l. 1. C. de offic. diuers. iud. Isern. in constit. huius Regni Siciliæ in tit. de seruand. honor. Baronib. & militib. in comment. lin. 77. col. 2. mihi fol. 70. & Aduocati dicuntur militare, Bald. in d. l. Aduo-
11 cati, vbi dicit, quod † Aduocati dicuntur in legibus militare sicut milites in armis, & l. fi. C. de aduocat. diuers. iudi. Alex. in d. l. centurio num. 6. Brun. de cessio. bon. quæst. 10. n. 15. Siluan. cons. 88. num. 10. Guid. Pap. d. decis. 88. num. 2. vbi dicit quòd Aduocati non minus militant quam illi, qui gladijs, clypeis, & thoracibus vtuntur Pet. Larder. in d. tract. de priuil. doctor. p. 2. §. 7. num. 8. Signorol. consil. 23. col. 3. num. 16. Rip. in l. 1. numer. 132. ff. solut. matrim. Franc. Marc. dec. 66. num. 4.
12 & dicuntur † militare ad instar militum, Putens in suo tracta. sindic. p. 2. ver. an doctor n. 9. Io. à Capistran. in Specul. conscient. §. testat. num. 41. Decian. in tract. crimin. lib. 3. c. 16. num. 6. Bald. in l. cum oportet in princ. pen. col. post num. 16. vbi loquitur in doctore Medicinæ, & in aduocato, C. de bon. quæ lib. Spec. de Aduocat. §. 1. Farin. de varijs & diuers. crimin. quæst. 108. num. 95. lib. 3. in prax. crimin. Franc. Carrab. in tract. sindic. p. 2. post n. 195.
13 vbi dicit, quod † Aduocatus æquiparatur militi armorum, per Gram. decis. 80. vbi dicit, quod iudicium dicitur iudiciale certamen per d. l. Aduocati, C. de aduoc. diuers. iud.
14 & sic priuilegia † militibus concessa competunt doctoribus præter priuilegia præsumptę ignorantiæ iuris, quæ turpe est doctoribus ignorare, qui quotidie in iure versantur, vt l. 2. §. seruus autem suspectus, ff. de orig. iur. Farinacc. cons. 45. num. 5. Alex. in d. l. centu-
15 rio post num. 7. vbi Cyn. & iuris † ignorantia non cadit in Aduocatis, Ias. in d. l. miles post num. 9. vers. nisi sint priuilegia, Salyc. in d. l. 1. num. 9. ff. de iur. & fact. ignor. & priuilegia
16 concessa † militibus extenduntur ad doctores, & aduocatos, qui actu, ac exercitio sunt doctores, vel aduocati, dicit Alex. in d. l. centurio d. num. 17. si miles habet istud priuilegium, ergo multo magis doctor: constat
17 namque ratione, nam doctoratus † est dignitas, c. quanto de magistr. vbi Aut. Panor. & Io. Anan. num. 3. hanc dicens communem opinionem Guid. Pap. d. dec. 88. num. 3. Alex. cons. 94. num. 2. lib. 1. idem Alex. in d. l. centurio num. 13. vers. doctor vero. Dec. cons. 161. vol. 1. Anchar. in c. 1. de summ. trin. & fid. cathol. lib. 6. per d. c. quanto, & ibi Fely. Cardin. in clem. 11. extr. de magistr. Ias. in l. si quis in conscribendo, C. de pact. Abb. & alij in c. proposuisti num. 20. de probatio. Nepit. in consuet. Catin. consuet. vnic. tit. 65. num. 14. fol. 345. Lancell. Gallianl. in repet. d. l. centurio n. 20. Præposit. in proœm. decretal. numer. 14. Castill. Bonadill. in sua polit. lib. 1. cap. 10. fol. 172. num. 42. vbi dicit, quod doctoratus est dignitas. Decian. respons. 71. num. 13. volum. 4. dicit etiam communem opinionẽ. Vin. to. 4. comm. opin. lib. 19. tit. 9. cap. 1. Menoch. consil. 126. num. 7. lib. 2. D. Marchio de Pont. in cons. 14. num. 42. sequitur D. Gars. Mastrill. dec. 130. num. 14. p. 2. Cyn. Mastr. inter cons. Fab. de Ann. cons. 136. num. 12. Farinac. dict. consil. 49. num. 5. & in dignitate constituti, Guid. Pap. dec. 388. num. 9. Gomes d. §. rursus num. 5. Homod. loco cit. & ibi Ludouic. n. 50. Ant. Canar. in tract. de quæst. 4. memb. num. 3. in fin. Paris. de Puteo loco cit. num. 6. Bart. in 1. constit. Codicis col. 3. vers. quæro circa hoc, asserens Doctores constitutos esse in dignitate, quia iudicandi ius habent per tex. in 1. constit. digestorum, §. vltimo in auth. habita C.
18 ne fil. pro patr. & probatur, quia † eum infames à cæteris dignitatibus, ita & ab hac repellitur l. cum prætor, §. non autem ff. de iud. Bal. in 1. constit. §. ideoque num. 1. Archid. in
19 c. 1. de consuetud. lib. 6. vbi dicit, † dignitas est habere iurisdictionem cum administratione, & Collectan. in c. forus collect. 11. vers. Iudex doctor de verb. signific. per c. dudum de electio. & Barbat. in tract. de prestant. Cardin. p. 1. quæst. 1. col. 12. vers. quinta dignitas, dicit Tiraquell. de nobilit. cap. 28. nu. 2. fol. 22. & c. 29. num. 11. fol. 120.
20 Et in tantum hoc est verum, quod † plurimi Imperatores iudicis munus exercuerunt, idem Tiraq. in d. c. 28. num. 17. & 18. vbi ponit omnes Imperatores, & Reges, qui iudicis officium exercuerunt: sed militia non est di-
21 gnitas, vt notaui in quæst. præced. † ergo præferendus est doctor militi armatæ militiæ, per illam vulgatam regulam, cedant arma togæ. sequitur Bal. in proœm. digestorum, in fin. & l. constitutum, ff. de testam. milit. Iac. Bim. in d. tract. de priuileg. iurisconsult. priuileg. 54. Gallianl. in d. l. centurio numer. 41. Curt. iun. cons. 139. num. 10. Christo. Lanfran. in d. tract. vtrum præferend. sit Doctor milit. num. 61. Ang. in l. lex Iulia, ff. ad l. Iul. de vi, Signorol. in sua disput. de præced. doct. & milit. & Ludou. ibi in addit. sequitur Palat. Run. in d. §. 39. num. 20. Abb. Sicul. in d. c.

d.c. quanto num.2. Io. Mantaignus in tract. de autorit. magn. Consil. post decis. Nicol. Boer. num.93. Pet. de Belln. in oper. suo curial. titul. de form. & ordin. stand. §. post hoc. Alexand.
22 in d.l. centurio num.20. & † per leges regitur ministerium militare, l. leges C. de legib. & regens est nobilior recto l. iubemus, in fin. C. de episc. & cler. ergo leges sunt nobiliores armis, Ludou. in d. tract. vtrum praef. sit doctor loco cit. à num.47. vsque ad num.68. vbi respondet ad rationes Signoroli tenentis contrariam opinionem. Pet. Leunasd. in d. tract. de priuileg. doctor. par.3. num. 16.

23 Sunt enim doctores † candelæ luminosæ ardentes super candelabrum, qui in vniuersum orbem corpus eorum sydus radiãt matutinum, & fulgent velut splendor firmamenti, & velut stellæ sunt in æternitates permansuri, vt cap. super specula de magistr. & late per Barbat. in cons.57. vol.9. vol.2. Iac. Bim. in d. tract. de priuileg. iurisconsultor. in proœm. num.4. Io. Franc. Leon. in prax. Archiep. par. 1. cap. 12. num. 27. Cassan. in Cathal. glor. Mund. par. 10. consider.24. in princ. cap. gloriosus Deus de reliq. & vener. Sanct. Paris de Puteo loco cit. post num. 6. Ludou. in addit. dicta dispnt. Signorol. post num. 68. vbi dicit quòd doctor dicitur illuminare totum Mundum ad obediendum Deo casus est in d. auth. habita circa princ. C. ne fil. pro patre, Daniel. 12. cap. fulgebunt. Calefat. loco cit. num. 97. qui dicti sunt quasi splendor firmamenti, & quasi ad iustitiam erudiunt multos quasi stellæ in æternitates perpetuas refert etiam Pet. Rebuff. in tract. de priuileg. scholar. vers. 24. num. 3. per Paul. de Citad. in tracta. de iur. patron. in commendat. Maximi-
24 liani, & quasi † radij solis appellantur cap. si quis 3. quaest. 7. & velut luminaria splendere dicuntur d. cap.1. de reliq. & veneratio. sanct. Farinac. d. quaest.41. num.39. lib.2.

25 Indices † & doctores vtentes legibus prout debent, meliorem vitam faciunt quam fratres prædicatores, vel alij Religiosi, ita dicit Hostiens. in proœm. sua summ. refert & sequitur Alberic. in l.1. circa fin. & ibi Ias. in 1. col. ff. de iust. & iur. Don Io. de Arnono sing.23. Mut. in consuet. Senat. Panor. cap. 68. nu. 29. Rip. resp. 168. col.3. Caualc. dec. 33. num.21. p. 1. & dec. 13. num. 29. p. 2. & Cassan. in d. tract. glor. Mundi p.7. consider.32. Bertach. in verbo, Aduocatus versic.3. & dicti sunt sacerdotes, Franc. dec.65. num.2. Alberic. de Rosat. in d.l. si quis in conscribendo num. 2. & sunt
26 † sacerdotes temporales, Paris de Puteo in d. vers. doctor familiæ potestatis; l. 1. ff. de insti. & iur. ibi (quos nos sacerdotes appellamus) Mut. in d. c. Reg. Sicil. in proœm. numer. 69. Calefat. in d. tract. de equestr. dignit. num. 69. & ideo sunt doctores nobilissimi, l. prouidendum, C. de postl. Andr. de Isernia super constit. huius Regni in const. vniuersis loco cit. Bald. in rubr. extr. de offic. ind. col. vlt. & Hostiens. & Io. Andr. in c.eo libentius in verb. militia clericali, & ibi Aegid. Bellam. in 1. notab. Ant. & Panor. ad fin. Petr. de Anchar. & Card. Florent. vterque post princ. extr. de seru.
27 non ordinand. qui omni tempore † ab Imperatoribus & Regibus honorati fuerunt: nam Imperator omnes appellat subditos: Doctores autem appellat amicos, vt est tex. notabilis, & valde elegans in l. diui fratres in vers. Domitij amici nostri, ff. de iur. patron. l. secundum responsum C. de contrah. & committ. stipulat. & alibi appellat doctores patres. Alex. in d. l. centurio post num. 10. in fin. per l. 1. in princ. C. de caduc. toll. l. ex diui Pij, C. locat.
28 vbi dicit, Vlpianum † patrem nostrum, Pet. Calefat. in d. tract. de equestr. dignit. n.98. Signor. de Homod. loco cit. & ibi Ludou. in addit. num.65. & 66. & Mut. in d.c. Regn. Sicil. cap.57. num.38. ergo præferendus est doctor militi: Io. Butter. in suo discursu de nobilit. Serenißs. Princip. Filibert dicato: post relationes vniuers. orbis dat nonnullas rationes fol.18.
29 & 59. Sed veritas † est, quod in actibus doctoris, & promiscuis doctor sit præferandus militi, in actibus vero militiæ miles doctori, concludit Christof. Laufr. in d. tract. an præferend. sit doctor loco cit. & Leunasd. d. tract. de priuil. doct. par.3. num.13. & 17. Io. Montay. in d. tracta. magn. consil. post addit. Boer. in addit. numer.93. secundum Alex. in d. l. centurio col.2. num.14. Dec. in l. cum quid num. 41. ff. si cer. pet. Didac. Perez in ordinat. Regn. Castill. lib.4. tit.1. l.1. de los caualleros in gloss. in ver. en los doctores vers. 1. ita Castill. de Bonadill. in d. sua politica lib.1. d. cap.10. num.43. fol. 172. ponit etiam supradictam concordiã
30 hoc modo dicens, que en los actos veramente de guerra se prefiere el cauallero: pero en los actos de letras o de gouierno solo, o de gouierno en militia juntamente se prefiere el letrado: & ibi in additio. lit. F. allegat Guardiol. de nobilit. cap.11. fol. 30. & seq. Alaua lib. 1. de re milit. cap. 1. & seqq. Bonifac. in peregrinat. verb. electio. eligi fol. 160. post alios, vt ibi, & sic sequitur Bonadill. distinctionem Laufran. loco cit. & Alex. in d.l. centurio post num. 14. vers. in promiscuis actibus: videndus est Bald. in proœm. ff. veter. num. 22. fol.3. & ibi in ad-
31 dit. lit. B. & sicut † milites pro debito ciuili non possunt personaliter, capi, & carcerari, vt notaui in q. præced. ita etiam & milites legalis militiæ, Alex. in d. l. centurio post num.25. vers. & idem in Aduocato, Dec. in d. rubr. C. de milit. testam. post num.3. in fin. dec. Pisar.15. num. 172. Bar. in tract. de carcer. num.20. Iac. Bim. in d. tract. de priuileg. iurisconsultorum 49. num. 2. Tiraq. in d. tract. de nobilit. c.20. num. 136. Alc. de verb. sig. pag. 33. vers. sicut doctor. Aret. cons.92. Gomez. in d. §. superest post num.65. Rip. in d. l. centurio num. 16. Caccialup. in tract. de debit. suspect. & fugit. vers. quinto principali, post numer. 9. Ias. in d.l. miles num.9. in fin. & l. quamuis post n.7. vers. additio C. de iuris, & facti ignor. l. medicos, & ibi gloss. C. de profess. & medic. lib.10.

Bart.

Bart. in l. si libertus, ff. de in ius voc. Brun. in dict. quæst. 10. *par.* 4 *princip. Paul. Castr. in d. l. miles verf. intelligi*, etiamsi in obligatione dixerit, non obstante quocunque priuilegio, *Brun. loco citato num.* 4. 5. 6. *Iac. Menoch. d. arb. iud. quæst.* 88. *num.* 7. *lib.* 1. vbi dicit doctor ob priuatum debitum prendi, minusque
32 carcerari potest, & quod pro debito ciuili † doctores eiusque filij carcerari non possunt dicit *Mathesil. singul.* 59. *Guid. Pap. sing.* 69. *Intrigl. singul.* 100. *num.* 11. *lib.* 2. Borgn. *Caualc. de tut. & curat. cap.* 1. *num.* 318. vbi loquitur in omnibus personis, que habent beneficium nostrum, deducto ne egeant, *Caro. Regn. Franc. in* 5. *Iur. cap. Chass. in consuet. Burgund. rubr.* 5. §. 2. *numer.* 14. *Farinac. de carcerib. & carcer. quæst.* 27. *num.* 77. *vsque ad num.* 81. *lib.* 2. *& sub num.* 80. dicit: immo pu-
33 nitur iudex † pœna capitali contrarium faciendo, vt probat *gloss. singul. in d. l. medicos, & ibi Bart. num.* 2. *& Alex. ibi in add. t. lit. B. idem Bar. in d. tract. de carcerib. post numer.* 5. *Bartol. Bologn. in repet. Auth. habita fol.* 6. *col.* 1. *Gomes in d.* §. *superest post numer.* 65. *Iac. Bim. d. priuileg.* 49. *numer.* 2. *in fine*, vbi dicit Iudices capite puniendos, *Bal. in trac. de cont. num.* 4. & in sindicatu teneri, idem *Bal. in l.* 1. *C. qui bon. ceder. poss.* quod pro-
34 cedit † etiam si statuto caueatur quod quilibet pro debito ciuili personaliter capi possit, non obstante quocunq; priuilegio, *Brun. dict. quæst.* 10. *num.* 5. *Caualc. d. cap.* 1. *num.* 319. *secundum Farinac. dict. quæst.* 27. *num.* 80.
35 namque † non censetur derogatum priuilegijs insertis in corpore iuris, *Iacob. Bim. d. priuileg.* 49. *num.* 4. *glosa notab. in l.* 2. §. *legatis in verf. non compelluntur, & in l. hæres absens in princip. in verb. excusatis de iudic. Bart. in l. consentaneum numer.* 164. *C. quomod. & quand. iud. Leunard. in dict. tract. de priuileg. doctor. in* 1. *quæst. par.* 2. *princip.* §. 3. *num.* 3.
36 hoc † etiam seruatur in doctore obligato in forma Cameræ *Bim. in d. priuileg.* 49. *num.* 5. *&* 6.

37 Contrarium de facto seruatur † Romæ in doctoribus obligatis in forma Cameræ, immo Doctores non obligati in forma Cameræ pro debito ciuili absque renuntiatione, bonis non existentibus carcerari possunt sicut idiotæ, dicit *Farinac. dict. quæst.* 27. *n.* 83.
38 & † ita seruatur etiam in hoc Regno, *Mut. in dict. cap. Regni Siciliæ* 89. *numer.* 6. *tom.* 2. *Laderch. dict. consf.* 30. *post num.* 1. dicit quod non seruatur, nec moribus receptum est. *Alber. insignis practicus in d. l. miles.* & talis obseruantia credo quod fuit introducta cum Aduocati cum eorum officio commode viuere possint secundum eorum conditionem, alias secus si non possunt eum aduocationis officio commodè viuere: quo casu seruandum est secundum iuris dispositionem, quia Doctores pro debito ciuili carcerari non possunt. sequuntur à *Ponte consil.* 14. *Turrett. consil.* 15. *lib.* 1. *Marsil. in pract. crim. in* §. *attingam num.* 68. *Caual. in tracta. de tutore, & curat. num.* 319. *Carol. de Grass. in tractat. de
39 except. in præl ad. numer.* 163. *&* 164. neque † torqueri possunt, *Cyn. & Doctores in l. milites C. de quæst. Alex. in d. l. centurio post nu.* 9. *Io. Franc. de Leone in prax. episcop. cap.* 35. *par.* 3. *numer.* 101. *Marsil. in pract.* §. *expedita num.* 3. *Boss. in titu. de indic. & tort. & considerat. Ant. Tortur. num.* 1. *&* 9. *&* 111. *Brun. à Sole in comp. resolut. fol.* 68. *Iac. Bim. d. trac. de priuileg. iurisconsult. priuileg.* 39. *Roman. singul.* 282. *&* 494. *Ducn. regul.* 190. *ampliat.* 4. *Rip. in d. l. centurio num.* 14. *Paris de Puteo in d. tract. sindicat. verf. an doctor num.* 8. *&* 9. vbi dicit, quòd omnes hoc tenent præter *Bart. Petr. Leunard. dict. tract. de priuileg. cur. par.* 2. *num.* 5. *Lanfranc. dict. tract. vtrum præferend. sit doctor an miles num.* 23. neque deca-
40 pitari debet † *Carrer. in pract. fol.* 145. *post n.* 180. *verf. excipiantur. Iul. Clar. in* §. *fin. quæst.* 64. *verf. quæro an doctores*, nisi prius degradentur *text. est in l. fin. C. de malefic. & malefic. Marsil. in singul.* 556. *num.* 3. *Gabriel Serai. in addit. ad Mathesil. sing.* 59. *num.* 9. *Bart. in l. si vt proponitis num.* 12. *&* 30. *C. de dignit. lib.* 12. *Brun. de cess. bono. quæst.* 11. *numer.* 11. *in fin. par.* 4. *princip.* prout fieri solet in sacerdotibus. ita notabiliter dicit & tenet *Mart. in proœm. digestorum in* 2. *lect. allegat tex. not. cum gloss. in l. omnes C. de episc. & cler.* §. *præterea, facit etiam capit. degradatio de pœn. in* 6. *Iul. Clar. in d.* §. *fin. quæst.* 74. *numer.* 6. *& ibi Hieron. Giacc. in addit. lib. B.* vbi refert quod quidam Donatus de Falconijs fuit cingulo doctoratus priuatus, idem *Clar. quæst.* 73. *post num.* 2. *refert Gram. consil.* 35. *num.* 9. *& ibi pract. Milleloq. fol.* 95. *nu.* 48. *& Papon. lib.* 6. *num.* 2. *arrest.* 14. quod ita fuit in facto seruatum Parisijs contra quemdam Regium Consiliarium, qui pro furtis, & sceleribus per eum commissis fuit exauctoratus, degradatus, & suis insignijs spoliatus, & deinde emendam honorabilem peregit. Et licet con-
41 suetudo † sit in contrarium, vt est in isto Regno Siciliæ, quod pro omni causa criminali doctores torquentur secundum consuetudinem Italiæ, dicit *Franc. Cason. in tractat. de torment. capit.* 10. *rubr. quæ personæ torqu. post num.* 14. *Brun. in tract. de indic. & tort. par.* 7. *quæst.* 4. *num.* 23. *in fin. Gram. vot.* 25. *num.* 4. *Nicol. Regnal. in addit. ad sing. Roman. singul.* 494. *Gandin. titul. de quæst. num.* 48. *Paris de Put. in d. verf. doctor capit.* 2. *num.* 5. *Farin. dict. quæst.* 41. *numer.* 54. *Anton. de Canar. de quæst. membr.* 4. *num.* 3. vbi testatur de obseruantia, & consuetudine ista. *Anton. Alexand. in l.* 1. *C. de quæst post Odofred. in tract. de depos. Angel. Aret. in tract. malefic. in verf. fama publica col.* 21. *verf. sexto quæro num.* 102. *Franc. Brun. in tractat. de indic. & tort. in* 6. *cart. in verb. quod autem de doctoribus.* De iure tamen torqueri non possunt, vt supra notaui, & *Roman. d. sing.* 494. *Fulgos. consf.* 273. *Bell. par.* 7. *tit.* 3. *num.* 44. *de priuil. milit.* & est

est casus in singularis secundum *Bart. in d.*
l. omnes Iudices C. de decurionib. lib.10. Alex.
in addit. ad Bart. in d. l. sicut proponitis lit. B. Pa-
lat. Runios d. §. 37. num.18. Bim. loco citato
num.3. Rip. in d. l. centurio num.14. & 16. &
ibi Galiaul. num.35. Marsil. in l. edictum n.4.
de quaestio. Gram. vot.1. num.12. Alex. cons.5.
lib.3. Dec. cons.472. & cons.557. Clarus d.
quaest.64. loco citato versic. quaero an doctores
43 vbi dicit, quòd talis † consuetudo de iure
nil valet, & ita communiter tenetur; dicit
Carrer. loco citato, Gabriel Serai. in addit. ad
Matthesil. d. sing.59. post num.2. vers. licet Ro-
manus. d. l. omnes Indices C. de decurionib.
lib.10. Alexand. in d. l. centurio column.1. Ias.
in l. de quibus colum.25. vers. notatum ff. de le-
gib. Bart. in d. l.1. C. de Aduocat. diuers. iudic.
Puteus in d. tractat. de sindicat. cart.18. vers.
an doctor. Cepoll. cons. crim.139. Hipp. de Mar-
sil. in d. l. edictum ff. de quaest. n.4. & in pract.
crim. d. §. expedita num.29. vers. ita doctores
& singul.556. num.1. in fine, Io. de Arn. epit.
56. Ludou. Cartar. qui infinitos allegat in repe-
tit. l. obseruare num.179. C. quor. appell. non
recip. Boss. in titul. de indic. num.111. etiam
44 si doctor † sit ignorantissimus, ratione suae
dignitatis, *Brun. d. quaest.12. num.11. par.4.*
principal. Bim. dicto priuileg.37. num.7. Di-
dac. Perez d. l.1. titul.2. de los caualleros lib.4.
vers. est & aliud, colum.21. & in Regno Por-
tugalliae disputatum est *titul.64. l. final. & l.5.*
ordinat. in nobili doctore legum, ac cano-
45 num, quod non possunt torqueri nisi † in
crimine laesae Maiestatis, falsae monetae, so-
domiae, aut maleficij, not. *Lodou. Carrer. in*
d. l. obseruare loco citato, Thom. Gram. vot.25.
num.5. Gigas in suo tract. de crimin. laes. Maie-
stat. in 2. lib. in rubr. quomod. & per quos q.27.
& sic doctor non debet torqueri pro omni
causa criminali, & pro omnibus leuioribus
indicijs, prout in isto Regno seruatur: tan-
46 to † magis quando doctor fuit Consiliarius,
ex quo in memoriam praecedentis dignita-
tis torqueri non potest. *text. elegans, & singu-*
laris, ff. de decurionib. & eorum filys, in l. de
decurione. Hippol. singul.107. post num.2. vbi
dicit, quod ita seruatum fuit. *Ias. in l. quam-*
uis post num.7. vers. additio C. de iur. & fact.
ignor. notat Dec. in d. rubr. C. de milit. testam.
numer.4. Domin. in prob. sexti in rubr. in fine,
Bald. in d. l. qui sub praetextu C. de sacrosanct.
eccles. Aretin. in c. clerici de iudic. & expresse
dicit Puteus d. vers. doctor num.4. Ant. de Ca-
nar. d. 4. membr. numer.4. ratio est ibi, quia
47 † consiliarij cuiuscumque Ciuitatis decurio-
nes sunt *l. nulli ff. quod cuiuscumque vniuersit.*
nom. & l. pupillus, §. decuriones, ff. de verb.
signif. quia priuilegium dignitatis durat, se-
cundum *Bal. in c. sedes Apostolica d. rescrip-*
tis, & ibi *Innoc. & facit gloss. in cap. accedens*
50. distinct. Hippolit. de Marsil. singul.107.
numer.1. & est tex. in d. l. de decurione, & qui
sunt in dignitate positi torquendi nó sunt di-
cit etiam *Petr. Rauen. singul.823.* nec in con-
trarium valet consuetudo. *textus est in d. l. om-*
nes C. de decurionib. lib.10. & ibi Bartol. pro-
ut est in isto Regno, quod de consuetudine
48 non † seruatur per M. R. C. in opprobrium
iuris dispositionis, suaeque dignitatis, de qua
etiam consuetudine testatur *Ant. de Canar.*
d.4. membr. num.4. in fine, per Alber. de quae-
stion. versic. iam dictum est supra, qui dicit
quod ita vidit Bononiae consuli per sapien-
tes, & obseruari autoritate consuetudi-
nis.

Quod est mirabile, per doctores, non ser-
uari leges in eorum fauorem disponentes,
cum & ipsi Iudices sint, & in eis incidere
possint, ex quo etiam iustus septies peccat
49 in dies: immo † pro ijsdem indicijs, quibus
torquetur plebeus, torquetur Doctor con-
tra leges, & Doctores supra notatos; cum
50 ad Doctoris torturam † in casibus praemissis
requiruntur iudicia grauiora, quàm in alijs,
dicit *Farinac. d. quaest.41. numer.47. & 48.*
Marc. Anton. Eugen. in consil.63. num.89. In-
trigl. singul.96. num.11. lib.2. nec renuntiari
51 potest † huic priuilegio, quia ordini iniuria
infertur, vt per *Iac. Aemen. cons.7. num.20.*
quia priuilegia † concessa egregijs personis
52 renuntiari non possunt, *Roma. singul.172.*
Cyn. in l. nec honorem C. de episc. & cler. Al-
ber. ad Alexand. in l. ad personas egregias, ff. de
iniur. Fely. in cap. si qui testium, de testib.
Couar. in cap. quamuis pactum initio 2. par. re-
lect. post num.8. & hoc priuilegium concedi-
tur ratione egregiarum personarum, *gloss.1.*
in d. l. ad personas egregias, quam Bart. repu-
tat singularem, & ibi Ias. num.10. sed Do-
53 ctores † dicuntur egregiae personae, *Intrigl.*
singul.100. numer.25. lib.3. Leonard. in tract.
de priuileg. doct. quaest.5. quaestion.13. princip.
num.8. & 9. ergo Doctores renuntiare non
possunt isti priuilegio eis concesso ratione
supradicta. *Bergnmus d. cap.1. post num.318.*
eo magis cum inductum sit fauore publico,
54 vt doctoratus dignitas conseruetur. *Farinac.*
d. quaest.27. num.34. & d. quaest.41. numer.42.
Bran. de cessio. bonorum d. quaest.11. num.11.
vers. idem priuilegium. Iac. Bim. in d. tract. de
priuileg. iurisconsult. priuileg.39. num.7. vers.
extenditur. sexto Io. Montaignus in addit. ad
Boer in tract. de authorit. magn. cons. num.94.
Fely. in rubric. de maiorit. & obed. Cyn. Bald.
& Doctores in l.1. C. qui & aduers. quos. Bar-
55 *bat. in d. cap. clerici colum.5.* etiam cum iura-
mento, per *l. si vnus, §. si paciscatur, & seq.*
ff. de pact. d. c. si diligenti de for. compet. Bald.
in l. si quis pro eo ff. de fideiuss. & priuilegium
concessum Doctoribus competit legenti-
bus, Aduocatis, consulentibus, & iudican-
tibus, *Io. Vinc. Honod. cons.81. num.52. An-*
ton. Monac. de exequut. in vest. d. cap.12. nu-
mer.73. Amat. decis.16. num.27. Brun. de ces-
sio. bonor. quaest.10. 4. quaest. principali num.7.
& 10. Addit. ad Thesaur. decis.153. num.6.
& competit doctoribus ex causa aduocatio-
nis contrahentibus, secundum *Laderch. dicto*

consil.30. Costa de remed. subsid. d. remed.28. num.1. Menoch. d.cons.12. num.76.

S V M M A R I V M.

1 *Doctorum liberi gaudent beneficio, deducto ne egeant.*

AMPLIATIO
Prima.



1 MPLIA primo, quod † doctorũ liberi gaudent isto nostro beneficio, *Franc. Marc.decis.639. & notaui supra numer.32.* ratio. est,quia filij Doctorum nó possunt pro debito ex contractu vel quasi,personaliter capi.*text. est singul. in l.medicos, C. de profess.lib.10.Matthesil. singul.59. num.1. & in l. consentaneum, colum.3. vers. prædicta omnia fallunt, post num.18. C. quom. & quand. Bart. in tract. de carcerib. colum.1. vers. secundo quæro numer.5. Alexand. in l. si quis ff. de furt. & in l. miles num.2. ff. de re iudic. Milus in suo Repert. in verb. carcerari in secundo versic. Hippol. de Marsil. in pract. crimin. in §. attingam num.68. Gabriel. in addit. ad Matesil. d. singul. 59. num.1. Ant. Monach. de executio. in vestib.capit.12. num.75. Franc. Aretin. cons.95.num.1. Bolog. in d. Auth. habita. ne fil. pro patr.*

S V M M A R I V M.

1 *Socius doctoris gaudet priuilegijs doctorum.*
2 *Priuilegia concessa doctoribus non censentur concessa fratribus eorum, qui sunt in communi.*

AMPLIATIO
Secunda.




1 M PLIA † secundo in socio doctoris,qui gaudet priuilegijs doctorum. *Bald. in proœm. constitut. §.illud vero n.16. & §.hac autem n. 11. Leunasd. in d. tract. de priuileg. doctor p. 2. num. 18.idem Bald. in addit. ad Specul. in tit. de magistr. Intrigl. singul. 100.*

2 *num.5. lib. 3.* Sed † immunitas concessa doctoribus non censetur concessa fratribus eorum, qui sunt in communi, & possident bona pro indiuiso, *Siluan. cons.88. post nu.10. vers.vbi etiam.*

S V M M A R I V M

1 *Scholares gaudent beneficio,deducto ne egeant.*
2 *Scholares pro debito ciuili carcerari non possunt.*

AMPLIATIO
Tertia.




1 MPLIA tertio quod † scholares gaudent isto nostro beneficio secundum *glos. 5. in fin.in l. 15.p.5. tit. 10. Reg. Castell.* qui pro debi
2 to ciuili † carcerari non possunt, *Auth. habita C. ne fil. pro patr. & ibi Bald. Salyc. Rebuff. de priuileg. schol. tom.11. & Horat. Lut. eod. titul. Anton. Monach. de execut. in vest. cap.11. num.1.* qui dicit quod potest fieri executio in libris scholarium, videndus, & notabo *quæst.13.ampl.3.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctores pro leui crimine carcerari non possunt.*

AMPLIATIO
Quarta.



1 MPLIA quarto, quod etiam competit † doctoribus priuilegium ne carcerari possint, etiam pro delicto; dummodo sit leue, *Franc. Marc. decis. Delfin. 81. part.1.* secus pro graui, *decis.77.* quando autem sit leue, vel graue delictum *Marchesa. decis.93. par.1. Anton. Monach. de execut. in vestib.cap.12.post num.76.*


S V M M A R I V M.

1 *Doctores in actibus militaribus non gaudent priuilegijs doctorum.*
2 *Episcopus in aliena ecclesia debet sedere vt canonicus, non vt episcopus.*

Cano-

3 *Canonicus, & Vicarius Episcopi in actibus canonicorum debet sedere, vt canonicus.*

FALLENTIA
Prima.



1 ALLIT primo, quod † doctores in actibus militaribus nō gaudent priuilegijs doctorum *Capye. decis. 27. numer. 36. l. in ciuilibus de offic. Vicar.* sicuti episcopus † in aliena ecclesia debet sedere, vt canonicus non vt episcopus, *gloss. singul. in capit. ad collationem de appellat. in 6.* ita si aliquis est canonicus, & Vi-
3 carius † Episcopi, sedebit vt canonicus in actibus canonicorum; *Domi. in d. cap. ad collationem, secundum Capy. in d. decis. 27. Ioan. Montaignus in addit. ad tractat. Boer. de auth. magn. consil. post num. 95. lit. A.*

SVMMARIVM.

1 *Doctor qui aduocationis officium non exercet, vel qui non consulit, neque officium doctoris facit, non gaudet beneficio doctorum.*

2 *Doctor nomine tantum habet beneficia, seu priuilegia, quæ competunt doctoribus ratione dignitatis, & ordinis.*

FALLENTIA
Secunda.



1 ALLIT secundo in doctore, qui aduocationis officium non exercet, vel qui non consulit, neque studet neque officia publica ministrat, aut officium doctoris non facit, sed tantum nomen doctoris habet *Brun. q. 10. part. 4. princip. num. 10. & 21. de cess. bonor. Roman. singul. 814. Alexand. cons. 2. post numer. 6. tangit in verb. fortificator lib. sexto, Nepit. in consuetud. Catin. consuetud. vnic. in tit. quod mœnia, seu pennatæ rt. 64. nu. 16. fol. 344.* & notaui supra vers. præter priuilegia, *Laderch. in d. cons. 30. num. 6.* vbi dicit, quòd Aduocatus quando conuenitur, vt quilibet possessor, & non vt Aduocatus non gaudet isto beneficio: & licet Doctores casu præ-
2 misso non habeant † priuilegia, quæ competunt ratione exercitij ob publicam vtilitatem, habent tamen priuilegia, quæ competunt Doctoribus ratione dignitatis, & ordinis, dicit *Decius in Rubr. C. de testam. milit. num. 4.*


SVMMARIVM.

1 *Doctor qui exercet officium procurationis, non gaudet priuilegio doctorum.*

2 *Doctor qui facit officium procuratoris, militi nostri temporis præponendus est.*

3 *Doctor exercens officium procuratoris in Curijs principum, gaudet priuilegijs doctorum.*

FALLENTIA
Tertia.



1 ALLIT tertiò † in doctore, qui exercet officium procuratoris, per curias hinc inde discurrendo, *Guid. Papa decis. 388. numer. 10.* licet isti tales
2 sint præferendi † militi nostri temporis, *Brun. quæst. 10. num. 15. & 16. de cess. bonor. per Alexand. cons. 2. post nu-*
3 *mer. 2. lib. 6.* nisi exerceat officium † procuratoris in Curijs Principum, quo casu non amittit gradum doctoratus, *Caualc. decision. 41. part. 1. Honded. consil. 81. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores, mercaturam exercentes, vel per gulam tenentes, non gaudent priuilegio doctorum, & amittunt nobilitatem.*

2 *Nobilis ex genere, exercens vilia officia, non præiudicat filijs.*

3 *Fidalguia, siue nobilitas est hæreditas proauorum.*

4 *Fidalguia formata ex personis proauorum, quamquam pater repellat facto, vel verbo, non præiudicat filijs, secus ante.*

5 *Filij eius, qui ciuitatem amittit, quæ ob patrem ad eos peruenerunt amittunt.*

6 *Filius potest retinere emphyteusim, quæ ex genere est, & repudiare hæreditatem patris.*

7 *Pater non potest priuare filium Regno cum id habeat ex genere.*

8 *Nemo dat quod non habet.*
Patris persona est inspicienda in nobilitate tanquam proxima, & non auorum. ibi, num. 8.

9 *Regula, quod nemo dat quod non habet, procedit*

cedit quando nobilitas fuit acquisita à patre, secus ex genere.
10 *Filius succedit nobilitati auorum, & n. 14.*
Nobilitas concessa à Principe primo acquirenti, & eius liberis, à Principe nobilitatem habent. ibid.
11 *Semel concessum non retractatur.*
Exercitium manuale, & extrinsecum patris non facit perdere naturam sanguinis naturalis ex genere nobilis. ibid.
12 *Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.*
Consanguinitas nullo delicto tolli potest. ibid.
13 *Pater faciens actum contrarium sua nobilitati, delinquit in nobilitate.*
14 *Nemo debet alteri per alteram iniqua conditio inferri.*
15 *Filius in nobilitate succedit auo nobili si nobiliter vixit.*

FALLENTIA Quarta.



1 FALLIT quarto, in doctore † mercaturã exercẽte, vel per gulam (scilicet locum accommodatum exponẽdis venalibus rebus, vt declarat *tex. in l. hares absens, §. proinde, vers. at si quo constitit, non dico iure domicilij, sed tabernulam, pergulam, horreum, armarium, officinam conduxit ff. de iud.*) tenente, quia per tale exercitium nobilitatem perdit *Brun. d. quæst. 10. num. 7. par. 4. principal. de ces. bono. l. antepenult. & l. si cohortalis C. de cohortal. & princip. lib. 12. l. 3. C. de commerc. & mercat. Guid.*
2 *Pap. decis. 196.* ad hoc est notandum quod si doctor, vel alius nobilis, qui descendit ex genere nobilitatis, exerceat vilia officia, licet ipse amittat nobilitatem, vt supra in princ. notaui, *& per l. 9. titu. 1. lib. 4. ex legib. Hispa.* & infra notabo, dicit *Mutius Iustinopolitan. in suo tract. del Gentilhomo fol. 134. Ioan. Arce ab Otalora in tracta. nobilitat. cap. 6. par. 3. fol. 118.* vbi dicit, quod culpa propria nocet culpato, non tamen præiudicat filijs, *Mutius loco citato, & Ioannes Arce ab Otalora vbi supra, & fol. 226. col. 1.* vbi dicit quod quando pater perdit ius nobilitatis, quæsitum ab alijs maioribus, non nocet descendentibus: patet quod nobilitas fidalgorum non habetur ex persona fidalgij, sed ex genere, & à primo nobili nominato, & electo ex causa, de qua *in l. 6. tit. 27. par. 2. in l. 2. tit. 21. par. 2. Reg. Castill.* si ergo primus vixit nobiliter attento initio concessæ nobilitatis, illud sufficit, & quando causa sortitur semel effectum nunquam cessat effectus, licet cesset causa, vt per *Bar. in l. Titia §. Imperator ff. de leg. 2.* effectus autem nobilitatis primæuæ deriuatur in descendentes, tanquam à fonte, & ille primus videtur semper dare nobilitatem, *l. vnum ex familia, §. 1. ff. de legat. 2. l. 3. ff. de interd. & relegat. & l. mancipatum, §. fin. ff.*
3 *de senato.* & ideo fidalguia, siue nobilitas † est hæreditas proauorum, *vt in d. l. 2. tit. 21. & l. 1. tit. 11. par. 7. Reg. Castill. Ioannes Arce dict. tract. de nobilit. 2. par. fol. 40. cap. 4. col. 1.* vbi dicit: Ius nobilitatis, est hæreditarium filiorum, & descendentium, & filius in iure nobilitatis succedit tanquam suus, & necessarius hæres, idem *Ioannes Arce dict. tract. de nobilit. par. 3. cap. 8. fol. 133. col. 2.* & filio debetur, iure hæreditario sanguinis, & successionis, *arg. d. l. si quis suo, §. legis, C. de inofficioso test.* dicit etiam idem *Io. Arce d. tract. de nobilit. cap. 6. p. 3. fol. 118.* & quamquam
4 pater repellat facto † vel verbo istam fidalguiam, seu nobilitatem non præiudicat filijs postquam est formata ex persona proauorum, dicit etiam idem *Io. Arce ab Otalora d. tract. de nobilitate d. c. 6. fol. 117. vers. nec obstat.* secus antequam formetur, secundum *Petr. Nunez Aueddan. in suo Diction. Hispan. 2. par. l. Cast. lit. C. vers. hoc in loco non erit absque vtilitate notare, ibi fol. 176. Tiraq. in tra. nobilit. cap. 35. numer. 4.* vbi dicit, si primus nobilitatem quæsiuit, & postea amisit, posteros quoque amittere, ac si eam non acquisiuisset, & *Ioannes Arce ab Otalora d. c. 6. fol. 117. vers. nec istis, vel si pater*: sed si accipit à genere, liberis non præiudicat, vt sup. not. & per illud quod legitur *in l. eum qui ff. de in-*
5 *terd. & releg.* vbi dicit, eum † qui ciuitatem amittit nil aliud iuris amittere liberos, nisi quod ab ipso patre peruenta sint ad eos; quæ verò non à patre, sed à genere, à ciuitate, & rerum natura tribuentur, ea remanere eis incolumia; non enim nec patrem, sed maiores eius eis dedisse, dicit etiam *Bal. in Auth. quas ruinas col. 3. & seq. C. de sacrosanct. eccl.*
6 & filium posse retinere † emphyteusim, quæ ex genere est, & repudiare hæreditatem patris, & *Alberic. in proœm. digestorum, §. discipuli, col. 2.* dicit, non † posse patrem priua-
7 re filium Regno, cum id habeat ex genere, & per ea quæ dicit idem *Tiraq. in tra. retract. tit. 1. §. 11. gloss. 6. in verb. si el asi plus proche num. 25. & §. 32. gloss. 1. num. 2.* & licet in
8 contrarium sit ratio † quod nemo dat quod non habet, *l. traditio de acquir. rer. domin. per Aymon. Crauett. cons. 165.* & quod filius non potest inniti nobilitati aui, & aliorum auorum, quia persona patris tanquam proxima, & immediata inspici debet *l. socium qui in eo ff. pro soc. l. pen. ff. de condict. ob turp. caus.*

9 Respõdetur primo, quod † regula quod nemo dat quod nõ habet, procedit quando nobilitas fuit acquisita ab ipso patre, secus quãdo ex genere prouenit, quia non ille dat, sed auus, ita in dictis *l. socium qui, et l. pen.* vbi respi-

respicitur persona patris: hic vero auorum
10 & proauorum, vt supra notaui, quibus † succedit filius in nobilitate: & maxime quando nobilitas fuit concessa à Principe primo acquirenti, & eius liberis, quo casu non habetur ab eo, sed à principe, dicit *Tiraq. d. c. 35. nume. 5. et 6.* Secundo respondetur quod nec etiam obstat illa vulgi ratio; quod ex aqueductu fœtido fœtida oritur aqua: nam dicitur quod sanguis patris ex genere nobili factus, & creatus fuit nobilis,
11 & semel commissum † non retractatur *cap. quia diligentia num. 9. de elect. capit. penult. de hæret. l. commissum, ff. de publican. Mutius Iustinopoli d. tract. del gentilhom. fol.* 234. ergo exercitium patris quod est manuale, & extrinsecum, non facit perdere naturam sanguinis naturalis venientem ex genere nobili, & de illo sanguine formatam, & nobilitas est quoddam ius sanguinis, quod est incommutabile, *Ludou. Roma. singul. 37. numer. 3. l. ius agnationis, ff. de pact.* & est ius sanguinis inseparabile, *arg. text. in l. vnum ex familia, §. si de falcidia, ff. de leg. 2.* dicit etiam *Ioannes Arce ab Otalora dict. cap. 6. par. 3. fol.* 118. &
12 † iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt, *Marsil. singul. 210. Mathesil. sing. 110. num. 12, & l. iura sanguinis, ff. de regul. iur. & ibi gloss.* 1. habetur quod consanguinitas nullo delicto tolli potest, ergo ipsa natura sanguinis propter officium patris non dirimi-
13 tur, quia facit † actum contrarium suæ nobilitati, quod est delinquere in nobilitatem, *vt l. 3. C. de commerc. & merca. iuncta l. miles, C. de locat. & 14. quæst. 3. cap. clerici,* quod in argumentum cito: si ergo est delictum in nobilitate, sanguinis natura tolli non potest per delictum, *Ioannes Arce dict. tract. de nobilitate 2. par. 3. princ. cap. 9. fol. 224. col. 2.* & per consequens remanet nobilis, & filius dicto sanguine formatus est nobilis; maximè quod nobilis dicitur à sanguine claro *not. in clement. 2. in princ. de sent. excommun.* & est quædam Maiorum claritas, secundum *Arist. lib. 2. Rhetor.* & claritas solis transiens per fœtidum aqueductum non desinit esse claritas, ita claritas nobilitatis auorum transiens per eum, qui exercuit mechanicas artes, non desinit esse claritas in filio, qui nobiliter viuit, quia succedit in claritate nobilitatis Auorum; ex quo nobilitas transit vsque ad pronepotem *l. diuo Marco, C. de quæstio. Bart. in l. omnes populi ff. de iustit. & iur & l. fin. C. de dignitatib. lib.* 12. ergo licet pater exerceat mechanicas artes, ex genere nobili descendens, eius claritatis nobilitas transit in filium, ex quo non contaminatur claritas nobilitatis. Sicut posita nebula ante solem licet eius radios siue splendorem occupet, non ob id Sol amittit eius claritatem, quia dempta nebula iterum relucet claritas Solis; ita & claritas nobilitatis, quia deficiente eo, cuius claritas obumbratur per artem mechanicam, relucet in filio nobiliter viuente ex persona Auorum, quibus succedit in nobilitate: & sic licet pater faciat vilia officia, & præiudicet eius nobilitati sanguinis, tamen non præiudicat filio, *ad l. si quis suo §. legis C. de in offic. testam. Ioannes Arce d. tract. de nobilit. 2. par. 3. princ. cap. 9. fol. 225. col. 2. vt ait Statius Poeta in 1. Thebaidos: Patrum nec culpa nepotibus obstat,* quia
14 † nemo debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, *l. nemo debet ff. de reg. iur.* remanet ergo pro indubitato dicendum quod filius in nobilitate succedit Auo nobilitationib. supradictis maxime si filius nobiliter vi-
15 uit, vt supra notaui, quo † casu obtinet locum suorum Auorum, vide *Surd. consil. 301. lib. 3. Menoch. cons. 101. lib.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Doctor recipiens gradum doctoratus per Bullam, vel rescriptum Principis, non gaudet doctoratus insignijs.*

FALLENTIA Quinta.



1 FALLIT quinto in doctore † recipiente gradum doctoratus per Bullam, & rescriptum Principis, quia non gaudet insinijs doctoratur, *l. si itaque §. fin. ff. de legat. 2. Guid. Pap. decisio. 388. numer. 11. & 16. in addit. lit. G. in fine, Honded. consil. 81. num.* 58.

SVMMARIVM.

1 *Doctor torqueri potest pro crimine hæresis & impietatis in Deum.*
2 *Doctor potest torqueri pro crimine læsæ maiestatis in principem.*
3 *Doctor proditor torqueri potest.*
4 *Doctor pro crimine simoniæ torqueri potest.*
5 *Doctor pro crimine falsi torqueri potest.*
6 *Doctor pro priuato carcere torqueri potest.*
7 *Doctor pro maleficijs, & mathematicis torqueri potest.*
8 *Doctor torqueri potest consulto principe, & consentiente.*
9 *Doctor officialis delinquens in officio torqueri potest.*

FAL-

FALLENTIA
Sexta.



ALLIT sexto, &
1 vltimo, † quod
doctores multis
in casibus pos-
sunt torqueri, vt
supra not. num.
45. Primo in
crimine hæresis,
& impietatis in
Deum *Alciat. de*
malefic. in verb.
fama publica, &
per l. fin. titul. 64. lib. 5. ordinat. Regn. Portu-
2 *gall.* Secundo † læsæ maiestatis in Principem,
l. 3. & 4. C. ad l. Iul. maiest. Marsil. in §. ex-
pedita in prax. crim. num. 45. Tertio in prodi-
3 tore † *l. proditores ff. de re militar.* Quarto in
4 crimine † simoniæ, iuxta *gloss. in l. nullus, C.*
de quæstio. Brun. de indic. & tort. quæst. 4. n. 24.
Roland. cons. 31. num. 19. Quinto in crimine
5 falsi † *l. si quis decurio C. de falsis, Pet. de Duen.*
regul. 190. Roland. dict. consil. 31. num. 7. Sex-
6 to in priuato † carcere *l. 1. C. de priuat. car-*
7 *cer.* Septimo in crimine † maleficij, & ma-
them. *l. & si excepta in fine, C. de malefic. &*
mathem. vbi nulla dignitas excusat malefi-
cos, & mathematicos, & subiciuntur tor-
mentis, & possunt sine præiudicio torqueri,
8 prout in Rubr. Octauo, consulto † demum
Principe, & consentiente, vt probat *tex. in*
l. nullus vbi Bald. C. ad leg. Iul. maiestat. Pet.
Duen. d. regul. 190. & ideo M. R. C. in om-
nibus casibus procedit contra Doctores ad
torturam, ex quo M. C. nunquam procedit
ad quæstionem nisi consulto Principe. No-
9 no fall. si in officio † deliquerit, ita videtur
sentire *Bossius in tit. de indic. & conced. nu. 116.*
cap. cum quidam de iureiurand. & in cap. nulli
25. quæst. 1. videndus *Iacob. Bim. in d. tract.*
de priuileg. iurisconsult. priuileg. 39.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non tenentur vltra quam facere pos-sunt, deducto ne egeant.*

2 *Fructus prebendæ pro soluendo creditoribus capi possunt quando clericus non habet aliunde, & n. 14.*

3 *Fructus prebendæ conseruandi sunt in pauperes si clericus habet aliunde, vt soluat creditoribus.*

4 *Debitum contractum pro honesta sustentatione clerici, ex bonis ecclesiæ solui potest.*

5 *Bona mobilia clericorum an possint pro debito capi à debitoribus.*

6 *Clericus non potest in solidum conueniri nisi deducto ne egeat, quod pro diuinorum administratione sufficiat.*

7 *Miles cælestis, & terrestris æquiparantur & num. . & 63*

8 *Clericus gaudet priuilegijs militum sicut cælestis & n. 11.*

9 *Clerici psallunt pro salute animarum. quorum conseruatio spectat ad publicam vtilitatem, & n. 63.*

10 *Clerici contra dæmones militant pro fidelibus.*

11 *Priuilegia concessa militibus armatæ militiæ extenduntur ad milites cælestis militiæ*

12 *Clerici non excusantur à iuris ignorantia.*

13 *Christus non coactum, sed voluntarium sibi militem elegit.*

14 *Executio contra clericum fit in bonis beneficij deducto ne egeat si non habet aliunde durante eius vita.*

15 *Ecclesia non potest conuenire creditorem nisi in quantum facere potest.*

16 *Ecclesia nolit alicuius miseriam*

17 *Clerici faciunt vnum corpus ecclesiæ, & illam repræsentant.*

18 *Beneficium, deducto ne egeat, conceditur militibus ratione exercitij, & doctoribus ratione dignitatis.*

19 *Miles cælestis est dignior militibus legalis, & armatæ militiæ, & numer. 21. & 22.*

20 *Promotus ad ordinem consequitur dignitatem.*

Conseruatio clericorum spectat ad publicam vtilitatem. ibi. & n. 63.

21 *Clericis magis debetur reuerentia quàm militibus legalis militiæ, & armatæ militiæ.*

22 *Nulla dignitas sæcularis similis est sacerdotio.*

Clericus est maior quocunque milite. ibi. num. 22

23 *Subiectum militiæ Clericorum est ipse Deus.*

24 *Stipendia clericorum pro executione sententiæ, sicut stipendia militum existimantur.*

25 *Clerici an possint cedere bonis.*

Cap Odoardus fuit inuentum ad effugiendũ carcerum seruitutem, & excommunicationis sententiam.

26 *Clericus non tenetur cedere bonis.*

27 *Clericus fideiussor si non habet vnde soluat, carcerari non potest*

28 *Clerici in ordinibus sacris insigniti. aut ecclesiæ seruientes gaudent beneficio, deducto ne egeant*

29 *Clerici in minoribus constituti non gaudent beneficio deducto ne egeant, si ecclesiæ non seruiunt. ibi num. 28.*

30 *Clerici in minoribus constituti non gaudent beneficio fori, si ecclesiæ non seruiunt, aut beneficium non habent.*

31 *Clerici in sacris constituti dicuntur etiam illi qui ordines minores habent,*

Omnes ordines ecclesiastici sunt sacri ibid.

Cle-

32 *Clericus in bonis beneficij reseruat alimenta.*

33 *Executio in reditibus beneficij debet fieri deducto ne egeat, si non habet aliunde.*

34 *Clericus pro debito carcerari non potest,*

35 *Fructus prabendæ pro debito sequestrantur de consuetudine Romæ, reseruata portione congrua pro alimentis.*

36 *Clericus pendente discussione super beneficio, deducto ne egeat, ad quod admitti prætendit, carcerari non potest.*

37 *Clericus debitor suspectus de fuga potest capi tam à iudice ecclesiastico, quam seculari. declara n. 39. 40. & 41.*

38 *Clericus suspectus de fuga cum proprijs bonis potest à creditore capi, & tradi proprio Iudici.*

39 *Captus est tradendus publico carceri infra 20. horas.*

40 *Clericus in actu fugę potest capi à iudice laico, & in defectu à creditore.*

41 *Clericus qui est in pręparatione fugę consistentis in actu, capi potest.*

42 *Clericus fugitiuus potest capi à iudice incompetenti, si est in actu fugę.*

43 *Cessante remedio ordinario competit extraordinarium.*

44 *Clericum fugitiuum delinquentem laicus capere potest, vt ad episcopum ducat.*

Dolus requiritur in pęna Canonis.

45 *Clericus potest capi in actu fugę repertus, pro administratione rerum dominorum temporalium.*

46 *Suspectus de fuga, & esse in actu fugę, differunt.*

Clericus de fuga suspectus capi non potest. ibidem num. 48

47 *Qui consistit in faciendo est incertus.*

48 *Clericus suspectus de fuga capi non potest, nisi esset in actu fugę sine alia suspicione doli.*

49 *Clericus renuntiare non potest beneficio deducto ne egeat, etiam cum iuramento.*

Cap. Odoardus introductum fuit in fauorem totius ordinis cle icalis ibid.

Laudatur Illustrissimus Cardinalis de Oria Locumtenens huius Regni.

Ritus M. R C ligat etiam clericos.

50 *Pactum de non opponendo non obstat beneficio, deducto ne egeat.*

51 *Ex pluribus interloquutorijs in fauorem clericorum est introducta consuetudo in hoc Regno.*

52 *Consuetudo introducitur per binum actum.*

53 *Clericus priuilegio fori renuntiare non potest, & num. 60.*

54 *Clericus nec tacite, nec expresse foro suo ecclesiastico renuntiare potest.*

Clericus est à iurisdictione laicorum diuina lege exemptus. contra.

55 *Clerici non sunt exempti à iurisdictione Iudicis secularis diuina lege, sed humana declara.*

56 *Clericus in his quę sunt propriè ecclesiastica, & spiritualia, est exemptus à iurisdictione iudicis secularis lege diuina.*

57 *Clerici in temporalibus, & in criminalibus, quę ad spiritualia non attinent, non sunt iure diuino exempti à iudice seculari.*

58 *Papa potest clericos, & eorum bona à iurisdictione iudicis secularis eximere.*

59 *Princeps secularis non potest immunitati, & exemptioni clericorum propria autoritate derogare, quamuis sit humana lege exemptio concessa*

60 *Clerici non possunt foro suo renuntiare, tàm de iure diuino, quàm humano.*

61 *Papa non potest facere quod clerici possint cōueniri coram iudice seculari.*

62 *Iuramentum interpositum super renuntiatione fori ecclesiastici non tenet.*

63 *Milites ob publicam vtilitatem foro suo renuntiare non possunt.*

Clerici, & milites æquiparantur ob publicam vtilitatem ibidem.

64 *Iuri publico pactis priuatorum non derogatur.*

65 *Priuilegio concesso personę tantum renuntiari potest.*

66 *Priuilegium concessum ex bonis moribus naturalibus, renuntiari non potest. ibid. num 65.*

67 *Beneficium non prodest fideiussori laico.*

68 *Clericus tenetur seruare indemnem suum fideiussorem.*

CAPITVLVM,

Odoardus clericus proposuit, quod cum P. Clericus, & D. laicus, & quidam alij, ipsum coram officiali Archidiaconi Remeñ. super quibusdam debitis conuenissent: idem in eum recognoscentem huiusmodi debita, sed propter rerum inopiam soluere non valentem, excommunicationis sententiam promulgauit. Et infra. Mandamus, quatenus si constiterit, quod prædictus O in totum vel pro parte, non possit soluere debita supradicta, sententiā ipsam sine difficultate qualibet relaxetis: recepta prius ab eo idonea cautione, vt si ad pinguiorem fortunam deuenerit, debita prædicta persoluat, de solut.

QVÆSTIO X.



ÆLESTIS mi-
litia, cuius sunt
1 clerici † facit ip-
sos gaudere isto
priuilegio, quod
nō teneantur ni-
si in quantum fa-
cere possunt, de-
ducto ne egeant,
tex. est & ibi Abb
Sicul. in dict. cap.
Odoardus num. 8.
vers. item facit, de solutionib. & in repetit. cap.
cum esses numer. 28. de test. & in capit. veniens
num. 40. de translat. vbi clericus non tenetur
satisfacere creditoribus, nisi deducto ne e-
geat, dicunt etiam *Bal. in §. final. de actio-*
nib. Io. Franc. Leon in prax. episc. p. 1. cap. 11.
num. 14. de priui eg. cleric. Barbos. in l. mari-
tum numer. 2. ff. solut. matrim. Brun. à Sole in
compend. resolut. fol. 38. à tergo. Ludou. Gomes.
in regul. Cancell. de ann. possess. quæst. 53. &
latius in tractat. signat. reg. 88. & gloss. notab.
in cap. studeat 50. dist. vbi à clerico debitore
non essent omnia extorquenda, sed ei relin-
quendum est vnde viuere possit, *gloss. Riccard.*
Mal. Bart. Ang. Rip. & alij in l. miles, ff. de
re iud. & ibi Alex. col. 2. ver. nota ex gloss. Cor-
nel. Beninc. de paupert. quæst. 8. special. 4. in
contractib. numer. 16. Intrigl. de cas. conscient.
cas. 35. num. 102. & singul. 78. post numer. 2.
lib. 1. Burg. de Laudem. par. 3. inspect. 19. n. 36.
Nepo. in consuetud. Catin. consuetud. vnic. tit.
2. num. 46. quo casu filij efficiuntur sui fol. 207.
Surd. de aliment. par. 1. quæst. 20. num. 20. &
31. Ias. in d. l. miles numer. 21. & seq. dicit
communem ibi. *Ancharan. & Imol. in d. cap.*
Odoardus, Gabriel Sarai in addit. ad Mathesil.
singul. 61. num. 2. Ioan. Bapt. de Sanct. Seuerin.
in tract. de debit. suspect. & fugit. quæst. 5. Din.
de reg. iur. reg. 7. & ibi additio. lit. B. Giurb.
dec. 42. num. 21. Amae. decis. 16. num. 15. Ant.
Monac. de execut. in vestib. cap. 12. Alexand.
Trentacinque var. resolut. vol. 1. lib. 2. de exce-
ptio. resol. 1. num. 9. Io. Aloys. Ricc. in prax.
rerum fori ecclesiastici Archie. lib. 1. dec. 282.
in Cap. Odoardus num. 1. hoc est, quando est
pauper, & suam paupertatem probare de-
bet. *Io. Aloys. Ricc. in d. prax. dec. 284. nu. 1.*
& quomodo probatur not. *in quæst. 1. n. 125.*
2 & licet aliquando capiantur † fructus præ-
bendæ pro soluendo eorum creditoribus,
Abb. in cap. peruenit num. 11. de fideiuss. Rip.
in l. obligatione vniuersali num. 45. de pigno-
rib. tamen dimitti eis debet quantum suffi-
ciat pro victu, *Cyn. & Salyc. in l. stipendia,*
C. de exequut. rei iud. Boer. decis. 226. circa fi-
nem. latè Decius cap. Episcopus num. 1. de præ-
ben. nisi clerici haberent aliunde ex quo sol-
uatur debitum contractum ratione patri-
monij, vel ob delictum personæ; quo ca-
su non possunt soluere de redditibus eccle-
3 siæ, sed illos † in pauperes conseruare
debent: & ita intelligi debet *textus in isto*
cap. peruenit: secus vero in debito contracto
4 † pro honesta substentatione personæ, quia
huiusmodi debitum ex bonis ecclesiæ solui
potest, ita probat *Syluester in sum. 1. p. verb.*
clericus el 4. quæst. 16. Philip. Franc. in c. repre-
hensibilis de appell. dicunt etiam *Pet. Nunez*
Auendano respons. 19. post numer. 3. vers. sexto
5 *infertur*: & an † isto in casu bona mobilia
clericorum possint capi pro debito, videatur
Rebuff. in constit. Franc. in tract. de liter. obli-
gator. art. 2. gloss. 1. lib. 1. & sic non potest in
6 solidum † conueniri, nisi deducto ne egeat,
scilicet eo quod pro diuinorum administra-
tione sufficiat. *Brun. de cess. bonor. quæst. 3. nu-*
mer. 11. & 17. Gemm. Perus. in cap. si propter
notab. 2. de rescript. in 6. Fabius de Ann. decis.
126. num. 8. lib. 2. Cappel. Tholos. & ibi Au-
fre. decis. 246. Fely. in capit. ex officijs, de præ-
script. Neniz. cons. 59. num. 2. vbi testatur de
communi opinione. *Franc. Monald. cons. 124.*
num. 3. Farinac. dict. quæst. 27. num. 65. lib. 2.
de carcerib. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2.
cas. 183. num. 29. Hieron. Gigas de pensionib.
quæst. 35. Viu. commun. opin. lib. 1. cap. 97. in
nouissima addit. & lib. 2. opin. 45. Natt. consil.
319. num. 5. Suarez in suo Thes. resp. sentent.
vers. clericus numer. 111. Vrsill. ad Affl. decis.
240. num. 26. & 27. Pet. Barbos. in d. l. mari-
tum num. 2. ff. solut. matrim. Couar. var. reso-
lut. lib. 2. capit. 1. numer. 9. vers. propter quo-
rum. Farin. in titu. de delict. & pœn. p. 1. quæst.
26. num. 11. Marc. Ant. de Amat. dict. dec. 16.
num. 25. quam communem opinionem sim-
pliciter sequitur *Staffil. in tract. de grat. & ex-*
pectat. §. in primis igitur numer. 94. & hæc est
magis cōmunis opinio, de qua testatur *Mar-*
cus Ant. Gen. in prax. Neap. Archiep. cap. 3.
7 *num. 1.* ratio est, quia † miles cœlestis, & terre-
stris, casu isto æquiparantur, *vt est gloss. in*
l. 2. §. miles, ff. de his qui notan. infam. & gloss.
in d. l. stipendia, & in l. neque fœmina, ff. de pro-
cur. Abb. in c. querelam post n. 3. de iure iurand.
8 & militis † priuilegio gaudet. *Bertach. in suo*
Repert. in verb. clericus dicitur vers. 12. vt mi-
les cœlestis, bonus *textus in cap. 1. de cleric. æ-*
grot. in 6. ibi (non posset qui militaret eccle-
siæ inueniri) *textus cum glo. in c. 3. militia 23.*
quæst. 1. cap. quod proderit ibi (clericos militas-
se) 61. dist. cap. Saluator §. igitur ibi (quod si
præfati milites ecclesiæ) & ibi gloss. in verb. mi-
lites, Gugl. de Bened. in repet. cap. Raynutius
in verb. testamentum num. 49. de testam. Di-
dac. Perez de Salam. in ordinat. real. Castill.
liq. 1. tit. 3. l. 1. col. 19. in princ. versic. vlterius
etiam clericus Carrab. in tract. sindic. num. 112.
11. quæst. 3. cap. Christianis, c. degradatio de
pœnis in 6. Palat. Rubr. in §. 42. post num. 1. vers.
item ergo dicerem, in repet. rubr. de donat. inter
vir. & vxor. fol. 37. vbi dicit, quòd clericus
dicitur miles Dei, *Graff. in dict. tract. de effect.*

cleric. effect. 7. *num.* 3. *Molin. in tract. de con-
tract. disputat.* 573. *num.* 12. *circa finem , &
per Doctores , quos infra notabo* . & priuilegia
tributa militib. secularibus debent obserua-
ri quò ad milites Dei in casibus habentibus
eandem rationem per *Abb. in cap.* 1. *de cler.
egrot.* milites habent istud beneficium ratio-
ne iuris publici , quia militant pro seruitio
regio , & defensione Reipublicæ : ita in cle-
ricis, qui psallunt in ecclesijs pro salute ani-
marum in seruitio Dei , quorum conserua-
tio spectat ad publicam vtilitatem *Ant. Cor-
set. in singul. in verb. exemptio . & infra nota-*
10 *bo* . & dicuntur milites , quia † contra dæ-
mones pro fidelibus militant *cap. vnic. de
vassall. milit. quo ad Bell. depon. de vsib. feud.
Cornel. Beninc. dict. tra. de paupert. quæst.* 12.
6. *special. num.* 6. *Nepit. dict. consuetud. vnic.
num.*46. *tit.*20. *Rip. in l. centurio num.* 19. *&
ibi Alex. numer.*15. *&* 18. *de vulg. & pupill.*
11 vbi dicit: priuilegia concessa militibus arma-
tę militię extenduntur ad milites cęlestis mi-
litiæ,& dicit communem opinionem secun-
dum *gloss. in d. l. miles in princ. Bart. in l. mi-
les* §. *mulier ff. de testament. milit. & l. affectio-
nis , ff. de donatio. & in l.* 2. *C. de donatio. inter
vir. & vxor. post Riccard. Mal. Petr. de An-
char. in dict. capit. Odoardus . Ant. Corsett. in
sing. in verb. exemptio. num.* 3. *gloss. in d. l.* 2. §.
miles , ff. de his qui notant. infam. quam alle-
gat *Abb. in capit. querelam de iureiurand. Co-
uar. in cap.* 1. *num.* 5. *vers. tertio ex vltimis, de
testam.* vbi hanc materiam declarat. *Gabriel
Sarai in addit. ad Signor. singul.*61. præter pri-
12 uilegia † præsumptæ ignorantiæ , quia non
excusantur à iuris ignorantia clerici , *l. re-
petita. cum gloss. in verb. peritos, C. de episc. &
cler. Angel. consil.* 191. *Pet. Ancha. consil.*247.
Dec. cons. 132. *Gabriel Sarai singul.* 61 *loco ci-
tato* eadem ergo militat ratio & per conse-
quens sicut gaudent isto beneficio Cæsaris
milites , ita gaudere debent Dei milites , vt
sunt clerici , vt supra notaui, per *Gabriel Sa-
rai d. singul.* 62. & facit etiam 14. *quæst.* 5. *si*
13 *quod inuenisti.* vbi Christus † non coactum,
sed voluntarium militem sibi eligit secun-
dum *Io. de Imol. in l. si cum dotem* §. *eo autem
ff. solut. matrim.* dicit etiam *Tiraq. in tracta.
de pœn. tempo. remitt. caus.* 1. *numer.* 27. *cap.
non* 16. *quæst.*1. *Rodric. Suar. in allegat.*24. *post
numer.* 5. *fol.* 159. *Alberic. de Rosat. in l. sunt
qui ff. de re iud. Campeg. in tract. de dot. quæst.*
245. *par.*3. *And. Gail. in pract. obseru. lib.* 1.
obseruat. 97. *num.*9. 23. *quæst.*8. *cap. Christia-
nis* 11. *quæst.*1. *Pet. de Suzar. in d. l. stipendia
Doctores in dict. cap. si propter tua de rescript.
in* 6. *Brun. in dict. quæst.*3. *nume.*11. *Io. Gut-
tier. in tract. de contr. iurat. cap.*17. *num.*7. &
14 executio fit † in bonis beneficij si non habet
aliunde durante eius vita deducto ne egeat ,
vt supra notaui. *dict. capit. peruenit de fideiuss.
Bart. in l. commodis ff. de re iudic. & ibi Alex.
num.*2. *Doctores in cap.*1. *de app. Spec. in tit.
de execut. sent.* §. *sequitur prope finem post nu-
mer.*16. *& in tit. de primo, & secundo,* §. *restat
vers. quid si reus non habet nisi reditus num.* 9.
*Ias. in d. l. miles num.*10. *ff. de re iudic.* meri-
to gaudent isto nostro beneficio , quia sicut
15 ecclesia debitorem † non potest conuenire
nisi in quantum facere potest , secundum
gloss. singul. in cap. quicunque el. 1. 16. *quæst.*7.
& facit capit. quamque quod 16. *quæst.* 1. *&
cap. non satis* 86. *dist. Surd. dict. quæst.*78. *nu-
mer.* 23. *Dec. in cap. Episcopus in princ. obseru.*
117. *num.*8. *&* 9. *lib.*1. *Anton. Monach. dict.*
16 *cap.* 12. *post nu.*77. ex quo † ecclesia nolit mi-
seriam alicuius . ita *Sebastian. Zapp. in addit.
ad Abb. Sicul. in d. capit. Odoardus litt. F.* si er-
go ecclesia non potest suum creditorē con-
uenire nisi quatenus facere potest , deducto
ne egeat , ergo è conuerso ecclesia non de-
bet conueniri nisi in quantum facere potest,
secundum *Luc. capitu.* 6. *& Matth. capitu.*7.
Qua mensura mensi fueritis , eadem reme-
17 tietur vobis : sed † clerici sunt milites Dei ,
vt supra notaui , & faciunt vnum corpus ec-
clesiæ , & eam repræsentant , vt notant Do-
ctores *in c. si quis suadente Diabolo,* 17. *dist.* 4.
93. *dist. capit. diaconi* : ergo clerici non tenen-
tur nisi in quantum facere possunt deducto
ne egeant. *Abb. Sicul. in d. cap. Odoardus nu-
mer.*10. *Greg. Lop. super l. tauri l.* 26. *titul.* 6.
p. 1. *in verb. in clerico , ò otro , Fusc. in singul.
in lit. C. num.* 115. *Foller. in tractat. de cess. in
verb. huiusmodi censualia numer.*19. *Staffil. in
tractat. de liter. grat. in tit. de commiss. super
reduct. pens.* 5. *num.*8. *Gigas in tractat. de pen-
sionib. quæst.*35. *& quæst.* 92. *num.* 22. *& con-
sil.* 111. *numer.* 1. *Franc. Vinius in commun.
opin. lib.*1. *capit.* 99. *Pet. Barbos. in repet. l. si
maritus , numer.*8. *ff. solut. matrimon. Brun. à
Sole in compend. resolut. propos. iur. in ver. cle-
ricus licet debitor , Gaspar Baet. in tractat. de
inop. debit. cap.* 17. *num.* 3. *&* 4. *in fine* , vbi
dicit opinionem istam æquissimam , & pru-
dentissimam. *Ioa. Guttier. in tractat. de contr.
iurat. cap.*17. *num.* 7. *Suar. in tractat. de com-
mun. opin. in lit. C. num.* 111. vbi testatur de
communi opinione. *Alexand. de Neu. cons.*69.
numer. 11. *Anastas. Germo. in tractat. de sacr.
immunit. lib.*13. *cap.*15. *num.* 19. *Borgn. Ca-
ualc. in tractat. de tut. & curat. num.* 318. *Io.
Bapt. March. in tract. de commiss. p.*2. *cap.* 8.
*num.*25. *Thom. Triuisan. dec.*8. *lib.*1. *Io. Ples
in process. iudic. tit.* 23. *num.*43. *Menoch. cons.*
28. *nu.*4. *& cons.* 124. *num.*3. *lib.*2. *Alb. Man-
dell. cons.*222. *num.*5. *lib.* 1. *& ibi Vinc. Abb.
in add. lit. C. Crotus cons.*421. *n.*26. *lib.* 2. *Surd.
in tract. de alim. tit.*1. *quæst.*78. *n.*20. *Graff. in
d. tract. de effect. cleric. effect.*7. *n.*2. etiamsi per
instrumentum fideiussionis renuntiasset huic
beneficio vt possit conueniri vltra quā facere
possit: talis enim renuntiatio non valet. *Brun.
à Sol. in d. compend. resolut. loco citato fol.* 38.
*à tergo secundum Anto. de Butr. cons.*44. *& Fe-
ly. cons.*9. pro dote tantum si fideiusserit, va-
let fideiussio , & compelli potest ad soluen-
dum. *Fely. d. cons.*9.

Et tanto magis hoc dicendum est, quia
conceditur hoc beneficium militibus ratio-
18 ne exercitij, & doctoribus ratione dignita-
tis, & reuerentiæ, vt locis suis notani, *&*
Cy. & Doctores in l.1. de iur. & fact. ignorant.
Quis enim istorum militum Dei, aut Cæsa-
ris est magis dignus ratione exercitij, & di-
19 gnitatis Dei? confiteor, † quia milites Regis
Regum, & Domini dominantium sunt, &
eorum dignitati conceditur istud beneficiũ;
20 nam promotus ad ordinem † consequitur di-
gnitatem *4. distinct. cap. denique in princ.* cuius
conseruatio spectat ad publicam vtilitatem,
vt sup. notaui, & dicit *Gaspar Baet. d. cap. 17.*
21 *num. 15.* & istis † magis debetur reuerentia
quàm doctoribus, & cæteris militibus, ita
sentit *Abb. Sicul. in d. c. Odoardus post num. 8.*
in fin. & simplex sacerdos præfertur militi
seculari, *Fely. in rub. de maior. & obedient. in*
2. column. vers. simplex sacerdos. l. nemo & ibi
Bald. in 1. notab. de summ. trinit. et fid. cathol.
Bertach. in Repert. in verb. clericus dicitur
22 *vers. 13.* & nulla dignitas † secularis similis
est sacerdotio *96. dist. capit. duo sunt. Abb. in*
cap. veniens de transactio. Mastrill. decis. 130.
numer. 8. & 9. lib. 2. quia clericus est maior
quocumque milite seculari, *cap. ante omnia*
40. dist. cap. Iulianus 11. quæst. 3. Io. Andr. in
cap. eo libentius in verb. militia de seru. non or-
dinand. quod nemo vel minimi sensus igno-
rare oportet: cum tantum ab eis clerici di-
stent quantum sol differt à luna *cap. solitæ de*
23 *maior. et obedient.* cum subiectum † militiæ
clericorum sit ipse Deus *Didac. Perez de Sa-*
lamanc. in d. l. 1. tit. 3. lib. 1. colum. 20. versic.
priuilegiatus in ordinat. Castill. & sicut stipen-
24 dia militum non sunt capienda pro execu-
tione sententiæ, *vt notaui in quæst. 8.* sic sti-
pendia clericorum *Palat. Run. dict. §. 39. sub*
num. 4. fol. 34. Gabriel Serai. ad Mathesil. in d.
singul. 61. in epit. num. 4. text. & gloss. in l. sti-
pendia C. de execut. rei iudi. & facit text. iuncta
gloss. in l. nepos Proculo in fin. de verb. oblig.
Canonist. in capit. peruenit de pignorib. Abb. in
repet. cap. cum esses in 4. princip. de testa. Bar.
& Doctor. in l. si finita in §. si de vectigalibus
in 2. col. de dam. infect. ergo dicendum quod
gaudent clerici isto beneficio, deducto ne
egeant.

Et non obstat *Mathesil. d. sing. 61. num. 2.*
& alij Doctores tenentes contrarium per il-
25 lam rationem, quòd † clerici possunt cedere
bonis per *gloss. in d. cap. Odoardus, vbi Ho-*
stiens. Io. Andr. & Henric. ibi (clericum
debitorem inopia, & egestate laborantem
teneri ad cessionem bonorum) *sed Abb. ibi*
num. 8. dicit quòd nullum ius est quod cleri-
cis imponat necessitatem bonis cedere, im-
mo totum contrarium probatur per iura
superius notata: quia Odoardus, neque ces-
sit neque erat paratus cedere bonis: & ideo si
Papa intellexisset quòd poterat cedere bo-
nis, non mandaret quòd reciperetur cautio
iuratoria vsque ad pinguiorem fortunam
peruenerit, vt euitetur excommunicationis
sententia, & carcerum seruitus, *vt d. c. Odo-*
ardus, & voluit etiam c. clericus cum gloss. vbi
Alber. Ias. & Rip. de sentent. excommun. Fely.
cons. 9. Neuizan. consil. 59. Affl. ad consuetud.
Reg. lib. 1. rubr. 66. num. 6. Put. dec. 56. vol. 1.
Vinius decis. 229. lib. 4. Cenall. comm. contra
commu. par. 1. cap. 3. per Antonin. decis. 4. lib. 1.
Io. Aloys. Ricc. in prax. Archiep. decision. 282.
num. 1. sed mandaret vt prius admitteretur
ad cessionem bonorum *cap. audientia de de-*
cim. sequuntur *Imol. & Anchar. in dict. cap.*
Odoardus, & Gabriel Sarai. in d. singul. 61. in
annot. num. 2. & cum hac opinione transit *Di-*
dac. Couar. in d. cap. 1. num. 9. in princ. vbi di-
26 cit, verius est † ob clericorum priuilegium
non teneri clericum inopem cedere bonis,
sed admittitur ad iuratoriam cautionem de
soluendo suis creditoribus, cum ad pinguio-
rem fortunam peruenerit, reiecta, & repro-
bata contraria opinione, hanc magis com-
munem dicit, quemadmodum *Abb. Imol &*
Anchar. in d. cap. Odoardus. Farinacc. d. quæst.
27. num. 66. & d. quæst. 26. num. 11. lib. 1. se-
quitur etiam *Bertach. in verb. clericus conue-*
nitur ver. 11. & in verb. clericus regularis ver-
sic. 2. vbi dicit, quòd clericus non potest do-
nare concubinæ, neque propter debita cede-
re bonis, *Didac. in d. l. 1. lib. 3. tit. 1. vers. cle-*
ricus. sequitur Palat. Run. dict. §. 39. sub num. 3.
& ita Andr. de Isern. in gloss. super constitut.
Reg. Siciliæ in tit. de cleric. conuen. vers. re-
spondeat col. 2. lin. 36. fol. mihi 89. & Abb. in
d. capit. 1. numer. 4. de cleric. ægrotant. gloss. sin-
gul. circa medium in §. cum vero Authen. vt
determ. sit num. cleric. vbi debitor clericus nõ
potest cedere bonis, sequitur *Marc. Ant. Ge-*
nu. dict. cap. 3. num. 2. Burg. d. inspect. 19. nu-
mer. 36. par. 3. de laudim. Germon. in tract. de
sacr. immun. lib. 3. cap. 5. numer. 37. Henric.
Boich. in d. cap. Odoardus num. 11. Tho. Tri-
usan. decision. 8. num. 6. lib. 1. Intrigl. sing. 78.
num. 2. & in tractat. de casib. conscient. dict. cas.
35. num. 102. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 183.
num. 29. lib. 2. Muta super pragm. Regni Sici-
liæ de cessione bonorum pragm. 3. tit. 17. tom. 1.
numer. 5. ratio est ibi, quia habet beneficium
cap. Odoardus, nec dissentit *Ant. Gomez va-*
riar. resolut. tom. 2. cap. 13. tit. de fideiuss. num.
18. in fine versic. vnum tamen est, vbi clericus
fideiussor tenetur si habet vnde soluat ex pa-
trimonio suo, vel ex redditibus sui beneficij
in quantum facere potest, deducto ne egeat,
27 sed eo † non existente soluendo non potest
carcerari, *Dec. in c. reprehensibilis num. 9. de*
appellat. Neuizan. consil. 59. numer. 2. Capell.
Tholos. quæst. 246. & ibi Aufrer. in addit. si er-
go non potest carcerari, vt infra notaui, bo-
nis cedere non potest, ex quo cessio bono-
rum est ad fugiendum carceres, *vt not. infra*
quæst. 11. Io. Franc. Leon. in prax. Archiep. p. 1.
dict. cap. 11. num. 15. vbi etiam dicit quod hæc
conclusio procedit de iure cõmuni regulari-
ter vbique locorum, quod clerici conueniri
non

non queant, vltra quam facere possunt, de-
ductis necessarijs alimentis, & doctrina Ma-
thes.d. sing.61. est reprobata per Gabriel.Sair.
ibi in 1. addit. in vers. doctrinam igitur: ratio
est ne in opprobrium status ecclesiastici co-
gantur clerici mendicare, Anast. Gem. in d.
tract. sacr. immu. dict. cap. 15. num. 87. loco
citato, vbi pro doctorum concordia dicit
quod istud nostrum beneficium intelligen-
28 dum est † in his, qui vel sacris ordinibus sunt
insigniti, vel altari, aut ecclesiæ proprio mi-
nisterio seruiunt, non in his, qui tantum
minoribus ordinibus decorantur, quia hi
quantum ad hoc priuilegium laicis æquipa-
rantur ob multitudinem eorum, qui temere
sine aliquo delicto, & vitijs, & criminibus
libentius vacant, & primis, & minoribus
ordinibus solent maxime profecto prælato-
rum in curia insigniri, sequitur Marc. Ant.
Genu. dict. cap. 3. post numer. 3. Io. Guttier. de
iur. confir. par. 1. cap. 17. Suar. in prax: 3. p.
tom. 2. c. vnic. Menoch. de arbit. cas. 183. &
Farinac. d. quæst. 27. num. 69. lib. 2.
29 Sicut † non gaudet clericus in minoribus
constitutus priuilegio fori si ecclesiæ in diui-
nis non seruit, aut beneficium non habet
Concil. Trid. cap. 6. sess. 23. de reform. Marius
Alter. de censuris disput. 16. de execut. Bul. cel.
l. 5. §. 1. fol. 672. Io. Franc. Leon. in prax. Ar-
chiep. par. 3. cap. 38. num. 152. quid quid di-
xerit Hippol. de Marsil. sing. 480. numer. 1. &
383. post nu. 1. post alios, vel nisi incedat in
habitu Io. Crine. l. dec. 30. num. 2. Ant. Cor-
sett. in singular. in verb. accusatio num. 3. Pet.
Nunez à Vendano de exequendis mandatis Re-
gum Hispan. cap. 22. num. 11. p. 1. vbi quærit,
etiam quod requiratur vt clericus primæ tõ-
suræ gaudeat beneficio clericali Mastril. dec.
113. numer. 15. lib. 2. Io. Aloys. Ricc. d. prax.
dec. 285. num. 2. & ita seruatur in curia Nea-
pol. refert Gomes loco cit. in fin. & in hac pri-
ma Metrop. Diœcesi huius vrbis Panormi,
dicit Mastrill. dec. 113. num. 1. 2. & 15. lib. 2.
Iul. Clar. §. fin. quæst. 36. versic. hac autem in
fine, Farinac. quæst. 8. numer. 45. de Inquisit.
Mascard. concl. 302. nu. 16. & 17. tex. in d. l. qui
sub prætextu. C. de sacrosanct. eccl. Viui decis.
512. num. 18. p. 4. post alios tradit Filipp. prob.
in addit. ad Io. Monach. in cap. 1. num. 17. de
cler. coniug. lib. 6. idem de scholast. arbitra-
tus est ibi Couarruu. & licet clericus in sa-
30 cris constitutus † dicatur etiam ille, qui ha-
bet ordines minores, dicit Abb. in c. clerici
numer. 7. nè cler. vel monac. quia ibi verbum
(sacris) sumitur largè, ex quo omnes ordi-
nes ecclesiastici sunt sacri gloss. 32. distinct. c.
in summa ergo quando clerici in minoribus
constituti (etiam primæ tonsuræ) seruiunt
ecclesiæ demandato Episcopi, & incedunt
in habitu, & tonsura gaudent beneficio, cap.
Odoardus, Anchar. in dict. cap. Odoardus, Ne-
uizan. cons. 59. num. 3. Surd. consil. 259. nu-
mer. 24. lib. 2. Molin. in tracta. de contract. di-
sput. 171. numer. 13. Farinac. dict. quæst. 27.
num. 69. Roland. Anall. cons. 16. num. 11. lib. 4.
Io. Iac. Masull. in addit. ad Capit. decis. 161.
num. 9. Horat. Carpan. super statut. Mediol.
cap. 167. num. 50. Io. Batt. March. in tractat.
de commiss. p. 2. cap. 8. num. 11. & 19. Menoc.
dict. tractat. de arbit. iudic. cas. 183. Suarez de
Paz in prac. p. 3. lib. 2. c. vnic. num. 4. Gaspar
Beat. in d. cap. 18. num. 2. Ann. cons. 124. nu-
mer. 4. 6. & seq. Grass. in suo tractat. de effect.
cler. dict. effect. 7. num. 4. Scipio Rendin. in tra-
cta. promtuar. recept. senten. tit. 17. de cler. laic.
31 numer. 13. & sic clericus in bonis † reseruat
alimenta, Fab. de Ann. dict. consil. 126. n. 11.
Rebuff. in dict. Auth. Habita priuileg. 112. Affl.
decis. 24. num. 26. Gomes de Amesc. in suo tra-
ctat. de potest. in seipsum quæst. 24. lib. 2. licet
Nicol. Euerard. in Topi. iuris cap. 22. dicat
32 quod † potest fieri exequutio in reditibus be-
neficij clerici debitoris, si non habet aliun-
de, & ita refert Didac. Perez de Salam. in d.
l. 1. tit. 3. col. 19. vers. ex quibus intelligendum
est, tamen deducto ne egeat, vt supra nota-
ui, & infra notabo.
33 Nec carcerari, † nec excommunicari re-
gulariter potest clericus pro debito ex con-
tractu, vel quasi per Iudicem ecclesiasticum
quando non potest pecuniam debitam solue-
re secundum communem opinionem post
multos Conar. dict. cap. 1. num. 9. Viui. com-
mun. opin. lib. 2. opi. 45. Menoch. de arbit. iu-
dic. lib. 1. quæst. 88. num. 8. Suarez in suo tract.
recept. sentent. vers. clericus numer. 111. Vrsill.
ad Affl. decis. 240. numer. 26. & 27. Brognin.
Canal. de tuto. & curat. cap. 1. num. 318. Cor-
nel. Beninc. de paupert. quæst. 8. special. 8. post
num. 13. Marches. in dict. tractat. de commiss.
p. 2. cap. 7. numer. 1. & seq. fol. 554. Fuscus in
suis singular. in litt. C. numer. 115. Natt. consil.
319. num. 5. lib. 2. & cons. 356. num. 1. lib. eod.
Frezz. in tracta. de præsentat. instrum. par. 13.
quæst. 1. num. 18. Brun. à Sol. in compen. reso-
lut. proposit. iur. in verb. clericus licet debitor
Abb. in dict. cap. Odoardus, num. 3. Franc. in
cap. dilectis de appell. Calderi. in cap. 1. de offic.
ord. Butr. consil. 41. in fi. Mathesil. in l. consen-
taneum numer. 18. vers. prædicta omnia fa lunt
C. quomod. & quand. iud. Roderi. Suar. in lege
Taur. in titu. de los gouernos quæst. 5. num. 14.
fol. 835. Pet. Barboss. in repet. l. maritum. n. 5.
ff. solut. matrim. Ann. cons. 124. num. 2. & 3.
lib. 2. Bertach. in verb. clericus pro debito ciui-
li; Alex. de Neu. in d. cap. dilectis numer. 3. de
appell. Hieron. Çeuall. Hispa. in specul. pract.
quæst. contra commun. quæst. 701. num. 9. Cels.
Bargal. in tracta. de dol. lib. 6. reg. 20. n. 14. &
lib. 4. cap. 4. n. 16. Camill. Gall. in tract. de verb.
signif. lib. 7. cap. 2. num. 8. Anastas. Germo. in
dict. tract. de sacrorum immu. cap. 15. num. 86.
Alciat. in dict. cap. cum non ab homine nu. 75.
de iudic. Monald. consil. 28. numer. 4. lib. 2. &
consil. 124. num. 5. eod. lib. Crott. consil. 133.
numer. 19. lib. 2. Io. sequ. danal. in dilat. indic.
ecclesiast. p. 2. cap. 13. num. 17. Baet. dict. quæst.
17. num. 2. Io. Guttier. in dict. tracta. de contr.

iar. cap.17. num. 7. Roder. Suarez super l. fori
l.3. in tit. de cess. bon. & in vltimo, §. seu sect.
num.14. Io. Iacob. Masull. ad Capyc. dec. 161.
num.9. Marant. in pract. quæst.6. act. 3. num.
43. in fine, & num. 56. Soc. in tract. de citat.
art.5. numer. 27. Horat. Carpan. super statut.
Mediol. lib.1. cap. 167. num.49. Afflict. super
constitut. Regn. libr. 1. rubr.66. de cler. conue-
niend. num.6. Io. Batt. Caccialup. in tracta. de
debit. suspect. & fugitiu. quæst. 5. num. 18. Gi-
gans consil. 162. num.9. Gomes in cap. superest
post num. 61. de actio. Franc. Marc. decision.
3069. cap. lator & cap. fama, & ibi Innoc. in
verb. prælatorum de sentent. excommunicati.
Io. Andr. in d. cap. si clerici, Gabriel. Serai. in
loco citato, Cardin. in clem. 1. de offic. ordinar.
Marsil. in pract. crimin. in §. attingam numer.
70. Intrigl. singl. 78. num.1. Farinac. d. quæst.
27. num.67. & seq. Marc. Ant. Genu. d. cap.3.
num.16. Burg. dict. inspect. 29. num. 36. Ca-
mia super Rit. huius Regni M. R. C. cap. 95.
Item volentes. Ant. Gomes loco cit. var. resolu.
cap.13. num.18. Carol. de Grassis in tractat. de
except. in prælud. n. 162. & licet ibi dicat quod
non seruatur, tamen pluries ego vidi obser-
uari, & iudicari secundum supradictam quæ-
stionem, vt infra notabo, idem Grass. in d.
tract. de effect. clerical. effect. 7. num. 1. Fari-
nac. dict. quæst. 27. num. 67. & num. 68. vbi di-
cit, quòd quando clericus † conuenitur pro
34 debito ciuili, practica est, quod ipsi seque-
strantur fructus beneficij, qui creditoribus
postea assignantur vsque ad integralem sa-
tisfactionem reseruata eidem clerico pro ali-
mentis congrua portione, ne egeat, & in
opprobrium ordinis ecclesiastici mendicare
cogatur, vt supra notaui, & sic carcerari
non potest, etiam si esset obligatus vigore
instrumenti guarentigiati, secundum Ann.
dict. consil. 124. num.3. lib. 2. sequitur Grass. d.
effect. 7. num. 15. & notaui in proœm. p.2. num.
55. & in hoc Regno Siciliæ non seruatur vir-
tute nostri Ritus, qui ita semper fuit inter-
pretatus, & notabo infra post numer. 49. Nec
35 etiam pendente discussione † super benefi-
cio, ad quod clericus petit admitti, carcera-
ri potest, Ann. dict. consil. 26. num. 12. lib. 2.
per Abb. Sicul. in d. cap. Odoardus, tex. in l. 1.
C. qui bon. cedere poss. Bald. in §. fin. numer. 6.
instit. de actio. Brun. de cess. bon. quæst. 3. nu. 1.
& per nonnullos alios allegatos per Annam
loco citato. Grass. dict. tract. de effect. clericatus
d. effect. 7. num. 16. vbi vltra ea quæ dicit An-
na loco citato dicit quod si clericus carce-
raretur pendente iudicio, & postea reperi-
retur quod debet admitti ad nostrum bene-
ficium, reperiretur grauatus ex præcedenti
carceratione grauamine inreparabili, quia
carceratio dicitur inferre damnum, & gra-
uamen inreparabile, vt notaui in proœm. p. 1.
num. 18. & 39. Bald. in l. per diuersas in quæst.
10. C. de manda. & in l. vnic. C. de in integ. re-
stitu. Ias. in l. 4. §. si quis condemnatus nu. 22.
ff. de re iudic. Neuizan. cons. 52. num. 8. Iodoc.
Dambond. in tractat. crim. cap. 15. tit. de citat.
rea. num. 8. Farinacc. dict. quæst. 27. nu. 135.
ergo prius debet discuti, quia carceratio af-
fert iniuriam, vt notaui in d. 1. p. num. 53. &
Bald. in l. si venditor §. qui præst. qui satisd. co-
gant. Marun. singul. 93. & in l. 1. in prin. nu-
mer. 2. ff. de quæstio. Maccabru. cons. 80. num. 9.
& famam maculat, & onerat, Corn. consil.
295. col. 2. lib. 3. Dec. consil. 73. col. 1. Cranet.
cons. 336. num. 31. Rim. iun. cons. 554. nu. 65.
lib. 5. videndus Marc. Ant. Genu. dict. c. 3. nu-
mer. 17. Io. Aloys. Ric. in d. prax. rerum fori
Eccles. dec. 283. post num. 2. dicit quod Nea-
poli pluries obseruatum vidit in materia
cap. Odoardus clericus petens admitti ad no-
36 strum beneficium non in carceribus, sed ex-
tra carceres nisi esset suspectus de fuga pro
debito, quo casu sine metu excommunica-
tionis capi potest non solum à iudice eccle-
siastico, sed etiam à Iudice seculari. Paris de
Put. in tract. sindic. in verb. captura num. 10.
fol. 66. Segur. vbi asserit communem in repe-
tit. l. ab exhæredato substituto numer. 8. ff. de le-
gat. 1. Iason in §. 1. numer. 69. instit. de action.
Socyn. in tractat. Fall. regul. 78. Io. Ber. regul.
311. Io. Lup. in l. 66. Tau. Reg. Castell. n. 77.
sequitur Marc. Ant. Genu. d. cap. 3. num. 17.
Sigism. de iur. caus. ciuil. crim. & hæretic. c. 46.
post num. 18. Farinac. dict. quæst. 27. numer. 71.
& 72. & quæst. 37. numer. 64. lib. 1. Lallus in
constit. si quis clericus nu. 4. rubr. de cleric. con-
ueniente. Abb. Sicul. in c. cum non ab homine
in 3. & 4. col. & ibi Felyn. & Bald. de iudic. &
in cap. dilecto de appell. Ias. in leg. 2. in 5. col.
vers. quid tenendum ff. de iurisd. om. iud. Ber-
nard. Laurent. in tracta. quib. casib. iud. secul.
pot. man. in person. cler. sin. met. excomm. nu-
mer. 21. Io. Andr. in nouell. & Innoc. in d. c.
vt famæ de sent. excommun. Concil. Trid. sess. 25.
cap. 6. circa med. de reformat. Grass. in d. tract.
de effect. cleric. effect. 1. num. 547. vbi plures ci-
tat, & dict. effect. 7. num. 74. Segur. de Aquil.
in direct. iud. eccles. par. 2. cap. 13. numer. 10.
Francisc. Muñoz de Escobar de ratiociniis c. 7.
num. 14. Bertach. in verb. clericus conuenitur
vers. 16. si periculum est in mora, Couar. d.
cap. 1. num. 8. vers. cæterum cum aduersus in
37 fine, vbi dicit, quod clericus † suspectus de
fuga cum proprijs bonis poterit à creditore
capi; & tradi proprio iudici. Bapt. de sanct.
Seueri. in tractat. de debit. suspect. & fugitiu.
quæst. 6. Idem Io. Andr. in cap. nullus de pigno-
rib. & Bertach. in d. c. clericus conuenitur
loco citato, & in verb. debitor suspectus vers.
17. Cornel. Beninc. in dict. quæst. 8. special. 8.
num. 13. Iudiciorum, Didac. in ordinat. Regn.
Castell. lib. 3. tit. 14. l. 17. in gloss. in verb. idem
leri[illegible] fol. 563. & ibi notat casum quo quis
38 possit † alium capere. tenetur enim de iure
communi infra 20. horas publico carceri
tradere, cap. 5. de adult. gloss. in d. cap. non ab
homine de iudic. Man. Mant. singul. 279. num. 1.
l. prætor §. si debitore, ff. quæ in fauore credi.
l. dies festus vbi gloss. & Bartol. C. de feriis,
viden-

videndus est casus ponderatus *in l. 1. C. vbi quis decurial. condict. conuen.* & si creditor debitorem captum detineret vltra 20. horas committeret priuatum carcerem, & puniretur pœna capitis, *l. 1. C. de priuat. carcer. notat Bald. in l. capite quinto, ff. ad l. Iul. de adult. dicit Mant. d. singul. 297. in fine*, & debitorem suspectum esse de fuga quomodo iudici constare debeat, vide *Matthess. in l. 8. n. 19. C. quomod. & quand. iud. & Bart. in d. §. si debitorem*: quæ opinio non placet *Rip. in respons. 2. num. 9. tit. de iur. ciuil.* vbi dicit, quod cleri-
39 cus, qui est in actu fugæ potest capi † à Iudice laico, & à creditore in defectu iudicis allegat *Bart. in d. l. ait prætor §. si debitorem, Hippol. de Marsil. singul. 43. num. 3. Paris. de Put. in tract. sindic. colum. 3. in versic. intellige quod potest capi fol. 24. Iason in l. vinum in 4. colum. post medium ff. si cert. pet. Bald. in Margarita sua verbo clericus in 2. & 3. vers. incip. clericus fugitiuus*, quia fugitiuus dicitur ille, qui in actu fugæ deprehenditur, ita statim quod vnum ad fugiendum mouerit pedem, *l. fugitiuum, ff. de verb. signific. l. si quis fugitiuus, §. 1. cum gloss. in verb. fugitiuum, ff. de ædil. edict. Boer. decis. 315 numer. 2. Caualc.*
40 *decis. 3. par. 1.* vel qui † est in præparatione fugæ, vt notat *Bald. per gloss. in l. pen. num. 1. C. de pignor. actio.* notatur *in l. quæsitum de pignor.* hoc est si talis præparatio in actu consisteret, *vt ibi Bald.* alias secus. *Decius in d. l. num. 13. de seru. fugit.* & isto casu debitor fu-
41 gitiuus † potest capi à iudice competenti, *Ancha. consi. 184. Roma. consi. 197. & 43. num. 1. Io. Bapt. Caccialup. in d. tract. debito. suspect. & fugit. in 4. quæst. priu. num. 3. & 12. per Bart. in l. 1. quæst. 1. ff. de eo quod certi loc. Alexand. in l. 2. colum. 2. in fin. ff. de iurisd. omn. iud. Bertach. in d. verb. debitor suspectus vers. fin. Graff. d. tract. de exceptio. in prælud. num. 132.* communem opinionem dicit *Ludouic. Gomez. in d. §. superest post num. 65. vers. his tamen, & tenet Bald. in d. Margarita sua in verbo clericus versic. 17.* ratio est ibi, quia quando debitor est fugitiuus & non potest haberi copia iudicis eo casu cessante remedio ordi-
42 nario † competit extraordinarium, *vt in causa, ff. de minorib.* per ea quæ tradit *Abb. Sicul. in c. ex parte el 2. de rescr.* . . . . . .

Sicut reuisio, & supplicatio competit vbi prohibetur appellatio, ex quo differt ab appellatione. *Mastrill. decis. 158. numer. 1. & 6. lib. 2.* quia appellatio est remedium ordinarium, reuisio autem extraordinarium, vt ibi & à Principe conceditur facta solutione *Mastrill. decis. 198. eod. lib. 2. per Roc. cap. 88. Giurb. decis. 35. numer. 1. 2. & 3. & decis. 81.*
43 *num. 4.* etiam propter delictum † clericum fugientem laicus capere potest, non vt detineat, sed vt ad Episcopum ducat *Franc. Leon. in prax. Archiep. par. 3. cap. 38. num. 152. versic. secundo, Aqb. in d. c. cum non homine numer. 5. & ibi Alciat. num. 22. de iud. Nauar. cap. 27. num. 83. & Sayt. lib. 3. cap. 23. num. 4. Menoch. de arbit. iud. cas. 180. num. 23. lib. 2. cent. 2.* nam in casu fugæ licet quod alias non liceret, vt priuato capere debitorem suum,
44 *d. l. ait prætor §. si debitorem*, ratio est quia cessat dolus, qui in pœna Canonis requiritur secundum *Bart. in l. si quis in seruitute n. 3. ff. de iureiur. Inn. & Abb. in d. cap. vt famæ,*
45 & etiam isto casu † capi potest pro administratione rerum dom. temporal. *Inno. d. c. vt famæ circa medium in glosa in ver. prælatorum Io. Andr. in d. cap. nullus de pignoribus. Cardin. in clem. 1. quæst. 1. de offic. ordin.* leceus si allegatur suspectus de fuga, quia dif-
46 ferunt † inter se quam maxime esse in actu fugæ, vel esse de fuga suspectum, *Soc. cons. 99. lib. 4. & Rip. loc. cit. respondet Abb. Sicul. sequitur Hippol. de Marsil. sing. 43. num. 3. Bertach. in d. verb. debitor suspectus vers. 29. Decius d. l. 1. post num. 12. vers. & hoc modo ff. de seru. fugit.* maximè quando fuga consistit in
47 faciendo, & ille qui † consistit in faciendo est incertus, *vt l. vbi autem §. qui id quod, ff. de verb. oblig.* ergo non est certus de fuga,
48 & sic non potest dici fugitiuus, † qui possit capi sine aliqua suspicione doli; & sic clericus suspectus de fuga capi non potest, nisi esset in actu fugæ, & dicit *Decius in d. l. 1. post num. 12. per Paul. Castrens. in cons. 222. colum. 3. vers. est autem fugitiuus lib. 3.* & per eos quos supra notaui; quia si Iudex non debet ita faciliter deuenire ad capturam clerici ex delicto graui infamati, prout deuenitur contra laicos, sed magis temperaté est procedendum cum maiori consideratione, *Diaz in practic. crimin. cap. 13. in princ. Follers in pract. crim. canon. in verb. in carceribus mancipatus num. 5. Farin. d. tract. crim. dicta quæst. 27. num. 73. & 74.* vbi dicit, quod clericus non potest carcerari, nisi prius constet de delicto, & admonet prælatos ne festinanter procedant ad capturam clerici diffamati, *Bimius cons. 171. num. 6. lib. 2.* vbi alios allegat, & ibi dicit quod iudices non debent clericos carcerare nisi constito plene de delicto, & de aliis legitimis antecedentibus indiciis, & nisi sit fugitiuus; alias incidunt in pœnam excommunicationis: dicit etiam *Ioan. Segur. de Auil. in direct. iudi. eccles. p. 2. num. 13.* quod hodie imprudenter clericorum captura à iudicibus ecclesiasticis præcicatur ad carcerandos, & affligendos Christos Domini ex qualiquali informatione, seu leuissimis præsumptionibus procedere non verentur. *Simanc. in tractat. de hæreticis, titul. 25. num. 5.* dicit quod nisi contra clericos duo, vel tres testes fuerint examinati non est procedendum ad capturam *& Beimond. Couar. in tractat. de publ. concub. in verb. ex eodem diligentia, & inquisitione num. 3. tom. tt. tractat. diuers. par. 1. fol. 172.* vbi dicit, quod clerici ex debiliori inquisitione non sunt carcerandi, & capiendi, ex quo si postea excarcerarentur non possent restitui ad famam, quæ per talem carcerationem fuit maculata, & ideo

& ideo antequam carcerarctur debet constare iudici de delicto *Clar. in § fin. quaest. 28. num. 5. Ant. Scapp. in tract. de iur. non script. lib. 1. cap. 4. num. 2. & seq.* ergo pro sola suspicione fugae quando plene non constat iudici non potest pro debito ciuili capi, prout supra notaui per doctores, alias etiam die feriato debitor suspectus de fuga potest capi *per d. l. dies festos C. de ferijs Scipio Rendi. in d. tract. pront. recept. sent. tit. 25. de debit. & credit. num. 7.* dicit communem Doctorum sententiam *per gloss. 2. in dict. l. dies festos vbi Bart. Paul. num. 1.* dicit singularem, & non esse alibi, & ibi *Ang. & Salyc.*

49 Nec † renuntiare potest clericus isti nostro beneficio etiam cum iuramento, *Hostiens. & Io. Andr. in d. cap. Odoardus* sequitur *Couar. variar. resol. lib. 2. d. cap. 1. num. 9. vers. quoties vero Segur. de Auil. in direct. ind. ecclef. d. p. 2. cap. 3. num. 20. fol. 83. colum. 2. Foller. in d. constitut. si quis clericus numer. 28. Suarez in proœm. 3. p. 2. tom. cap. 1. num. 6. in prax. Baet. d. cap. 17. numer. 6. de inope debit. Barbar. in l. alia §. eleganter num. 23. ff. soluto matrim. ita Vinc. de Franch. dec. 164. post omnes Gomes. de Amesc. in d. tract. de potest. in seipsum d. quaest. 24. lib. 2. num. 10. vers. contrarium* vbi alios citat, & absolute tenet quod clericus non potest cum iuramento isti beneficio renuntiare, ob fauorem publicae vtilitatis, notaui *supra quaest. 8. vers. nec renuntiare possunt milites*, quia beneficium c. Odoardus introductum fuit in fauorem totius ordinis clericalis, dicit *Io. Aloys. Rice. in d. prax. dec. 288. num. 4.* & ideo renuntiari non potest, *Costa. de remed. subsidiar. remed. 29. num. 8. Caroc. decis. 23. num. 14. Ceuall. comm. contra com. quaest. 21. numc. 71. Parlado rerum quotidianorum par. 5. cap. fin. §. 6. nu. 24. Paz in praxi 7. tom. p. 3. cap. vnico num. 6.* & licet *Molin. in d. tract. de contract. disput. 571. n. 16. & Io. Guttier. in tracta. de contract. iura p. 1. quaest. 17. num. 34. & seq. in 6. tomo traita.* dicant quod si clericus in specie renuntiauit cum iuramento beneficio d. cap. Odoardus, & promisit non allegare dictum capitulum, nec pacto contrauenire non posset eo casu tali pacto contrauenire, ratio est quia si opponeret clericus de tali priuilegio antequam obtinuerit absolutionem, esset periurus, & ideo ante obtetam absolutionem debet manere in carceribus, alias mortaliter peccaret, & de duobus malis minus est eligendum *l. si procurator de dol. excep.* sed minus est, vt patiatur in carceribus aliquod detrimentum corpus, quam mortaliter peccaret quo anima offenditur lætaliter, quae omnibus præferenda est, *Bertach. in verb. animal. sancimus, C. de sacrosanct. eccles. Special. in tit. de Aduocat. §. nunc tractemus ver. facio autem Fely in cap. in praesentia num. 63. de probat. Socy. sen. consil. 191. numer. 5. lib. 2.* & obtenta d. absolutione debet relaxari dicit etiam *Graff. d. tracta. de effect. cleric. effect. 7. num. 21. 22. 23. &* 24. vbi dicit, quod Iudex potest cogi ad illud relaxandum, ratio est quia contra decretum, ac bonum Reipublicae Christianae introductum, & contra bonos mores, vt supra notaui *in proœm. p. 1. num. 23. & 24. & Mancin. de iurament. car. 538. num. 1. Serafin. priuileg. 67. num. 10. Federic. de Sen. cons. 272. Fely. in cap. 1. num. 22. de iureiur. Gramm. cons. 25. num. 11. in ciuil. Couar. lib. 1. variar. resolut. cap. 4. num. 5. veni, vt resistam Crauett. consil. 192. lib. 1. num. 2. Rol. à Vall. consil. 7. num. 50. lib. 3. Neuiz. cons. 21. num. 25. Natt. cons. 497. num. 1. lib. 3.* & hoc non solum procedit in iudice ecclesiastico, sed etiam in iudice seculari.

Et quod clericus non possit isti nostro beneficio renuntiare omnes concordant, sed tutius est petere absolutionem iuramenti, prout notaui *in proœm. num. 26. p. 1. & p. 2. num. 53.* si vero non est renuntiatum in specie beneficium nostrum, sed iurauit cum iuramento soluere debitum, tunc non obstante iuramento clericus potest se lætari nostro beneficio, *Couar. loc. citat. n. 9. Io. Guttier. in suo tractat. de contract. iura par. 1. cap. 17. nu. 36. Franc. Monald. cons. 28. num. 5. lib. 2. Anast. Germon. in dict. tract. de sacr. immun. lib. 3. c. 15. num. 95. Thom. Triuisan. dec. 8. numer. 4. lib. 1. Hieron. Ceuall. in specul. pract. quaest. commu. contr. commu. quaest. 301. num. 11.* dicit etiam *Graff. d. effect. 7. post num. 25. vers. aut simpliciter vsque ad n. 38.* & sic virtute nostri Ritus quod nulla exceptio impedit executionem instrumenti, si esset renuntiatum beneficio nostro cum iuramento in specie prima facie non admittitur, & sic adimplementum, aut per quindenam, aut carcerationem secus post adimplementum, & ita semper interpretatus fuit Ritus, & notaui *in proœm. p. 1. vers. & consequenter num. 36. & seqq. & vers. et ideo oppositiones n. 78. & 81. vers. primo amplia*, & pluries iudicatum fuit, ex quo Ritus ligat etiam clericos dicit *Burg. de laudi. p. 3. inspect. 19. num. 19.* vbi dicit communem opinionem, ex quo fuit confirmatus, per *cap. Regni Regis Alfonsi 369.* quod Regni cap. fuit supplicatum per tria Bracchia nempe, spirituale, demaniale, & militare, idem *Burg. in d. inspect. 3. quaest. 24. numer. 7. cum in cap. Rit. 38. num. 438. Tiraqu. in tract. de retract. lignag. §. 1. gloss. 13. nu. 2. Giurb. dec. 116. num. 1. Canni. Rit. 40. nu. 169. Mnt. in proœm. Ritus nu. 14* & ita hodie practicatur in nostra prima Metrapolitana curia Panormitana sub iustissima administratione Illustriss. Don Ioannettini de Oria Cardinalis Sanctae Romanae Ecclesiae, & Archiepiscopi dignissimi, patris excellentissimi virtutum imitatoris, cuius gloria per mundi secula permanebit hodie vero huius Regni Locumtenentis, & Capitaneus Generalis pro sua Catholica Maiestate, cum magna gloria, & laude, maxime propter inuentionem sacratissimi corporis sanctissime

Vir-

Virginis Rosaliæ nostræ conciuis vrbis feli-
cissime Panormi, nunc est ciuitas ista plus-
quam Felix, & ideo possimus dicere, o Fe-
lix pestis nostræ patriæ gloria, & sani erimus
Virgine beata mediante,) & ita fuit pluries
decisum, in prima instantia per curiam su-
pradictam, & per dominum Marium Ma-
strilli tunc Iudicem sub die 20. Nouembris 3.
indic. 1604. in fauorem Don Cæsaris percol-
la contra Deputatos Vincentij Dini Onera-
torij ciuitatis Leocatæ, & fuit interloquutum
(reijciantur oppositiones deducto ne egeat)
quam etiam per eximium D. de Castill. tunc
Iudicem dictæ Curiæ, bis iudicatum fuit in
fauorem clerici Don Mariani Susinno con-
trà donnam Elisabettam de Bononia sub die
14. Nouembris 4. indict. 1605. & in fauorem
eiusdem Don Cæsaris de Percolla contra
Don Petrum la Sita sub die 3. Septembris 4.
Indict. 1605. & bis fuit interloquutum in fa-
uorem Vincentij Scaniglia contra Bartho-
lomæum Lanfrucco eodē die in anno 1604.
50 ex diuersis summis, non obstante pacto de
non opponendo in contractibus apposito, vt
est videre penes acta dictæ primæ Metropo-
litanæ Curiæ, & notaui in procem. vers. &
consequenter, licet ad præsens sit iudicium
ordinarium scilicet admittatur, aut non, hoc
est ratione prouisionis, quia istud iudicium
non est necessarium, cum ista exceptio sit iu-
ris, & stāte ritu sit adimplementum, vt supra
& eo adimpleto debet in prima instantia ad-
mitti vt sup. not. & ita semper practic. fuit.
Eo magis & ex supradictis interloquuto-
51 rijs in † contradictorio iudicio in fauorem
clericorum, dicitur in isto Regno introducta
consuetudo: immo sufficit bis ita determi-
natum fuisse, *Doctores in d. l. de quibus.* quic-
quid dicat *Guttier. de iuram. confir. p. 1. c. 17.*
Paul. Castr. consil. 136. Vinc. de Franch. dec.
52 *91. num. 6.* quoniam consuetudo † induci-
tur per binum actum *l. nemo in fine de episcop.*
audient. Isern. in constit. eum vniuersis in gloss.
in verb. consuetudinem in titu de homin. deman.
affid. non ten. fol. mihi 207. lin. 47. licet in con-
trarium faciant *Foller. in tractat. de censib. in*
vers. huiusmodi censualia, numer. 19. & super
constitut. Regn. in tit. de episc. & cleric. cap. si
quis clericus num. 27. Serafin. in tract. de priui-
leg. iuram. priuileg. 56. nume. 7. Gomes super
reg. cancell. in compend. vtriusq; signat. Maur.
Burg. in tract. de laudim. p. 3. special. 19. num.
35. Brun. in tract. de cessio. bono. quæst. 3. princ.
num. 17. Farinacc. dict. quæst. 27. num. 70. te-
nentes quod vbi interuenerit iuramentum
de soluendo debitum, clericus poterit carce-
rari, maximè si promiserit soluere debitum
in solidum, vel integrè cum effectu, vel cum
alia distinctione, quæ diminutionem tollat,
& tunc tenebitur in solidum, & potest car-
cerari, sed potest petere absolutionem iura-
menti, dicit *Grass. d. effect. 7. numer. 25. circa*
principium, & notaui in quæst. 1. ampl. 6. ad
quæ me remitto.

53 Nec fori sui priuilegio † renuntiare po-
test, *c. si diligenti de for. comp. Io. Franc. Leon.*
in prax. Archiep. cap. 1. p. 1. num. 12. de potest.
Pap. Negusant. in sua silua Responsor quæst. 33.
numer. 7. fol. 76. Mastrill. decis. 259. numer. 11.
lib. 2. Bart. in cons. 225. quem sequitur Socy. in
cap. 1. num. 23. in fine de for. compet. Alex. Am-
bros. in tract. de immun. eccles. cap. 16. num. 13.
Molfes. ad consuetud. Neapol. in tit. de person.
quæst. 8. num. 22. par. 2. Ann. singul. 108. Car-
54 *rab. in prax. iudic. p. 1. num. 167.* nec † tacitè
nec expressè foro suo ecclesiastico renuntia-
re potest, cum sit diuina lege à iurisdictione
laicorum exemptus *Clar. in §. fin. quæst. 36.*
num. 3. & dicit communem opinionem Do-
ctorum per *Boer. super consuetud. Bituric. fol.*
36. col. 3. in terminis facit Cepoll. in cons. 11. in
5. quæst. Franc. Leon. in prax. Archiepisc. c. 9.
num. 24. p. 1. de synod. Io. Criuell. dec. 30. nu-
mer. 13. Molfes. ad consuetud. Neapol. par. 2.
quæst. 7. num. 21. Regens de Pont. decis. 9. num. 4.
s. si Imperator, & ibi gloss. 96. dist. quam gloss.
singularem dicit Rom. singul. 419. Rot. dec. 840.
in antiq. Cornel. Beninc. d. quæst. 8. special. 4.
num. 52. & 53. vbi dicunt quod antequam
esset Petrus, clerici non erant subiecti iudici
seculari, per illud Dei, Nolite tangere Chri-
stos meos *psal. 104. Matth. cap. 10. & 17.* &
per profetam dicentem: Qui vos tangit, tan-
git pupillam oculi mei: & Ioseph exemit sa-
cerdotes à potestate Faraonis *Genes. cap. 47.*
& ita fuit determinatum per sacrum Conci-
lium Tridentinum *sess. 25. cap. 20. de reform.*
Ludou. Molin. in tract. de iust. & iure tract. 2.
disp. 3. in 3. concl. Pet. Bellug. in Specul. princ.
rubr. 11. §. videndum num. 1. & 5. Aluar. Va-
las. dec. 100. numer. 8. Io. Orasc. in repet. l. de
quibus num. 344. ff. de legib. Bald. & Aluarot.
in cap. 1. §. statuimus num. 1. de statut. sequitur
Pet. de Leuand. in tract. de priuileg. doct. par. 4.
quæst. 61. num. 94. Didac. Couar. practi. quæst.
cap. 31. num. 1. tit. de secul. & laic. iurisd. vbi
dicit clericos ante omnem humanam legē
iure diuino fuisse, & esse exemptos à iurisdi-
ctione seculari. & ibi dicit communem opi-
nionem, & *Negusant. in d. Silua Responsorum*
quæst. 37. num. 5. fol. 75. & quæst. 375. num. 9.
fol. 624. & optime Cardinal. repet. cap. perpen-
dimus 7. oppositio. de sentent. excommunicatio.
Abb. Sicul. & Dec. in c. ecclesiæ S. Mariæ de
constit. Aufr. in clem. 1. de offic. ordi. versic. ad
quæstionem. quam etiam communem dicit
Alciat. in d. c. cum non ab homine num. 2. Fely.
in cap. 2. col. 3. de maior. & obed. Rocc. Curt.
in cap. vlt. de consuetud. sol. 4. Rebuff. in con-
cord. rubr. de potest. & post eos sequitur Clarus
in §. fin. d. quæst. 36. num. 1. in praxi. crimin.
vbi dicit, priuilegium quod clerici non pos-
sint iudicari à laicis, est eis concessum à iure
diuino. & ibi testatur communem opinio-
nem, licet dicat quod conclusio non transit
in puncto iuris sine difficultate, saltem quo
ad clericos, qui non sunt in sacris constitu-
ti; & quod clericus sit exemptus de iure di-

uino

uino sequitur. *Graff. de effect. cler. effect. 1. à num. 2. vsque ad 6.* vbi post multos dicit communem opinionem *Mastrill. decis. 159. n. 22. ampl. num. 23. lib. 2.* declarat *Decian. tractat. crimin. lib. 4. cap. 9. 9. num. 10. vers. tertio extende. Molfes. ad consuetud. Neapol. dicto titul. de personis quæst. 7. num. 21. Regens de Ponte decis. 9. num. 7.* & licet contrariam opinionem conetur defendere *Innocent. in cap. 2.*
55 *de maiorit. & obed.* sequitur *Pet. Ferrarius in pract. de confessor. §. plenam el 1. Alciat. in d. cap. cum non ab homine el 2. Grammat. decis. 29. numer. 13. 16. & 15. & decis. 61. numer. 17.* scilicet, quod clerici lege diuina non sunt exempti, sed lege humana, quam etiam opinionem probat esse veram *Io. Medina in tract. de restitu. quæst. 15.* per quinque capita, & respondet ad contraria: Tamen *Couar. loc. citato* disputat hanc quæstionem ad partes & omissis aliorum opinionibus, facit quatuor conclusiones.

56 Prima, quod in his † quæ verè & propriè spiritualia & ecclesiastica sunt, clerici à potestate, & iurisdictione Principis secularis iure diuino eximuntur, per *Albert. Pigbium 4. lib. de ecclesiast. Hierarch. cap. 2. columm. 5.*

57 Secunda, in rebus † temporalibus, & in criminalibus, quæ ad spiritualia non attinent, clerici, & eorum bona non sunt iure diuino à iurisdictione Principum secularium exempta, dicit etiam *Francis. Muñoz de Escobar de ratiociniis cap. 7. post num. 12.*

58 Tertia, poterit nihilominus † summus Pontifex Ecclesiæ clericos, & eorum res à iurisdictione seculari eximere.

Quarta, quod quamuis exemptio clericorum à iurisdictione seculari, iure tamen hu-
59 mano, sit inducta, princeps tamen † secularis vtcunque summus sit non poterit huic immunitati, seu exemptioni propriis legibus
60 propriaque autoritate derogare: & sic † clerici suo foro ecclesiastico renuntiare non possunt tam iure diuino, quàm humano. *Hostiens. in summ. lib. 2. de for. compet. versic. liquet etiam post num. 13. fol. 436.* quia priuilegium ecclesiasticum datum est ordini, & non personæ tantum *d. c. si diligenti de foro compet. Bart. cons. 225.* sequitur *Socy. in cap. 1. num. 22. in fin. de foro compet. Alexand. Ambrosin. in tract. de immunitat. ecclesiast. cap. 16. num. 13.* refert *Mastrill. d. decis. 169. post numer. 11. & per ea quæ sup. not. post numer. 49.*
61 nec Papa † potest facere legem, quod clerici possint conueniri coram Iudice seculari. & hæc est magis communis opinio secundum Doctores, & sequuntur *Abb. Fely. & Alciat. in d. cap. 2. de maiorit. & obed. Federic. Cavaz. in tractat. Regis Angliæ fol. 18. column. 4. numer. 11. Didac. Per. in d. ordination. Reg. Castill. lib. 3. tit. 1. l. 2. colum. 4. in fine, versic. quæro vtrum Papa fol. 776. Alexand. consil. 8. lib. 1. & consil. 147. lib. 4. Arimin. in suo tract. de nullit. tit. ex defect. iurisd. ord. numer. 101. Gram. d. decis. 29. numer. 11,* ergo renuntiari non potest. sequitur *Spec. in tit. de renunt. & conclus. post num. 9. colum. 7. in fin. vers. idem*
62 *est in clericis*, & iuramentum † super hoc interpositum non tenet ratione iuris publici *D. Martin. Vran. in d. capit. cum contingat de for. compet. num. 20.* Ratio est ibi, quia non per se est introductum, sed ob publicam vtilitatem, & iuramentis, & pactis priuatorum iuri publico derogari non potest, quia est præscriptum contra prohibitionem iuris fundati principaliter super bono publico. *d. cap. si diligenti de for. compet.* publicè enim est omnibus, quod clerici psallant in ecclesiis diuina, *vt 16. quæst. 1. generaliter extr. de celebrat. missar. capit. 1. gloss. in l. 1. §. huius in verb. in sacris de iustit. & iure. Alberic. in tract. statutor. in 3. par. numer. 42. Roland. consil. 4. num. 16. volum. 1. Surd. de aliment. tit. 7. quæstion. 37. numer. 48. & 49. Auth. statuimus de episc. & cler. gloss. in d. l. si quis in conscribendo in verb. dignitatis, & ibi in margine C. de pa-*
63 *ctis*, vbi clerici priuilegio fori renuntiare non possunt: & sicut † milites, qui ob publicam vtilitatem foro suo renuntiare non possunt, *vt notaui supra quæst. 8.* ita & clerici, qui isto casu æquiparantur, & eadem sit ratio. *Panorm. in capit. 1. colum. 3. de cler. ægrotant. Bon. de Cortil. in tractat. nobilit. 5. p. num. 4. Didac. Perez in d. ordinatio. lib. 4. tit. 2. de los Fidalgos l. 4. ibi gloss. pueda ser fol. 1370.*
64 ratio est, vt notaui, quia iuri † publico pactis priuatorum non derogatur *l. iuris publici, & l. inter debitorem ff. de pactis l. neque pignus, §. priuatorum ff. de reg. iuris.* & non obstat *tex. in d. l. si quis in conscribendo*: quia fallit quando priuilegium est commune, aut illo tempore priuilegium erat singulare, concessum personæ: secus si est concessum personæ ex bonis moribus naturalibus ob publicam vtilitatem, vt supra notaui, *& notaui in proœm. part. 1. & 2. & in quæst. 1.* &
65 ideo † quando priuilegium est concessum ratione personæ tantum, potest renuntiari, *l. quæritur §. si venditor ff. de redhibito. action.* secus ratione publicæ vtilitatis ex bonis moribus naturalibus: videnda quæ ad hoc notaui *in d. quæst. 8.* & in locis proxime notatis. quod beneficium, non prodest laico fideiussori clerici, dicit *Ricc. d. prax. rerum fori ecclesi. decis. 289. in fin. per Ceuall. comm. contr. comm. quæst. 201. num. 14. Cost. de remed. subsid. remed. 29. numer. 8. Mantica de absolut. iur. 3. quæst. 7. Minor. Lanfranch. decis. 15. Roman. singul. 645. not. quæst. 4. num. 12.* & clericus tenetur seruare indemnem suum fideiussorem, quę seruatio indemnitatis nil aliud est, nisi defendere fideiussorem, ac iudicium in se suscipere, vt nil damnum sentiat, qui morbo alieno laborat. *Ricc. d. decis. 289. post num. 2. per Alexand. cons. 29. num. 22. & consil. 177. num. 3. vol. 7. Benintend. decis. 81. Magon. Florent. decis. 38.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Clericus condemnatus ad expensas gaudet beneficio deducto ne egeat i*
2 *Clericus pro debito census iuxta formam Bullæ, & Regiæ pragmaticæ carcerari non potest.*

AMPLIATIO Prima.



1 MPLIA primo, quod † clericus gaudeat isto nostro beneficio etiam si fuerit cō demnatus ad expensas, *Hostiens. Io. Andreas & Imol. in d. capit. reprehensibilis de appellat. & ibi Abb. Sicul. numer. 20. & 21. Innoc. in capit. 1. ad finem, vt lit. non contestat. Doctores omnes in cap. per*
2 *uenit de fideiuss.* ac etiam si clericus † est debitor pro censu iuxta formam Bullæ, & regiæ pragmaticæ, *Grass. de effect. cler. effect. 7. num. 13. & notaui in proœm.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus in bonis communibus cum fratribus gaudet beneficio deducto ne egeat.*
Clericus beneficio deducto ne egeat, quo casu non gaudeat in bonis communibus cum fratribus ibid num 1.
2 *Clericus regulariter in bonis patrimonialibus non est priuilegiatus.*
3 *Clerici ratione suorum patrimonialium bonorum statuti subiacent.*
4 *Statutum laicorum ligat clericos in bonis patrimonialibus.*
5 *Res patrimonialis Imperatoris non gaudet priuilegio, quo gaudet res fisci sui.*
6 *Clericus in patrimonialibus gaudet priuilegio quo gaudet in bonis ecclesiæ.*
7 *Clericus de iure Hispaniarum in bonis patrimonialibus non est priuilegiatus.*
8 *Clericus de consuetudine Regni Siciliæ in patrimonialibus non gaudet priuilegio ecclesiastico in omnibus, & in quibus casibus, & num. 11 12. & 13.*
9 *Clericus non potest conueniri à iudice laico.*
Clericus ex causa bonorum patrimonialium conueniri debet coram iudice ecclesiastico loci bonorum. ibid. n. 9.
10 *Clericus tam de bonis ecclesiæ, quam de patrimonialibus, ecclesiastico priuilegio gaudet.*
11 *Clericus in patrimonialibus gaudet priuilegio ecclesiastico in casibus à iure expressatis.*
12 *Clericus de bonis patrimonialibus potest propria autoritate compromittere: secus de bonis ecclesiæ.*
13 *Clericus in bonis patrimonialibus, in quibus est institutus gaudet, priuilegio ecclesiastico.*
14 *Patrimonium clerici quantum esse debeat.*
Patrimonium clericorum taxatur per ordinarios locorum secundum commoditatem viuendi. ibid. n. 14.
15 *Clericus in reditu patrimoniali ratione clericatus gaudet priuilegio ecclesiæ.*
16 *Patrimonium clerici sine licentia episcopi alienari non potest, nisi beneficium ecclesiasticum habeat.*
17 *Episcopus tenetur dare ordinatis, vt viuant*
18 *Nemo tenetur suis stipendijs militare.*

AMPLIATIO Secunda.



1 MPLIA secundo quòd † clericus gaudet isto nostro beneficio in bonis communibus cum fratribus, *Spec. de cler. cogno. vers. si cleeicus 16. quæst. 1. c. similiter* sed non
2 semper. *gloss. in cap. 1. 17. quæst. 4.* quia † regulariter clericus non est priuilegiatus in bonis patrimonialibus *gloss. in c. possessionem 16. quæst. 4. & in c. quamquam vers. ipsarum, & ibi Ancha. de censib. in 6. Gomes in §. fuerat numer. 6. & in §. quædam post num. 34. de actionib.* vbi clericus in bonis patrimonialibus non gaudet priuilegio clericorum, *Fely. in c. Ecclesia S. Mariæ 5. col. vers. & tertia de constit. Gabriel Sarai in suo cons. in pede sing. Mathes. 110. nu. 31. & 35.* vbi dicit quod † cle-
3 rici ratione suorum bonorum patrimonialium statutis subiacent per *Ant. Butr. in c. constitutus de restit. in integ. Didac. Couar. var. resol. cap. 7. lib. 1. colum. 4. in fin. & col. 6. Ga-*
4 *briel. vbi supra num. 31. Cyn. in l. neque C. de hæred. instituend.* & ibi quoque expresse *Bald, in fin.* facit etiam *text. in c. cum dilectus de iur. patronat. & ibi Abb.* vbi notat quod clericus in patrimonialibus censetur laicus, *Palati. Ruu. in in repet. Rubr. d. c. per vestras §. 39. num. 11. de donat. inter vir. & vxor. fol. 34. Alberic. de Rosat. in l. fin. C. si contr. ius vel vtil. publ. l. sacrosanctæ, quæ declaratur per gloss. in l. 2. versic. oportet in fin. C. de episc. et cler. Gabr. Sarai. ad d. sing. Mathes. 110. nu. 27. Bar. in l. cunctos populos,* vbi concludit quod statu-

statutū † laicorum ligat clericos quo ad ista bona *Neapod. ad consuet. Neapol. in proœm. num.*251.*fol.*20. vbi dicit, quod clericus in patrimonialibus ligatur consuetudinibus Neapolitanis secundum aliquos licet relinquat cogitandum, dicit etiam *Cyn. in l. neque C. de hæredib. instituend. et ibi Bald. in fine*, sicut
5 † res patrimonialis Imperatoris non gaudet eo priuilegio, quo gaudet res fisci sui, *text. et gloss. in l. si quis seruum, & l. quicumque in fi. vbi etiam gloss. in verb. seruo. circa medium,*
6 *C. de seru. fugit.* sed † alij tenent quod bona clericorum gaudent priuilegio ecclesiastico, vt probat *Roman. singul.* 112. *Steph. Aufrer. de potestat. ecclesiast. super laic. num.*48. *vers. centesimoquinto, tenet etiam Fely. in c. cum sit generale column. 2. de for. compet. Cæsar Albert. in tract. de iur. patron.* 2. *art.*7. *quæst. princip.* 1. *p. lib.* 2. *Io. Franc. Leon. in prax. Archiep. cap.*14. *num.* 1. *&* 2, *D. Aut. de Butr. in cap. constitutis numer.*8. *de in integ. restitut. Pet. Antibol. in tract. de muneri.* §.4.*n.*41. pro-
7 bat quod † clericus in bonis patrimonialibus etiam gaudet eodem priuilegio, quo in bonis ecclesiæ: secus, est de iure Hispaniarum secundum *l.*8. *tit.* 2. *lib.* 2. *de la guarda de las cosas de la santa Madre Ecclesia, & ibi Dida. Lop. in gloss.* 2. *col.* 1. *fol.* 75. cuius verba sunt hæc (*ordenamos, y mandamos assi los que partenecen a los prelado, como à los clerigos de reditos ecclesiasticos*) ergo secus patrimoniales, qui non sunt ecclesiastici: & in isto fidelissimo Regno Siciliæ adest *constitutio, si quis clericus in tit. de clericis conueniend. pro possess. fol. mihi* 89, vbi habetur quod si clericus † de
8 hæreditate, vel aliquo tenimento quod non ab ecclesia, sed ab alijs vel aliquo per patrimonium, siue aliunde teneat appellatum fuerit, volumus de hoc in curia illius in cuius terra possessionem, vel tenimentum habet, respondeat, & quod iustum fuerit, faciat: non tamen vt persona sua exinde capiatur, vel carceretur. & dicit ibi gloss. quod intelligitur de iudice competente puta ecclesia-
9 stico, quia † sub alio conueniri non potest, & not. ibi quod si clericus habet bona patrimonialia pro quibus soluere debet aliquem canonem, & oritur controuersia inter clericum, & laicum pro ipsius bonis, vel eorum reditu, debet clericus conueniri coram illo iudice ecclesiastico, vbi sita sunt ipsa bona:
10 & sic † patet quod clericus gaudet priuilegio, tam in bonis ecclesiasticis, quàm in bonis patrimonialibus sequitur *Superant. ibi in addit. ver. vel aliquo secundum gloss. in cap. ex literis, in verb. obligata de pigno. gloss. in c. fin. in verb. facultatibus de vit. & honesta. cler. Cardinal Zabarell. in cap.* 1. *de dol. & contum. Ant. Franc. in addit. ad Abb. in d. c. ecclesia S. Mariæ*, quam opinionem laborat defen-
11 dere. Tamen hoc † procedit in casibus à iure expressatis. *D. Ant. Butr. & Abb. Sicul. in c. si diligenti post. num.* 36. *&* 37. *de præscriptio.* dicit quod ita de consuetudine seruatur non solum in Gallia, sed vbique locorum, & tenent quamplures Doctores relati per *Aufre. in repetit. clement.* 1. *de offic. ordinar. in* 4. *fall.* 2. *regul. Gabriel Sarai. dict. sing.* 110. *post numer.*39.86. 98. *Specul. in titul. de restit. in integr.* §. *qualiter vers. sed nunquid numer.*7. *Roman. singul.* 451. *Felyn. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ column.* 2. vbi latissime tangit quod patrimonialia bona clericorum priuilegio ecclesiæ gaudent. *gloss.* 4. *in cap. fin. de procurat.* facit quod dicit *gloss. in cap. si tri-*
12 *butum* 11. *quæst.* 1. *Ant. Butr. in cap. cum in tempore in fine de arbit.* vbi clericus † de bonis patrimonialibus potest compromittere auctoritate propria, quod non potest de rebus ecclesiasticis norat *Hostiens. & Doctores in dict. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, & in dict. cap. peruenit, de arbit. & ibi Abb. Sicul.* & sic procedit contraria opinio in casibus à iure expressatis, dicit etiam *Balb. in tractat. de præscript.* 1. *p.* 5. *princip. quæst.*5. & est communis opinio teste *Didaco in cap. episcopus num.* 10. *de præbend. secundum Didac. Perez in dictis ordinat. Regni Castell. lib.*3. *tit.* 1. *dict. l.* 2. *co-*
13 *lumn.* 2. nisi essent † bona patrimonalia, in quibus clericus est institutus, quia tunc patrimonium censetur subrogatum in locum beneficij ecclesiastici, & per consequens, sapit naturam eius, in cuius locum est subrogatum, *Gomes dict.* §. *fuerat post numer.* 6. licet ab hac opinione dissentiat *Didac. Couar. dict. cap.*4. *num.*3. *circa medium per rationem ibi per eum. Concil. Tridentin. sess.* 21. *capit.* 2. vbi: Non licet eum, qui diuino ministerio est ascriptus cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere. Idē statutum fuit per santissimum synodum, nullum ad sacros ordines promoueri nisi habeat beneficium ecclesiasticum, vel nisi constiterit commode aliunde viuere posse.
14 Patrimonium vero tantum † esse debet quātum ad victum, & sustentandum satis sit, vt ibi: qui reditus taxatur per ordinarios loci, & in hac Metropolitana Dioceci est reditus sacerdotum vntiarum duodecim iuxta formam dispositionis nostri synodi, qui est inter omnes huiusmodi regni primus: sed hodie per Illustrissimum & Reuerendissimum D. Cardinalem de Oria Archiepiscopum Metropolitanum Vrbis Panormi, est vntiarum decem & octo constitutum patrimonium, vt commode viuere possint: & talia
15 bona † siue tales reditus gaudent priuilegijs quibus gaudent res ecclesiæ. ad hoc est *gloss. singularis in capit. episcopus de præbend. in verb. subsidium*, ita dicitur in addit. ad *Abb. Sicul. in dict. capit. si diligenti litt. A. el vltim. post numer.* 36. *de præscriptionib. in fin.* 14. *quæstio.* 2. *ecclesiarum seruos* 26. *quæstio.* 1. *Marius Alterius de censur. libro* 1. *disp.* 29. *fol.* 731. vbi etiam dicit quod in istis bonis gaudet immunitate ecclesiastica etiam in casibus à iure nō expressatis. ratio est: quia de foro ecclesiæ factus est licet non habeat

eccle-


ecclesiam, *vt gloss. in d. c. episcopus illi* (patrimonium datur in locum beneficij, & subsidium vitæ possit habere, & sic fiunt illa bona ecclesiastica ratione tituli d.sess.21.) vt patet cum patrimonium prædictum sine
16 † licentia episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possit: donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sit adeptus, vel aliunde habeat vnde viuere possit *d.Sess.21. cap.2. & 3.*

Non obstant Doctores tenentes contrarium, scilicet quod clerici in bonis patrimonialibus ad quæ sunt ordinati non gaudent beneficio ecclesiastico, ex illa ratione quia
17 in iure non reperitur, sed † potius ad exonerandum Episcopum ab obligatione, qui ordinatis tenetur dare, vt viuant *c. accepimus de ætat. & qualit. & probat text. in d. c. episcopus de præbend.* quia respondet *Abb. Sicul. in c. tuis de præbend. in fine*, quod satis operatur, ex quo per illam satis fieri, vt non videatur promotus sine aliqua substentatione, *vt d.Sess.21.* nec ob id non potest petere ab ipso episcopo, vt sibi beneficium tribuat vnde
18 viuat, ex quo nemo tenetur † suis stipendijs militare, *c. cum ex officijs de præscript. versic. qui spiritualia, & Abb. in d.c.episcopus num.2. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus beneficio deducto ne egeat gaudet pro debito ante clericatum confecto.*
Clericus effectus post quam fuit à creditore captus non gaudet beneficio. ibi. n. 1.
2 *Fraus in dubio non præsumitur.*
3 *Clericus si suscepit clericatum postquam fuit condemnatus ad soluendum non gaudet beneficio.*
Clericus gaudet beneficio isto, etiam si voluntariè, nulla causa vrgente contraxit. ibi num.3.

AMPLIATIO Tertia.



1 MPLIA tertio in clerico † effecto post debitum contractũ vt gaudeat isto nostro beneficio si effectus fuerit clericus antequam fuerit captus à creditore, *Baet. in tract. de inop.debit. cap.17. num.22. Doctores & maxime Alexand. in l. cum quædam puella ff. de iurisdict. omn. iudi. l. officiales vbi Bald. in principio, & ibi Guglielm.* vbi notatur, secus in fraudem creditorum, *C. de episc. & cler.* secundum *Baet. loco cit. Rinald. in addit. ad Oldrad. consil.4. lit. B.* (nisi probaret ante contractum debitum voluisse ingredi Religionem) vel citatus *Genuens. in prax. Archiep. cap.3. n.1.* vbi ita distinguit, aut debitor fuit carceratus, vel citatus antequam effectus esset clericus, & tunc præsumitur clericatus assumptus in fraudem, secundum *text. in l. si quis postea de iadie.* aut non fuit carceratus, neque citatus, & tunc non præsumitur in frau-
2 dem, quia † in dubio non præsumitur in fraudem, *Farinac. de inquisit.quæst.8. num.3.* notatur quod dicit. *Grass. in tract. de effect. cler. effect.1. limit.61. num.1097.* secus † si su-
3 scepit clericatum postquam fuit condemnatus ad solutionem debiti, quo casu non potest se lætari beneficio isto *Conar. in lib. practic.quæst. cap.32.num.4. & in 2. coacl.* prout etiam allegat *Marcb. in tractat. de commiss. par.2. cap.8. num.78. Puteus decis.364. par.1. Baet. loco citat. Grass. in d. tract. de effect. cler. effect.7. num.38. & 39.* & clericus gaudet beneficio isto, etiamsi voluntariè, nulla necessitate cogente, & causa iure debita contraxit, ex quo poterit opponere, & petere beneficium nostrum *Ferrett. consil.145. num.1. liq.1. Grass. d. effect.7. num.10.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus debitor ex delicto insolidum conuenitur.*
Clericus ratione doli insolidum conuenitur.
2 *Qui non habet in ære debet luere in corpore.*
3 *Clericus debitor ex delicto quando pœna applicatur parti gaudet beneficio isto.*

FALLENTIA Prima.




1 ALLIT primo, si clericus † est debitor ex delicto, qui licet ex contractu nõ conuenitur nisi quatenus facere potest, tamen ex delicto insolidum conuenitur *cap. 1. & ibi Bair. de pos. Mathesil. sing.62. Abb. Sicul. in c. Odoardus post numer.10. de solut. c. olim el 2. & ibi gloss. fin. in verb. restitutas circa med. de restit. spol. Didac. Conar. var. resol. cap.1. part.2. post num.18. gloss. fin. in d.c. Odoardus. vers. forte*, & ibi dignum est enim, vt malemeriti egestate laborent, *per l. bona fides de deposit. 86.dist. c. non satis*, vel si est conuentus ratione doli, *Rot. Roman. decis.841. in fin. part.3. diuers. Io.Aloys. Ricc. in prax. rerum fori Ecclesiast.*

clesiast. C. Archiep. decis.287. num.1. Afflict. decis.246. Farinac. d. quast.27. num.72. not. quęst.1. fall.2. & gloss. in d. cap.1. versic. quęstionibus, & ibi Doct. de deposit. D. Mart. Vran. in cap.2. ext. de restit. spol. num.21. Domin. de Sancto Gemin. in c. si clericus de sent. excomm. Io. Bapt. March. in tract. de commiss. part.2. cap.8. numer.45. Alexand. de Neuo in c. reprehensibilis num.49. & 54. de appel. vbi Hostien. & Io. Andr. Fely. in repet. in verb. clericus debitor Io. de Ann. in c. dilectus num.2. de appell. Marsil. in §. attingam num.70. circa finem, & in tract. de banait. in verb. carcerati numer.12. Gattier. in tract. de contract. iurat. par.1. cap.17. num.23. & seq. Segur. in direct. iudic. ecclesi. par.2. cap.13. num.21. Foller. in constitut. Regni in c. si quis clericus num.12. de episc. & cler. Carpan. super statut. Mediol. c.157. num.53. lib.1. etiam si agatur ciuiliter clericus potest carcerari *cap.1. deposit. Diaz dict. pract. crim. cart.114. in princ. Foller. in pract. crim. cano. in verb. carceribus mancipatis c.12. num.2. pract. Ferrar. in cap.2. obseru.4. nu.1. Franc. Munnoz de Escobar de ratiociniis, cap.7. num.12. Farin. quęst.27. num.66. & num.72. lib.1.* sequitur *Genuen. in pract. Archiepisc. c.3.*
2 *num.7.* vbi dicit, † quòd si non habet in ære debet luere in corpore, *Boer. decis.349. numer.11. Baet. de inop. debit. cap.11. n.13. Menoch. in tract. de arbit. cas.44. num.7. Guttier. loco cit. Io. Baptista Baiard. ad Clar. quęst.95. num.13. Grass. de effect. cler. effect.7. num.40.*
3 *41. et 42.* hoc † est quando ex delicto pœna applicatur fisco secus parti. *Ioan. Aloys. Ricc. in d. praxi decis.292. in fine.*

S V M M A R I V M.

1 *Clericus pro beneficij pensione non gaudet beneficio deducto ne egeat.*
2 *Scienti & volenti non fit iniuria.*

F A L L E N T I A
Secunda.



1 FALLIT secundo, quando † clericus debet beneficij pensionem, quod possidet, ex quo non gaudet isto nostro beneficio, ratio est quia non est conueniens retinere beneficium & pensionem non soluere, *Brun. de cess. bon. quast.3. num.16. 4. par. princ. Farinac. in titul. de carcer. et carcerat. quęst.27. num.2. Couar. var. resolut. cap.1. num.9. in fine, Mart. Anton. Genu. in prax. Archi. cap.3. num.10. Muta super pragm. Regn. Sicilia, de cess. bonor. pragm.3. tit.17. Tom.1. Io. Aloys. Ricc. in d. praxi Archiep. decis.296. in notabil. c. Odoardus n.1.* alioquin ei peccandi occasio daretur, nec isto in casu clerico fit iniuria si istud beneficium denegaretur quia volenti,
2 † & scienti non fit iniuria, *regul. scienti de regul. iur. in 6. Iason in l. cum donationes ff. de transact.* hoc est si pensioni consensisset, *Gomes. in comm. ad regul. Cancel. in comp. vtriusque signat. in tit. de ann. poss. quęst.53. in fine, Foller. in tract. de censib. in verb. huiusmodi censualia num.20. March. de commiss. part.1. cap.14. num.11. et par.2. cap.8. num.48. Triuisan. decis.8. num.2. lib.1. Gigas consil.111. numer.3. et 5.* secus si pensio fuisset imposita per Papam motu proprio sine consensu nostri Rectoris beneficij, quo casu admittitur ad nostrum beneficium, *Roman. consil.369. Cardinal Tusc. in verb. pensio concl.369. cum seq. Tom.6. Castrens. cons.339. num.4. Cassado. decis.21. num.3. de locat. Gomez d. annal. quęst.53. per Gratian. disceptat. forens. c.222. n.50. 51. 52. et 53.* vbi ita decisum in Rota refert, quos citat *Mat. loco cit. Gigas de pensio. quęst.10. num.3. et d. cons.111. numer.11. et.12. Grass. de effect. cleric. effect.7. num.48. et 49.*

S V M M A R I V M.

Clericus mercator non gaudet beneficio deducto ne egeat & num.4.
2 *Nobiles mercaturam exercentes faciunt actum contrarium nobilitati.*
Nobilis mercator ammittit nobilitatem. ibi. num.2.
3 *Clericus mercator facit actum contrarium sua dignitati, & amittit priuilegium.*
Clericus non potest negotiari.
4 *Clericus in bonis, quæ negotiatur non gaudet beneficio deducto ne egeat.*
5 *Clericus negotiator potest conueniri coram consulo mercatorum.*
6 *Clerici miscentes se secularibus negotijs non gaudent priuilegijs clericis concessis.*
Clericus exercens illicitam negotiatione non gaudet priuilegio, ibid.
7 *Nobiles Pisani, Venetus, vel Ligur exercentes mercaturam non amittunt nobilitatem.*
8 *Clericus negotiator de bonis ecclesiæ non perdit beneficium.*
9 *Clericus potest compelli suo superiore ne negotietur de bonis ecclesiæ.*
Clericus potest negotiationes licitas facere.
10 *Nobilis coltiuans suam possessionem non perdit nobilitatis priuilegium, nec clericus.*
11 *Clericus pauper debet sibi manibus quærere victum.*
12 *Bona ecclesiastica gaudent priuilegijs ecclesiasticis.*
13 *Mercatores subiacent pragmaticis.*
14 *Clerici vendere debent eorum frumentum iuxta dispositionem pragmaticæ.*
15 *Lex facta ob bonum publicum ligat clericos & ecclesiasticas personas si est honesta.*

Om-

16 *Omnes tenentur ad ea quæ bonum commune respiciunt.*
17 *Clerici non incurrunt in statuti pœnis.*
18 *Clerici non seruantes statutum ad vtilitatē publicam factum, mortaliter peccat maximè si à Papa est approbatum.*

FALLENTIA Tertia.



1 ALLIT tertio, in
clerico † mercatore, qui beneficium perdit alijs clericis cōcessum, *Io. Franc. Leon. in prax. Archiep. cap. 35. num. 1. p. 3. de probib. et pœn. c. sacerdotibus, & ibi gloss. fin. in fin. & Abb. nu. 1. ne cler. vel monac. gloss. in c. quanto in verb. principium de offi. ordin. Diaz pract. crimi. cap. 50. Mar. Alter. de cens. disput. 19. lib. 1. fol. 742.* & per consequens istud beneficium, *Brun. in tractat. de cess. bonor. quæst. 3. num. 15. Ancbon. in tracta. de mercat. 3. p. numer. 4. cap. fin. de vit. & honest. cler. Speculator in tit. de bigam. in 2. libell. sequitur Genu. in prax. episc. dict. cap. 3. num. 12. post omnes Gras. de effect. cler. effect. 7. num. 63. & 64. & effect. 6. per totum, & effect. 2. limit. 2. nu. 116.* dicit etiam *Franc. Munnoz de escubar de ratiocinijs cap. 7. num. 38.* facit quod dicit *Guid. Pap. in decis. 196. post numer. 2. vers. nec rele-*
2 *uatur*, scilicet quod † nobiles mercaturam
exercentes faciunt actum contrarium suæ nobilitati, *vt l. nobiliores C. commod. l. miles, C. locat.* & amittunt nobilitatem, & non releuantur probare se de genere nobili fuisse procreatos, *l. 3. §. 1. vers. cæterum ff. de muner. & honorib.* ita & clerici mercaturam
3 exercentes † faciunt actum contrarium suæ
dignitati, & ideo amittunt priuilegium, ratio est quia clericus negotiari non potest, *c. fin. de vit. & honest. cler. 14. quæst. 4. in summa, & in capit. 1. 80. dist. cap. 2. 11. quæst. 3. credo & c. Ciprianus 46. dist. clericus Franc. Leon. cap. 34. num. 32. 34. vsque ad 36. prax. Archiep. par. 3.* Imò si clericus negotietur est tanquam pestis vitandus, *88. dist. c. negotiatorem Gemms in c. quamquam in 2. col. in fine. vers. sed quis propria*, & in his quæ negotia-
4 tur † non habet priuilegium, *de censib. in 6.*
clem. fin. & ibi Doctores eodem tit. c. resolentes vbi Abb. Sicul. num. 1. de stat. monach. Marius Alter. de censur. dict. disputat. 19. fol. 701. &
5 tali † casu potest conueniri coram Capita-
neo, siue consule mercatorum, *Bald. in addit. ad Specul. de Reo in 2. col. in princ. vers. scholaris, & de cler. coniugat. vers. si autem cle-*
6 *ricus*, & clerici † se immiscentes secularibus
negotijs non gaudent priuilegijs clericis cōcessis, *vt dict. cap. fin. & facit l. 3. & ibi gloss. C. decurio. & stationar. lib. 12.* vbi non iuuantur officio, vel dignitate, qui male eum, vel illud seruat. *l. Iudices, & l. quoties, C. de dignit. lib. 12. l. 2. de in ius vocand.* quia clericus exercens illicitam negotiationem non gaudet beneficio nostro *Io. Aloy. Ricc. in praxi. Cur. Archiep. post decis. 296. in cap. Odoardus*
7 *num. 4.* nisi nobilis † esset Pisauus, Venetus,
vel Ligur, isti enim tales possunt exercere mercaturam, vt patet per capitula Religio-
8 nis Hierosolimitanæ; vel nisi sit † negotia-
tor in bonis ecclesiæ, quo casu non perdit beneficium quò ad bona ecclesiæ *Abb. Sicul. in c. ex literis de vit. & honest. cler.* ratio est ibi, quia ecclesia non debet perdere priuilegia
9 in suis facultatibus ex delicto clerici, sed †
bene potest superior clericorum illos compellere, vt non negotientur in bonis ecclesiæ, vel nisi circa negotiationes licitas se exerceant, *Franc. Leon. in prax. Archiep. dict. cap. 34. p. 3. nu. 33. Specul. in tit. de bigam. quæst. 2. & in dict. tit. de cler. coniugat. in prin. vers. sed*
10 *quæro*, vbi clericus, vel nobilis cultiuans
suam possessionem non priuatur nobilitatis priuilegio, nec priuilegio clericali clericus *Guid. Pap. dict. decis. 196. post num. 5.* ratio est
11 ibi, quia clericus pauper † debet sibi mani-
bus quærere victum *Abb. in c. inter alia post num. 28. de immu. eccl.* & isto casu propter necessitatem, & vt necessitati subueniatur non est clericis prohibita negotiatio *per Abb. in cap. 2. numer. 1. ne cler. vel monac. Nauar. de spol. cler. §. 7. num. 5. vers. quæ omnia Fran. Leon. dict. cap. 34. numer. 37.* quo casu potest exercere iustam negotiationē, scilicet quod emat rem ex cuius materia aliquas formas reducat, non vt eam emat, & eam integram pro maiori pretio vendat idem *Abb. Siculus in cap. 1. num. 6. ne cler. vel monac. secul. neg. 24. quæst. 3. in summa. & quæst. 4. cap. 1. & c. canonum, & c. quicumque Leon. dict. cap. 34. num. 37. in prin.* quia hoc etiam laicis non licet vt ibi per iura notata.

Sed hodie sunt aliqui clerici, qui habent beneficia ecclesiastica, ex quibus percipiunt frumenta, & similia, quæ in eorum horreis conseruant vsque quo cariori pretio vendant non obstante quauis pragmatica, ratio eorum est quia talia bona non sunt subiecta ordinationibus, & pragmaticis huius Regni,
12 quia ecclesiastica sunt, & gaudent priuile-
gijs ecclesiasticis, *vt not. ampl. 2.* & aliquando sunt plus quam mercatores, qui licet emant, & conseruant cum desiderio lucran-
13 di, tamen subiacent † ordinationibus, &
pragmaticis, & aliquando vendunt frumenta minori pretio secundum dispositionem ordinationum, & pragmaticarum, sed dicti clerici nunquam perdunt statione prædicta, isti tales tanquam pestis fugiendi, & ab eo-
14 rum superioribus castigandi, & debent com-
pelli, vt vendant iuxta dispositionem pragmaticarum sicut alij: quia licet non sint di-

rectè mercatores, sunt tamen indirectè contra iuris dispositionem, & cultum ecclesiæ, & aliquando vendunt frumentum laicorum sub eorum nomine, & lucrum inter eos diuidunt, quod diabolicum vitium est, & legem fraudare: ob id superiores debent diligenter eorum venditiones inquirere, & eos admonere, vt licitum est, dicit *Andr. Molfes. in consuetud. Neap. quæst.7. num.* 48. loquens in casu nostro *tit. de person. Leon. d. c. 33. num.40. p.3. de spol. cler.* quia ob publi-

15 cam vtilitatem quando † lex est facta ob bonum publicum, & ligat etiam clericos; & ecclesiasticas personas, dicit *Mut. super consuet. Senat. Panorm. cap.66. numer.* 54. *Robert. Marant. in suo Specul. aur. disput.9. num.* 20. *& 23. Calderin. consil.21. in fin. in tit. de constit.* maximè si statutum facit expressam mentionem de ecclesiasticis bonis si esset honestum, & vtile vniuersitati *Capra concl.15. num.18. Gabriel. conf.37. num.3. lib.2. Fely. in cap. ecclesiæ Sanctæ Mariæ num.* 2. *constit. Surd. conf. 301. numer. 45. lib. 3. Molfes. d. quæst.3. num.4. & post num.48.* vbi dicit, quòd

16 omnes tenemur † ad ea quæ bonum commune respiciunt, allegat *Salzzed. in addit. ad*

17 *pract. Diaz cap.55.* & licet in statuti pænis † non incurrant ita *Sot. in 4. dist.25. art.2. post alios Surd. dict. consil.301. num.39. volum.3. Rodriq. tom.1. quæst. regul. quæst.66. art.2.8. reg. Salas tractat. 14. de legib. disput.14. Sect. 8. num.10. exact.9. num.106.* & ita fuit iudicatum, refert *Author. prax. Archiep. in nouiss. impressione anni 1611. cap.25. num.3.* di-

18 cit *Molfess. dict. quæst. 7. nu.47.* tamen † peccant mortaliter vt ibi *Molfes. num.46. in fin.* maximè si est approbatum à Papa quod facere potest, *Abb. in d.c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, num.5. Surd. d. conf.301. num.61. Gram. dec. 61. num.8. Ias. in l. filiusfamilias, §. diui præsertim num.81. de legat. 1. Molfes. d. quæst. 7. num.* 51. Sed quando clericus conuenitur pro collectis, gabellis, seu tributo casu quo ad talia teneretur si non est soluendus non potest carcerari *Egid. Thomat. in tractat. de muneríb. patrim. §. incip. videndum nunc est, num.15. Grass. dict. effect.7. num.* 15. etiam si statutum dictaret quod debitor possit carcerari ad instantiam sui creditoris, tale statutum non comprehendit clericos, *Caualc. de tut. & curat. num.318. allegat. Alex. in d.l. miles in fin. ff. de re iud. Par. de Puteo in tractat. synd. in verb. mandauit col.2. in fine, & col.3. in prin. cart. 120. & cap. an doctor col.2. circa finem, cart. 48. Brun. de cessio. bon. quæst. 10. numer.3. & seq. Mathesil. singul.59. addit. ad Dec. in l. in toto iure de regul. iur. Grass. d. effect. 7. n.11. & in tract. de except. in præl. n.89. & seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus periurius non gaudet beneficio deducto ne egeat.*

2 *Clericus non potest etiam cum iuramento renuntiare beneficio deducto ne egeat.*

FALLENTIA Quarta.



FALLIT quarto quando † clericus est periurus quo casu in solidū exigitur *Brun. de cess. bon. quæst. 3. num. 17. vers. nam tunc pro periurio, Afflict. in constit. huius Regni, si quis clericus in rub. de cler. coniugat. not. 6.* ratio est, quia periurium est graue peccatum *c. videtur 62. quæstion.5. Serafin. de priuileg. iuram. priuil.56. numer.7. Neuiz. conf.59. numer. 14. & 15. Gomez. in compend. vtriusq; signa. vlt. col. Surd. quæst.78. num. 27. de alim. Baett. de inop. debit. quæst.17. post num.8. in fin. & quæst. 16. numer.91. Vasq. in tracta. de success. par.1. lib.3. §. 28. limit.32. numer.8. vers.* & si hanc partem *Perus. in c. si clericus de sent. excomm. in 6. cap. perueniat, & ibi gloss. fin. de fideiuss. Ant. Butr. in c. Odoardus, & ibi gloss. in verb. ad pinguiorem fortunam, vers. forte periurij, Federic. de Sen. conf.300. Farinacc. de carcer. & carcerat. quæst.27. nu.70.* & licet ibi dicat, quod adest cameralis obligatio non est tamen recedendum ab hac opinione, vt infra notabo, & hoc est ratione peccati propter periurium quia, vt notauimus clericum non

2 posse † cum iuramento isti nostro beneficio renuntiare ob publicam vtilitatem, *Amescua post omnes in tractat. de potest. in se ipsum quæst. 24. lib.2. num.* 10. tamen periurus clericus ordine, & beneficio deponi potest, *cap. presbiter 81. dist. Abb. in c. querelam 2. notab. de iureiurand. Gom. de annall. possess. quæst.42. numer. 3. Diaz in pract. crim. quæst. 86.* dicit *Franc. Leon. in prax. Archiep. quæst. 35. numer. 40. p.3.* & ideo non gaudet isto nostro beneficio, sed carcerari debet, & petere in carceribus absolutionem iuramenti prout notaui supra *in quæst. nostra post nu.48.* quando fuit indiuidualiter, vel in specie renuntiatum beneficium *Giurb. dec.42. num.21. not. quæst.1. fall. vlt. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus per tres sententias conformes condemnatus in solidum tenetur.*

2 *Clericus condemnatus per tres sententias conformes non tenetur in solidum.*

3 *Dolosus non gaudet beneficio.*

LIMITATIO Quinta.



1 IMITA quinto quando † clericus est condemnatus per tres sẽtentias conformes *Bald. in lege vers. sed hic quaeritur C. qui bon. ced. poss. text. in l. alia §. eleganter numer. 15. ff. solut. matrimon. Farin. quaest. 27. num. 70. de carceribus & carcerat. Gom. in compend. vtriusque signat. vlt. col.* licet *Couar. variar. resolut. cap. 1. post numer. 9.* teneat contrarium vt per eum ibi, & ita *Bart. quaest. 17. num. 7. in fi. de inop. debit. Aret. ad Ias. in §. fin. de action. Foll. in tracta. de censib. in verb. huiusmodi censualia, num. 20. March. de com. par. 3. de com. admis. ad cess. & alter. 61. num. 74. Mohed. dec. 2. alias 17. in tit. de de solut. Put. decis. 56. numer. 9. Gigans*

2 *consil. 111.* secus † si habuit iustam causam litigandi, quia tunc gaudet isto nostro beneficio, *Anast. Germon. in tract. de sacro. immun. lib. 3. cap. 15. num. 95. Couar. loco citat. & in lib. pract. quaest. cap. 25. num. 1. & vlt. March. loco citato num.* 80. vbi dicit ita fuisse bis iudicatum per *Rot. Roma. Put. d. dec. 56. num. 56. lib. 1. Triuis. dec. 8. num. 5. lib. 1. Monald. cons. 28. num. 5. lib. 2. Guttier. in d. tracta. de contract. iurat. p. 1. cap. 17. num. 3. Molin. in tract. de contract. disput. 571. numer. 15. Graff. de effect. cler. effect. 7. num. 34. 35. 36. & 37.* indistinctè, & absolutè tenet quod gaudet. *Io. Aloys. Ric. in praxi Archiep. dec. 295. post. num. 3. vers. caeterum* vbi dicit quod ita consuluit, & iudicatum fuit. Ratio est per eum, quia *clementina vt calumnijs*, non videtur excludere beneficium *dicti cap. Odoardus Parisius consil. 119. lib. 4. Alex. consil. 62. num. 17. lib. 4. & cons. fin. num. 4. lib. 6. & cons. 46. num. 6. lib. 1. & canonist. in c. constituta de in integr. restit.* & quia hanc opinionem tenent non nulli DD. reprobata distinctione *Baldi in d. l. 1.* vt testatur *Puteus in dicta dec. 56. lib. 1. sequitur Gomez. loco cit. secundum eum, & D. de Rot. decis. 841.* per quam apparet, vota doctorum fuisse diuersa, & non habuit clericus beneficium isto casu ratione doli, quia

3 dolus † non gaudet isto nostro beneficio, *Veral. decis. 278. p. 1. Io. Baptista Ferret. consil. 144. Gom. d. cap. 3. numer. 6.* & notaui *supra fall. 1. post num. 1. & quaest. 1. fall. 2. Puteus decision. 394. p. 1. March. in tracta. de commiss. loc. 8. cit. num. 75. & seqq. Alciat. in c. cum non ab homine numer. 76. de ind. Io. Segur. de Auil. in direct. iudic. ecclesiast. p. 2. cap. 13. num. 21. Foll. super constit. Regn. in tit. de episc. & cler. cap. si quis episcopus num. 13. Graff. d. effect. 7. num. 32. & 33.* ergo secus si non adest dolus secundum doctores superius notatos.

SVMMARIVM.

1 *Clericus conuentus actione reali non gaudet beneficio nostro.*

FALLENTIA Sexta.



1 ALLIT sexto, quando clericus † est côuentus actione reali: quo casu non gaudet beneficio deducto ne egeat, *Brun. de cessio. bono. quaest. 3. num. 14. vsque ad num. 20. Marc. Anton. Genu. in prax. Archiep. cap. 3. num. 7. Aretin. in §. item si de dote col. 1. de action. vers. in ea glosa Foller. super constitut. Regni in tit. de epis. & cler. cap. si quis clericus num. 30. Graff. d. effec. 7. num. 62. Io. Aloys. Ric. in praxi Archiep. decis. 296. in notabilibus c. Odoardus num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus, qui ludendo, & luxuriando omnia bona sua dissipauit, non gaudet beneficio deducto ne egeat.*

FALLENTIA Septima.



1 ALLIT septimo; quando clericus ludendo & luxuriando omnia bona sua consumpsit, *Ferret. consil. 144. numer. 13. per Bald. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Mar. Ant. Gen. in prax. Archiep. cap. 3. num. 8. Graff. de effect. cler. effect. 7. nu. 51. & notabo quaest. 11. fall. 16. Io. Aloys. Ricc. d. prax. rerum fori ecclesiast. Archiep. dec. 287. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus non gaudet beneficio deducto ne egeat, si creditor est eo pauperior.*
2 *In pari casu praefertur qui tractat de damno vitando.*

FALLENTIA Octaua.

1 ALLIT octauo, quando creditor est eo pauperior *Genuc. in praxi. Archiep. cap. 3. num.* 14. ratio est quia † in pari casu debet praeferri ille, qui tractat de damno vitando, *Barbat. in c. Odoardus num.* 2. *de solut. Neuiz. consil.* 95. *& notaui in quaest.* 1. *fall.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Clericus obligatus in forma Camerae, qui renuntiauit cap Odoardus cum iuramento non gaudet beneficio deducto ne egeat.*
2 *Clerici obligati in forma Camerae possunt capi, & carcerari.*
3 *Obligatio in forma Camerae habet vim sententiae.*
4 *In obligatione in forma Camerae adest clausula quod potest capi carcerari, & detineri.*
5 *Clericus obligatus in forma Camerae potest per iudicem competentem excommunicari licet sit absens, & non citatus.*
6 *Obligatio in forma camerę tollit omnia legū auxilia.*
Auditor solus procedit contra obligatos in forma camerae, & veniente die obligationis statim potest excommunicari.
7 *Clericus obligatus in forma camerae potest vbique locorum conueniri. & quid si est condemnatus & potest soluere, n.* 8.

FALLENTIA Nona.

1 ALLIT nono, quando † clericus est obligatus in forma camerae, in qua obligatione cum iuramento *cap. Odoardus* renūtiauit, ex qua obligatione duae oriūtur actiones executiuae scilicet, realis, & personalis, & habet executionem paratam, *Io. Aloy. Ric in prax. Archiep. decis.* 293. *num.* 1. *Rit. huius Regni cap.* 19. quo casu in solidum conueniri potest, dicit *Gom. in regul. Cancell. in compend. vtriusque signatur. col. fin. pag.* 172. *sequitur Io. Franc. Leon. in prax. Archiep. cap.* 11. *numer.* 16. vbi dicit: Caueant clerici de se obligando in Curia Romana, in forma Camerae Apostolicae, quia illius obligationis vigore renuntiatur *cap. Odoardus*, & omnibus legibus, & legum auxiijs, quibus vti, aut se iuuare possint, & renuntiantes casu supposito *cap. Odoardus* conuenitur sicut omnes alij. *Anton. Mast. Gall. p.* 1. *cap.* 1. *numer.* 8. *&* 10. *de obligatio. in form. camerę fol.* 25. *sequitur Sigism. Scacc. de ind. caus. ciuil. crimin. & heret. cap.* 46. *num.* 18. *vers. nisi tamen forsan*, vbi testatur quod ita practicatur, *Farin. de carcerib. & carcerat. quaest.* 27. *num.* 70. vbi testatur, quod quando adest obligatio in forma Camerae, nullo modo recedas ab opinione *Gomes.* & quod ita cōmuniter practica-
2 tur quod † clerici obligati in forma camerae possunt capi, & carcerari, sequitur *Monald. consil.* 124. *post num.* 5. *Io. Aloys. Ricc. d. praxi*
3 *Archiep. loco cit.* ratio est quia † obligatio Cameralis habet vim sententiae, probat *Cephal. cons.* 439. *numer.* 16. *vol.* 3. *Burg. de laudim. par.* 3. *inspect.* 19. *num.* 44. & adest clau-
4 sula † quod possit capi carcerari, & detineri, & ideo potest personaliter capi, & carcerari secundum doctores superius notatos, quos sequitur *Intrigl. sing.* 78. *lib.* 1. *post nu-*
5 *mer.* 3. vbi dicit, † quod clericus obligatus in forma Camerae potest per iudicem competentem etiam absens nec aliter citatus excommunicari vsque ad integram debiti satisfactionem, etiam *Burg. d. inspect.* 19. *numer.* 4. vbi dicit: in subsidium aliorum debet deueniri ad excommunicationem clerici debitoris, scilicet quando non potest personaliter capi, *num.* 34. *&* 35. ratio est ibi supra dicta,
6 quia vim sententiae obtinet, post *num.* 39. *&* 40. quia obligatio † in forma Camerae est tantae efficaciae, quod tollit omnia legum auxilia: & hodie contra obligatos in forma Camerae solus Auditor procedit, & statim potest excommunicari veniente die obligationis, dicit *Marc. Anto. Genu. d. c.* 3. *in prax. Archiep. oblig. in form. Camer.* ergo si statim fit executio, nullo beneficio supposito, non
7 gaudet isto nostro beneficio, immò potest conueniri vbique locorum. *Doctores in l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. iud. Gallef. in tracta. obligat. form. Camer. p.* 2. *c.* 1. *Surd. cons.* 280. *num.* 2. *lib.* 2. *Amat. decis.* 81. *nu.* 2. *Grass. de except. exceptio.* 18. *num.* 4. & sic non gaudet isto nostro beneficio, & ita pronuntiatum fuisse Romae refert *Gomes loco cit. Mass. de Cameral. oblig. in* 3. *p. quaest.* 4. 6. *&* 7. licet contrarium teneat *Grass. de effect.* 7. *num.* 12. *in fine*, vbi dicit communem, & magis veram opinionem allegat sacrum *Concil. Trid. sess.* 25. *de reform. cap.* 3. *Brun. d. Sol. in compend. resolut. proposit. iur. verb. clericus licet debitor Burg. d. inspect.* 19. *num.* 4. *&* 5. *Zanch. in tract. de priuileg. eccl. priuileg.* 114. *n.* 115
Mo-

Monald. conf. 28. *num.* 5. *lib.* 2. *& d. conf.* 124. *numer.* 4. *lib.* 1 *Conar. lib.* 2. *variar. resolut. capit.* 1. *num.* 9. *Io. Segur. de Anil. in direct. ind. Eccles. par.* 2. *cap.* 13. *num.* 17. *Gaspar Baet. de inop. debit. cap.* 17. *num.* 9. tamen reiecta opinione dicti de Grasso loco cit. ex quo doctores per eum citati non faciunt ad casum nostrum:

Prima enim opinio est magis communis, & in practica est magis recepta, & respondetur eius opinioni: Primo quia Sacrum Concilium prohibet clericum pro causa ciuili excommunicari, vt patet ex lectura d. c. Tridentini, & dicit *Burg. d. inspect.* 19. *nu.* 40. & 41. vbi dicit ob quod dictum Concilium Tridentinum statuerit ob causam ciuilem esse licitam excommunicationem per *Menoc. de arbit. ind. cas.* 316. *numer.* 54. *cent.* 5. Secundo quia *Burg.* totum contrarium tenet imò ibi *sub num.* 36. dicit, quamuis ab hac sententia perperam recedat *Conar. in lib.* 2. *variar. resol. cap. num.* 9. & sic dicit, quod malè tenet Couarru. ergo restat vera, & magis recepta opinio Gom. & aliorum, vt su-
8 pra notaui: & licet † clericus non possit carcerati pro debito ciuili *vt sup. not. & eadem in quaest. num.* 33. tamen si est condemnatus ad soluendum, & potest satisfacere si recusat poterit carcerari, dicit *Marc. Ant. d. cap.* 3. *num.* 20. *per Abb. in cap.* 2. *de deposit.* & dicit quòd ista practica est recepta contra clericos valentes soluere, recusantes: vel postquam peruenerit ad pinguiorem fortunam habito nostro priuilegio, *March. in d. tracta. de commiss. dict. par.* 3. *S.* 1. *numer.* 73. *allegat Rot. Rom. decis.* 31. *num.* 5. *in fin. in tit. de restit. spol.* sequitur *Graff. dict. effect.* 7. *num.* 55. *& notaui in proaem.* Quid autem si clericus de-
9 bitum negat, † an gaudeat isto beneficio? dic quod non, quia ad hoc vt gaudeat debet debitum confiteri, *Puteus decis.* 331. *Alciat. in dict. capit. cum ab homine numer.* 76. *de ind. Io. Guttier. in tractat. de debit. iurat. par.* 1. *cap.* 17. *num.* 2. *Ferret. conf.* 244. *num.* 12. *March. in dict. tractat. de commiss. loco* 2. *cit. num.* 78. *Cels. Bargal. in tractat. de dol. lib.* 6. *reg.* 20. *num.* 14. *& lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 16. *Graff. dict. effect.* 7. *num.* 43. *Io. Aloys. Ricc. d. prax. Archiep. dec.* 286. *numer.* 1. *per dec. Rot. Roma.* 84. *num.* 1. *p.* 3. *Puteus dec.* 321. *p.* 2. nisi debitum postea agnoscat ante sententiam, vt decisum refert *Afflict. dec.* 379. *Vrsill. decis.*
10 296. *& notaui in quaest.* 1. *fall.* 6. & nota † quod si clericus administrasset bona aliena, vt quia tutor vel curator fuisset, & malam rationem reddidisset de administratis, tali casu poterit carcerari pro debito, *Anchar. in c.* 2. *num.* 6. *de deposit. latè Ferret. conf.* 143. *nu.* 1. *&* 59. *lib.* 1. licet contrarium tenuerit *Caual. in tracta. de tutor. & curat. n.* 322. *Graff. dict. effect.* 7. *num.* 53.
11 Quod etiam procedit † quando clericus est excommunicatus, quia potest carcerari pro debito, *Marc. in tracta. de commi. d. par.* 3. *S.* 1. *num.* 60. *d. effec.* 7. *numer.* 54. sed *Io. Aloys. Ric. in prax. Archiepis. dec.* 291. *post num.* 2. *vers. caeterum praefatis minimè obstantibus*, dicit quod clericus excommunicatus gaudet beneficio deducto ne egeat, & quod ita iudicauit: ratio est per eum, quia beneficium *cap. Odoardus* non dicitur sub se continere actionem, sed potius exceptionem, quia cōtra petentem, quod sibi debetur, solet opponi exceptio dicti c. sed excommunicatus potest esse in iudicio vti reus *tex. in c. intelleximus, vbi DD. de iud.* eo magis quia excommunicatus gaudet priuilegio fori, & Canonis. *Franc. Marc. dec.* 418. *p.* 2. *Inno. in c. si vero num.* 3. *de sent. excomm. Panor. in c. contingit cir. fin. eod. Decian. in tract. crim. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 20. & dicit com. opin. *Duenas Regulas* 99. *ampl.* 8. *Villalob. in sua collect. com. opin. lit. C. n.* 81. *Clar. in* §. *fin. qu. est.* 27.
12 Et infertur quod † si clericus est depositarius, vt quia penes se fuerunt pecuniae depositatae; tali casu tanquam debitor non potest opponere de tali nostro beneficio, *Mathesil. sing.* 61. *n.* 2. *Io. Segur. de Anil. in constit. Reg. in d. tit. de epis. & cler. c. si quis clericus n.* 13. *Graff. d. effe. num.* 36.
13 Et idem † procedit in clerico degradato, qui falsificauit literas Romani Pontificis, quia tali casu carcerari potest pro ciuili debito: ratio est quia amittit omnia priuilegia clericorum *c. falsariorum de crim. fals. Gaspar Baet. in tract. de inop. debitor. cap.* 17. *nu.* 16. *Graff. d. effect.* 7. *nu.* 59. idem in clerico haerede non confecto inuentario, qui vti non potest *c. Odoardus Thomas Triuisan. dec.* 8. *p.* 1. *Io. Aloys. Ric. post decis.* 296. *in notabil. cap. Odoardus num.* 3. Quod etiam habet † locum in clericis coniugatis, quia clericus coniugatus ad effectum obtinendi beneficium c. Odoardus aequiparatur puro laico, *Io. Aloys. Ric. dec.* 293. *nu.* 4. *Natt. conf.* 356. *Balcutin. conf.* 90. *Cefalus conf.* 321 *num.* 1. *Costa. de remed. subsid. cap.* 29. *ibi alleg.* quia non habent omnia priuilegia clericorum, praeter priuilegia fori, *& canonis, c. si quis suadente diabolo, & cap. Ioannes de cler. coniug. cap.* 1. *de cler. coniug. in* 6. *Natt. conf.* 319. *numer.* 6. *& conf.* 571. *num.* 13. *Io. Iacob. Masull. in addit. ad Capic. dec.* 161. *num.* 9. *Graff. de effe.* 7. *nu.* 51. *Io. Aloys. Ricc. loc. cit. in prin. Clar. quaest.* 36. *numer.* 7. *cum seq.* ratio est ibi, quia propter coniugium non perditur priuilegium, dummodo cum vnica tantum, eaque virgine matrimonium contraxerint, & habitum clericalem, tonsuramque deferant, vt *d. c. vnico de cler. coniug.* & refert esse magis comm. opin. per *Didac. pract. qu. est.* 31. *post num.* 7. *vers. prima igitur. Caranit. Rit.* 66. *Cappell. Tholos. decision.* 64. *& decis.* 377. *Graff. dec.* 10. *Franch. decis.* 417. *Farinacc. de inquisitione quaest.* 8. *num.* 9. quicquid dixerit *Felyn. in c. Ecclesia S. Mariae n.* 103. *vers. sunt autem de constit.* Secus si clericus coniugatus à negotiationibus, & armis non se abstinet, quia

non gaudet priuilegio fori, *Clar. d. quaest. 36. num. 10.* vbi dicit com. opin. per *Bertran. cons. 13. num. 5. lib. 8.* & ita tenet *Inno. d. cap. fin. de vita, et honest. cler. Alex. de Neuo cons. 68. num. 4. vos. fall. 3.*

SVMMARIVM.

1 Bonis cedens si ad pinguiorem fortunam peruenerit gaudet beneficio deducto ne egeat.

2 Bonis cedens in solidum conueniri potest à creditoribus quorum timore non cessit

Cedens bonis quibus indiget, vt possit post cessionem conueniri.

3 In exigendo aliquem in quantum facere potest inspicitur quantum ex fructibus patrimonij extrahi potest, vt viuere possit, & non proprietas, & num. 6.

4 Alimentis quotidianis non est fraudandus aliquis.

5 Bonis cedens vltra illud quod alimentorum nomine satis est in quantum facere potest deducto ne egeat condemnatur.

6 Fructus post cessionem bonorum ex re acquisita considerandi sunt, & non venditio rei.

7 Cedens bonis non cogitur vendere domum magni valoris, & parui reditus post cessionem acquisitam.

8 Alimenta quae debentur miserationis causa non debentur secundum dignitatem sed secundum necessitatem viuendi.

9 Beneficium deducto ne egeat conceditur miserationis causa cui bonis cessit.

10 Alienum retineri potest ex necessitate viuendi ad vitam conseruandam, & non ad honorem secundum dignitatem.

Bonis cedens retinet alimenta pro se eiusque familia.

11 Bonis cedens tenetur satisdare de soluendo si ad pinguiorem fortunam peruenerit, si potest

12 Dilatio miserationis causa concessa tenetur satisdare.

Iuratoria cautio admittitur in dilatione miserationis causa concessa si satisdare non potest.

Debitor pauper fideiussores inuenire non potest.

13 Bonis cedere volentes admittuntur parte citata.

14 Fideiussor debitoris ex delicto potest bonis cedere.

15 Bonis cedens tenetur omnia bona designare creditoribus.

16 Bonis cedens tenetur iurare de soluendo cum ad pinguiorem fortunam peruenerit.

Bonis cedens tenetur probare infortunia.

17 Fideiussores in solidum obligati non iuuantur per cessionem bonorum principalis debitoris.

18 Beneficium cessionis bonorum per pactum renuntiari non potest.

19. Beneficium cessionis bonorum etiam cum iuramento renuntiari non potest.

20 Renuntiatio cessionis bonorum praesumitur simulata, & in fraudem interposita.

Beneficium concessum miserationis causa non potest renuntiari.

21 Cessio bonorum potest cum iuramento renuntiari nisi esset notoria debitoris mendicitas.

22 Iuramentum obligat praecisè ad factum.

23 Dispositio Auth. hoc nisi, habet locum in actu iurato.

24 Renuntians bonorum cessioni cum iuramento, vt ad eam admittatur indiget absolutione iuramenti. contra n. 31.

25 Iuramentum quando non est contra bonos mores est obligatorium.

26 Renuntiatio beneficij cessionis bonorum inducit seruitutem.

27 Renuntiatio cessionis bonorum ad effectum carceris non tenet.

Non interest creditoris debitorem in carcere mori.

28 Carcer non debet esse in poenam, sed ad custodiam.

29 Renuntiatio cessionis bonorum ad effectum quod licet cedat bonis in solidum teneatur deducto ne egeat valet.

30 Victus non potest laborantibus subtrahi secundum necessitatem.

31 Iuramentum non obstat aduersus cessionem bonorum, & non indiget absolutione.

32 Cedens bonis cum vituperio liberatur si ad pinguiorem fortunam peruenerit

33 Luens in corpore si ad pinguiorem fortunam peruenerit in aere soluere non tenetur, & num. 37.

34 Luitio corporalis cedit loco solutionis

35 Luitio corporalis cedit loco solutionis si debitum descendit ex delicto.

36 Poena corporalis non liberat in euentu pinguioris fortunae quando poena pecuniaria est remissa causa paupertatis.

37 Luitio corporalis in locum solutionis liberat à ciuili poena si soluendo non puniretur.

38 Luitio corporalis non liberat à poena ciuili si concurrit poena corporalis, & pecuniaria.

39 Cedens bonis cum vituperio tenetur iurare de soluendo si ad pinguiorem fortunam peruenerit deducto ne egeat.

40 Ciues Panormitani debitores si per annum steterint in carceribus gaudent beneficio, & à carceribus liberantur.

41 Ciues Panormitani post annum excarcerati gaudent de postea acquisitis deducto ne egeat.

42 Ciues Messanenses debitores si per 40. & quinque dies steterint carcerati, & non sunt soluendi praestita iuratoria cautione creditoris fideliter soluere de postea acquisitis deducto ne egeant excarcerantur.

43 Consuetudo Italiae est seruanda vbi non adest statutum quod volent cedere bonis debeant cum vituperio.

Prin-

44 *Princeps sint cauti ad concessionem bonorum cessionis.*
45 *Debitores ad cessionem bonorum non admittuntur nisi probatis infortunijs de iure Regni, cum iuramento de soluendo cum ad pinguiorem fortunam peruenerint deductione egeant.*

L. Is qui bonis cessit, si quod postea acquisierit, in quantum facere potest conuenitur. Sabinus, & Cassius putabant, eum, qui bonis cessit ne quidem ab alijs quibus debet, posse inquietari.

QVÆSTIO XI.



1 Nfertur etiam
quod † si is, qui
bonis cessit, ad
pinguiorem for
tunam peruene-
rit, conuenitur in
id quod facere
potest, deducto
ne egeat, *l. is qui*
bonis, la secunda,
ff. de cess. bonor.
l. sunt qui, & ibi
gloss. ff. de re iud. tex. & ibi Zas. in §. compen-
sationes vers. fin. & ibi Ang. Aret. de actio. Io.
Oinotom. in §. soluitur num. 7. de societ. & d.
vers. fin. num. 1. & 3. de actio. Faber in §. sunt
praeterea eodem tit. l. qui bonis vbi Matth. de
Mathesil. num. 3. de cess. bono. & in l. 3. de bon.
autorit. iud. poss. summ. Roland. in tit. de re-
nunt. §. beneficio in gloss. col. 4. in fin. Surd. de
aliment. par. 1. quaest. 78. post num. 24. 25. Di-
dac. Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 1. numer. 6.
Cordub. in l. si quis à liberis §. solent num. 39.
ff. de lib. agnosc. Pet. Ruiz. decis. 4. num. 229.
Io. Coras. in §. cum eo quoque num. 1. de actio.
Intrigl. de casib. conscient. cas. 35. numer. 105.
Menoch. consil. 373. lib. 4. & de arbi. ind. cas.
183. sub num. 20. & 21. Marc. decis. Delfin.
213. numer. 2. par. 1. Scipio Rendin. in tractat.
promptuar. recept. sententiar. tit. 14. numer. 1.
de cess. bono. Io. Aloys. de Sep. in cap. 190. vers.
ibi deducto super ritu huius Regn. Sicil. fol. 75.
Mus. super consuetudine Sena. Panorm. cap. 57.
num. 10. & 21. & ibi dicit communem opi-
nionem Canonistarum, & legistarum, *& su-*
per pragm. Regn. Siciliae de cess. bono. prag. 3.
post num. 26. Tom. 1. fol. 29. Io. Bapt. Marcb.
in prax. commiss. & rescriptor. vtriusque signat.
lib. 3. de cess. bon. cap. 2. §. 1. num. 60. fol. 285.
Trinis. decis. 8. num. 9. lib. 1. Tusc. Card. lit.
C. conclus. 217. num. 4. Muscatell. d. app. p. 3.
gloss. detinebitur num. 87. Cancer. in 2. resolut.
cap. 8. d. cess. bono. num. 21. 22. Giurb. dec. 41.
numer. 19. & 20. Ant. Monac. de execut. in ve-
stib. cap. 5. num. 26. & cap. 12. num. 79. quo-
niam inhumanum esset, quod de postea ac-
quisitis in solidum condemnetur. *gloss. & tex.*
in dict. §. cum eo quoque, l. in condemnatione de
reg. iur. Bart. in dict. l. 1. & 2. C. qui bonis
ceder. poss. Guid. Pap. decisio. 211. nu. 2. Brun.
de cess. bon. quaest. 31. princip. numer. 1. Azo in
summ. de cess. bon. Roffred. in tract. de libello
rubr. de off. iudi. quo curat. dat. bonor. col. 1. in
fin. vers. est, & aliud. Petr. Bell. Alben. de sal-
uis conduct. tit. vnico in trac. de re militar. p. 9.
num. 45. Gom. de Amescua in tract. de potest. in
seipsum. quaest. 24. num. 10. lib. 2.
2 Nec in solidum † conueniri potest etiam
ab illis creditoribus, quorum timore non
cessit *dict. l. is qui bonis. Ang. & l. 3. eodem tit.*
l. ex contractu C. de bonor. autorit. iud. poss. &
vt post cessionem conueniatur, non sufficit
quod aliquid modicum acquisierit, sed si
multum, & pretiosum acquisiuit, & non
3 quantitas, sed qualitas inspicitur, quia † ad
exigendum aliquem in quantum facere pos-
sit, inspicitur quantum ex fructibus patri-
monij extrahi potest, vt possit viuere de his,
non vero inspicitur proprietas rerum, seu
quantum ex venditione rerum redigeretur,
dicit *Lop. in l. is in gloss. 6. in fin. par. 5. Regni*
Castill. & notaui in proœm. par. 1. versic. nec
etiam pactum quod bona vendantur: & ideo si
menstruum, vel annuum relictum est nomine
alimentorum cui bonis cessit, non poterit
conueniri à creditoribus, nec eius bona ite-
4 ratò venundari: non † enim fraudandus est
alimentis quotidianis. *gloss. in cap. Odoardus*
verb. ad pinguiorem, de solutio. Brun. à Sol. in
compend. resolut. fol. 10. si vero aliquid super-
5 uenerit vltra illud † quod alimentorum no-
mine satis est, in quantum facere potest de-
ducto ne egeat, condemnatur. *gloss. in l. 3. de*
cess. bon. l. cum ea filij, C. eod. & sic de postea
6 † acquisitis per eum qui bonis cessit consi-
deratur quantum ex patrimonij fructibus po-
test redigi, & non quantum ex venditione
rerum haberetur, vt per doctores quos sup.
notaui, *& Bart. in dict. l. qui bonis, & Ang.*
in l. diuus. ff. de petit. hared. & in l. 1. C. de le-
gib. & in Auth. contra rogati, C. ad Trebell.
l. si fundum per fideicommissum, & ibi gloss. in
verb. redituum, vbi notat etiam Bar. de leg. 1.
Bald. in l. nominatos C. de fideicomm. Saly. in
l. si quis ad declinandam C. de epis. & cler. l. 3.
vbi pupill. educ. & morar. deb. Boer. decis. 17.
7 *post nu. 7. vers. nam debitor,* vbi dicit † quod
debitor, qui bonis cessit non tenetur vende-
re castrum, nec dare illius aestimationem de
bonis postea acquisitis, in quibus habet istud
nostrum beneficium, sed solum aestimatio-
nem, & quantitatem, & rationem fructuum,
& redituum habendam, *Ang. Imol. & Alex.*
in l. Imperator in 4. notab. ff. ad Trebell. Me-
noch. de arbitr. iud. cas. 183. num. 24. Bursat.
cons. 184. num. 17.

Nec cogitur ad instantiam creditorum
vendere turrem, vel domum magni valoris,

& parui reditus post cessionem acquisitam;
& de ea satisfacere creditoribus, nisi pro
modo fructuum, & reditus, Vinc. Caroc. in
tract. de oblat. par. 2. quæst. 3. Roland. cons. 22.
num. 2. lib. 1. Menoch. cons. 62. numer. 6. lib. 1.
Crauett. cons. 199. num. 11. & hoc est com-
munis, testatur Ioseph. Ludo. conclus. 1. versic.
pro quibus, quicquid in contrarium scripserit
Natt. cons. 48. num. 7. & de hoc latius notaui
in procem. vers. nec etiam pactum, ad quæ
me remitto. secundum distinctionem Bald.
ibi positam; & de postea acquisitis habenda
8 est ratio qualitatis magis strictè, nam † ali-
menta quæ debentur miserationis causa, non
debentur secundum dignitatem, sed secun-
dum necessitatem viuendi, vt voluerunt Iac.
de Areo. & Bal. in l. si maritus, in fin. ff. solut.
matrim. Palat. Rub. in repetit. cap. per vestras,
§. 65. num. 52. vers. ob quorum column. 3. fol.
mihi 69. Bact. cap. 17. post numer. 73. de inope
9 debit. cum autem concedatur istud benefi-
cium miserationis causa cui bonis cessit, &
ex necessitate viuendi, quæ necessitas viuen-
di sit causa propter quam cedens bonis de
postea acquisitis potest retinere ne egeat, Me-
noch. dict. cas. 183. num. 21. lib. 2. de arbit. iud.
vbi dicit, deducit ergo iste debitor ad pin-
guiorem fortunam peruentus congrua suæ
personæ conditioni alimenta, per d. l. 4. ff.
10 de cess. bon. & † sic ratione alimentorum li-
cet retinere alienum ad vitam conseruandam
non autem ad honorem secundum eius di-
gnitatem, prout in marito, patre, & alijs,
quos suis locis notaui, sunt tamen relinquen-
da alimenta pro se eiusque familia, Surd. de
alim. tit. 4. quæst. 24. num. 9. & infra in vers.
quod beneficium, num. 18. circa med. Bald. in
l. 1. post num. 9. qui bon. ced. poss. & considerata
suæ personæ conditione, dicit Brun. à Sol. in
dict. compend. resolut. fol. 10. & bonis cedens
11 † tenetur satisdare de soluendo cum ad pin-
guiorem fortunam peruenerit, dicit Bald. in
l. 2. C. quod cum eo, & canonistæ in dict. c. Odo-
ardus: hoc est verum si potest fideiussionem
dare, Cyn. in dict. l. 1. column. 1. quæst. 5. &
ibi Saly. col. pen. vers. quæro decimo, C. qui
qui bon. ced. poss. allegat l. 2. §. & si dubitetur,
ff. de iud. Brun. de cess. bon. quæst. 7. princ. nu-
mer. 1. 5. 6. & 7. vbi refert quod quando cau-
12 sa † miserationis conceditur dilatio ad sol-
uendum debitoribus, satisdare tenentur, hoc
est quando possunt, alias iuratoria cautio
sufficit, quia si hoc beneficium conceditur
ob paupertatem, quomodo debitor fideius-
sores inuenire potest? dicit etiam Io. Aloys.
Ricc. in prax. Archiep. post decis. 296. in nota-
bil. cap. Odoardus num. 5. & est secundum
dispositionem statuti huius Regni Siciliæ Re-
gis Alfons. c. Rit. M. R. C. cap. 190. mihi fol.
164. Io. Aloys. de Sept. in dict. cap. 190. fol. 75.
13 vbi etiam volentes cedere bonis admittun-
tur parte citata, & Mut. super consuet. Senat.
Pan. cap. 57. num. 24. ita quod debitum non
descendat ex delicto, Dec. in l. si quis id quod
num. 21. ff. de iurisd. omn. iud. Boer. dec. 349.
post num. 8. vers. quod secus videtur. Ant. Lanc.
super Rit. M. R. C. huius Regni Siciliæ d. cap.
190. fol. 21. & ibi Simon Vinac. fol. 133. & in
eod. cap. Pet. Riz. fol. 218. & Mut. loco prædi-
cto num. 10. Cum. cap. 90. Rit. 190. Nepit. in
consuet. Catin. tit. 27. consuet. vnic. in tit. quem-
admod. à debit. inquiri num. 3. fol. 232. Giurb.
14 dict. decis. 41. post num. 1. & 2. bene † verum:
quod fideiussor debitoris ex delicto potest
bonis cedere, vt ibi Mut. post numer. 10. per
Vinc. de Franch. decis. 507. si bona occulta-
uerint, vt Mut. dict. cap. 57. num. 15. quia
15 omnia bona † designare debent creditori-
bus. Paul. Castr. in dict. l. 1. num. 3. & tenen-
tur indicare bona vnde reperiantur, alias
amittunt beneficium, Fabius de Ann. consil.
126. numer. 15. lib. 5. Natt. consil. 361. Rebuff.
cons. 184. Bal. in dict. l. 1. numer. 2. Suarez in
thesaur. recept. sentent. lit. C. num. 44. Brun. de
cess. bonor. quæst. 5. princ. Zas. in dict. §. com-
pensationes vers. fin. de action. Roland. cons. 7.
num. 6. vel nisi fuerint obligati ad opera per-
sonalia, Vinc. de Percoll. in dict. cap. 190. fol.
187. & notabo infra fall. 7. Giurb. dict. decis.
41. numer. 19. Afflict. decis. 296. in fin. & 379.
Cancer. dict. cap. 8. numer. 15. & 16. de cessio.
bon. Muscatell. dict. gloss. detinebitur num. 82.
Trentacinq. resolut. 27. numer. 9. & 10. vol. 1.
16 var. lib. 3. tit. de solut. & sic tenentur iurare †
de soluendo deducto ne egeant, cum ad pin-
guiorem fortunam peruenerint Scip. Rendi.
in dict. tractat. prompt. recept. sentent. tit. 14.
numer. 1. & dicit dict. cap. Rit. 190. probatis
prius infortunijs, Muta in dict. cap. 57. nu. 20.
& 21. secundum dispositionem cap. Reg. Ca-
rol. cap. 65. huius Regni mihi fol. 421. & doct.
quos sup. not. & Simeon Vinac. dict. cap. 190.
17 in fin. vbi † per talem bonorum cessionem
non iuuantur in solidum obligati, nec fide-
iussores, idem Mut. super pragm. Regni Sici-
liæ de cess. bonor. pragm. 3. numer. 29. fol. 29.
tom. 1.
18 Quod † beneficium cessionis bonorum
per pactum renuntiari non potest, Thesaur.
Pedem. decis. 36. post num. 2. per Bart. in dict.
l. alia §. eleganter num. 14. & 15. ff. solut. ma-
trim. & ibi Imol. ibiq; etiam Cuman. vbi hanc
opinionem communem dicit. Vinc. Carroc.
in dict. tract. de oblat. par. 2. quæst. 2. num. 63.
Auth. hoc nisi, de solutio. post multos ibi relatos
Cyn. & Ias. in dict. l. 1. C. qui bonis ced. poss.
Alex. in dict. §. eleganter. Neuiz. cons. 59. nu-
mer. 6. vbi plures cumulat. Franc. Becc. cons.
10. num. 6. Ioseph Ludou. decis. 64. num. 13.
par. 2. Rot. in antiqu. dec. 566. col. 3. vbi dicit
esse communem, & magis cõmunem. Alciat.
in c. cum contingat n. 72. de iureiu. magis com-
munem etiam dicit Couar. var. resolut. lib. 2.
cap. 1. num. 7. Io. Faber, Ang. & Ias. in dict.
§. fin. de actionib. Bero. qq. famil. 133. Rip. in
l. obligatione num. 29. de pignorib. decis. Tho-
los. 61. cum satis adductis per Tiraq. in præ-
fat. l. si vnquam num. 137. C. de reuocand. do-
nat.

nat. Vital. in tract. clauf. an possit renuntiari beneficio cessionis bonorum numer. 1. magis communem dicit *Menoch. de arbitr. iud. dict. cas.* 183. *num.* 18. *lib.* 2. *cent.* 2. ratio est quia contra hominis libertatem, & humanitatem, & sic contra bonos mores, *Guid. Pap. decis.* 211. *num.* 1. *Baet. de inope debit. cap.* 1. *num.* 41. *Carol. Grass. dict. except.* 17. *num.* 9. vbi diffuse tractat. Et non obstant contrarium tenentes, & præcisè *Iac. de Aret. Ang. et Roman. in dict. §. eleganter, & ibi Alex. post nu.* 11. vbi respondet ad contraria. *Abb. cons.* 42. *in prin. lib.* 2. *Felyn. in cap. ex rescripto n.* 9. *de iureiur. Laderch. consil.* 30. *num.* 12. quia
19 etiam cum iuramento renuntiatio beneficij bonorum cessionis non valet, *Thes. Pedem. decis.* 36. *post num.* 4. *vers. videtur satis rationi, Menoch. dict. consil.* 183. *num.* 18. *in fin. Giurb. d. dec.* 41. *n.* 3. *Cyn. Bart. Ang. & Imol. in d. §. eleganter.* ratio est quia est contra bonos mores, quo casu iuramentum non est obligatorium, & hæc est magis communis, vt ibi per *Rot. dict. decis.* 566. *Cappell. Tholos. dict. dec.* 61. *Ludou. d. dec.* 64. *num.* 21. quam sequitur *Thes. loco cit. Saly. d. l.* 1. *Vinc. Manell. super consuetud. Barens. tit. de cessio. bon. nu.* 19. *Brun. à Sol. quæst.* 4. *num.* 13. & 14. *Cumi. super d. c. Rit.* 95. *num.* 3. & 4. *Alex. cons.* 37. *num.* 6. *vol.* 2. *Tiraq. in præfat. d. l. si vnquam numer.* 137. vbi dixit hanc opinionem esse æquiorem, & humaniorem, *Abb. Sicul. in c. lator num.* 1. *de pignorib.*

Et hæc est vera, & magis communis opinio, tam Canonistarum, quam Legistarum refert *Fulg. in d. §. eleganter,* vbi dicit pluries fuisse iudicatum, *Alber. in rubr. C. de cession. bon. Gail. de pac. public. lib.* 2. *quæst.* 10. *num.* 12. *Grass. de exceptio. dict. except.* 17. *num.* 10. *Aloy. de Sept. dict. cap.* 190. *Mut. d. cap.* 57. *num.* 57. vbi dicit, quod ita quotidie seruatur, & *sup. pragm. Reg. Siciliæ de cess. bonor. pragm.* 3. *tit.* 17. *tom.* 1. *fol.* 29. *num.* 2. *Vinc. de Franch. in decis.* 8. *nume.* 8. *Nepit. d. cons. vnica, num.* 2. *tit.* 27. *secundum pragm.* 1. *huius Regni tit.* 17. *sub rubr. de cess. bon. fol.* 67.
20 ratio est ibi, quia talis renuntiatio præsumptione iuris sit simulata, & in fraudem interposita præsumitur, *Burg. de laudim. inspect.* 11. *num.* 2. vbi refert etiam magis communem opinionem, & *Caroc. d. tract. de oblat. quæst.* 10. *numer.* 67. & 68. *Pet. de Greg. super Bull. quæst.* 6. *priuil.* 8. *in fin.* post alios *Conar. d. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. *var. resol. Baet. de inop. debit. cap.* 1. *num.* 41. magis etiam communem dicit *Trentacinq. de solut. resolu.* 27. *num.* 35. *vol.* 1. *lib.* 3. *Vercar. lib.* 3. *de solut. Serafin. de iuram. priuileg.* 31. *numer.* 3. magis communem & veriorem probat *Cancer. in d.* 2. *sesolut. cap.* 8. *numer.* 46. & 47. *d. c. Rit.* 190. maximè quod isto casu beneficium est concessum miserationis causa, *vt sup. num.* 9. & beneficium concessum miserationis causa renuntiari non potest, dicit *Io. Aloys. Ricc. in d. prax. Archiep. dec.* 288. *numer.* 2. & licet *Alex. in dict. §. eleganter in addit. ad Bart.*
21 *lit. C.* videatur tenere quod potest cum iuramento renuntiare; quam opinionem refert tenere *Rafael & Imol. in d. c. cum contingat.* sequitur *Io. Aloys. de Sept. d. c.* 109. *fol.* 75. quem etiam sequitur *Vinc. de Percoll.* ibi, nisi esset notoria debitoris mendicitas, *Feder. de Sen. cons.* 60. *Rot. dec.* 15. & 201. *Abb. d. consil.* 42. *Marian. Soc. in cap. si diligenti de foro comp. Prouinzal. in d. l. alia §. fin.* de magis communi opinione testatur *Io. de Nigr. in repet. pragm. contra clerico, Clem.* 7. *numer.* 133. *refert Mat. dict. cap.* 57. *post n.* 3.
22 Ratio est quia † iuramentum obligat præcisè ad factum, id est ad adimplendum promissionem in contractu secundum magis communem opinionem quam multorum autoritate fulcitam reliquerunt, *Gabriel. in tit. de iureiur. concl* 8. *numer.* 1. *Serafin. de priuram prin.* 74. refert & sequitur *Maur. Burg. de laudim. par.* 3. *inspect.* 40. *numer.* 20. *Caroc. in d. tit. de oblat. quæst.* 3. *d. Auth. hoc nisi p.* 2. *num.* 71. & 72. *pulchrè Gozzad. cons.* 82. vbi
23 † dispositio *d. Auth. hoc nisi,* non habet locum in actu iurato, *Beneuenut. Strac. de decoctorib. p.* 3. *num.* 44. *Cepoll. cons.* 195. *lib.* 2.
24 *dec. Perus.* 64. vbi † monet quod petatur absolutio iuramenti, super quo est etiam dispensandum, dicit *D. Henrich. de Bocc. in auth. sacramenta C. si aduers. vendit. in sua repetitio. in materia caus. fiscal. circa medium, Brun. de cess. bon. quæst.* 34. *p.* 4. *prin. Vinc. de Franch. dec.* 81. dicens non habere contradictionem stante iuramento, *Pedem. dec.* 153. *num.* 17. *in nouiss. Laderch. dict. cons.* 30. *n.* 12. tamen procedit cum infrascripta distinctio-
25 ne Bal. ex quo † iuribus prædictis iuramentum non est contra bonos mores, nec con-
26 tra hominis libertatem, vt hic, quia † pactum istud videtur inducere quamdam seruitutem secundum *Abb. in d. c. lator numer.* 2. transit etiam distinguendo, *Bertrand. cons.* 616. *numer.* 4. *volum.* 4. *Rot. in nouiss. dec.* 2. *sub rubr. de iureiur. Socyn. cons.* 200. *volum.* 2. *Cranett. cons.* 20. *Gomes de Amesc. in dict. quæst.* 24. *numer.* 20. *vers. tamen fallit lib.* 2. vbi dicit, quod isto casu debitor carcerandus, & si diu steterit in carceribus, & appareret illum inopia laborare nulla spes esset de soluendo, tamen excarceratur facta discussione bonorum, & si ad pinguiorem fortunam peruenerit in solidum conueniri poterit, & *Bald. d. l.* 1. *post*
27 *nu.* 9. *vers. dicas quod aut quæritur C. qui bon. ced. poss.* ita distinguit †: aut quæritur ad effectum carceris, & non tenet renuntiatio, quia non interest creditoris debitorem in
28 carcere mori, & quia carcer † non debet esse pœna, sed custodia: aut quantum ad effectum, quod licet cedat bonis, tamen insolidum teneatur deducto ne egeat, valet pactum quantum ad istum effectum: vnde quicquid debitor deinde lucratur, cogitur assignare
29 creditoribus, saluo tamen necessario † victo, qui non potest laborantibus subtrahi,

vt

vt supra notaui non secundum qualitatem, sed secundum necessitatem, vt sup. *Ant. Monach. dict. cap. 3. num. 28. de execut. in vestib. Tusc. lit. C. concl. 218. num. 7. Arct. in d. §. fin. de action. Guid. Pap. dict. decis. 211. vers. si cum iuramento,* vbi dicit: quo verò ad alium effectum, quod in bonis postea quæsitis non conueniatur nisi in quantum facere potest, tunc hoc casu valet renuntiatio, *Thesaur. Pedem. dict. decis. 36. post numer. 3. versic. quidam distinguunt,* vbi dicit, hæc distinctio mihi non videtur contemnenda, *Cuman. in dict. §. eleganter. Rot. dict. decis. 566. in antiq. Brun. d. quæst. 21. numer. 13. Bact. dict. quæst. 1. num. 45.* quia licet ex parte creditoris versentur mali mores, tamen ex parte debitoris nulli mali mores vertuntur per regulam, Bart. quam ponit *in l. si quis pro eo ff. de fideiuss. c. debitores, extr. de iureiurand. Specul. in tit. de renuntiat. §. 1. versic. idem est beneficium, Pet. Bell. Albens. de saluocond. d. titu. vnic. in tract. de re milit. p. 9. num. 56. & 57.* vbi licet beneficium cessionis bonorum renuntiari non possit, tamen nocet renuntiatio, vt amittat beneficium sibi competens ne conueniatur vltra quam facere

30 possit: tamen non obstante † dicto iuramento admittitur ad cessionem bonorum, & in hoc omnes concordant. *Sempron. Ascius dec. 75. post num. 13.* ratio est ibi, quia Doctores in contrarium loquuntur de rigore iuris, secus de æquitate, & ibi dicit magis communem opinionem, allegat *Bellagamb. in rubr. de cess. bon. in tom. commun. opin. 2. p.* & ita fuit decisum refert *Guid. Pap. dict. decis. 211.* & confirmata per Parlamentum Delfin. absque absolutione iuramenti, & *ibi additio dicit, hoc fuit mirabile, lit. D. in prin.* sequitur *Muta dict. cap. 57. post num. 8. ver. quinimo,* & ita seruatum fuit testatur *Cumia super Rit. cap. 95. Vinc. de Franch. dec. 81. num. 80.* hoc est quò ad euitandum carceres, secundum supradictam notatam opinionem *Baldi & aliorum.*

Si vero venerit ad pinguiorem fortunam tenetur deducto ne egeat, vt supra notaui, nisi vituperosa fieret cessio, vt quia remotis familiaribus de culo percussit supra lapidem, *Guid. Pap. dec. 343. numer. 1. & 2.* vbi

31 dicit: cedens † bonis non liberatur quin soluat ad pinguiorem fortunam veniens nisi vituperosa fieret cessio, *Vrsill. ad Affl. decis. 379. num. 5. per gloss. in c. sicut dignum in §. 4. quæ incipit hi quoque super verb. si habent de homicid. in antiqu.* ibi (nisi pro eo iam sustinuisset pœnas corporales) *& ibi additio lit. B. Didac. Couar. dict. cap. 1. numer. 6. vers. sed si quis bonis cessit,* licet ibi non approbet hanc opinionem *Bell. in dict. tract. de milit. par. 9. tit. de saluisoconduct. num. 47. Menoch. d. cons. 183. num. 22. & 23. in fin.* iuxta statutum Papiense. *Cornel. Beuincas. dict. quæst. 8. special. 8. in iudicijs num. 27. & 28.* sequitur *Paris de Put. in tractat. syndic. vers. licet dicatur par. 2.*

32 vbi † dicit, cedens bonis cum vituperio, si postea acquirat, non tenetur soluere creditoribus. hanc partem etiam sequitur *Brun. d. quæst. 3. princ. num. 6. gloss. in reg. peccatum de reg. iur. in 6.* quam sequuntur Doctores ibi, & præcisè *Fel. & Philip. Franc.* sequitur *Ant. Monac. dict. cap. 3. post num. 26. de execut. in*

33 *vestib.* & sic luens in corpore si ad pinguiorem fortunam peruenerit, in ære soluere non tenetur, *Aloys. de Albertis sing. 20.* sequitur *Rom. sing. 24. numer. 2. & 3.* ratio est ibi per

34 *Bald. in l. fin. ff. de in ius vocand.* vbi luitio † corporalis cedit loco solutionis, allegat legem quam dicit meliorem, quæ sit in Mundo, *l. sed & si vnius, §. si ante ff. de iniur. & ibi Ang. & Alber. de Rosat. cap. si res 14. quæstion. 6. Cepoll. cautel. 3. Menoch. dict. consil. 183. num. 22. & 23. Brun. à Sol. in compend. resolut. præposit. iur. in verb. cedens bonis, Vrsill. ad Affl. dec. 39. num. 5. Boer. dec. 349. sub num. 4. Alex. in l. illicitas §. fin.* quam ibi *gl. Bar. Ang. & Doctores* faciunt singularem, *de offi. Præsid. Ias. in dict. §. pœnales numer. 46. instit. de Action. Aufrer. in addit. ad Cappell. Thol. dict. quæst. 61. lit. L. Carpan. super constit. Mediol. dict. cap. 408. num. 140. lib. 1. Anibal Monter. in scopul. seu commentar. statut. Bonon. lib. 2. in tit. de precept. faciend. confess. vel conuict. in gloss. in verb. non liberatur ver. si autem fol. mihi 261. Grass. dict. exceptio. 17. num. 6. Giurb. dict. decis. 41. num. 21. Costa subsid. remed. 27. num. 3. Cenall. com. contra com. quæst. 729. num. 12. Tusc. dict. conclus. 217. in fin.* sed *Boer. dict. decis. 349. post numer. 8.* dicit quod ratio *Baldi in d. l. fin.* per quam

35 omnes se mouent, habet locum quando † pœna, seu debitum descendit, ex delicto, & non ex debito, & ex simplici contractu, secundum *Fely. in cap. ad liberandum de iud.* sequitur *Dec. in l. si quis id quod num. 26. in fin. de iurisd. omn. iudi. & ibi Ias. num. 29. Paul. Castr. num. 9. & Ang.* ibi dicit quod non valens soluere pœnam indictam ad vindictam publicam, luit in corpus, & postquam luit liberatur, hoc est quando pœna succedit loco pecuniæ. & cum hac opinione transire videtur *Couarr. loco cit. vers quod ni fallor,* & isto casu si postea efficitur soluẽdo, amplius non tenetur, secundum *Bald. & Moder. in d. l. fin. Gomes in dict. §. pœnales post num. 17. vers. ta-*

36 *men aduertendum est,* nisi esset in pœna cuius remissio non fit per viam subrogationis, sed tantum principaliter causa paupertatis, quia illa corporalis pœna non liberat in euentum pinguioris fortunæ, vt ibi per *Bart. in l. 1. num. 14. si quis ius dicent. non obtemper.* sequitur *Bald. in cap. & si clerici, col. 6. extr. de iud.* ideo distinguendum est, secundum *Gomesium*

37 *loco citato in fine:* scilicet, aut † ille qui corporaliter punitur, ideo punitur, quia non habet vnde soluat, quia alias si esset soluendo non puniretur; & tali casu per talem pœnam videtur recessum à pęna ciuili quasi per illam videatur nouatum, & in illam facta

tran-

translatio, & ita procedit, *tex. in dict. l.fin. Dec. in dict.l.si quis id quod n.26. in fin. Boer.d. dec. 349. post num.8. col.6. in prin. vers. volens quod si quis per Io. Fabrum in §. cum eo quoque col. vers. quod si ex delicto, idem Io. de Plat. ibi, & Bal. quaest.2. Ang. Aret. col.3. vers. quaero non tamen*, & eos sequitur *Ias. col.3. vers. 4. sub praedicta regula de action.* secundum banna Curiae Capitanialia huius Vrbis Panormi.

38 Aut verò ille, qui corporaliter punitur, alias si esset soluendo nihilominus puniretur corporaliter quia erat duplex pœna, & tunc procedunt contraria, secundum *Bart. in d. l.* sicut est in isto Regno per non nullas pragmaticas, non nullaque banna, in quibus adest pœna corporalis, & pecuniaria, & ita pluries iudicatum fuit per M. R. C. iuxta dispositionem pragmaticae, vel banni, & ego pluries iudicaui, ac condemnaui ad pœnam corporalem, & pecuniariam, & in isto fidelissimo Regno per statutum est dispositum
39 antequam fiat cessio ignominiosa cedens † tenetur iurare de soluendo cum ad pinguiorem fortunam peruenerit deducto ne egeat *iuxta dispositionem dict. cap. Rit. M. R. C. cap. 190. vt supra per doct. notaui*, & est secundum cautelam positam per *Brun. dict. quaest.3. post numer.6. & secundum statutum Arimans. sub rubrica de debitorib.* vbi cedens antequam ad cessionem bonorum admittatur coram officialibus, creditoribus satisfacere promittit si ad pinguiorem fortunam peruenerit.
40 Sed † Panormitani ciues debitores postquã per annum in carceribus detenti fuerint gaudent beneficio, quod à carceribus liberantur, quo beneficio gaudent contra creditores, etiam in solidũ obligati, & fideiussores; salua semper creditoribus actione contra eius bona, eorumque fideiussores, & insoli-
41 dum obligatos, & † in bonis postea acquisitis habent istud beneficium ad instar eorum, qui bonis cesserunt, ex ex quo datur loco cessionis bonorum probatis prius infortunijs, vt dicit *Mut. in dict. c. 57. idem super pragm. Regn. Siciliae pragm.2. & 3. in tit.17. Tom.1. num. 29. de cess. bon. per cap. huius Regni Regis Federici* 10. & *Regis Caroli* 65. & in Nob.
42 Vrbe Messanae adest consuetudo *in tit. qual. cred. sunt ad solut. cogend. cap.40. vers. debitor*, vbi si debitor steterit carceratus per quadraginta & quinque dies si debitor non est soluendo, & non habet stabilia, nec mobilia, praestito iuramento quicquid acquireret, vel lucrari poterit deductis expensis vitae necessarijs creditori suo soluet vsq; ad integrã debiti solutionem, à carceribus liberatur, secus ex fraude.

43 Secus vbi non adest statutum speciale, seruanda est consuetudo Italiae, quod fiat ignominiosa cessio, quae consuetudo est laudanda, ex quo hodie hominum malitia in tantum creuit, quoniam multi pecunias mutuo accipiunt, qui satis bibunt, & parum comedunt in suis negotijs vigilantes, & postea cum ab eorum creditoribus requiruntur ipsi absconsis bonis, quae sibi supersunt, vel maiori parte non verecundantur bonorum cessionem facere & bonis suis cedere, ideo ne faciliores ad cessionis refugium promptiores essent, laudanda est talis ignominiosa cessio secundum consuetudinem Italiae ad fraudes debitorum reprimendas, secundum *Bran. d. quaest. 6. num.6. in fin.* vt saltim timore hoc à debitoribus habito, creditoribus satisfiant, *Pedem. Thes. dict. decis. 36. post num. 4.* vbi
44 admonet Principes, † vt sint cauti circa concessionem literarum cessionis bonorum: ex quo hodie debitores vadunt ad dandum nates supra lapidem tamquam si irent ad nuptias, & ideo optimè fuit dispositum per *Regem Federicum dict. cap. 10. huius Regni, & d.*
45 *cap.65. Regis Caroli* quod † non nisi probatis infortunijs admittantur debitores ad cessionem bonorom ignominiosè cum iuramento de soluendo, deducto ne egeant cum ad pinguiorem fortunam peruenerint, vt supra notaui, *& per Mutam dict. cap.59. n.19.*

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus bonis per guerram habet beneficium ne conueniatur vltra quam facere potest.*

AMPLIATIO
Prima.



MPLIA primo,
1 quod † spoliatus bonis per guerram priuilegium nostrũ habet, ne conueniatur vltra quam facere potest, secũdum *Io. Fabrum, §. si, de actionib.* quia maior ratio est in sic spoliato quàm in cedente bonis, cum spoliatus praeter eius voluntatem bonorũ perditionẽ patiatur: cedens verò ex voluntate percessionẽ, *l. o. §. si quis tamen ff. si quis cautionib. & l. quae fortuitis, C. de pignorat. action.* refert *Ias. ibi 2. col. vers. vltimo nota.* sequitur etiam *Gram. dec. 85. num.2. & Brun. de cessio. bono. par. 4. princ. quaest.14.*

SVMMARIVM.


1 *Beneficium vltra quam facere potest competit debitori pauperi in foro conscientiae.*
2 *Nil durius fame, & morte crudelior est, & mors crudelior est per famem quàm per bellum.*

Pec-

3 *Peccatum non remittitur nisi restituatur ablatum.*

Ciues Barcinonæ gaudent beneficio de n-ecto ne egeant, quando constat non habere sibi vnde alimenta procurent.

AMPLIATIO Secunda.



1 MPLIA secundo, quod † istud nostrum beneficiũ competit etiam in foro conscientiæ debitori pauperi, & in foro conscientiæ non tenetur nisi in quantum facere potest, *gloss. & Abb. Sicul. in cap. cum tu de vsur. Bald. in leg. continuus, §. illud num. 3. ff. de verb. oblig. c. Odoardus in addit. lit. B. circa fine. ver. secundo de solutio.* ratio est ibi, quia in foro conscientiæ debet prouideri in summa necessitate etiam eius hæredi *Io. Ande. in cap. quamquam de vsur. lib. 6. Aug. in l. 1. §. hac stipulatio, ff. si cui plus quam per l. fasc.* etiamsi negauerit per difficultatem, *Ias. in l. quod tu num. 30. ff. de reb. cred. & si cert. pet.* sequitur *Mut. super consuet. Senat. Pan. cap. 57. num. 12.* ratio est ibi, quia alias debitor tali fame

2 periret, quod esset impium; cum † nil durius fame, & crudelior sit mors per famem quam per bellum, dicit *Luc. de Pen. in l. 3. C. quib. munerib. vel praestat. lib. 10.* licet contrarium teneat *Simeon Vinacit. in c. Ritus huius Regni Siciliæ 190. in versic. ibi ad pinguiorem fortunam peruenerit, & Pet. Rizari. in fin.*

3 ratio est illorum quod † non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum, *vt in reg. peccatum de reg. iur. in 6.* videndi sunt Doctores circa eorum opinionem, quæ necessitas casu prædicto excusét reliquo cogitandum, ex quo non est præsentis materiæ, & in Regno Barcinonæ conceditur istud priuilegiũ ciuibus, cuiuscumque conditionis quando constat non habere vnde alimenta sibi procurent; absque detrimento sui honoris, sui status; & ita decisum fuit pluries in Senatu non solum in fauorem mercatoris, sed aliorum ciuium, refert *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. p. 11. num. 40. & 104. lib. 2. f. 743. alleg. Mier. in Cur. Barcino. Reg. Ferd. cap. 8. de salar. aduocat. num. 80.* vbi dicit alere istud competere omnibus viris cuiuscumque conditionis fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias, qui bonis cessit, de postea acquisitis habet beneficium deducto ne egeat.*

Filius familias potest cedere bonis, idem num 1.

2 *Debitor non vtitur isto nostro beneficio in quibus non potest cedere bonis.*

3 *Debitor, si post cessionem bonorum nouos creditores contraxit, insolidum tenetur, & non vtitur beneficio cessionis bonorum.*

4 *Debitor si conuenitur ratione doli, non gaudet beneficio cessionis bonorum.*

5 *Cessio bonorum non admittitur, quando debitum descendit ex maleficio, vel quasi.*

6 *Debitor Reipublicæ non gaudet beneficio cessionis bonorum.*

7 *Debitor si quando contraxit, sciebat non esse soluendo ex negotijs, vel sub spe beneficij, non vtitur beneficio cessionis bonorum.*

Maledictus homo, qui peccat sub spe. ibidem.

8 *Debitor quando tenetur ad factum non gaudet beneficio cessionis bonorum.*

9 *Debitor obligatus in præstatione speciei non iuuatur beneficio cessionis bonorum.*

10 *Debitor habens dilationem quinquennalem non admittitur ad beneficium cessionis bonorum, & quid elapso quinquennio.*

Debitor, qui non vult acceptare dilationem quinquennalem, quam creditor ei dare vult, non admittitur ad beneficium cessionis. ibid.

11 *Debitor dissipans omnia bona sua in fraudem creditorum non habet beneficium cessionis bonorum.*

12 *Debitor si tempore, quo contraxit, sciebat se non esse soluendo non vtitur beneficio cessionis.*

13 *Debitor negans debitum non habet beneficium cessionis.*

Debitor si habet iustam causam negandi debitum non perdit beneficium cessionis. ibidem.

14 *Debitor obligatus sub conditione creditoribus quorum conditio post cessionem bonorum euenerit, non iuuatur cessione bonorum, & an si conditio existit in-uito debitore, & quomodo.*

15 *Vsurarius cedens bonis non habet nostrum beneficium, & in quo foro.*

16 *Damnatus cum publicatione bonorum, & restitutus etiam ad bona tenetur creditoribus quatenus sunt illius bona.*

17 *Debitor, qui meretricando, vel ludendo bona consumpsit, non gaudet beneficio cessionis bonorum.*

A M-

AMPLIATIO
Tertia.



1 MPLIA tertio, in filio familias, qui bonis cessit quibus cedere potest, vt per *Mut. in dict. cap. Regn. 109. Rit. num. 1. Menoch. de arbit. iud. cent. 2. cas. 183. num. 12. lib. 2.* siue habeat castrense peculium, siue non habeat: si postea aliquid acquirat, ad exemplum patris familias creditoribus satisfacere debet, *Vin. in l. cum filij familias C. qui bonis ced. poss. & ibi Ang. numer. 1. & Doctores, videndus Paris. consil.*
2 *94. num. 66. lib. 1.* Notandum est, quod † debitor non potest vti isto beneficio in quibus non potest bonis cedere, quia etiam facta cessione, ea non iuuabitur, *Carpan. super statut. Mediol. cap. 408. num. 119. lib. 1. Graff. de except. except. 17. numer. 61.* vel si fraudulenter facta est, *Ant. Franc. in addit. ad d. c. Odoardus, vers. an cedens bonis, Ant. Monac. de execut. in vestib. c. 3. n. 4. & seq.* Secundum casus infrascriptos:

3 Primo, si post † cessionem bonorum nouos creditores contraxit, *Zas. in §. compensatio §. fin. num. 1. de action. Alberic. de Rosat. in l. ex contractu, C. de bon. autorit. ind. possid. & ibi Mathesil. nu. 3. Io. Oinotom. in d. §. compensationes, vers. fi. num. 3. & Ias. n. 4. Socyn. reg. 66. lim. 3. Brun. de cess. bon. q. 2. n. 9. Brun. à sole quæst. 7. n. 9. Graff. de excep. d. excep. 17. post n. 6. in fin.*

4 Secundo, quando † conuenitur ratione doli, *Barth. Capoll. in cons. 9. in princ. col. 1. Boer. decis. 349. col. 5. in fin. Alex. in d. l. alia §. eleganter post num. 14. vers. mouetur, & notaui in quæst. 1. fall. 2. Giurb. decis. 41. num. 12.* vbi loquitur in decoctoribus, & fallitis, *Nat. cons. 361. num. 7. lib. 2. Thomin. consil. 22. numer. 117. lib. 1. Cancer. dict. cap. 8. n. 45. Plot. de in litem iurand. §. 4. num. 64. Costad. remed. 27. num. 12.*

5 Tertio, quādo † debitum descendit ex maleficio, vel quasi. *l. nemo carcerem, & ibi Bart. Ang. Io. de Platea, & Iac. Rebuff. C. de tribut. action. lib. 10. Ang. in dict. l. si quis id quod. & ibi Ias. numer. 29. ff. de iurisd. omn. iud. Io. Faber in §. cum eo quoque vers. quod si ex delicto, de action. Boer. decis. 349. Couar. var. resol. cap. 1. num. 8. lib. 2. Cum. super Rit. dict. cap. 95. numer. 9. Capell. Tholos. decis. 61. numer. 3. Menoch. dict. casu 183. nu. 17. Ioseph Ludou. decision. 32. numer. 3. Serafin. in tract. de priuil. iura. priuileg. 91. num. 8.* vel quando aliquid debetur fisco, ex maleficio, & debitor fuit contumax in soluendo, *Bart. in l. fin. num. 4. ad l. Iul. de pecul. & ibi Cyn. & in l. 1. quæst. 1. C. qui bon. ced. poss. Brun. de cess. bon. quæst. 4. 4. p. princip. Graff. d. except. 17. n. 41. & Bal. in d. l. 1. sub n. 5. Bernard. Diaz reg. 55. in verb. cedens bonis, Gaspar Baet. de inope debit. c. 11. n. 1. Guid. Pap. decis. 11. n. 3. Pet. Rebuff. cons. 164. Giurb. d. dec. 41. nu. 13.*

6 Quarto, quando † est debitor Reipublicæ, *dict. l. nemo carcerem*, quam sequitur *Io. Aloys. de Sept. d. cap. 190. & Mut. d. c. 57. n. 12. Zas. d. §. compensationes, vers. fi. n. 6. fall. 4. Socy. reg. 65. limit. 10. Graff. d. except. 17. num. 42. Bart. in l. si quis §. Sabinus num. 2. de cess. bonor.*

7 Quinto, quando † sciebat non esse soluendo, & negotiabatur, vel sub spe beneficij, *Ang. in l. pen. ff. de iur. dot. l. 2. ff. de cess. bon. Io. Oinotom. dict. §. compensationes, num. 10. & ibi Ias. num. 21. & Io. de Plat. & Zas. Socyn. reg. 95. limit. 18. Ang. in d. l. is qui bonis, Dyn. in reg. peccatum de reg. iur. in 6. Bart. in dict. §. eleganter in fin.* cum quo transeunt *ibi Ang. & communiter doctores*, à qua opinione *Bart.* non est recedendum, dicit *Brun. de cess. bon dict. quæst. 3. post num. 1. Rebuff. consil. 182. Cardin. ad Imol. d. c. lator sub num. 19. de pignor. Ant. Cioff. cons. 99. num. 2. lib. 1. Caraua. in addit. nouissima ad Affl. dec. 5. Io. Aloy. de Sept. dict. cap. 190. in prin. Mut. dict. c. 57.* vbi dicit magis communem opinionē, *Graff. d. except. 17. numer. 14. & 15. Cum. super Rit. d. cap. 95. num. 18. idem Brun. quæst. 30. nu. 1. 4. p. princ. Palat. Ruu. in repet. c. per vestras, §. 10. fol. 100. num. 3. & 4. de donation. inter vir. & vx.* & per illud sacræ scripturæ, Maledictus homo qui peccat sub spe. *Gomes in §. si quis in fraudem num. 43. de action. Vitalin. de Camp. in tractat. clausul. fol. 282. sub clausula cessionis bonorum in princ.*

8 Sexto, quando † tenetur ad factum, ad quod quis tenetur præcisè *dict. c. Ritus 290.* ex quo potest compelli ad factum præcisè, *Cyn. dict. l. 1. quæst. 2. C. de cess. bon. Bart. in d. l. is qui bonis, §. Sabinus numer. 3. in fin. l. si quis curialis, & ibi Paul. Castr. de episc. & cler. idem Castr. in l. stipulatio ista, §. sin autem, de oper. noui nuntiat. Zas. d. §. compensationes, n. 5. fall. 2. Oinotom. ibi nu. 8. & Ias. numer. 12. & Monticell. num. 15. Socy. reg. 343. fall. 7. Brun. d. quæst. 4. Matth. Coler. in tractat. de process. execut. p. 1. c. 7. n. 28. Mut. d. c. 57. num. 18. Graff. d. except. 17. n. 47.*

9 Septimo, quando † est obligatus in præstatione speciei, *Bart. in l. continuus, §. illud inspiciendum nu. 5. vers. sed contra ff. de verb. oblig. Alex. in l. is qui bonis in 1. addit. ad Bar. Brun. de cess. bon. quæst. 13.* vbi ponit distinctionem; ad quem me remitto, & *Graff. dict. except. 17. num. 50.*

10 Octauo, quando † habet dilationem quinquennalem, *gloss. notabilis in l. cum solito in fine, C. qui bonis ced. poss. & ibi Bald. post numer. 2. vers. quæro quid erit elapso quin-*

quennio, vbi dicit quod est vnus modus renuntiandi beneficio cedendi bonis, scilicet accipiendo beneficium termini quinquennalis, *Affl. dec. 378. nu. 2. Oinoeom d. §. compensationes, nu. 5. gloss. & Ang. in d. §. eleganter. Brun. cons. 151. & in quaest. 27. princip. n. 1. de cess. bo. Soc. reg. 343. fall. 4. Vinc. de Franc. dec. 251. num. 2. Tho. Zerol. in prax. Archiep. in verb. literas quinquennales, vers. tertio. Cumi. in d. c. 95. n. 44. Mut. d. c. 57. n. 22. Graff. d. except. 17. num. 46. Vrsill. ad Affl. dec. 378.* etiamsi dilationem acceptare non vult, quã creditor ei offert, *gloss. in d. l. fin. vers. inducens, & ibi Bald. post n. 2. vers. verum velint, ibiq; Alber. Franch. dec. 251.* ratio est quia electio est creditoris, *Cy. & Saly. in d. l. fi. & ibi Bald. loco cit. Carpan. in d. cap. 408. nu. 29. Graff. d. except. 17. n. 41. in fin.*

11 Nono, quando † dissipauit omnia bona sua in fraudem creditorum, *Bart. in d. §. eleganter num. 15. l. fin. ff. de his, qui in fraud. credit. & ibi Bald. & Ang. Dy. in §. si quis in fraudem, & ibi Gom. nu. 32. de actio. Ang. in Auth. de fideiussorib. §. fin. in fin. & in l. si fraudulenter §. hac actio. num. 5. de his qui in fraud. cred. Rebuff. cons. 184. nu. 4. Socy. reg. 343. fall. 1. Aloys. de Albert. sing. 88. Neuiz. cons. 59. n. 2. Brun. à Sol. quaest. 9. nu. 34. Paris. cons. 94. n. 9. lib. 1. Natt. cons. 361. n. 1. lib. 1. Brun. de cess. bon. quaest. 28. Carpa. d. c. 408. nu. 52. & 125. Mut. d. c. 57. n. 11. Graff. d. excep. 17. num. 32.*

12 Decimo, quando † tempore, quo contraxit sciebat se non esse soluendo, & beneficio renuntiauit. *Bart. in d. §. eleganter num. 16. Zas. in d. §. compensationes, & ibi Io. Oinotomi & notaui quaest. 1. fall. vlt. circa finem.*

13 Vndecimo, quando † negauit debitum, nisi haberet iustam causam negandi, *Afflict. dec. 379. l. pen. de cessio bon. gloss. notab. in d. l. 1. vers. libertatem, & ibi Bal. post n. 1. versic. non habuit iustam causam, qui bon. ced. poss. Socy. reg. 347. fol. 7. Rebuff. cons. 184. num. 7. Neuiz. cons. 59. num. 8. Brun. à Sol. d. quaest. 9. num. 27. Brun. de cess. bon. quaest. 2. Mut. d. cap. 57. num. 13. Graff. d. e. 17. num. & 18. 19.*

14 Decimotertio, quando † debitor est obligatus sub conditione creditoribus, quorum conditio postea euenit, *Bald. in d. l. ex contractu num. 1.* vbi ita distinguit: aut talis conditio existit inuito debitore, & trahitur retro, & prodest cessio; aut debitore volente, & tunc non trahitur retro nisi factum debitoris esset necessarium, & non voluntariũ, *vel. 1. & l. potior. & l. qui balneum. ff. qui pot. in pign. hab. Carp. dict. cap. 408. numer. 141. Brun. d. 12.* vbi etiam distinguit, ad quem permitto.

15 Decimotertio, quando † vsurarius cessit bonis, quia tenetur, ad integram restitutionem, nec ratio, ne egeat habetur; quod est verum in foro poenitentiali, secus in foro contentioso *c. 2. de pigno. Abb. in d. cad. causa tua numer. 10. & ibi Goffred. & Io. Andr. de vsur. Mut. d. c. 57. num. 12.*

16 Decimoquarto, quando † fuit damnatus cum publicatione bonorum, & postea fuit restitutus etiam ad bona; quia tunc tenebitur creditoribus actione directa, quatenus sunt illius bona, *l. 2. & 3. ff. de sent. pass. & l. tutor filiorum C. eod. de sententiam passis, & restitutis. & ibi gloss. in verb. recuperauerit, vbi Ang. Bald. & Saly. Farinac. quaest. 25. n. 180. de delict. & poen. Io. de Amic. cons. 68. num. 3. Nell. de bannit. in 1. par. 3. tempore quaest. 21.* quos refert *D. Oddus in tract. de resti. in integ. p. 2. quaest. 97. art. 2. num. 9. & Rom. d. §. eleganter. & ibi Alex. num. 15. vers. alius est casus:* etiamsi noluerit bona à fisco restituta, ad hoc ne teneatur suis creditoribus, non per hoc erit liberatus; quia ad hoc conueniri poterit, vt iuribus praedictis, & *Farinacc. d. quaest. 25. post num. 180. in fin.* Secus tamen esset si non fuerit restitutus ad bona, neque ad quoram bonorum, *Gramm. dec. 85. nu. 1. Boss. in pract. crim. tit. de proclamate, qui fit bonis publicatis sub num. 14. vers. aduerte tamen, quia fiscus, Peregr. de iur. fisci lib. 6. tit. de publicat. bonorum num. 51. vers. & adeo debetur liberabit.* Baiard. *ad Clar. quaest. 78. num. 155. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 59. numer. 10. Caball. resolut. criminal. cas. 234. p. 2. Farinac. de delict. & penis dict. quaest. 25. num. 177. & seq. Hector Felic. allegat. 34. num. 4. & 5. Guaz. de confis. bonorum concl. 25. Sigism. Scaccia lib. 2. cap. 2. de iud. Gratian. disceptat. forens. cap. 423. lib. 3.* & ita decisum fuit per eximiũ, & inter nostrates insignem Aduocatum, *Io. Bapt. de Oddo die 3. Octobris* 1615. dum erat Iudex Curiae Praeturae huius Felicis Vrbis meritissimus, pro Io. Maria Barrabino contra Baronissam Villaenouae cuius fuit Aduocatus ille vir ex nostratibus perinsignis aduocatus D. Petrus de Blasio; & sic durante dicto spolio non possit molestari: ita decisum fuit per Sacrum Concilium, refert *Gramm. loco cit. post nume. 6.* vbi etiam dicit quod idem fuit seruatum in causa Excellentis Comitis Marconi omnibus bonis spoliati.

17 Decimoquinto, quando † bona consumpsit meretricando, vel ludendo, *Ba. d. d. l. 1. num. 9. in fin. vers. meretricibus, qui bon. ced. poss. Neuiz. d. cons. 59. nume. 10. Rebuff. dict. cons. 184. num. 10. Thesaur. d. deci 36. nu. 5. Ias. d. §. fin. num. 18. de actio. Marsil. in l. 1. §. cum quis ff. de quaest. Henrich. Boich. & Imol. in d. c. Odoardus. Carpa. dict. cap. 408. num. 55. Graff. in except. 17. num. 44. Muta dict. c. 57. num. 11.* & est secundum mentem *cap. huius Regni Regis Friderici, et Regis Caroli, quae sup. notaui.* Videndus etiam *Io. Bapt. Marches. in prax. commission. ac rescriptorum vtriusq; signatur. lib. 3. de commiss. cession. bonorum c. 2. §. 1. fol. 285.* & eumdem *Mutam super pragm. Regni Siciliae de cess. bon. tit. 17. pragm. 2. et 3. tom. 1. et Brun. de cess. bo.* qui tractant hanc materiã cessionis bonorũ ad partes, ad quos me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Donator conuentus à donatario pro re donata habet beneficium deducto ne egeat, deducto ære alieno, nisi ex eadem causa deberetur. & n. 14.*
2 *Donator retinet, ne periclitetur ex liberalitate sua.*
3 *Donator potius valet sibi retinere, quàm alijs dare.*
Ordinata charitas incipit à seipso.
4 *Donator in quantum facere potest tenetur.*
5 *Inter creditores pares ex eadem causa inter quos facienda est condemnatio deducto ne egeat, melior est conditio occupantis.*
6 *Vigilantibus, & non dormientibus iura subueniunt.*
7 *Potior est conditio, qui venit prius de lite contestata quando tractatur de iure quærendo.*
Potior est conditio qui venit ad sententiam quando tractatur de iure quæsito seruando. ibid. n. 7.
8 *Donatarius cui prius facta est traditio potior habetur.*
9 *Donator an possit beneficio deducto ne egeat renuntiare.*
10 *Donator renuntiare potest beneficio deducto ne egeat, tam expressè, quàm tacitè. & num. 5.*
11 *Donator debet ali à donatario, sed contra n. 13. conclude num 16.*
Donator non potest, nec tacitè, nec expressè renuntiare beneficio deducto ne egeat. ibid. n 11.
12 *Pactum quod non liceat alimentare, non valet.*
13 *Donatarius non tenetur alere donantem.*
14 *Donator in id quod facere potest conuenitur deducto ne egeat.*
15 *Donator potest renuntiare beneficio deducto ne egeat.*
16 *Donatarius tenetur alere donantem pro modo facultatum vtriusque.*
17 *Alimenta debentur donanti quando ab eo petuntur.*
18 *Donatarius non alens donantem efficitur ingratus.*
Faciens alicui magnam donationem assimilatur parenti.
19 *Donator faciens magnam donationem tenetur ali.*
20 *Donator faciens paruam donationem ali non tenetur.*
21 *Donanti pauperi qui ali debet, sunt præstanda alimenta secundum eius qualitatem, & quantitatem fructuum rei donatæ*
Donatarius quomodo teneatur præstare alimenta donanti si fructus rei donatæ non sufficiunt.
22 *Donatarius non potest cogi alere donantem, sed reuocare donationem quando est magna.*
23 *Donatio reuocari potest propter verba ignominiosa.*
Negare alimenta est necare.
24 *Donans, qui ali debet, non potest beneficio deducto ne egeat renuntiare.*
25 *Obligatio, quæ oritur contra donatarium, est naturalis.*
26 *Ius naturale pacto remitti non potest, etiam cum iuramento.*
Donans non potest renuntiare alimentis, quæ sibi debentur ex obligatione naturali.
27 *Donator expressè cum iuramento potest renuntiare beneficio deducto ne egeat.*
Alimenta donanti non debentur ratione reuerentiæ, & naturæ, sed ratione liberalitatis.
28 *Obligatio naturalis, quæ oritur ex donatione erga donantem, est de honestate, & debito morali, ratione contractus.*
29 *Ratio Bart. in §. parens, non militat in donante.*
Parentes non possunt renuntiare alimentis etiam cum iuramento.
30 *Quilibet potest renuntiare fauori suo.*
31 *Beneficium deducto ne egeat, debitum ratione contractus renuntiari potest.*

L. INTER EOS,

Quibus eadem ex causa debetur, occupantis melior conditio est: nec deducitur, quod eiusdem conditionis hominibus debetur, sicut fit in actione de peculio: nam & hic occupantis melior causa est, sed & si cum patre, patronoue agatur, non est deducendum æs alienum, maxime quando eiusdem conditionis personis debetur, vt liberis, libertisque. Is quoque, qui ex causa donationis conuenitur, in quantum facere potest, condemnatur, & quidem is solus deducto ære alieno: & inter eos, quibus ex simili causa pecunia debetur, occupantis potior erit causa. Imò nec totum, quod habet, extorquendum ei puto: sed & ipsius ratio habenda est, nè egeat, ff. de re iud.

QVÆSTIO XII.

1 DONATOR †
conuentus à do-
natario ad tra-
dendum rem
donatam, qui
intra certum
tempus trade-
re, & consigna-
tu promisit, gau
det isto nostro
beneficio dedu-
cto ne egeat; de-
ducto tamen ære alieno nisi ex eadem causa
debetur, *l. inter eos in fin. de re iud.* secun-
dum *Ioannem de Pore. in l. rei iudicatæ, §. so-
cero quoque ff. solut. matrim. Ang. in l. mari-
tus, ff. eod. l. cum ex causa, & l. exhæreda-
tum in gloss. in verb. condemnandum, ff. de re
indicat. Brun. de cess. bonor. quæst. 27. post nu-
mer. 1. par. 4. prin. Roland. consil. 37. colum. 2.
num. 2. vol. 2. Zas. in §. sed & si quis numer. 6.
& 16. & ibi Io. Faber numer. 4. in fin. Ioan.
Coras. num. 3. & Ioan. Oinotom. cum gloss. in
verb. conueniatur de action. Roland. Rodolf. in
summ. in titul. de renunciatio. §. beneficium in
gloss. colum. 4. Surd. quæst. 78. numer. 31. de
alim. par. 1. & tit. 9. 4. 41. num. 8. Amat. deci.
16. num. 20. Marcheß. decis. 123. num. 3. p. 1.
Anto. Monach. de execut. in vestib. cap. 12. post
num. 13. Decis. Bononiens. quæst. 21. num. 35.
& 36. Bact. de inope debit. quæst. 17. num. 64.
l. per eos, vers. quoque, & l. sunt qui, & ibi gl.
& l. Nesennius, vers. possessor ff. de re iudica-
ta. Specul. in tit. de renunt. & conclus. §. 1. post
numer. 28. Molin. in tract. de contract. disput.
213. num. 3. Campeg. de doti quæst. 145. p. 3.
l. in condemnatione, & ibi gloss. magna, & l. Di-
uus Pius, & ibi gloss. in verb. diuus, ff. de reg.
iur. Dec. de reg. iur. reg. 28. num. 9.* ratio est
2 quam ponit gloss. ne † ex liberalitate sua
inops fiat, & factus periclitetur, *l. ex libera-
litate de reg. iur. Mut. in c. Regni Siciliæ, cap.
188. num. 6. Surd. d. quæst. 78. num. 12. Ioan.
Monach. Pu ar. gloss. in regul. generali num. 2.*
nec minus decuit, vt ipse donator tantum
donet quod egeat, quia verisimilius est
3 † quod sibi velit retinere, quã aliis dare: vn-
de versus.

Promittis quam sibi iure sitis.

Et ideo sic præsumitur donare ne egestate
inuoluatur, quia ordinata charitas incipit à
se *l. prases, & ibi gloss. vnde versus.*

Alpibus ille perit qui se plus diligit vllum.

Et licet aliqui dicant quod donator in soli-
dum teneatur, sed in quantum facere potest
condemnandus est, *per tex. in dict. l. cum ex
causa, vers. relinquitur, ff. de re iud.* tamen
4 † veritas est quod tenetur in quantum facere
potest, *l. si quis argentum ff. sed & si quis, vers.
quantum C. de donat. & notant Doctores, quos
supra notaui, & Ias. in dict. l. sunt qui post nu-
mer. 6. vers. propter suam liberalitatem, Card.
Tusc. pract. quæst. conclus. litteris conclus. 715.
numer. 3. & 4. tom. 2. Mut. dec. M. R. C. 94.
post num. 27. vers. circa illas personas, Giurb.*
5 *dec. 45. num. 11.* & inter creditores † pares,
quibus ex eadem causa debetur, inter quos
facienda est condemnatio in quantum face-
re potest, melior est conditio occupantis,
ære alieno non deducto, simili causa debita,
vt supra notaui, quæst. 8. circa principium, &
6 deducto ne donator egeat quia † vigilanti-
bus, & non dormientibus iura subueniunt,
*text. in l. pupillus, ff. de his, quæ in fraud. cre-
dit. capit. duobus cum gloss. de rescriptio. Burs.
cons. 306. num. 3. Natt. cons. 14. nu. 20. Burg.
de laudem. inspect. 39. numer. 9. par. 3. Gomes
in §. superest post num. 38. de action.* & vigila-
re cuilibet licet pro commodo suo, etiam
in detrimentum alterius, idem *Gomes in §.
item si quis in fraudem num. 40. de action. l. in
causæ, l. 2. §. proponimus, ff. de minorib. l. item
pretio ff. locat. c. cum dilecti de empt. & vend.
idem Gomes in §. sed istæ post num. 13. de actio.*
secus si sint dispares, dicit *Ias. in dict. l. inter
eos num. 1. & 2. Bart. in dict. l. sunt qui*, vbi
7 ita distinguit: scilicet, † aut tractatur de
iure quærendo, & tunc potior est, qui venit
prius de lite contestata: aut de iure iam
quæsito seruando, & tunc est potior, qui ve-
nit ad sententiam, & ibi respondet nonnul-
lis oppositionibus, vbi considerantur, *secun-
dum Cyn.* duo tempora, scilicet tempus sen-
tentiæ, & tempus executionis: tempus sen-
tentiæ, quod tunc in prima sententia non
habebitur respectus sequentium, in sequen-
tibus habebitur respectus præcedentium, tem-
pus executionis in secunda sententia
habebitur respectus ad primam: nam aut
concurrunt vtroque tempore, & tunc qui-
libet admittitur pro rata: aut diuersis, &
primo satisfiat, sequitur *Paul. Castr. ibi ver.
dicit secundum Dinum*, & cum ista distinctio-
ne pertransit ibi *Bart. in fine*; & donatarius
8 † cui prius traditio facta est, potior habeatur
eo, cui donatum prius fuit, *Rip. respons. 137.
num. 1. & l. quoties, C. de rei vend.* ratio est
supradicta, quia tractatur de iure iam quæ-
9 sito seruando: & an donator † possit huic be-
neficio renuntiare tacitè vel expressè, *Alex.
in d. l. alia §. eleganter num. 16. vers. reperio
Ang.* tenet quod cum illud beneficium con-
cessum donatori non est concessum ratione
10 personæ, sed venit ex contractu, ideo † ex-
pressè & tacitè renuntiari potest, *& Dyn. in
dict. l. diuus, Bar. in dict. §. eleganter num. 5.
quos sequitur Franc. decis. 164. num. 16. Brun.
dict. quæst. 27. in fin.* sed nos ita considerare
debemus, aut donator debet ali, aut non;
11 si debet ali, vt tenet *glossa in l. fin. vers. vo-
luerit, & ibi Cyn. C. de reuo. dona.* vbi do-
natore inope facto, potest cogi donata-
rius, vt alat donantem, aut donationem
reuocat, idem *Cyn. in l. 1. C. de iur. emphyt.*

Bart.

Bart. in l. obligat. & tali casu non valet re-
nuntiatio, neque tacitè, nec expressè, quia
12 † pactū ne liceat alimentare non valet, *Bart.*
in l. si quis à liberis §. *parens num.* 2. *ff. de lib.*
agnosc. Bal. in l. pactum, num. 17. *C. de colla.*
& notatur per Dyn. in l. iura sanguinis, & d.
l. diuus. ff. de reg. iur. sed *ibi gloss.* illud dicit
ex argumento; quia in *d. l. fin. de reuoc. don.*
ponit multos casus propter quos donatio
reuocetur, inter quos non est iste casus no-
13 ster, ergo non debet † de iure ali, *vt gloss.*
prædicta, & in l. condemnatione, vers. contra
eos, ff. de reg. iur. ibi (quod non inuenitur
donatarium debere alere donantem, *quam*
gloss. communiter sequuntur *Doctores*, vere-
fert *Bald. in dict. l. fin. circa finem, in vers. in*
gloss. in verb. nec veras. vbi dicit, quod nullo
iure inuenitur quòd donatarius debet alere
donantem, & *ibi in additio. in lit. A. in princ.*
Clar. in §. *donatio quæst.* 21. *post numer.* 3. vbi
etiam dicit communem, & allegat Episco-
pum. *Lasæos in suis allegationibus, Marobro-*
na Velez num. 30. *fol.* 172. *per Saly. & Rip. in*
d. l. fin. & patet ex dict. l. ne liberalitate, ff. de
14 *reg. iuris,* vbi tex. † dicit quod donator in id
quod facere potest conuenitur, ne liberali-
tate sua inops fiat, & factus periclitetur. Er-
go non debet ali, quia si donatarius tenere-
tur eum alere, inops factus non periclitare-
tur quia haberet alimenta à donatario: &
15 sic potest renuntiare † isti nostro beneficio,
secundum *Alex. in dict.* §. *eleganter eiusque*
sequaces, Anton. Monach. de execut. in vestib.
cap. 14. *post numer.* 69. *Vin. commun. opin. in*
verb. donator, & per ea, quæ dicit Bald. in c. 1.
in fin. principij de nat. feud. Bertach. in verb.
donator vers. 24. *& in verb. donatarius, vers.*
15. vbi donatarius tenetur donatori ad ali-
menta, quatenus facere potest, scilicet reti-
nendo non autem petendo; idest si donator
retinet sibi pro alimentis, non autem potest
petere alimenta: Ast *Clarus in dict. quæst.* 21.
num. 3. *in fin.* tenet quod donatarius tenetur
16 alere donantem, & dicit magis communem
opinionem, & æquiorem, sed pro modo fa-
cultatum vtriusque tam donatarij, quàm
donantis, & pro modo etiam rei donatæ
quatenus facere potest, *Salyc. in d. l. fi. & ibi*
Rip. Corn. cons. 15. *vol.* 1. *Surd. de alim. q.* 78.
17 *tit.* 1. *n.* 8. & tunc debetur † quando petantur.
Saly. & Rip. in d. l. fi. Dec. consil. 120. *vol.* 1. *Cran.*
cons. 51. *num.* 5. *vol.* 1. *Dy. reg.* 10. *sequi-*
tur Palat. Rub. in rubric. de don. inter vir. &
vxor. §. 70. *num.* 25. *fol.* 85. *col.* 3. *vers. facit*
19 *adhoc,* vbi dicit quod si donatarius † non
alimentauerit donantem, efficitur donanti
ingratus, vt possit donationem reuocare, præ-
sertim quando donatio consistit in magna
re, vel quantitate, quia faciens alteri ma-
gnam donationem assimilatur parenti, *l. si*
patronus, ff. de cuius fin. mat. vt. & ideo sicut fi-
lius tenetur alere parentes, vt *l. si quis à libe-*
ris, ff. de lib. agnosc. & notaui in quæst. 5. ita
donatarius tenetur alere donantem, secun-
dum *Dyn. & Rainer. in d. l. fin.* vbi ita di-
stinguunt pro concordia doctorum: aut Do-
natio fuit magna, & tunc donatarius tene-
tur alere donantem, secundum *gloss. in d. l. fi.*
& text. in l. decurionibus, ff. de decurion. aut
20 † fuit parua, & tunc non tenetur alere, quia
non est verisimile quod pro modicare dona-
ta illi voluisset præstare alimenta, secundum
gloss. in d. l. in condemnatione, & est gloss. sin-
gularis 16. *quæst.* 7. *cap. quicunque,* refert, &
sequitur *Bald. in d. l. fin. post num.* 2. *vers. sed*
Reynus, quam distinctionem facit etiam *Pet.*
de Ancher. in cap. fin. de donat. quam sequun-
tur *Io. de Imol. Abb. & Andr. Siculibi. Surd.*
d. quæst. 48. *Mollet. ad consuet. Neapol. par.* 5.
21 *quæst.* 6. *num.* 12. *&* 13. vbi dicit † quod si
donans ad paupertatem deuenerit, tenetur
donatarius præstare alimenta donatori secū
dum illius qualitatem, & quantitatem fru-
ctuum rei donatæ, etiam vsque ad integram
illorum quantitatem, aliter enim iudicare-
tur ingratus: imo si fructus rei donatæ non
sufficerent, teneretur donatarius de proprio
pro rata illorum fructuum quos antea rece-
pit ex bonis donatis, vt antidorali obliga-
tioni satisfaciat: & in hoc versatur officium
iudicis, & æquitas, ne donatarius grauetur
de proprio, & ne donans careat conuenien-
ti substentatione habita, consideratione fru-
ctuum perceptorum ex bonis donatis. dicit
post *Clar. in d.* §. *donatio d. quæst.* 21. *loco cit.*
num. 3. & alios, probat *Surd. tit.* 4. 23. *nu.* 8.
22 *& in d. quæst.* 48. & quod † hoc procedit,
quo ad reuocationem donationis, non quo
ad cogendum donatarium, & hoc quando
est donatio, vt sup. not. omnium bonorum
vel in magna re, vt ibi *Surd. num.* 9 *Barb. in*
d. c. fin. & ante eum Alex. in d. l. in condemnatio-
ne, Crott. consil. 26. *Oldr. in d. l. fi.* quia si ob
23 verba iniuriosa † reuocari potest donatio,
vt d. l. fi. quanto magis reuocabitur ob dene-
gata alimenta: cum per negationem dona-
tarius videtur necare donantem, quando est
24 magna res donata: si ergo † donatarius te-
netur alere donantem, non potest donans
renuntiare isti nostro beneficio, quod ei de-
betur ratione alimentorum, ad similitudinē
parentum, vt *sup. not.* & tenet *Bart. in d.* §.
25 *parens, & Surd. & alij in locis cit.* quia † o-
bligatio, quæ oritur ex donatione contra
donatarium est obligatio naturalis, & est na-
turaliter obligatus erga suum donatorem,
secundum *S. Tho.* 2. 2. *quæst.* 106. *art.* 4. 5. 6.
Interigl. de casib. conscient. cas. 13. *numer.* 75. &
ita videtur tenere *Surd. loco cit.* per illa verba
26 (*ius naturale pacto remitti non potest, etiam cum*
iuramento) & sic donans non potest renun-
tiare alimentis, quæ sibi debentur ex obli-
gatione naturali ad instar parentis. In
27 contrarium est veritas, † quod si dona-
tor expresse renuntiauerit isti nostro bene-
ficio, tenetur seruare iuramentum sine inte-
ritu salutis æternæ, quia illud beneficium
non debetur donatori pro alimentis ratione
reue-

reuerentiæ, & naturæ, sed ratione liberalitatis, & contractus, *vt per doctores, quos sup. not. in princ.* & sic non iure naturali, sed ex æquitate, vt supra: ergo renuntiatio cum iuramento tenet, vt dicit *Alex. in d. §. eleganter, & notaui in procem. 1. par. vers. ii fer- tur, & in 2. par. vers. licet exceptio.* & ita tenet *Franch. d. decis. 164. & sentit Gozad. in cons. 32. Ias. in cons. 9. in 3. dub. lib. 1. Roland. cons. 6. numer. 40. lib. 1.* & non obstat illa ratio quod donatarius erga suum do-
28 nantem est obligatus naturaliter, quia † illa est obligatio naturalis, quæ oritur ex honestate, & debito morali, *Bald. in d. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. & in 2. lect. num. 55. Fortunat. Garc. in l. 1. §. ius naturale, illat. 10. de iustit. & iur.* quos refert *Intrigl. consil. 23.* & ideo potest cum iuramento renuntiare, quia non debetur ratione personæ, nec reuerentiæ naturalis, quæ ex legis vinculo oritur, vt est illa, quæ debetur parentibus: nec etiam obstat illa, *Bart. doctrina in §. parens,*
29 quia ibi † loquitur de pacto, & renuntiatione absque iuramento, & de alimentis debitis parentibus, quia non possunt renuntiari etiam cum iuramento secundum *Abb. & Doctores in d. cap. cum contingat de iureiur. & notaui in proœ. in d. vers. licet exceptio, circa fi. 2. par.* sed isto nostro casu debentur ratione contractus merito cum iuramento donans
30 potest renuntiare isti beneficio: ratio est †. quod quilibet potest renuntiare fauori suo, *l. pacisci, & ibi gloss. ff. de pact. l. si Iudex ff. de minorib. l. pen. C. de pact.* notatur *in l. antiqua in gloss. C. ad senatusconf. velleian. & l. pactum, & ibi notatur in gloss. ff. de pact.* vbi
31 habetur quod † quando istud beneficium debetur ratione contractus, renunciari potest sequitur *Bart. de inopa debitor. d. quæstion. 17. post numer. 65.* ita firmat *D. de Amesc. in suo tract. de potest. in seipsum quæst. 24. lib. 2. n. 17. & 19. versicul. contrarium.* Non obstat opinio *Io. de Kan. in l. si quis crediderit de pactis*, vt refert *Alex. in d. §. eleganter loco cit.* quod idem dicendum est de donatore, quod dicitur de marito: quam opinionem *Alex.* non approbat per supra dictam rationem, quia non ratione personæ, sed ratione contractus: & licet valeat renunciatio huiusmodi beneficij cum iuramento, casu supposito, non ob id eximitur donatarius ab illa obligatione alimentandi (donante constituto in necessitate) per rationem superius notatam, *vt per Neapod. in consuet. Neap. consuet. vbi dos. post num. 4.* vbi dicit: Si cum vna petes solidum, cum alit da mihi alimenta, hoc est quando donatarius teneretur alere donantem.

S V M M A R I V M.

1 *Donator si dedit donatario, vt aliquid faciat in eius donatarij commodum, habet beneficium deductio ne egeat: secus in commodum donantis.*

2 *Do, vt facias in mei commodum, est permutatio, siue contractus.*

AMPLIATIO Prima.



1 MPLIA primo, in donatore, qui aliquid dedit, vt donatarius aliquid faciat in eius commodum quo casu in quantum facere potest tenetur: secus si non respicit commodum donatarij, sed commodum donantis, quia tali casu in solidum conuenitur, ex quo non est donatio, sed permutatio, siue contractus
2 do † vt facias, *tex. in l. 1. & in l. Aristo. ff. de donatio. Zasius in §. sed & si quis post numer. 6. vers. si autem, & ibi Io. Oinotom. post num. 5. de actionibus.*

S V M M A R I V M.

1 *Extraneus dans dotem puellæ, vt nubat, habet beneficium deductio ne egeat.*

AMPLIATIO Secunda.



1 MPLIA secundo extraneo, qui dedit doté puellæ, vt nubat, quæ est donatio, & respicit commodũ puellæ, *l. si extraneus, ff. de iur. dot. Zasius §. sed & si quis post numer. 6. vers. hinc, & ibi Io. de Platea, et Ang. de aff. Surd. quæst. 78. num. 15. de alimentis, Ias. in l. inter eos, ff. de re iud. Giurb. dec. 45. num. 11. sequitur Mut. decis. M. R. C. 94. post numer. 27. et not. in quæst. 2. ampl. 3. per totam, et quæst. 1. post numer. 113.*

S V M M A R I V M.

1 *Donator si est opifex, non habet beneficium deductio ne egeat.*

FAL-

FALLENTIA Prima.

1 
ALLIT primo, si donator est opifex, *gloss. in lege si quis argentum, §. sed & si quis in ver quarto, in fine, C. de donat. leg. si quis à liberis, ff. de lib. agnosc. l. stipulatio hoc modo de verb. obligat. notant in quaest. 1. fall. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Donator si dedit in opus publicum in solidum tenetur.*

FALLENTIA Secunda.

1 
ALLIT secundo, quando donatio facta est in opus publicum. quia in solidum tenetur donator *Lex pollicitatione, ff. de pollicit. gloss. in l. si quis argentum, §. sed et si quis de donatio. Brun. de cession. bonor. quaestion. 27. numer. 4. par. 4. princip.*

SVMMARIVM.

1 *Donator conuentus rei vendicatione non habet beneficium deducto ne egeat quando possessio est reuersa ad eum.*

2 *Donator tradens rem est liberatus à causa donationis.*

3 *Donator conuentus reiuendicatione tenetur restituere fructus perceptos. secus seipsos consumptos, nisi ex dolo.*

FALLENTIA Tertia.

1 
ALLIT tertio, quando donator est conuentus rei vendicatione, cuius possessio est reuersa ad eum, *Alex. in l. Nesennius, §. fundum, ff. de re iud.* ratio est ibi, quia donator † iam est li-
2 beratus à causa donationis, *not. in l. qui fundum ff. de contrah. empt. Auth. sacramenta, C. si aduersus vendit. Bart. in d. §. fundum, & Io. Omnet. in §. sed et si quis post numer. 3. et 4. de actio. et notant in quaest. 1. vers. sed negatiuam circa principium etiam in fructibus* † nisi sint
3 consumpti ex se ipsis, secus in dolo, *Bart. in d. §. fundum, vers. nam opinio Vgonis est vera. et ibi Ias. in princ.* vbi etiam *Ang. nu. 2. Brun. de cess. bon. quaest. 27. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Donator donans propter remunerationem non habet beneficium deducto ne egeat.*

2 *Donatio remuneratoria non dicitur propria donatio, vel mera libera litas.*

3 *Donatio facta ob merita defutu o non dicitur propria donatio.*

Donatio quatenus excedat beneficia, dicitur mera liberalitas, & n. 8.

4 *Exceptio ne quis teneatur vltra quam facere potest non habet locum in donatione remuneratoria.*

5 *Donatio remuneratoria dicitur permutatio.*

6 *Beneficienti est obligatus, qui beneficium accepit, ex naturali ratione.*

7 *Beneficientibus tenemur benefacere.*

8 *Donatio, qua excedit merita, quae non aequiualeant donationi, dicitur mera donatio.*

9 *Donator habet beneficium deducto ne egeat, in donatione, quatenus excedit merita.*

FAL-

FALLENTIA Quarta.

1 
ALLIT quarto, in donatore propter remunerationem, seu benemerita, quia eo casu non videtur donatio, sed remuneratio siue solutio, *Abb. Sicul. in rubr. de donat. Brun. quastion. 27. numer. 6. de cess. bon. Ang. in l. sed hoc ita ff. de re iud. Rom. cons. 26. col. fin. Rol. cons. 5. col. 4. num. 16. lib. 1. Card. Tusch. in pract. concl. iuris concl. 715. post num. 5. tom. 3. Iul. Clar. in §. donatio quæst. 3. num. 1.* vbi donatio
2 † remuneratoria non dicitur vera donatio, sed mera liberalitas, *per text. in l. Aquilius, ff. de donat.* & dicit magis communem opinionem secundum *Socy. iun. cons. 94. n. 13. l. 1 & communem etiam dicit Didac. in cap. cum in officijs post numer. 10. de test. Franc. Munnoz de Escobar de ratiocinijs cap. 24. num. 28. Hieron. Giaccar. in additio. ad Clar. dict. quæst. 3. litt. A. Hippol. Riminald. instit. de action. in*
3 *princip. numer. 90.* vbi ampliat, si † ob merita de futuro fiat, & militat quatenus excedit beneficia recepta nu. 116. ibidem declarat, & num. 118. sequitur *Palat. Run. in repet. Rubr. de donat. inter vir. & vx. §. 50. num. 9.* vbi dicit exceptio ne quis teneatur †
4 vltra quam facere potest non habet locum in donatione remuneratoria, per *Ang. in d. l. sed hoc ita.* Ratio prædictorum est supradi-
5 cta, quia non † est propria donatio, sed permutatio *l. sed & si lege §. consuluit ff. de pet. hæred.* tenent *Bart. & Bald. in proœm. digestorum, Abb. in c. ecclesiæ corpore de Simon.* quia dare ei cui aliquid debetur, non est donare, sed debitum soluere, *vt l. pen. ff. de tit. nupt.* & sic non militat illa ratio *leg. ne liberalitate de reg. iur. Vinotom. in §. sed & si quis post num. 5. de action. Molin. in tract. de contract. disputat. 183. numer. 12.* & licet donatio tali casu fiat nullo iure cogente, tamen naturali ratione
6 † qui beneficium accepit, benifacienti est obligatus, *Clar. dict. quæst. 3. post num. 1. Surd. de alim. quæst. 51. tit. 1. tex. & gloss. in d. l. sed & si lege §. consuluit ff. de pet. hæred.* & benefacienti benefacere procedit ex instinctu naturæ, dicit *Decian. respons. 25. num. 36. &*
7 *69. vol. 1. Pet. Ruiz dec. 5. numer. 225.* quia † nobis facientibus tenemur benefacere. *gloss. singularis in l. vnic. in verb. naturali ratione C. de in ius vocand.* quam glossam sequuntur *Bart. & Bal. Salyc. & Ias.* vt refert additio ibi in margine, *Surd. de alim. quæst. 54. num. 2. tit. Mut. in cap. Regni Siciliæ cap. 26. numer. 1. & 2. & l. si non sortem §. libertas de condict. in-*
8 *deb.* quæ quidem † fallentia non habet locum quando donatio excedit merita, & merita non æquiualent donationi. *vt supra not. per Hipp. Rimin.* quia debent esse æquiualentia donationi, *Bart. in l. si quis pro eo §. 1. in fin. de fideiuss. Dec. in leg. petens,* vbi dicit communem, & veram conclusionem, *C. de pact. Oldrad. in cons. 226. colum. pen. Gugl. de Cun. Bal. & Saly. in l. illud, C. de sacros. eccl. Io. Andr. in addit. ad Spec. in titu. de reb. eccl. non alien. in rub. Imol. in dict. l. Aquilius, Alex. in l. si donationem tibi num. 4. C. de collat. per capit. relatum, el 2. in vers. iuxta seruitij meritum, de test. Palat. Run. dict. §. 50. numer. 31. Clar. dict. quæst. 3. in prin. & quæst. 8. numer. 4.* quia donatio remuneratoria, quatenus quantitatem meritorum excedit, dicitur simplex donatio, *Barth. Socyn. in consil. 48. circa medium, 3. col. p. 1. & consil. 215. circa medium p. 2. Franc. Aret. in l. Iulianus, §. qui fundus col. 2. ff. de verb. oblig. Surd. de alim. tit. 6. quæst. 11. num. 35. post Oldr. cons. 226. column. 1. Doctores in l. si vnquam C. de donat.* & sic in illo residuo vltra merita non est remuneratoria, sed simplex donatio, ergo in
9 illo habet † donator illud nostrum beneficium ne egeat, secundum Doctores, quos supra notaui, & procedit ratio *dict. l. ne liberalitate*, quia nec naturali ratione, nec vllo iure cogente facta est donatio in illo residuo, vt probat *Bertrand. cons. 164. p. 2. n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Donator conuentus à delegatato non gaudet beneficio, deducto ne egeat quando mutatur obligatio.*

2 *Exceptio, quæ opponitur deleganti quando potest opponi delegato.*

FALLENTIA Quinta.

1 
ALLIT quinto, quando est conuentus donator a delegato tam ex causa onerosa, quam lucratiua, *l. diuus, & ibi gloss. ff. de reg. iur. Ias. in l. Nesennius numer. 2. 6. ff. de re iud.* vbi dicit, quod hoc est verum si ex tali delegatione mutatur obligatio, vt non sit illa, ex qua tenetur donator: secus quando non mutatur, licet mutetur persona actoris, allegat *tex. in l. si post diuortium, & l. si maritus, ff. solut. matrim. & notaui supra quæst. 2. ampl. 2. circa fin.* quia alias esset in donatarij potestate donatorem fraudare, siue priuare ista exceptione, siue bene-

beneficio, & facere quod donator ex sua liberalitate inops fiat, & factus periclitetur, *l. quod id quod. §. fin. ff. de donat.* & non obstant *l. pure, §. si cum ff. de dol. except. l. si quis delegauerit de nouatio. & de leg. & l. in hæredibus. §. pen. ff. de donatio.* quia illud procedit quando mutatur obligatio, vel eius qualitas, *vt d. l. Nesennius, secundum Ias. in loco citat.* & eo
2 † casu exceptio, quæ opponitur deleganti opponitur delegato, *Alber. de Rosat. d. l. si quis delegauerit, num. 1.* alias secus.

SVMMARIVM.

1 *Donator, qui se constituit in donatione possidere nomine donatarij non gaudet beneficio deducto ne egeat.*

2 *Beneficium deducto ne egeat non conceditur petendo ipsi donatario, sed retinendo.*

FALLENTIA Sexta.




1 ALLIT sexto, in donatore, qui se constituit in donatione donatarij nomine possidere, quia si donatarius posteà rem ipsam à donatore petit, in solidum exigeretur donator, non magis quam si rem semel realiter tradidisset, *vt notaui sup. fallent. 3. & in quæst. 1. fall. 1.* ita *Brun. de ceff. bon. quæst. 27. num. 5. part. 4. princip.* sed istud beneficium non conceditur petendo, sed retinendo, *vt notaui in proœm. vers. sed istud beneficium non conceditur petendo, part. 1.* ergo donator isto casu non habet beneficium, ex quo non ipse, sed donatarius possidet vigore dicti constituti, vt diffusius *notaui d. quæst. 1. fall. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Donator propter mendacium perdit beneficium, deducto ne egeat.*

FALLENTIA Septima.



1 ALLIT septimo, quando negat † donator bona ipsa donasse, *d. dicta lege, sed hoc ita in fin. ff. de re iudic. Brun. d. quæst. 27. num. 3. & notaui in quæst. 3. fall. 6. & in quæst. 1. fall. 6. & in quæst. 11. fall. 12.* ad quæ me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Socius si est effectus non soluendo, habet beneficium deducto ne egeat, conuentus à socio non deducto ære alieno sed contra n. 6.*

2 *Socius conuentus à socio actione reali pro re cõmuni, habet beneficiũ deducto ne egeat.*

3 *Socius habet beneficium deducto ne egeat commodè secundum eius qualitatem.*

4 *Societas ius quodammodo fraternitatis in se habet.*

5 *Socij ratione fraternitatis faciunt res communes.*

6 *Fratres vice mutua non condemnantur inter se in quantum facere possunt deducto ne egeat sed contra num 8.*

7 *Comparatio est melioris conditionis cõparato*

8 *Fratres inter se habent beneficium deducto ne egeant.*

9 *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.*

10 *Societas gerit vicem fraternitatis.*

11 *Fratres vtrinque coniuncti inter se non tenentur nisi quatenus facere possunt, deducto ne egeant & num. 8.*

12 *Frater tenetur alere fratrem.*

13 *Frater tenetur alere fratrem malemerentem respectu patris.*

14 *Prohibere alimenta est contra ius naturale.*

15 *Frater tenetur alere sororem, quæ non est vtrinque coniuncta.*

Frater tenetur dotare sororem vterinam.

16 *Alimenta debentur inter fratres vtrinque coniunctos.*

17 *Beneficium deducto ne egeat, conceditur ratione alimentorum.*

18 *Fratres vtrinque coniuncti habent beneficium deducto ne egeant & num. 7.*

19 *Fratres consanguinei inter se non habent beneficium deducto ne egeant.*

20 *Fratres vtrinque coniuncti de iure Hispaniarum non habent beneficium deducto ne egeant.*

21 *Fratres socij habent beneficium deducto ne egeant, etiam de iure Hispaniarum.*

22 *Fratres simul habitantes, & inter se lucra in communi conferentes, videntur inter se contraxisse societatem.*

23 *Fratres simul habitantes, & in communi inter se lucra diuidentes habent beneficium deducto ne egeant.*

24 *Socij gaudent beneficio deducto ne egeant.*
Fratres hæreditatem habentes in diuisam & lucra eorum non communicantes, non gaudent beneficio deducto ne egeant.

25 *Frater conuentus à fratre non habet beneficium deducto ne egeat.*

26 *Amicitia, conuersatio, & dilectio familiaris potentior est quam carnalis fraternitas.*

27 *Fratres vtrinque coniuncti habent beneficium deducto ne egeant.*

28 *Frater ad instantiam fratris carcerari non potest.*

29 *Societas vnius speciei sub spe habet indiuidua.*
Societas vnius negotiationis appellatur omnium bonorum.
30 *Societas omnium bonorum quibus modis consideratur.*
31 *L. verum, & l sunt, qui ff. de re iudicat. concordant.*
32 *Socij siue sint omnium bonorum, siue vnius rei gaudent beneficcio, deducto ne egeant.*
33 *Socius, qui gaudet beneficio deducto ne egeat debet cauere de soluendo inter re si ad pinguiorem fortunam peruenerit.*

L. VERVM.

Verum est quod Sabino videtur; etiamsi non vniuersorum bonorum socij sint, sed vnius rei: attamen in id quod facere possunt, quodue dolo malo fecerunt, quominus possint, condemnari oportere: hoc enim summam rationem habet cum societas jus quodammodo fraternitatis in se habet. ff. pro socio Concordat l. sunt qui, de re iudicat.

QVÆSTIO XIII.



OCIVS si effectus sit † non
1 soluendo, & impotens restituere, quod ad eius manus ex societate peruenerit, in id quod facere potest condemnabitur, deducto ne egeat, ære alieno non deducto, *l. sunt, qui, & l. inter eos, ff. de re iudic. & l. verum §. id quod ff. pro socio, gloss. in §. pen. in vers. bonis suis de locat. Faber. Ang. & Ias. in §. sed & si quis, & ibi Io. Corat. post Nicol. de Neapol, & Io. de Platea instit. de action. D. Franc, Cremens. sing. 156, num. 1. Io. Pet. Ferrar. Papiens. in form. libel. in cau. societ. colum. 6. num. 5. vers. ad diuidendum*
2 etiam † si conueniatur actione reali pro re communi per eos insolidum possessa. *Palat. Rub. in c. per vestras §. 12. post num. 12. vers. casu quo, & n. 13. fol. mihi 184. de donat. inter vir & vx. Alex. cons. 133. in princ. lib. 5. Paris. cons. 99. col. fin. num. 64. vol. 3.* vbi socius non
3 exigitur † in plus quam facere potest commodè secundum eius qualitatem, *gl. in l. verum §. id quod, in verb: debetur in fin. ff. pro socio. Franc. dec. 164. num. 8. Brun. de cess. bon. quæst. 24. p. 4. princ. n. 1. Cæsar Barzius dec. 56. num. 19. Rol. Rodulph. in summ. in tit. de renunt. §. beneficium in glos. col. 4. vers. item competit, Surd. de alimen. q. 78. par. 1. num. 9. Marc. Ant. de Amat. dec. 16. nu. 21. Homod. cons. 85. n. 27. tex. & Ias. in l. sunt qui num. 3. ff. de re iud. Molin. de contract. disput. 115. n. 5. Gutter. de iur. confir. par. 3. cap. 15. nu. 1. 12. & 13. Ant. Monach. de execut. in vestib. cap. 12. num. 86. Scipio Rendin. in tract. prompt. recept. sent. tit. 107. de societ. sub nu. 7. Franc. Munnoz de Escobar de ratiociniys cap. 35. post num. 12. versic. quod tamen in socio.* Ratio Doctorum est, *per text. & ibi glos. in d. l. verum, vers. fraternitatis,* ibi: Cum societas ius
4 † quodammodo fraternitatis in se habeat. & *ibi glossa* dicit socij inuicem, vt fratres se diligunt, & quia ratione societatis faciunt res communes: quam rationem sequitur *Surd. d. q. 78. num. 10.* & societas ad instar fraternitatis est, *Pet. Boiz. decis. 5. num. 44.* & sic
5 † ratione societatis faciunt res communes, sicut ratione fraternitatis, secundum glos. allegatam, quæ glos.
6 videtur esse sibi contraria, ex quo † fratres inter se vice mutua non condemnantur in quantum facere possunt, deducto ne egeant, *vt ibi glos. in vers. an ergo fratres,* quam sequuntur *Petr. Iac. Butr. Rayn, Bart. Bald, & Alber. de Rosat.* qui dicit communem, *Saly. & Fulgos.* & tenent omnes excepto *Iac. de Rauen. ibi in d. l. verum Pet. de Vbald. de societ. p. 15. col. 2. Zas. in §. compensationes num. 3. de actio.* & communiter approbatam, dicit *Pedem. decis. 119. num. 3.* & per alios, vt infra. *Scipio Rendi. in tractat. prompt. recept. sent. tit. de societ. num. 7. versic. sed contrarium.* Vnde si fratres inter se non habent istud beneficium ergo non est bona illa ratio glos. subdens quod societas jus quodammodo fraternitatis in se habet, alias esset melioris conditionis
7 socius, qui est comparatus, quam frater, qui est comparatio, contra regulam, quam infra notabo. Contrarium tenet *Thes. Pedem. in d. dec. 119. post n. 3. vers. tamen illa videtur dura,*
8 vbi dicit, quod † fratres inter se gaudent isto nostro beneficio, per rationem supra notatam, quia Vlpianus comparauit societatem fraternitati, iuxta verba *text. d. l. verum & secundum Maccabr. cons. 12.* vbi societatem fraternitatem appellat, *& Paul. ad Rom. cap. 12.* vnde nō debet esse melior comparatio compa-
9 rato, *vt sup. notaui,* quia † propter quod vnumquodq; tale & illud magis. *Auth. multo magis, & ibi Bart. C. de sacrosanct. eccl. gl. in §. nos igitur in auth. de defensor. ciuit.* dicit etiam *Baet. de inope debit. d. q. 17. post n. 65. vers. nam socij,* licet contrarium teneat *Palat. Rub. d. §. 12.*
10 *post num. 12. vers. & sic* vbi dicit quod † societas est priuilegiata, quia fraternitatis vicem gerit, ergo multo magis frater, secundum *Ias. in d. l. sunt qui, vbi Petr. de Bex.* & secundum opinionem gl. facit *Iac. de Rauen.* quem ibi citat *Alberic.* idem *Pedem. dec. 153. num. 5. vers. contrarium,* vbi dicit quod frater conuentus à fratre gaudet isto nostro Le-

uen-

neficio deducto ne egeat, sequuntur *Ant.*
Monach. de exercit. in vestib. cap. 12. nu. 58.
Amat. dec. 116. numer. 10. Decian. tom. 1.
lib. 3. tit. 13. num. 16. sed aliqui ita distin-
guunt, aut loquimur de fratre vtrinque con-
iuncto, & tunc indistinctè habet illud be-
neficium. *Faber. in §. sunt præterea vers. sed*
11 *& si quis post numer. 1. de actio.* dicit quod †
frater vtrinque coniunctus non tenetur, nisi
quatenus facere potest deducto ne egeat, ra-
12 tio est ibi, quia frater † tenetur alere fra-
trem, per *d. l. & ibi notat idem Faber. C. de*
alend. liber. Molfes. quæst. 11. num. 16. par. 5.
ad consuet. Neapol. Franch. dec. 559. Valenz.
cons. 98. num. 18. vbi etiam dicit quod non
requiritur, quod sit in extrema necessitate,
vt subueniatur: nam esse diuitem, aut pau-
perem in suo statu, & conditione, non exi-
stit in puncto indiuisibili, sed ad latitudi-
nem habet, vt resoluit *Sarmient. de reditib.*
eccl. par. 4. cap. 5. num. 9. ponderant *l. ra-*
tum, ff. de solut. Giurb. dec. 45. num. 12. An-
dreas in constit. huius Regn. Sicil. Comitibus
in comment. 218. col. 2. lin. 30. Bart. in tract.
de alim. num. 15. per l. mutus, §. manente, in
fin. ff. de iure dotium, Paul. Castr. sing. 5. n. 1.
Surd. de alim. par. 1. quæst. 25. l. 1. §. sed non
nullos, vers. sic præstiterit, ff. de tutel. & ra-
tio. distrah. l. si quis à liberis, §. item rescri-
ptum, vers. iustè ff. de lib. agnosc. Cy. in l. 2. n. 2.
C. de alend. lib. & Bart. ibi communem dicit. vbi
Alber. de Rosat. num. 2. Specul. in tit. qui fil.
sint legitim. in princ. num. 23. Bal. in cons. 103.
num. 3. lib. 5. Guttier. in tract. de tutor. & cur.
c. 3. num. 20. & 21. & in tantum hoc est ve-
rum, quod procedit in fratre malemerente
respectu patris, † & subdit ibi *Bal.* quod pa-
13 ter non potest interdicere alimenta, quia
talis interdictio est contra ius naturale † *Surd*
14 *d. q. 25. num. 2. & 3,* & non solum fratrem,
sed etiam sororem, quæ non est vtrinque
coniuncta † alere tenetur, *Alex. l. 1. num. 13.*
15 *ff. solut. matrim.* si non habet vnde se alat:
ratio est ibi, quia iura non distinguunt, *l. qui*
filium, in fin. & ibi Bald. ff. vbi pupill. educ.
deb. tex. indistinctè loquitur, ergo indistin-
ctè quoque venit intelligendus, *l. de pretio, ff.*
de publicia. Guid. Pap. dec. 439. numer. 7.
Surd. d. q. 25. num. 17. Imol. in l. 1. & ibi
Ias. num. 85. ff. solut. matrim. mouetur ea
ratione, quia si frater tenetur naturalem
fratrem alere, multo magis vterinum, *idem*
Ias. in Auth. res quæ num. 10. C. commun. de
legat. Campeg. de dot. par. 1. quæst. 23. in fin.
Palat. Rub. in repet. cap. per vestras, §. 20.
col. 2. post num. 6. fol. 147. Silnan. consil. 2.
num. 27. Boer. dec. 129. num. 9. Mut. super
consuet. Senat. Panor. cap. 21. num. 49. &
seq. & in cap. 47. num. 17. Molfes. d. quæst. 11.
num. 22. par. 5. post omnes Valenz. cons. 98.
num. 18 patre, & matre egentibus, vt om-
16 nes intelligunt: ergo † multo fortius de-
bentur alimenta inter fratres vtrinque con-
iunctos, quia duo vincula magis ligent, vt

dicit *Decia. loco cit.* & notaui *quæst. 2. am-*
pliat. 1. circa fin. Peregr. de fideicom. art. 42.
num. 5. vbi refert communem opinionem
per *Raff. Fulgos. cons. 134. Anton. de Mozar.*
Alex. Rip. in d. l. 1. nu. 83. ff. solut. matrim.
Guttier. d. cap. 3. num. 24. vbi etiam dicit,
quod doctores quando dicunt, quod frater
tenetur alere fratrem, intelligunt de fratre
vtrinque coniuncto, quia appellatione fra-
trum veniunt propriè vtrinque coniuncti,
Valenz. cons. 17. num. 5. Paul. Castr. in l. fin.
num. 6. C. de verb. oblig. & ibi Ias. num. 26.
Dec. cons. 53. post num. 4. & cons. 155. post
num. 3. & cons. 299. post num. 7. Alex cons.
166. num. 4. lib. 5. Socy. cons. 49. numer. 1.
lib. 1. Paul. Paris. cons. 49. lib. 2. num. 18.
Mieres de maior. par. 2. quæst. 7. nu. 4. vers.
dicit notabiliter, Menoch. cons. 187. num. 40.
Ludou. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 15.
num. 59. & 60. Sed istud beneficium con-
17 ceditur † ratione alimentorum, vt *notaui in*
proœm vers. aut beneficium par. 1. circa princ.
& in quæst. 5. & 7. in vers. tertio ad euitandum
peccatum, & in quæst præced. ergo ratione
alim[illegible] fratres vtrinque coniuncti ha-
bent [illegible] illud beneficium, *Ang. in d. §.*
18 *sed &* [illegible] i dicit quod † fratres inter se
vtrinque [illegible] iuncti habent beneficium dedu-
cto ne egeant, quia inter se tenentur alere,
& dotare, *per gl. in l. cum plures §. fin. in*
verb. alio parente, in fin. ff. de administr. tut.
quam opinionem sequuntur *Surd. d. quæst.*
78. num. 6. & Ias. d. §. sunt præterea vers.
sed & si quis num. 4. & in d. l. sunt qui post
num. 3. vers. ponderat diligenter & sub nu. 4.
& ita etiam expressè, tenet *Io. Coras. in d.*
§. sed & si quis post num. 1. in fin. vbi dicitur
quod cogitur frater qui contra germanum
agit, rationem habere ne egeat, cum inopi
ministrare necessaria tenetur: & sic frater
vtrinque coniunctus conuentus à fratre ha-
bet beneficium deducto ne egeat, & per Do-
ctores quos supra not. licet hæc distinctio nõ
placeat *Thes. in d. dec. 119.* Ex hoc patet
quod communis opinio doctorum procede-
19 re debeat in fratre † ex vno latere tantum se
cus in fratre vtrinq; coniuncto qui pro dote
sororis quam promisit non tenetur nisi qua-
tenus facere potest, secundum *Thes. dec. 119.*
vt infra notabo, *Surd. de alim. d. q. 78. n. 6.* ra-
tio est, quia si cõpetit extraneo dotanti, ergo
& fratri, vt notaui *in q. 2. ampl. 3.* & licet *Gasp.*
Baet. in d. c. 17. n. 8. teneat quod † frater à fra-
tre insolidum conueniri, & carcerari potest
reiecta supradicta distinctione hoc dicit ex
iure regio Hispaniarum, ex quo determina-
tum fuit fratrem non habere istud beneficiũ
l. 1. tit. 15. par. 5. ob distinctionem doctorum
inter fratres ex vno latere, & fratres vtrin-
que coniunctos, vt ipse refert: & sic ex spe-
ciali lege, secus vero vbi non adest dispositio
tio particularis, vt patet ibi *per eum sub n. 85.*
vbi dicit, apud nos nõ est ambigẽdum quin
frater possit in solidũ exigere à fratre atq; illũ

in carcerem ducere, & ibi refert hanc par-
tem tenere, *Castr. in l. 66. Taur. in verb. de*
se aray col. fin. vers. sed quæro nisi fratres sint
21 *socij*, † *vt ibi Baet. per Pet. de Vbald. in dict.*
tract. de societ. p. 15. col. 2. & Castill. loco cit.
22 & sic fratres habitantes † simul & lucra eo-
rum hinc inde inter se conferentes, ex quo vi-
dentur inter se contraxisse societatem, secun-
dum *Bald. in l. si patronum, num.* 13. ex qua-
dam additione *Iac. de Aret. extensa per Ric-
card. Mal. & Oldr. eius discipulos, C. comm.
vtriusque iud.* dicentes quod fratres stando si-
mul & communicando simul lucra videntur
tacitè contrahere societatem re ipsa, *vt ibi
doctores omnes, Ang. l. coire, ff. pro socio, Bart.
in l. si fratres, siue §. Papinianus in fin. ff. eod.
& in l. Titium Meuium, §. altero numer. 6. de
admin. tut. Bal. in l. cum oportet num. 9. C. de
bon. quæ liber. Pet. Gerard. de Petr. Sanct. sing.
99. num. 2. idem Bart. in l. cum duobus §. si in-*
23 *ter fratres, ff. pro socio* & isto casu † omnes
fratres inter se gaudent isto nostro beneficio
*Pet. Gerard. de Petrasanct. d. sing. 99. num. 2.
Rol. Rodulf. in tit. de comprom. p. 1. col. 2. in
prin. in summ. 2. fol. 142.* tradit *Dec.* [illegible] mul-
tos *cons. 66. col. 2. vers. his tamen* [illegible] anti-
bus, & in cons. 68. in prin. & ist[illegible] ca di-
cenda sunt de fratribus, quæ dicuntur de so-
cijs extraneis, *Bal. in d. l. patronus num. 11.*
24 quod si socij † extranei gaudent isto benefi-
cio: ergo & fratres socij. secus quando fra-
tres hæreditatem paternam indiuisam reti-
nent non communicantes lucra, quia non
censetur inter eos contracta societas, *leg. ex
parte, §. si filius, ff. famil. ercisc. Iac. Menoch.
de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. casu 179. num. 15.
per Bar. in d. l. Titium Meuium, §. altero post
numer. 5. d. vers. ex prædictis, Ruin. cons. 79.
numer. 15. lib. 5. Rol. Rodulf. loco cit.* & secun-
dum istum casum procedit communis opi-
25 nio, quod † frater conuentus à fratre non
gaudet isto nostro beneficio, à qua non est
recedendum in iudicando, dicit *Guid. Pap.
sing. 512.* tanquam probabiliorem, & dictis
doctorum magis consonam, & concordem,
*vt clemen. 1. in fin. de sum. trin. & fid. cath. &
Cyn. in l. 1. de act. & oblig. & Baet. loco
citato*, vbi subdens quod socij non habent
istud beneficium, quia reputantur tam-
quam fratres solum, sed inter socios est cõ-
municatio fructuum præter fraternam ami-
citiam, quæ non est inter fratres: amicitia
26 † enim conuersatio, & dilectio familiaris
potentior est quam fraternitas carnalis, se-
cundum *Decian. respons. 46. num. 64. vol. 2.*
ergo non est eadem ratio: Tamen indubita-
ta est opinio eorum qui tenent quod fratres,
27 vtrinque coniuncti inter se habent istud be-
neficium, *vt sup. not.* quam opinionem mul-
ti sequuntur moderni tamquam benignio-
rem, & æquiorem, vt mihi videtur; & no-
uissimè *Muta dec. M. R. C. dec. 94. post numer.
27. vers. circa illas personas*, quibus compe-
teret, vt sunt pater, filius frater vtrinque con-
iunctus, &c. dicendum est enim quod non
obstat illa ratio Baetij, quod in societate est
communicatio facultatum vltra fraternam
amicitiam, quia licet non sit communicatio
facultatum inter fratres, adest obligatio ali-
mentandi secundum communem opinionem
vltra fraternam amicitiam. & per ea quæ di-
cit *Fontanell. de pact. nupt. d. claus. 5. gloss. 3. nu-
mer. 25.* quod inter fratres vtrinque coniun-
ctos stricta est necessitudo: ergo ratione ali-
mentorum habent istud beneficium, & per
ea, quæ sup. not. & per consequens carcera-
ri non potest frater ad instantiam fratris, si-
cut socius, qui non potest ad instantiam so-
cij carcerari, *Ant. Collumbett. sing. num. 22.* &
fratris egestati impendendum est quicquid
vltra vitæ necessitatem habemus, de quo tra-
ctat *Andr. Eborens. in exempl. in verb. frater
fol. 470. cit. fin. lib. 1.* dixit autoritate *Io. Stob.
sermon. 82.* & erga Deum, & homines est ho-
norabilis paupertas causata pro fratribus
subueniendis, & contra viles, & abiectas di-
uitias cum ipsorum neglectu congestas, nam
cum sint iura sanguinis vinculo charitatis
stricta, secundum *Archid. in cap. non satis 86.
dist. Cornel. Tacit. lib. 1. Historiar. & Niceta
lib. 1. annal. in princip.* post alia dicens, si fra-
ter fratrem non liberat, quid faciet alienus?
dicit *ecclesiast. cap. 40. fratres in adiutorium in
tempore tribulationis, & super eos misericordia
liberabit. Quintil. declamat. 321. quæ potest
esse tam felix amicitia, quæ imitatur fraterni-
tatem?* nam frater nil aliud est quam diuisus
spiritus, & frater quasi ferè alter, *Fest. Pomp.
lib. 6. Aul. Gel. lib. 13. Attic. cap. 13. Tiraq. de
pœn. temp. caus. 22. numer. 7. & 8. Cumia in
cap. si aliquem de success. feud. verb. sexus n. 8.
post omnes Valenz. dict. cons. 98. à num. 19. vs-
que ad num. 25.* vbi vltra maiora dicit circa
obligationem, & debitum inter fratres, qui-
bus rationibus frater ergo ad instantiam
fratris carcerari non potest; & istam opinio-
nem tamquam veriorem, & humaniorem
tenet *Franc. Munnoz de Escobar de ratiocinijs
cap. 35. numer. 11.* etiam pro debito admini-
stratæ tutelæ, nisi fuerit dolosus, vt ibi: ma-
ximè si frater debitor est maior, cui debetur
reuerentia per fratrem minorem, dicit *Bal-
dassar Mougollon de metu cap. 4. numer. 14. Ti-
raq. de legib. connubialibus gloss. 5. numer. 26.
Socy. cons. 263. nu. 3. vol. 2. Craneta cons. 49.
num. 2. vol. 1. Auendan. in l. 4. tit. de las ex-
ceptio. num. 31. ver. & in ista*, vbi allegat non
nullos doctores vltra allegatos *per Tiraq. lo-
co cit.* & præcisè soror fratri. *Padilla in l. in-
terpositos post num. 21. C. de statu lib. & Mon-
gollon. loco cit. post d. num. 14.* & ita seruatum
fuit in M. R. C. in personam Vincentij Russo
fratris vtrinque coniuncti, conuenti à ma-
gistro Laurentio Marcone marito sororis
vtrinque coniunctæ d. Vincentij Russo, qui
dotem dedit eius sorori, qui pro eius solu-
tione M. C. ordinauit quod gaudeat benefi-
cio, deducto ne egeat, vt est videre per lite-
ras

ras apud Regiam Secretariam huius Regni
Siciliæ sub die 16. Iulij 1615. *secundum deci-*
sionem Giurb. 45. & Thes. dec. 119. & secun-
dum doctores superius notatos. & licet possit
responderi quod hoc procedit in debito do-
tis, secus in debito, ex alia causa, prout alias
M. R. C. seruauit, vt est videre penes acta
M. R. C. ac nota carcerum huius vrbis, quæ
omitto, ne aliquem lædam, & forsitan nobi-
les, ex quo est contra naturalem obligatio-
nem, nec non contra fraternam charitatem,
amorem, & æquitatē, per ea quæ dicit *Andr.*
Eborens. exempl. lib. 2. in ver. mutua beneuo-
lentia fratrum fol. 13. per tot. beneverum, quod
nunquam fuit istud beneficium allegatum,
28 nec super eum discussum: saltim frater † ad
instantiam fratris carcerari non potest per
rationem ibi positam, & dixit *Thes. dictis*
dec. 119. & 153. quod ita iudicauit Senatus,
sequitur etiam *Decian. in tract. crim. cap. 13.*
num. 16. lib. 7. tom. 1. per supradictam ratio-
nem, quod frater tenetur alere fratrem ino-
pem, & ita fuit iudicatum, *iuxta doctrinam*
Bal. in cons. 415. lib. 1. & iuxta illud Paul. ne-
mo supergrediatur in negotijs fratrem suum: ne-
mo vrgebit eum quasi exactor. & Doctores di-
centes contrarium non respondent ad *tex.*
in d. l. verum secundum Ias. in d. l. sunt qui post
num. 4. vers. non respondent.

Videndum est enim quæ societas gaudeat
isto nostro beneficio, cum *l. verum* loqua-
tur in socio vnius rei, & *l. sunt qui* loquatur
in socio omnium bonorum: ergo discordant
inter se, *sed gloss. in dict. l. sunt qui* concordat
cum dicta l. verum, quia licet loquatur in so-
cio vnius rei, intelligitur prout *ibi gloss. scilicet*
29 *speciei* † quæ sub se habet indiuidua, vel vnius
negotiationis, quæ societas appellatur om-
nium bonorum, quia est vniuersitatis, ideo
d. l. verum, trahitur *ad d. l. sunt qui*, quæ lo-
quitur in socio omnium bonorum interro-
gatiuè, *vt d. l. verum in princ.* ergo societas
30 † omnium bonorum duobus modis conside-
ratur: Primo in expressa societate, scilicet
de omnibus bonis expresse vbicumque quæ-
sitis, *l. 3. §. cum specialiter, l. cum duobus, §.*
socium vniuersa, & l. si societate vniuersorum,
ff. pro soc. Secundo de omnibus bonis, quæ
veniunt ex quæstu, scilicet ex tacita societa-
te, & tunc veniunt omnia bona quæsita in
actibus quæstuarijs secundum *d. l. coire cum*
concord. ff. pro soc. Dec. cons. 68. num. 2. & in
rub. C. qui testam. facer. poss. num. 15. & 16.
& ea quæ veniunt ex quæstu dicuntur proue-
nire ex vna opera solertia, vel diligentia ali-
cuius, *vt d. l. coire, & d. l. quæstus*, & nihilo-
minus dicitur societas omnium bonorum,
Pet. de Vbal. de duob. fratrib. vers. 1. num. 5.
& vers. 2. num. 35. & vers. 5. num 1. & 8. &
31 *p. 3. fo. 11. post numer. 28.* ergo *d. l. verum*, †
& d. l. sunt qui concordant, quia vbi dicit
l. verum, vnius rei, intelligitur vnius speciei,
siue operę solertiæ: & *vbi d. l. sunt qui* dicit
de omnibus bonis, intelligitur de omnibus
bonis, quæsitis ex quæstu. quæ concordan-
tia habetur ex medulla dictarum legum, &
32 sic socij † siue sint omnium bonorum, siue
vnius rei, gaudent illo beneficio, *Zas. in d. §.*
sed & si quis num. 3. & ibi Io. Oinotom. num. 4.
Bal. in dict. l. verum, §. 1. & in Rubr. C. pro
soc. in fin. Campeg. in d. tract. de dot. quæstion.
245. Brun. de cess. bon. dict. quæst. 24. num. 8.
Ias. in d. l. sunt qui num. 3. Gasp. Baet. dict. cap.
17. num. 63. Castill. in d. l. 66. arraygar, Vinc.
de Franch. d. dec. 164. num. 8. Alber. de Ro-
sat. d. l. verum, & d. l. sunt qui Pet. de Vbald.
d. tract. de societ. p. 15. Lopez in l. 1. gloss. 5.
33 *p. 5. tit. 10. Reg. Castill.* debet † tamen cauere
de satisfaciendo integre si ad pinguiorem
fortunam peruenerit, *vt not. in proœm. vers.*
infertur circa fin. p. 1. & dict. leg. verum, §. id
quod facere, & ibi gloss. in verb. caution. Mo-
lin. dict. disp. 113. numer. 9. Ad hoc etiam est
dispositio *legis Regni Castel. d. l. 15. p. 5. tit. 10.*
cuius verba sunt hæc (*Otro si dezimos, que si el*
compañero conosciere al otro deuda, que le de-
uia, por razon de la compañia, à fuera venci-
do por ella en iuyzio; tal priuilegio, e tal fran-
queza ha la compañia, que se la deuda fuere tan
grande, que pagandola toda, fincaria por ende
tam pobre, que non aya de que biuir: que non
deue ser dado iuyzio contra el que le pague toda:
antes dezimos, que el iudgador del lugar segun
su aluedrio deue mandar, que pague tanta par-
te, que finque à el de que pueda biuir, è al com-
pañero à que le deuia non lo pueda apremiar,
que el pague mas: pero el iudgador deue tomar
tal recabdo del, que si de alli adelante ganare de
que pueda pagar à quello que finca, que sia te-
nudo de lo fazer. e esto se entiende, si el que de-
ue la deuda, non ha menester, porque pueda gua-
rir: ca si lo ouiesse, estonce seria de le pagar toda
auiendo de que el se deue trabajar de su mene-
ster de que biua. Quod vtique verum putat
Franc. Munnoz d. cap. 35. post numer. 11. &
sub num. 12. ita vt neque sufficiat socio relin-
quere tantum de suis bonis quantum ad eius
vitæ substentationem sufficiat, sed demum
tantum in proprietate, ex cuius reddit u pos-
sit ipse simul cum sua familia alimentari: ra-
tio est ibi, quia quando aliquis alicui alimē-
ta præstari (ex legis dispositione) tenetur, il-
la in proprietate constituere debet, vt con-
cludit *Bar. in l. 2. numer. 1. ff. quod in fraud.*
patron. vbi Paulus numer. 6. & post multos
Molin. de primog. cap. 15. num. 27. not. in prax.
par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Colonus partiarius habet beneficium, deducto ne egeat, pro fructuum solutione.*

A M.

AMPLIATIO
Prima.

1 
MPLIA primo, in colono † partiario, qui pro cõsignatione fructuum si non habet vnde soluere valeat, non tenetur vltra quam facere potest, deducto ne egeat, *Brun. de cess. bon. quæst. 33. 4. p. princip.* post multos ibi relatos, ratio est, quia partiarius socio æquiparatur, *Fulgos. in l. si merces, §. vir maior, ff. locati & in tractat. de soc. 11. p. col. 12. Franc. Cremens. dict. sing. 156. incip. tu scis quod socius, versic. quid de colono partiario, Ang. de Perus. in tractat. de Pal. column. 3. vers. ad tertiam autem respondeo, Pet. de Vbaldis in dict. tract. de duob. fratrib. 11. p. quæst. 9. sub num. 10. col. 3. vers. ex quibus etiam, Nicol. de Mil. in suo repert. in verb. colonus, notatur in addit. ad Bertac. in verb. colonus recedens, vers. 68. Honded. d. cons. 85. Castill. d. l. 66. in d. verb. arrayar Gasp. Baet. dict. cap. 17. num. 65. Burg. in tract. de laudim. inspect. 60. num. 2. p. 2. Caroc. in tract. de locat. & conduct. sub tit. de locat. merced. quæst. 4. num. 4. Valasc. in tractat. de iure emphy. quæst. 30. num. 3. Ant. Monar. de execut. in vestib. cap. 1. 2. post num. 68. vers. item, additio. ad dec. Rot. nouiss. 105.*

SVMMARIVM.

1 *Socius vnius rei habet beneficium deducto ne egeat.*

AMPLIATIO
Secunda.

1 
MPLIA secundo, in socio vnius rei, qui pro illa re habet istud beneficium, *Alex. in dict. lege sunt qui in verb. Alberic. de Rosat. hic ff. de re iudicand. in fin. Brun. de cession. bonor. quæstion. 24. numer. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Scholares habitantes in societate in vna domo inter se, non tenentur nisi quatenus facere possunt, deducto ne egeant.*

2 *Beneficium quod conuenit bonis moribus, est extendendum.*

3 *Iura loquentia de socijs possunt adaptari ad scholares, & ad alios in eodem cenaculo habitantes.*

AMPLIATIO
Tertia.

1 
MPLIA tertio, † in scholaribus, qui simul habitant in vna domo in societate qui ratione societatis si quid sit debitum ab vno ipsorum, non tenentur vltra quam facere potest, deducto ne egeat, *Molin. in dict. tractat. de contract. dict. disp. 114. Guttier. de iur. confirm. par. 3. capit. 15. num. 1. Surd. de alimen. d. quæst. 78. post num. 9. Palat. Ruu. in repet. d. cap. per vestras, §. 12. num. 13. fol. 184.* ratio
2 † est ibi, quia istud nostrum beneficium conuenit bonis moribus; ergo est extendendum, *l. eleganter, §. 1. ff. solut. matrim. & l. patronus ff. de reg. iur.* & quod scholares non teneantur vltra quam facere possunt dicit etiam *Pet. Rebuff. in tract. d. priuileg. scholar. versic. consensimus duodecimum, num. 3.* vbi refert quod ita expresse tenet *Io. de Tremol. in addit. ad practic. Vbert. de Bonaccurs. in Rubr. de exceptio. & benef. quod post diffin. sent. oppo. 76. col. 1. in ver. cæteri,* dicit etiam *gl. in d. l. is. par. 5. lib. 10. Regn.*
3 *Castill.* & iura † loquentia de socijs, possunt adaptari ad scholares, & alios in eodem cœnaculo habitantes, dicit *Abb. Sicul. in cap. inter dilectos, num. 18. de fid. instrum* vbi allegat *Azonem in l. perceptionem de his, quæ deiecer. vel effud.* hoc est verum in fauorabilibus, secus in odiosis, vt ibi *Abb. in fin.* & sic id quod dicitur de socijs ad canonicos, & alios, qui sunt in eodem collegio, dicit *Ioan. de Plat. in d. §. sed & si quis institut. de action. per l. non tantum in fine, ff. de re iudic,* refert *Thes. d. decis. 119. post num. 3. versic. nam comparatur. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Socij habent beneficium deducto ne egeant, non solum actione pro socio conuenti, sed etiam alia actione, occasione societatis.*

AM-

AMPLIATIO
Quarta.



1 MPLIA quarto, quod † socij inter se habent istud beneficium non solum actione pro socio conuenti, sed etiam alia actione; dum tamen fiat occasione societatis & ex contractu tempore societatis. *Io. Oinotom. in dict. §. sed & si quis num. 4. de actionib. & ibi Io. Faber. Surd. dict. quaest. 78. post num. 9. & notaui in quest. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Socius si promittit soluere quantitatem non habet beneficium deducto ne egeat.*

FALLENTIA
Prima.




1 ALLIT primo, quando socius promittit soluere quantitatem, *Vinc. de Franch. decision. 164. numer. 13. Palat. Ruuios dict. §. 12. numer. 17. in principio, & notaui in question. 1. fall. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Socius si negauit esse socium, non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*

FALLENTIA
Secunda.



1 ALLIT secundo, quando negauit esse sociú, & perseuerauit in negatione vsque ad litem contestatam, *glo. in dict. §. sed & si quis de action. in l. si vnus §. fin. & pro socio, in l. si cum autem, ff. de re iud. gloss. in l. sunt, qui, in verb. facere, ff. eod. Ias. in l. quod te post num. 30. vers. eodem modo si quis negat, ff. si cert. pet. Io. Oinotom. in d. §. sed & si quis post numer. 4. Molin. in d. tracta. de contract. d. disput. 113. Brun. de cess. bon. dict. quaest. 24. num. 3. Palat. Ruu. in d. §. 12. num. 14. & 15.* ratio est, quia ille, qui negat se esse talem, ex cuius qualitatem habet hoc priuilegium, perdit illud, *l. sed & si ex parte in fine principij, ff. quod cum eo,* quæ est singularis ad hoc, *& l. sed hoc ita, §. quod autem, in fin. ff. de re iud. & in l. si dubit †, §. ita demum, ff. de fideiuss. not. in auth. contra qui ipropriam, C. de non num. pec. Rol. Rodulf. in d. §. beneficium tit. de renunt. in gloss. & Surd. d. quaest. 78. num. 29. 30. & not. in quaestio. 1. fall. 6.* ad quæ me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Socius ex dolo amittit beneficium, deducto ne egeat.*

2 *Colonus partiarius dolosus amittit beneficium, deducto ne egeat.*

3 *Socius si culpa sua desyt facere posse amittat beneficium, deducto ne egeat.*

4 *Socius si desyt facere posse amittit beneficiũ, deducto ne egeat*

5 *Socius committens dolum in non acquirendo an amittat beneficium, deducto ne egeat.*

6 *Socij omnes dolosi habent inter se beneficium deducto ne egeant.*

Dolus cum dolo, & culpa cum culpa compensantur ibid. n. 6.

FALLENTIA
Tertia.



1 ALLIT tertio, si socius aliquid dolo fecerit: non enim † æquum est dolum suum quẽquam releuare, *d. l. verum, §. tempus, vers. hoc quoque ff. pro soc. dict. leg. sunt qui, & ibi gloss. in verb. facere, ff. de re iud. Franc. Munnoz dict. cap. 35. num. 15. de ratiocinijs, & notaui sup. quaest. 1. fall. 2.* vel † contraxisset socius, siue colonus

2 partiarius cum domino dolosè, cum animo obtinendi istud beneficium, *Brun. de cessio. bon. quaest. 33. post num. 2. vers. limita tamen, Corn. consil. 128. col. 1. num. 5.* secus si culpa

3 sua † vt facere possit desijt, dicendum est condemnari non debere in solidum, *vt d. §. tempus, in fin. Vinc. de Franch. dec. 164. numer. 12. & notaui in. quaest. 1. ampl. 9.* nisi †

4 dolo factus esset non soluendo, quia dolus commissus in non perdendo facit perdere beneficium, *Molin. disp. 113. numer. 9. Brun. dict. quaest. 24. post num. 5. versic. his tamen non obstantibus;* secus † si commisisset

5 dolum in non acquirendo, *text. & Bart. in l. nemo, §. illud quaeritur, ff. pro soc.* vel nisi es-

6 essent omnes socij in dolo, quia † dolus cum dolo, & culpa cum culpa compensantur, *gloss. in l. si ambo, in verb. teneri, ff. de compens. Io. Oinotom. in §. fin. post num. 2. de societ.* & ex quo diffusus notaui *in d. ampl. 9. par. 9.* ad me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Socius, qui integrè, seu in totum soluere promisit, non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*
2 *Promittens integrè soluere legatum censetur renuntiasse detractioni falcidiæ.*
3 *Promittens integralem restitutionem perdit beneficium consuetudinis dictantis quod lucretur certam partem dotis.*
Promissio relata ad consuetudinem non perdit beneficium consuetudinis.

FALLENTIA Quarta.



1 FALLIT quarto, si socius† promisisset integrè, seu in totum soluere, quia tunc dicitur renũtiasse isti beneficio, *Ias. in dict. l. sunt qui num. 5. ff. de re iud. Vinc. de Franch. dec. 164. num. 4. Alex. cons. 133. lib. 5. numer. 5. notat Bald. in l. quod nomine circa medium, versic. sed ibi nudo pacto, de condict. indeb. Modern. in d. c. per vestras, & Palat. Ruui. in eius repet. §. 12. num. 16. & post num. 17. vers. secus ibi in beneficio dicto col. 2. in prin. & num. 29. in fin. vers. ex his fol. 185. de don. int. vir. & vx. Lopez in d. l. is in gloss. Munnoz d. cap. 35. numer. 14.* vbi dicit: si socius iurasset, & promisisset integra reliqua socijs se soluturum non gaudet beneficio. *Guttier. dict. iuram. confir. 1. p. cap. 17.* sicut si hæres † promisisset
2 soluere integra legata, censetur renuntiasse detractioni falcidiæ, *Cyn. in l. fin. C. ad leg. falcid.* quam sequuntur *Bald. Ang. & Sal. ibi Ruin. cons. 159. col. 4.* de hac vide quæ notaui
3 *in quæst. 1. ampl. pen. & fall. final.* † etiam stante consuetudine, quod maritus lucretur certam partem dotis, si promisit integralem restitutionem perdit beneficium consuetudinis, si promissio non est relata ad consuetudinem, scilicet si dixerit, promitto integraliter soluere secundum formam consuetudinis, *Bald. in d. l. quod nomine, vers. sed & si quis ex consuetudine*, vbi distinguit *Ang. in l. si patronus, ff. donatio Rayn. & Alex. in l. si cum dotem in fi. ff. sol. matrim. idem Alex. cons. 5. col. pen. post num. 5. vol. 3.* vbi dicit magis communem opinionem, idem *Alex. d. cons. 133. post num. 8.* quod est singulare ad hoc in terminis nostris, per totũ, & *cons. 201. col. 2. post num. 5. 6. 7. & 8. vol. 6. Paul. Castr. cons. 193. col. 1. & seq. vol. 1. Dec. in l. 1. num. 76. C. de sent. quæ pro eo quod interest, & in cons. 402. post numer. 2. col. 2. Ias. cons. 90. col. 2. vol. 3. Rip. in l. centurio num. 130. de vulg. & pupill. Gozad. in consil. 59. vol. 2. Boer. dec. 245. post num. 6. Rol. à Vall. de lucro dot. quæst. 38. à num. 6. vsque ad 10.* quod etiam procedit in omnibus personis, quæ possunt isti beneficio renuntiare, sicut socius, *l. si conuenerit, & ibi doctores, ff. de re iud. à Vall. dict. quæst. 38. post numer. 6. & not. in proœm. vers. infertur par. 1. & in vers. exceptio. 2. par.* secundum distinctionem quam *notaui in quæstion. 1. fall. fin.* ad quæ me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Socius promittens restituere pecuniam sine exceptione iuris, vel facti, non habet beneficium, deducto ne egeat.*

FALLENTIA Quinta.



1 FALLIT quinto, quãdo socius promisit restituere pecuniam sine aliqua exceptione iuris, vel facti, quæ verba omnem exceptionem excludere videntur. *Spec. in titul. de empt. & vend. §. 1. colum. 2. vers. sine aliqua exceptione l. 2. in princ. ff. de excep. Palat. Ruu. in §. 12. num. 21. in c. per vestras, de donat. int. vir. & vx. fol. 184. col. 2. in fin.* quod est defensionem aliquam non opponere, saltem præsentes defensiones, & quæ competere possunt tempore contractus, notatur per *Alexand. in d. cons. 133. lib. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Socius renuntians in instrumento societatis cum iuramento omni exceptioni, siue priuilegio, vel beneficio iuris amittit beneficium deducto ne egeat.*
2 *Iuramentum habet vim specialis consensus.*
3 *Colonus partiarius si iurauerit in instrumento locationis domino satisfacere, & eius portionem consignare, non gaudet beneficio, deducto ne egeat.*
4 *Iuramentum seruari debet sine interitu salutis æternæ.*

FALLENTIA

Sexta.

1 FALLIT sexto, quando † in instrumento societatis iuramentum interuenerit, & cum iuramento renuntiauerit generaliter omni exceptioni, vel priuilegio, siue beneficio iuris, *Brun. de cess. bo. q. 24. n. 2. Capell. Thol. 258. Palat. Run. d. §. 12. nu. 22. de donat. inter vir. & vxor.* ratio † est quia

2 iuramentum habet vim specialis consensus casu isto, *l. cum pater §. filius matrem ff. de leg. 2.* secundum *Bald. & Saly. in l. 1. C. comm. mod. Ang. in l. seninm C. qui testam. fac. poss. Ant. Corsett. in repet. rubr. de iureiur. col. 17. in priuil. 36. Andr. Sicul. cons. 35. col. 9. par. 1.* in terminis casus nostri, dicit *Alex. d. cons. 133 lib. 5. & notaui in q. est. 1. fall. vlt.* Item etiam

3 in colono † partiario si iurauit in instrumento locationis domino satisfacere eiusq; portionem consignare, *Brun. d. quaest. 33. num. 2. & d. quaest. 24. Capell. Thol. d. quaest. 258. Albert. Brun. cons. 89. num. 3. & 8. Roland. consil. 13. lib. 1. & cons. 31. lib. 2. de alim. quaest. 78. n. 27. Corn. cons. 128. col. 2. in fine & col. 3. in priui. vol. 3. Gozad. cons. 88. num. 19. Roland. de lucr. dot. quaest. 24. n. 13* ratio est, quia iuramentum debet seruari sine interitu salutis aeternae: eo magis vbi agitur de praeiudicio tertij *cap. quamuis de pact. in 6. vbi doctores*, & hoc procedit secundum distinctionem quam notaui in q. 1. *fall. vlt.* ad quae me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Socius non habet beneficium, deducto ne egeat quando alter socius non habet in bonis nisi debitum societatis.*

FALLENTIA

Septima.

FALLIT septimo si socius nil aliud habebat in bonis nisi debitum societatis, quo casu alter socius conuentus, beneficio nostro non gaudet, secundum *Io. Fabr. in §. item si de dolo instit. de actio.* refert & sequitur *Lopez in dict. l. i. in gloss. 6. in fin. Regn. Castell. Franc. Munnoz de Escobar. d. cap. 35. numer. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Socius habens artem ex qua viuere possit non habet beneficium, deducto ne egeat.*

FALLENTIA

Octaua.

FALLIT octauo si habet artem cum qua viuere possit, vt notaui *in quaest. 1. fall. 8. per d. l. 15. par. 5. tit. 10. in fin. Franc. Munnoz d. cap. 35. num. 15. Molin. de primog. cap. 15. num. 46. à Lara de alim. §. sed, & si filius num. 123. Guttier. in terminis cap. 15. n. 5. par. 1. de iur. confirm.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis in sindicatu condemnatus propter imperitiam non tenetur vltra quam facere possit, & quatenus sufficiunt vires sui patrimonij, & num. 3.*

2 *Officialis condemnatus in sindicatu propter imperitiam nil deducit sed contra.*

3 *Iudex qui per imperitiam iudicauit non conuenitur vltra vires patrimonij, deducto ne egeat, & num. 5. 26. & 28.*

Officium iudicis est necessarium. ibidem num. 3.

4 *Necessitas officij excusat.*

5 *Iudex qui per imperitiam iudicauit in sindicatu carcerari non potest.*

6 *Iudex qui per imperitiam iudicat non tenetur vltra quam facere potest. ibidem num. 5.*

6 *Sindicatores proposita generali accusatione per fiscum, ligant officiales sub fideiussione contra num. 8.*

7 *Officialis molestari non potest nisi fundata fisci intentione.*

8 *Sindicatores non possunt molestare officiales nisi probata intentione.*

9 *Iudex qui per imperitiam iudicauit arbitrio Iudicis punitur.*

Arbitrium iudicis non in solidum, sed in quantum facere potest contra iudicem qui per imperitiam iudicauit esse debet ibidem.

Officialis, qui in sindicatu non habet fideiussorem an debeat carcerari, vel committi iuratoria cautioni ibi.

10 Officiales, qui contra legem iudicauit, ad omnem litis aestimationem tenetur.
11 Lata culpa quando aequiparatur dolo.
12 Sententia lata ex errore expresso iudicantis non valet.
13 Sententia lata ex errore non expresso iudicantis valet.
14 Iudex qui tulit sententiam ex errore in articulo vbi hinc inde sunt opiniones ad quid teneatur.
15 Iudex qui ex errore tulit sententiam in articulo difficili ad quid teneatur.
16 Iudex qui propter imperitiam iudicauit gaudet beneficio, deducto ne egeat.
Iudex qui ex dolo indicauit amittit beneficium, deducto ne egeat. ibi.
17 Magis tolerandus est, qui per imperitiam iudicauit quam qui ex dolo iudicat, & imperitia iudicantis fuisset supina.
18 Magis delinquit qui delinquendo nouit delictum, quam ille qui per ignorantiam delinquit.
19 Iudicans contra communem opinionem, & secundum iudicandi consuetudinem praesumitur dolosus.
Communis opinio doctorum rem claram & indubitatam facit. ibi.
20 Iudex laicus, qui tulit sententiam de consilio alicuius doctoris in totum excusatur.
21 Qui per se scire non debet excusatur si errauit.
22 Iudices laici iudicant de consilio Doctoris secundum consuetudinem Italiae.
23 Iudex qui ex toto est ignarus debet iuxta periti consilium iudicare.
Domini Terrarum debent doctores creare iudices. ibi.
24 Est eximium vitium Reipublicae si iudices non ex se quod agendum sciant, sed aliunde
25 Notarij vbi sunt doctores iudices esse non possunt.
26 Iudex laicus iudicans ex alterius consilio facit litem suam si male iudicauit, si consilium est obligatorium.
27 Iudex laicus ponit super scripturas, habito voto talis V.I.D prouideatur, consilium sit obligatorium.
28 Qui committit vices suas postea reuocare non potest, nec alijs committere.
29 Iudex, qui ex statuto, vel partium conuentione cogitur sequi consilium alterius non facit litem suam.
30 Iudex qui cogitur sequi consilium alterius non facit litem suam male iudicans si est ex toto ignarus.
31 Iudex iudicans ex alterius consilio euidenter non continente iniquitatem non tenetur.
32 Iudex sciens consilium esse contra ius sequi non tenetur. & num. 34.
33 Iudex qui tenetur iudicare cum consilio alterius ex statuto, vel partium conuentione intelligitur de consilio arbitrio boni viri.
34 Consilium iniquum sequi non debet.
35 Partes consentientes stare cuique consilio & secundum illud iudex iudicauit si consilium est contra ius, Iudex non tenetur illud sequi.
Cautela Bartoli iudicantibus ex consilio alterius de partium conuentione, vel statuto. ibid.
36 Iudex qui tenetur scire iura ratione officij si fert sententiam iniquam de consilio alterius non excusatur, nisi partes consenserint.
37 Turpe videtur iudici allegare quod cecidit imperito consultori.
38 Imperitia consultoris imputetur iudici. & num. 40.
39 Causa si est committenda consultationi per iudicem laicum, non est eligendus consultor in specie sed in genere.
40 Eligens imperitum consultorem sibi imputet.
41 Cautela Speculatoris eligendi consultorem sine consensu partium.
Iudex potest eligere consultorem inuitis partibus. ibid.
42 Iudex consilium sapientis iniquum sequens facit litem suam.
43 Iudex male iudicans in dubio non dolose sed per imperitiam male iudicasse praesumitur.
44 Officialis de generali consuetudine non tenetur nisi de dolo, & barattaria.
45 Iudex de generali consuetudine non syndicatur de iniquis sententijs, & per imperitiam latis.
46 Iudex tenetur de negligentia, quae cadit in dolo.
47 Officiales ad instantiam fisci non possunt syndicari nisi de subornatione, extorsione, occupatione rerum regij patrimonij, vel vniuersitatis.
48 Vbi non adest statutum seruatur ius commune contra iudicem ex negligentia, vel imperitia iudicantem, non obstante consuetudine contra n. 50.
49 Consuetudo rationabilis illa dicitur quae non impugnat iura.
Consuetudo dicitur & iure, & vsu approbata moribus plurimarum personarum. ibid.
50 Consuetudo quod iudices non tenentur de negligentia, & imperitia est seruanda, nisi negligentia cadat in dolo.
51 Consuetudinis formam excedens legem excedere dicitur.
Consuetudo pro lege habetur. ibidem. & num. 53.
52 Iudicans tenetur secundum consuetudinem iudicare.
53 Iudices iudicantes contra consuetudinem faciunt litem suam.
Consuetudo est altera lex. ibidem.

Iudex

54 *Iudex iudicando secundum consuetudinem contra legem, excusatur.*
55 *Consuetudo vbi non valet, neque statutum valere potest.*
56 *Consuetudo est fortior statuto.*
57 *Iudex facit litem suam, & in quantum facere potest condemnatur si à sententia per imperitiam lata appellatum fuit, & prima sententia per secundã confirmata, vel si appellatio fuit deserta.*
58 *Iudex ferens sententiam per imperitiam debet citari, vt illam iustificet, alias non tenetur.*
59 *Iudex ferens sententiam per imperitiam si pars læsa potuit appellare, vel petere reductionem ad viri boni arbitrium, & non fecit, in quantũ facere potest tenetur*
60 *Iudex ferens sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, in quantum facere potest tenetur.*
61 *Iudex ferens sententiam per imperitiam in quantum facere potest tenetur, etiam si sint latæ tres sententiæ conformes.*
62 *Sententiæ plures conformes præsumuntur ritè, & rectè, & præsumuntur iustæ propter iudicis sententiam, & præcepti authoritatem.*

L. Si filius familias iudex litem suam faciat: in tantum quantum tenetur, quæ tunc in peculio fuit, cum sententiam dicebat. Iudex tunc litem suam facere intelligitur, cum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit; dolo autem malo hoc facere videtur, si euidens arguatur eius vel gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes: vt veram æstimationem litis præstare cogatur. ff. de iudicijs.

QVÆSTIO XIV.



FFICIALIS,
1 qui † per imperitiam iudicauit, & in sindicatu condẽnatus fuit non tenetur vltra quam facere potest, id est quatenus sufficiunt vires sui patrimonij, *gloss. in l. si filius familias, & ibi Alex. in addit. ad Bart. §. iudex lit. L. in fin. ff. de iud. l. fin. & ibi gl. vbi Alex. in addit. ad Bar. ff. de var. & extraord. cogni. Farin. quæst. 111. num. 437. & 562. lib. 3. Alex. Trentacinq. var. resol. vol. 1. lib. 2. de excep. resolut. 1. num. 9. Bald. in l. quæ fortuitis n. 5. C. de pignor. actio. Marc. Ant. de Amat. dec. 16. Ant. Monach. de execut. in vestib. cap. 12. num. 70. Rol. Rodulf. in summ. de contract. & eorum diuis. fol. 162. tom. 2. col. 1. in princ. Boer. consil. 1. num. 28. Brun. de cess. bon. quæst. 19. num. 1.* vbi testatur de communi opinione *par. 4. princip. per gloss. in d. l. filius fam. Roma. sing. 162. Paris de Put. de sind. vers. si filius familias in verb. barattaria*, vbi dicit
2 nullo deducto. † Sed *Surd. in quæst. 78. n. 19. tit. 1. de alim.* dicit quod iudex qui per imperitiam iudicauit, non conuenitur vltra vires patrimonij, deducto ne egeat, secundum communem opinionem: ratio est & ibi, quia
3 officium † iudicis est necessarium, *Bar. in l. ex maleficijs, §. si iudex, ff. de act. & oblig. l. munerum, §. iudicandi, ff. de muner. & honor. l. fin. & ibi gloss. fin. C. de pen. iud. qui male iudic.*
4 & necessitas † officij excusat *l. quicquid ff. arbit. tutel. Alexand. in addit. ad Bar. in d. l. fin. in princ. de var. & extraord. cognit.* nec car-
5 cerari potest in sindicatu † Iudex, qui per imperitiam iudicauerit si non est soluendo, quia non tenetur vltra quam facere potest, *Bald. in d. l. qui fortuitis post num. 15. idem Bal. in rubr. de pœn. iud. qui mal. iud. numer. 5. Alexand. ad Bart. in d. l. si iudex lit. F. circa finem, Brun. d. quæst. 19. post num. 3. Bart. d. l. fin. & ibi gloss. in verb. de ætate, Angel. in Auth. vt iud. sine quoque suffr. §. volumus.*

Licet in alto Regno contrarium seruabatur per sindicatores per Excellentiss. *Prore-*
6 gem destinatos, & M. R. C. contra officiales, quod proposita generali accusatione per fiscum ligabant omnes sub fideiussione de stando sindicatui, contra formam *c. Regni Regis Alphons. 81. mihi fol. 140.* vbi non fun-
7 data † fisci intentione nemo debet molestari prout hodie seruatur vigore pragmaticæ editæ per Excellentiss. Ducem de Feria tunc meritissimum Proregem huius Regni æternę
8 memoriæ, quod officiales † non molestentur nisi fundata fisci intentione iuxta, formam d. c. Regn. & ego pluries hoc seruaui in nonnullis repartimentis, & præcisè Messanæ. Bene verum quod possunt officiales ligari sub fideiussione arbitrio sindicatoris si sibi constat de aliquali excessu, quia iudex
9 † quando iudicat per imperitiam, & imprudentiam, punitur arbitrio iudicis, vt damnum parti læsæ reficiat secundum communem opinionem, dicit *Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 83. numer. 2. Tiraq. de pen. caus. 44. n. 1. 1. Boer. decis. 153. numer. 12.* qui censuit idem esse cum per imperitiam aliquem morte puniuit, post *Io. Fabr. & Ang. Aret. instit. de oblig. quæ ex quasi delict. in princip. Farinac. d. quæst. 111. num. 380. & 568. lib. 3. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 339. num. 4.* non insolidum, sed in quantum facere potest, *vt ibi num. 5. Bart. in sua q. iudex per imperitiam, vers. solutio. num. 1. & vers. ad aliud Bald. in cap. 1. §. iudex de pac. iuram. firm. Bar. in l. diez*

cautioni. §.in eum, ff.de damn. infect. Boss. in tit.de offic. corrupt. num.244. concl.

Sed si potestas in sindicatu fideiussionem non habet carcerari non debet, sed committi iuratoriæ cautioni, nisi esset capitalis, *Bald. in l.obseruare, §.proficisci autem post n.7.de offic.*
10 *proconsul. & legat.* & interdum † ad omnem litis æstimationem, vt si contra legem iudicauerit, quia est lata culpa, quæ dolo comparatur, *Bal.in l.mancipia post n.1.in fi.C.de seru. fugit.& in d.c.1.§.Index, col. pen.l.hoc edicto, vbi Dec.n.3. ff. quod quisque iur. Alex.d.l. dies cautioni. §.cum in fine, Menoch. d. cas.339.post*
11 *n.5.* hoc est in ciuilibus, † *Plot.in tract.de inlitem iurand.§.6.fol.83.nu.31.* nisi statutum faciat expresse doli mentionem *ibi nu.32.* secus in criminalibus *Clar.d.§.fin.q.84.post n.1.* vbi testatur de communi opinione per *Ias.in l.in actionibus n.23.& 26.ff.de in lit.iurand.* vbi lata culpa in crimiualibus non æquiparatur dolo, *Dec.in d. l.hoc edicto post nu.4.* sequitur *Blanc.in pract. crim.fol.56. art. hinc inde essent opiniones, quia tunc est nu.137. Munius de los corridores fol. 240. col.3. in princ. Bermond. loquens in crimine adultery in tract. de concub. fol.158.n.71. Diaz reg.540.Claud.in l.1.n.33. ff.de legib. & de pen.mortis, vel mutilatio. Cagnol.in l.contractus n.10. de reg.iur. Villalob.in sua collect.comm.opin. in lit.* L. *num.6.* & isto casu distinguendum est, *secundum gloss. in d. l.fin.in verb.si iudex ff.de var.& extraord.cogn.*
12 aut † errore expresso iudicauerit, & sententia non valet, *Alex.in d.l. conuenerit num.3.* & sic non facit litem suam *Tiraq.de leg. connub. gloss.6. n.206. in verb.de sommary*, nec tenet in sindicatu, *Bertach. in verb.Iudex tenetur vers.43. & 63. Paris in d. tract.sindic. in vers.pone quod index,n.2. & vers.vtrum iudex num.3. & in verb. an officialibus remotis*: aut
13 non errore † expresso, & valet, & eo casu facit litem suam, & notabo infra ampl.5.in fi. interdum ad merum interesse, † vt si in illo
14 articulo hinc inde essent opiniones, quia tunc est in leui culpa, *Dec. in l.iuris ignorantia, n.3. C.qui admiss. vt notat. Io. Andr. in c.1. de postulat.prælato.& in c. cum dilectus, & ibi Abb. Sicul.n.6.& 13. de consuet. Fely. in c. de quarta, col.9. de rescript.* Ratio est, quia talis error iuris excusat, vt ibi interdum ad
15 † nihilum, vt si difficilis esset articulus, *Bald. in d.l. mancipia post n.2. in fin. & in l.obseruare, §. proficisci post num.14. q.40.* secundum communem opinionem, quam refert *Cum in tract.sindic.num.14.Bald.proposit. & Afflict.in d. §. Index de pac. iur. firm. firmat. Boss. in d. tract. de official.corrupt.num.22. in 3.concl. & in 4. concl. num.24. col.4. Alexand.in d. l.dies cautioni, Fely. in c. excommunicamus de hæret.*
16 Et sic iudex † propter imperitiam ferens sententiam gaudet isto nostro beneficio, secus per dolum, *Brun. de cess. bon. d. qu.19. num.3.* vbi dicit communem opinionem *Roma.sing.162. Federic.Schen. in tract.de sent. & re indic. in 2.tranct. num.43. Dec. cons.8. n.10. Cart.in d. l.si filiusfamilias §. index in fin. Decius in d. l. hoc edicto num.2.* quia iudex, qui iudicat dolosè non tamen pecunia mediante tenetur ad omne interesse parti lesæ, & infamis efficitur *d.l. fin.C. de pœn. iud. & d. §. index, Bass. d. tract. de offic. corrupt. num.11. Cum.loco citat. d.num.11.& 12. §.index, vers. siue instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nasc. in princ.Franc. Carrab.in pract.sindic.par.2.n.1.* Idem quando dispositio dicat quod debeat stari sententiæ alicuius, siue sit æqua, siue iniqua tamen si iudex inique per dolum pronuntiat contra aliquem potest agi de dolo, *text. & gloss. in l. si duobus mandauero in vers. non fuit, & l.si mensor §.si cum falsus, ff.si mens. fals. mod.dix. l.arbitrio, §. d. ff. de dol.Bald.in l.cum duobus. §.fin.ff.pro soc.Sebast.Sap.in addit. ad Abb. Sicul.in c. sepe n.17. lit. B. de appell.* licet ibi se moueat, *per tex.in l.si propter iudicium, ff. si mens. fals. mod. dix.* qui non facit: sed volebat allegare *d.l.si duobus*, etiam si imperitia fuisset supina, quia licet malè qui per imperitiam iudicat, magis tolleran-
17 dus est † quam si iudicasset ex dolo, & imperitia iudicantis fuisset supina, quo casu in solidum tenetur ad veram æstimationem, *Alexand. in addit. in d.l. fin. ad Bart. lit. F. circa medium, ff.de var. & extraord. cognit. Tiraq. de pœn. d. cas.44. num.62. Carrab. dicto part.2. num.13. in fin. & sub numer.14. Ioan. Vinc.de Ann.alleg.55.n.10. Caraujt.super Rit. d.c.5.n.6. Afflict.in constit.sancimus de iur.prothom. §.licentia, n.14.fol.45. Bal. in d.l.mancipia, n.2.Io.de Sal.societatis Iesu in par.2. Farinac.q.111.n.362.lib.2. Diui Thom. tom.2.q.7. tract.13.disp.2. sect.11.n.136.& seq.*
18 Ratio est, † quia magis delinquit, qui delinquendo nouit delictum quam ille, qui per imperitiam delinquit: voluntas enim distinguit maleficia, *gloss. in §.furtum, vers. intelligatur instit. de oblig.quæ quasi ex delict.nasc. vt in q.1. fall.2. Carrab. d. part.2. num.21.* vbi dicit, quod potest etiam criminaliter puniri, *Boss. d. tit. de offic. corrupt. num.11.& 12.* & ita sentit *Isern.in constit. huius* Regni *in tit. de pen. ind. qui mal.indic. si iudex fraudulenter col.2. lin.15. mihi fol.195.* vbi etiam tex. qui dicit si iudex fraudulenter, atque dolosè sentẽtiam protulit auctoritate iudiciaria irrecuperabiliter cadat, & noteтur infamia, rebus suis omnibus publicatis quod si ignorantia iuris in sententia oberrauerit pro simplicitate animi manifestè pro nostræ voluntatis arbitrio puniatur: & sic habet aliqualem excusationem, quia iudex tenetur sequi leges, & communem opinionem doctorum in iudicando, *l.1.ff.de offic. Quæstor. c.nouimus de verb. sing. Bald. in l.cum prolatis, ff. de re indic.* Alex. *cons. 95. numer. 6. lib. 2. Curt.sent.in cons.69.vers.vndecimo dicunt Paris de Put.de sindic. in verb. indicare cap.3. n.13.Franc. Carrab. d.par.2. num.7. gloss. in l.iubemus in ver. quod index C. de ind.*

Et

19 Et iudicans contra † communem opinio-
ne, & solita iudicandi consuetudine præsu-
mitur dolosus transgrediens leges, Gramm.
vot.31. nu.9. quia communis opinio docto-
rum rem claram, & indubitatam facit Soc.
iun. cons.31.n.7.& cons.67.n.10. lib.1. Iusti-
nell.in tract. sindicat. n.122. versic. idem Corn.
cons.55. lib.2. concl.20. Affl.dec.96. in fin. sed
si abiecta communi opinione sequeretur
opinionem aliquem alicuius doctoris, mi-
tius puniendus est, secundum Bar. in d. l.cum
prolatis n.3.de re iud.& Carrab.d.p.2.post n.9.
secundum dispositionem d.nostræ consuetu-
dinis, Iudex fraudulenter, quia isto casu di-
citur iudicasse pro simplicitate animi, secus
si Iudex non est doctor, † sed laicus, quia
20 tunc in totum excusatur, quando iudex se-
quitur consilium sapientis, Dec.in l.si quis in
conscribendo, n.17. C. de pact. vbi dicit, quod
potestas accusatur in sindicatu si tulit sen-
tentiam de consilio sapientis, siue assessoris,
quia habebat instrumentum doctoratus ap-
probationis factæ in studio generali, allegat
Saly.in d.l.fin.C.de pœn.ind. qui mal.ind.Alex.
& doctores in l.2.& ibi gloss.ff.quod quisq.iuris,
& cons.65.col.2.lib.1.Menoch.d.cas.339.n.24.
Bald.in l.1.n.7.C.de pœn.ind.qui mal.ind.Boss.
in d.tit.de offic.corrupt.n.27. & 29. idem Dec.
in d.l.iuris ignorantia sub n.4. C.qui amitt. Fa-
rinac. d.q.111.n.473. & seq. Bertach. in verb.
officialis castrorum, vers.2.Carrab. d.p.2.n.18.
21 ratio est, † quia si errauit, habet iustam cau-
sam erroris, quando non debet scire per se,
vt isto casu; Bart.in l. in bonorum, in fin. ff. de
bono. possess.

Et in isto Regno seruatur quod iudices
imperiti, seu laici iudicant ex consilio ali-
22 cuius doctoris † iuxta consuetudinem Italiæ
secundum Speculatorem in §.1.n.1. de requis.in
tit. de except. §. vero versic. porro in Italia post
n.36. & licet Iudex faciat litem suam male
iudicando, Ang.in d.l.si filiusfamilias, §.index
gloss. in d. l.2.in fine, quod quisque iur. Alex. in
d.l. si iudex in addit.ad Bart. lit. A. circa prin-
cipium, & infra notabo, & tenetur in sindi-
catu, Bertach. in verb. iudex iudicat, vers.31.
tamen quando est imperitus, vt in multis lo-
cis accidit ex necessitate doctorum, debet
23 iuxta † periti consilium iudicare, seu forma-
re sententiam secundum Innoc.c.si pro debilita-
te de offic.delegat.l.si auiam,in fi.C.de ingen.ma-
num. licet iudices imperitos iure communi
non arctari habere consilium sapientis, Me-
noc.q.23.nu.9.de arb.iud. per scalam Pataun.
lib.1.c.20.in fin. d.consil.sapien. & ideo male
faciunt domini Terrarum, & locorum quan-
do in illis locis, & Terris ad sunt doctores
iudices imperitos creare per rationem, vt in-
24 fra; est † eum vitium Reipublicæ si iudex non
ex se quod agendum sit sciant, sed aliunde,
Specul.in d.tit.de requis. consil. §. 1. versic. sed
cum ratione post n.15.& contra mentem glos-
sæ in d.l.2.circa fin.& c.huius Regni Regis Al-
phonsi 41 2.mihi fol.229. vbi disponitur quod
in ciuitate, vel Terra, in qua sunt doctores
25 vel † graduati in iure, notarij non possint
esse iudices, Nepit. in consuet. Catin. consuet.
unic. de oner.seru. in offic. indicat num.7. licet
ibi per illam consuetudinem notarius possit
esse iudex, sed officium notariatus exercere
26 non potest, & tanto fortius iudex facit li-
tem suam quando mandatum est obligato-
rium, vt quotidie accidit vbi sunt iudices
laici, siue imperiti, qui sub processu ponunt,
habito voto talis V.I.D. prouidebitur, quo
27 casu † consilium sit obligatorium ratione
honestatis circa iudicem, notat Guid de Su-
zar. in d. l.humanum C. de legib. allegat in
argum. l.3. §. tametsi neminem, ff. de recept.
arbit. & l. quomodo §. sicut ff. commodat. Ang.
in d. l.si cum fundum, ff. de pact. & notat. per
eundem Angel. in d.l. si filiusfamilias, gloss. in
c. venerabile de offic. & potest. iud. deleg. vbi
28 dicit † quòd ille qui committit vices suas,
postea reuocare non potest, nec alijs com-
29 mittere, nisi à statuto, † vel partium con-
uentione coactaretur sequi consilium alicu-
ius doctoris, quia tunc non facit litem
suam, Specul. in §.1. post numer.13. versic. si
autem de partium consensu de requisit.consil. &
ibi Ioan.Andr. in addit. idemque Ioan.Andr.ad
reg. nullus ex consilio in merc. Cyn. Bald. &
Imol. in l. cum tale, §.2. ff. de condict. & de-
monstr. Ang. in d. l. si filiusfamilias, Alex. in
add. ad Bart. in d. l.fin. lit. A. circa medium
Bart.in d. l. si conuenerit num.4. in fin. & ibi
Alex.n.11.ff. de re iudic. Menoch. d. cas.334.
n.23. & in q.23.n.6. lib.1. de arbit. ind. Bald.
in d.l. mancipia nu.3.& in d. l. obseruare, §.
proficisci qu.31. Calcan. cons.82. Scal. Patau.
lib.4. de consil. sapient. cap.26. vers.3. 4. Lan-
franc. in c. quoniam contra, vers. sententia in
6.column.de probat. Petr. de Suzar. in d. l. fi-
liusfamilias, Ludou.Pont. in d.l.2.ff.quod quis-
que iur. Paris de Put. de sindic in verb. mul-
cta de barattar. versic. an si index, in princip.
Carrab. in d. par.2. num.18.Capic. decis.138.
in fin. Ann.sing.274. Farinac. q.111.num.470.
& 472.lib.3. vbi alios ponit casus, & hoc
30 procedit in iudice, qui ex toto est ignarus,
vt Farinac.d. q.111. numer.478. lib.3. notat
Bertach.in d.verb. officialis castrorum, vers.2.
notat etiam expressè Pute. in d. verb. an iu-
dex voluntate num.2.casu quo causa est com-
missa ex dispositione statuti, vel voluntate
31 partium,& tanto magis † quando consilium
euidenter non continet iniquitatem iudex
non tenetur, Imol.in d.l. si conuenerit, & ibi
Ang. & Alex.nu.12.& in addit. ad Bart. ibi,
idem Ang. in cons.188.

32 Secus si † sciret consilium esse contra ius,
quia illud sequi non tenetur, Rom.cons.128.
col.fi.Menoc.d.cas339.nu.16. Socy.sen.cons.24.
col.3.lib.1.Socy.iun. cons.63.nu.3.& 10.lib.1.
Scal.Patau.d.c.26.Guid.de Suzar.in d.l.huma-
nũ,l.rescripta,C.si cõtra ius,vel util.publ. Auth.
de iudicib.§.omnis autẽ iudex Io. Andr.ad Spec.
in d.tit.de requis.consil. lit. A.post n.13. Farin.
quæst.

33 quæst.97. num.41. lib.3. ratio est; quia † per
statutum, vel partium conuentionem intel-
ligitur dispositum de consilio arbitrio boni
viri, l.si Titium, & Mauium, vers. quantum,
ff. de admin. tut. Alexand. in d. l. si conuenerit
34 post numer.11. & ideo ideo si consilium † est
iniquum non est seruandum, l. si libertus, ff.
de oper. libert. l. hac venditio, in princ. ff. de
contrah. empt. Bald. in rub. de exercit. & in-
stit. act. Ant.de Butr. in d. c. si pro debilitate de
offic.deleg. Bart. in d.l.1. §. si plures in repet.in
3.quæst.& in d.l.si conuenerit num.3.vbi dicit,
quod quando causa est commissa consulen-
do, vel partium consensu per iudicem, &
fuit consultum iniustum, & per iudicem iu-
dicatum, tenetur ipse iudex in sindicatu: sed
Alexand. ibi num.11. in fin. dicit, hoc verum
quando in actu extraiudiciali sequendum
erat iudicium sapientis, vel alterius. ratio
est, quia nullum haberet regressum ille, qui
est læsus: secus in actu iudiciali quo casu ha-
bet pars remedium appellandi secundum
communem opinionem quam ibi testatur post
num.13. & ibi Bart. post num.5. vel si non
est ex toto ignarus, Imol. in c. cum olim de
arb. & ibi Ant. de Butr. vbi dicit, quod si iu-
dex teneatur committere causam iudicio sa-
pientis ex dispositione statuti, vel partium
conuentione, non tenetur sequi consilium
sapientis, nisi quando iudex ex toto esset
ignarus d.c. venerabile cum gloss. arg. l. impube-
ribus, ff. de suspect. tuto. ita etiam intelligit
Bar. in d. l. in bonorum num.4. secundum Ale-
xand. in d. l.si conuenerit num.11. dicit etiam
35 Pute. in d. vers. an iudex num.2. nisi partes
consenserint stare cuicumque consilio, & se-
cundum illud iudicare, Bart. in d l. si conue-
nerit post num.4. vbi dicit: consulo assessori-
bus quod in commissione faciant poni quod
partes ex nunc consentiunt, vt secundum
consilium talis feratur sententia, vt ibi Ale-
xand. & Bald. in d. l. obseruare §. proficisci,
post numer.14. quæst.3. ff. de offi. procons. aliàs
statutum, seu consensus partium nil opera-
retur, contra l. si quando in princ. ff. deleg.1. &
c. si Papa de priuil. lib.6. & esset frustratoria
cautela quam docet Bar. in d. l. si conuene-
rit, vt infr. not. dicit Decius in d. l. hoc edicto
num.6. & ibi Alex. in fin. per Bart. in d. l. bo-
36 norum, in fin. ff. de bonor. possess. quando † ra-
tione officij iura scire debet, vt per Bart. De-
cium & Alex. in locis cit. idem Dec. in d. l. iuris
ignorantia post num.4. C. q. admitt. ratio est,
37 quia per se scire debet, & turpe † videtur sibi
esse allegare quod ipse credidit imperito cō-
sultori l.2. §. Seruius autē ff. de erogat. iur. Bart.
in d. l. in bonorū in fin. vbi dicit quod si vnus as-
sessor petit consilium ab altero, certe creden-
do consilium illius non habet iustam cau-
sam ignorantiæ, quia per se debet scire, &
38 † ideo imperitia sibi imputetur l. imperitia,
ff. de reg. iur. & Decius in d. l. iurisgentium,
vers. ideo iudex post numer.4. & ob id consulo
39 iudicibus laicis, quod † tali casu non sibi eli-
gant in voto alicuius doctoris in specie, sed
in genere, vel illo modo, etiam infra nota-
bo per Spec. in d. tit. de requis. cons. quia re-
manet in eius potestate sequi consilium, aut
iterum causam committere consilio alterius
sapientis, quod alias fieri non potest sine ali-
qua suspicione doli, vt not. Ang. in d. l. si cum
40 fundo. & eligens imperitum consiliarium
sibi imputet. Bal. in d. l. mancipia post nu.3.
Corbol. d. par.2. post num.4. Carrab. d. part.2.
post num.18. Menoch. d. cons.339. nu.16. lib.2.
de arb. iud. quia fatuus est, qui imperitum eli-
git consiliarium, §. præterea inst. t. quib. mod.
re contrah. oblig. §. fin. instit. pro socio, Spec. in
d. tit. de requis. cons. §.2. post num.5. in fin. Alex.
in d. l. si conuenerit num.12. ver. adde, Bal. in
d. l. obseruare, §. proficisci post num.15. q.31.
vers. si ante Iudex, Innoc. in c. super quæstio-
nem, ff. de offic. delegat. & in casu quo iudex
41 † eligeret consultorem sine consensu partium
quia iudex potest eligere consultorem etiā
inuitis partibus, gloss. not. secundum Ang. in
l. hac lege in verb. deliberatione, C. de sent. quæ
ex pericul. recitand. Pet. Rauennat. & aly. in
Alphab. aureo vtriusq. iuris fol.25. vers. con-
sultor, obseruet cautelas, quas docet Spec. in d.
tit. de requis. consult. §.1. num.78. Ratio est
quod affectio dominationis, affinitatis, &
familiaritatis, amor quoque, timor, & odiū,
& auaritia humanos hebetant intellectus,
sensus, & opiniones peruertunt 3. q. 5. c. ac-
cusatores, & cap. testes 11. quæst.3. & quatuor
modis peruertuntur, & alios modos ponit ibi
gloss. ad hoc notandus est Isidorus l.3. de sum.
bono. cap.53. videlicet quod super scripturis
nunquam ponat, habito voto, seu consilio
talis V. I. D. sed committere consilio alicu-
ius periti doctoris per literas, & partib. no-
tificare consultorem electum, vt illi suas ra-
tiones dicant: vel totum processum compi-
latum, & conclusum, clausum & sigillatum
alicui perito doctori secretè committere
cum allegationibus partium in scriptis; quo
casu si constiterit ex aliqua affectione dedis-
se consilium iniquum, consilium abolere
honeste potest, & iudicare secundum ius,
42 vel alteri committere, alias facit † litem
suam sequendo consilium sapientis iniquū,
Ang. in d. l. si filiusfamilias de iud. Put. in d. tra-
ctat. de sind. vers. arbitror num.6. & in d. vers.
an potestas in ll. verb. mulcta de Barattar. Me-
noch. de arb. iud. d. qu.23. post num.5. post Bu-
tri. c. ex litteris de desponsa, Bal. in l. bonorum,
in fin. de bon. poss. idem Bal. Castrens. Saly. &
aly in l. iuris ignorantia, C. q. admitt. & dicit
Spec. loco cit. & sub num.13.
43 In dubio † autem iudex male iudicans non
dolosè, sed per imperitiam, male iudicasse
præsumitur, Bald. in d. l. obseruare, §. profi-
cisci quæst.29. post num.14. Dec. d. cons.8. post
num.10. & d. l. si filiusfamilias, §. iudex, vbi
Bart. Bal. & Doctores, Ias. in d. l.1. num.11.
C. vt omn. iud. Boss. in d. tit. de official. corrupt.
concl.3. num.19. Paris de Put. vers. male iu-
dicans

dicant sub verb. fuga officialis, num.10. l. ferum
mutuo, §. cum prator ff. ad Trebel. Cam. de sin-
dic. opp.9. num.31. nisi qualitas facti nulla
possit palcatione velari, *secundum P. ubi sub verb.*
44 *male iudicans*: & de generali † consuetudine
officialis non tenetur nisi de dolo, & barat-
taria, de culpa autem lata, non. *Hieron. Giacc.*
in suo cons. de sindicatu post pract. crimin. Iul.
Clar. posito num.46. Carrab. in d. part.2. nu-
mer.13. Par. de Put. de sindic. in verb. sindicatus
fuit; Bald. in d.l. obseruare, §. proficisci n.10.
quaest.15. Franc. Accurs. in suo tract. vers. item
si esset confirmata auth. hodie C. de iur. coll.
Amad. in tract. sindic. num.139. vers. item non
tenetur. Boss. d. tit. de offic. corrupt. numer.11.
fol.230. Bald. in auth. generaliter C. de episc.
& cler. Gramm. in cons. crimin.54. Iason in d.
l.1. d. num.11.

Et etiam de generali consuetudine, & per
statuta ciuitatum non sindicantur nisi de
furtis, pecunia accepta, & de male ablatis,
& caeteris barattarijs, de iniquis † autem &
45 per imperitiam male latis non sindicantur.
D. Hieron. Giacc. in suo consilio sindic. posito
post qq. crimin. 8. fin. Iul. Clar. post num.46.
in fin. Gramm. cons. crim.71. nu.8. & cons.81.
num.7. & Ias. in d. l.1. sub d. numer.11. vbi
dicit per *Ang. in d. §. proficisci*, quod officia-
lis non potest sindicari de negligentijs, &
46 ita seruatur de consuetudine, nisi esset † tan-
ta negligentia, quae caderet in dolum, ita
sentit *gloss. in d. l. praeceptoris ff. ad l. aquil. l. di-*
uus in fin. ff. de offic. praesid. & ita fuit statutum
47 in isto † Regno Siciliae per *Regem Ferdin. in*
cap.39. mihi fol.348. vbi officiales ad instan-
tiam fisci sindicari non possunt, nisi de subor-
natione extorsione, & occupatione rerum
regij patrimonij, & rerum vniuersitatis, &
ego ita pluries practicaui, & obseruaui in
nonnullis sindicatibus, siue repartimentis
contra officiales huius Regni ab Excellen-
tiss. Proregibus, & M.R.C. mihi commissis
vigore actus, vt sup. not. antequam essem
consiliarius, & iudex M.R.C. & ex quo ali-
qui sindicatores contrarium practicabant,
ideo fuit supradicta pragm. per Excellentiss.
D. Ducem de Feria bonae memoriae tunc
Proregem huius Regni meritissimum Mes-
sanae sub die 2. ind. 1604. quod seruetur d.
c. Regni & officiales non sindicantur nisi in
praedictis casibus ad instantiam fisci, & ita
hodie seruatur in isto Regno vigore dicti
48 statuti: sed vbi † non adest tale statutum con-
suetudo ista non est seruanda cum iniusti-
tiam inducat secundum *Carrab. d. par.2. nu-*
mer.13. vers. tamen per c. fin. de consuet. Bald.
in cons.349. col.2. vol.5. ratio est ibi, quia
tali consuetudini iura impugnant ex sua cer-
uice iudicare contra legem, & non secun-
dum opinionem doctorum, cum illa dica-
49 tur consuetudo rationabilis, & iusta cum
iura non impugnant, *gloss. in d. c. fin. de con-*
suet. & consuetudo dicitur, & iure, & vsu ap-
probata moribus plurimarum personarum,

Bar. in d. l. de quibus num.6. versic.3. accipia-
50 *tur ff. de leg.* sed ego † credo quod talis con-
suetudo non valeret, secundum *Carrab. lo-*
co cit. quando negligentia esset talis, quae ca-
deret in dolo, *secundum gloss. in d. l. praecepto-*
ris, & d. l. diuus, alias secus propter auctori-
tatem doctorum tenentium, talem consue-
tudinem valere, eo magis quod excedendo
51 † consuetudinis formam, legem ipsam ex-
cedere dicitur, cum consuetudo pro lege
obseruetur *dd. de quibus de legibus* & docuit
Menoc. quaest.71. num.3. lib.1. de arbit. iudic.
52 & iudices tenentur † secundum consuetudi-
nem iudicare, *Tiraq. d. tract. de pen. in prae-*
fat. num.3. & sequenti Rebuff. in tract. de ap-
pell. artic.22. gloss.2. numer.6. Suarez alleg.1.
num.29.

Imo iudices † faciunt litem suam iudi-
53 cando contra consuetudinem, ac si contra
legem iudicarent, cum sit ipsa altera lex
l. diuturna. ff. de legib. Bald. in auth. iubemus,
C. de iud. late de communi affirmat in suis
commun. opinion. *Franc. Turzan. cap.98.*
& iudex iudicando secundum consuetudi-
54 nem † contra legem excusatur, per *Gabriel*
conclus.8. num.2. & in tit. de consuet. Nut. su-
per consuet. Senat. Pan. in proem. num.68. &
70. alia confirmatur ratione quia vbi con-
55 suetudo non valet neque statutum valere
potest. *Bal. cons.338. col.2. lib.2.* sed si hoc
est quod statutum seruat ergo & consuetu-
56 do seruari debet, quia † consuetudinem esse
statuto fortiorem, *Calcan. cons.2. numer.29.*
Decius cons.690. numer.8. vtrumque probat
Cranet. in tract. de antiq. temp. part.1. princ.
num.42. & num.43. subdit esse eiusdem effi-
caciae, ac priuilegij. *Menoc. d. quaest.71. nu.4.*
& 5. vbi multa de consuetudine, & eius pri-
uilegio dicit, videndus. Ita etiam iudex fa-
57 cit litem suam, & in quantum facere potest
condemnatur quando à praedicta sententia
per imperitiam lata appellatum fuit, & pri-
ma ipsa sententia fuit per secundam confir-
mata, vel appellatio fuit deserta, *Menoc. d.*
cas.339. num.13. Bal. in d. §. proficisci post nu-
mer.13. quaest.28. vers. dicit Innoc. vbi dicit,
quod per hoc non [illegible] in aliquo primus
iudex, qui male iudicauit, & qui statim in
ipsa prima sententia pronuntiatione deli-
quit: & sic fecit fundamentum, ac cameram
iniquitatis, notat *Innoc. in c. saepe extr. de app.*
vbi Dec. num.10. Calc. cons.1. num.9. versic. ex
omnibus, Barb. cons.12. col.2. lib.4. singularem
doctrinam scribit *Marsil. sing.646. Carrab. in*
d. par.2. post num.10. Put. in d. tract. de sind. in
58 *ver. appellatio num.9. cap.3.* hoc est † verum
quando fuit citatus vt iustificet suam senten-
tiam, & illam non iustificauit, alias secus,
Bal. d. §. proficisci num.13. quaest.28. in fin. ac
59 etiam † quando pars laesa potuit appellare ab
ipsa sententia ex imperitia lata, vel petere
reductionem ad viri boni arbitrium, & il-
lam, vel illud praetermisit, *Menoc. d. casu 339.*
numer.11. 24. Bar. in l. ita si res numer.3. ff. de
alien.

allen.iud. mutand. cau.fact. quia in quantum
facere potest condemnatur, ratio est ibi per
Bar. quod per talem negligentiam non tol-
litur illud, quod erat causa concedendæ actio-
nis contra iudicem *gloss. in l. 1. §. qui magistra-
tum in verb. noui iuris, vers. quod autem in di-
finitiua ff. quod quisque iur. idem Bart. in dicta
quæst. 9. vers. solutio, Guglielm. de Cun. in dicta
l. si filiusfamilias, §. iudex, num. 1. de iud. Socy.
sen. in cons. 24. column. 2. vers. 2. Bart. in d. con-
sil. 12. num. 2. column. 1. Boss. in d. tit. de offic.
corrupt.*
60 Idem † esset si non appellasset, & senten-
tia transisset in rem iudicatam, quia poterit
agere contra iudicem, *gloss.* quam sic intel-
ligunt *Doctores in c. pastoralis, §. quia vero in
verb. & si scit in fine, de offic. deleg. Bal. in d.
l. fin. in vers. quæro si fuerit, C. de re iud. Innoc.
in c. sacro in gloss. in verb. reuoca de sent. excom.
Ang. in d. l. si filiusfamilias, idem Ang. & Bald.
in d. l. 1. quod quisque iuris; idem Ang. in con-
sil. 186. column. fin. Sebast. Sap. in addit. ad Abb.
Sicul. in d. c. sæpe num. 17. lib. 6. de app. Ber-
tach. in ver. iudex tenetur versic. 146. Franc.
Carrab. d. par. 2. post num. 9. in fin. Vincent. de
Ann. sing. 48. in fin.* Ratio est quia non vide-
tur pars approbasse sententiam ob interposi-
tam appellationem quo ad iudicem, *l. ab eo
C. quom. & quand. iud. Paris de Put. de sindic.
d. verb. appellatio cap. 3. num. 6.* hoc etiam mi-
61 litat si sint latæ tres † sententiæ conformes,
*Menoch. d. cas. 339. num. 14. Bal. in d. l. si quis
in conscribendo, num. 6. Ang. in d. l. dies can-
tionis, ff. de dam. infect. Dec. d. c. sæpe num. 10.
vers. quod supradictum, & ibi Abb. Sicul. nu. 17.
vers. vbi idem voluit Ang. cons. 188. column. fin.
Calc. d. cons. 1. column. 9. in fin.* licet casu isto
62 poterit dici quod quando sunt plures † sen-
tentiæ conformes præsumuntur ritè, & re-
ctè, ac pro iustitia, & præsumuntur iustè
propter iudicis sententiam, & præcepti au-
ctoritatem, *l. seruo inuito §. cum prætor ff. ad
Trebel. Vant. in tractat. de nullit. rub. quoties
num. 5. fol. 67. Abb. Sicul. in c. quoniam contra
column. 14. de probat. Ant. Gabr. in suis concl.
tit. de sent. conc. 5. Carrab. d. par. 2. post n. 11.
& 12.* & de hac materia iudicis iudicantis
per imperitiam videndus est, *Farinac. quæ-
stion. 111. à num. 435. vsque ad finem,* ad quem
me remitto.

SUMMARIUM.

1 *Filiusfamilias iudex ferens sententiam per imperitiam, non tenetur vltra quam facere potest.*
2 *Filiusfamilias iudex per imperitiam ferens sententiam tenetur quatenus habet in peculio, & num. 4.*
3 *Filiusfamilias iudex ferens sententiam per imperitiam carcerari non potest.*
4 *Filiusfamilias non tenetur in plus quam habet in peculio per imperitiam ferens sententiam.*
5 *Filiusfamilias iudex tenetur satisfacere non de peculio inuito patre, sed aliunde per imperitiam ferens sententiam, vt carcere contineatur.*
6 *Filiusfamilias iudex habens peculium à patre separatum, & ad eum spectare videtur, actione iudicati de peculio tenetur.*
7 *Filiusfamilias ferens sententiam ex dolo in solidum tenetur.*
8 *Filiusfamilias iudex tempore sindicatus si contra eum sint plures petitiones, & docet se esse filiumfamilias non tenetur vltra peculium.*
9 *Iudex per imperitiam ferens sententiam non tenetur vltra quam facere potest, deducto ne egeat.*

AMPLIATIO
Prima



AMPLIA primo in filiofamilias iudice per imperitiam iudicante, qui non tenetur vltra quam facere potest, *Decius cons. 8. n. 10. Bran. de cess. bon. quæst. 19. num. 3. vers. fallit tamen,
Feder. Schen. in tract. sent. & re iudic. num. 44.
vers. filius tamen familias, Farinac. in pract.
2 crimin. d. quæst. 111. num. 448.* quia † filius-
familias iudex per imperitiam iudicans te-
netur quatenus habet in peculio, *tex. & Bar.
in d. l. si filiusfamilias §. iudex num. 2. ff. de iud.
Innoc. in c. super eo quod met. cau.* & non te-
netur in plus quam habet in peculio, dicit
ibi gloss. in vers. tenetur & Farinac. loco citat,
ratio est, quia bono iudici hoc videri potest,
vt peculio tenus damnetur: nam cum hæc
actio detur in quantum iudicantis æquitati
videtur *d. l. fin. de var. & extraord. cognit. Fa-
3 rin. d. quæst. 111. num. 443.* nec in † carcerem
detruditur, *Paris de Put. de sindic. vers. filius-
familias, in princip. & sub num. 2. Ant. Rendu
4 de sindic. offic. num. 45.* non enim † debet vi-
deri æquum iudici, vt puniatur in plus quam
habet in peculio, quando per imperitiam
iudicat, ita *Bar. in d. §. iudex post num. 2.* li-
cet additio ibi in margine dicat; ita tamen,
5 vt satisfaciat † non de ipso peculio inuito
patre, sed aliunde vt in carcere contineatur
per l. vlt. C. qui bon. ced. poss. contra opinio-
nem *Farinac. in d. q. 111. post num. 448.* te-
nentis quod pater tenetur pro eo quatenus
est in peculio tempore, quo male iudicando
6 fecit litem suam, nisi peculium † esset in
bonis patris separatum, & ad filium specta-
ret; quia tunc teneretur actione iudicati de
peculio, *l. 3. §. idem scribit, ff. de pecul. And.
Facchin. contr. iur. cap. 47. post lit. A. vers. po-*

stremum

stremum, in fin. & not. quæst. 5. *fall.* 5. secus si
7 † dolo, quia tunc insolidum damnatur, vt *ibi gloss. in d. §. index vers. teneri circa fin. & per ea qua supra not. & ibi Bar.* vbi dat cantelam filiofamilias iudici tempore sindicatus, quando sunt contra eum graues petitio-
8 nes † doceat eum filiumfamil. esse: quo casu vltra peculium non tenetur. *Rondi. d. tractat. sindic. num.* 45. *in fin. Bertach. in d. verb. iudex tenetur, vers.* 109. Ratio est supradicta, quia per imperitiam ferens sententiam gaudet
9 isto † beneficio. *Brun. quæst.* 6. *par.* 4. *princ. num.* 6. *de cess. bon. Auth. sed cum testator, in fin. C. ad l. falcid. Paris de Put. d. verb. iudex male iudicans, column.* 3. *num.* 3. *Bart. d. q.* 9. *vers. vltim. Dec. d. cons.* 8. *numer.* 10. ad hoc videndi, *Thom. Ferrar. cautel.* 14. vbi tradit diuersas notabiles cautelas ad liberandum iudices à sindicatu, & *Cepoll. caut.* 212. vbi etiam ponit cautelas ad excusandos officiales in sindicatu.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium deducto ne egeat competit etiam iudici delegato, vel compromissario.*
2 *Beneficium deducto ne egeat competit agrimensori.*

AMPLIATIO Secunda.



1 MPLIA secundo, quod istud † beneficium competit etiam iudici delegato, vel compromissario *gloss. in l. si index, ff. de var. & extraord. cogn. l. si quis in cōscribendo, C. de pact.* competit etiam agrimensori, *Bart. in l. qui fortuitis, C. de pignor. act. Imol. in lege, diuus ff. de re iud. idem Bart. in d. lege iudex, n.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter non tenetur vltra quam facere potest de iudicatis per imperitiam.*
2 *Arbiter gaudet beneficio deducto ne geat.*
3 *Arbitrator per imperitiam ferens sententiā non tenetur vltra quam facere potest, deducto ne egeat.*
4 *Arbitrator de dolo, & lata culpa tenetur sicut proxeneta.*
5 *Arbitrator per imperitiam iudicans non excusatur.*
Arbiter per imperitiam iudicans facit litem suam. ibid. num 5.
6 *Arbiter, vel arbitrator, qui ex compromisso tenetur sequi consilium sapientis, si consilium non est euidenter iniquum non facit litem suam.*
7 *Consultor quomodo est eligendus per arbitratorem.*

AMPLIATIO Tertia.



1 MPLIA tertio, in arbitro, † qui non tenetur nisi in quantum facere potest de iudicatis per imperitiam, ratio est, quia arbiter eligitur, vt iudex *l.* 1. *& l. idem Pomponius, §. recepisse, ff. de recept. arbitr.* & procedit seruato in substantialibus iudicij ordine, *Innoc. in c. Quintanallis circa med. in versic. item nota differentiā, de iureiur.* quia sicut iudex per imperitiam iudicans tenetur, ita & arbiter, *Farinac. quæst.* 111. *numer.* 450. *cum seqq.* & sicut
2 iudex gaudet † isto nostro beneficio, *vt in princip. notaui*, ita & arbiter. *Bald. in d. lege, qui fortuitis post num.* 15. *vers. quod dixi in iudice, C. de pignor. act. Bertac. in suo repertorio, in verb. arbiter, versic.* 37. hoc etiam militat
3 † in arbitratore, *vt per Farinac. d. quæst.* 111. *num.* 455. *licet Bar. in d. l. si iudex post num.* 1. *de var. & extraord. cogn.* dicat, quod non reperitur iure cautum, in arbitratore, tamen dicit, quod gaudet isto nostro beneficio: ratio est ibi, quia arbitrator est quemadmodum quidam proxeneta adhibitus ad concordandas partes, dicit etiam *Bal. in d. l. qui fortuitis post num.* 15. *vers. quod dixi in iudice. & in cap.* 1. *de inuestit. in marit. fact. de feud. Farinac. d. quæst.* 111. *post num.* 455. *Bertach. in ver. arbitrator, versic.* 24. *Pet. de Zunic. in l. filius, §. la* 2. *ff. de iud. Lanfranc. in tractat. de arbit.* 7. *par.* 36. *quæst. Bart. in l.* 1. *C. de discuss. lib.* 10. *Imol. in l. diuus in vltim.*
4 *column. de re iud.* & sicut † proxeneta tenetur de dolo, & lata culpa, *vt l.* 2. *& ibi Bart. ff. de proxen.* ita & arbitrator de dolo, & lata culpa tenebitur, concludit *Io. Bapt. de S. Blas. in tractat. de arbitr. & arbitrat. quæstion.* 69. *Ioan. Vincent. de Ann. singul.* 37. *Carrab. dicta part.* 2. *num.* 15. *circa fin. Menoch. d. cas.* 339.
5 *numer.* 18. non ob id excusatur si † quid per imperitiam iudicauerit, quia arbitrator facit litem suam male arbitrando, sicut & arbiter per imperitiam iudicans, *Ludou. Roman. singul.* 707. *Amanell. de Clar. Aquis singul.* 143. *num.* 1. *Nepit. super consuet. Catin. tit.* 1. *consuet.* 6. *de iur. pal. num.* 17. *&* 18. *fol.* 42. *Bart. in l. fin. ff. si mens. fals. mod. dixer. Menoc. d. cas.* 339. *num.* 18. *idem Bart. in d. l. si quis in conscribendo in vlt. column. in verb. vltimo ex hac lege, ibidem. Bald. in vlt. col. in versic. quod in arbitratore, vbi distinguit, sequitur Dec. n.* 16.


 Ale-

Alex. num.5. & Iaſ. num.9. colum.3. de pact. Corbul. d. parte 1. poſt num. 15. verſ. non ſicut iudex. Paul. Caſtrenſ. conſ.71. vbi etiam dicit, eum de dolo teneri etiamſi ſit renuntiatum arbitrio boni viri *per l. arbiter, S. de eo, ff. de arbit. Paris de Put. de ſindic. in verb. arbiter,*
6 niſi ex compromiſſo teneatur arbitrari ſecundum conſilium ſapientis, & ita iudicauit ſi conſilium non erat euidenter iniquum, *vt ſup. not.* dicit *Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de arbit. S. ſequitur, verſ. ſed quæ dicatur in compromiſſo, Bal. in l. illa inſtitutio in vlt. colum. verſ. in fin. gloſſ. de hæred. inſtit. Bart. in l.1. S. ſi plures, colum.9. verſ. ſexto quæro, ff. de exercit. actio. l. ſi ita de manumiſſ. teſtam. l.2. de pen. leg. Butrius in d. c. cum olim de arbit. Ludon. in d. Rubr. de arbit.12. col. Archidiac. in cap.1. ne ſed. vacante in 6. Bertach. in d. verb. arbiter verſ.98.* & iſto caſu ſi conſul-
7 tor eſt eligendus per eum, quod obſeruet cautelas, quas ſup. not. & notat *Bal. in l. tale, S. qui prouocauit poſt num.10. col.5. in fin. verſ. quærit, gloſſ. de eo qui promiſit ſtare ſententiæ, & verſ. item facit ad quæſtionem in repetit. ff. de pactis.*

SVMMARIVM.

1 *Conſultor ſiue conſiliarius, qui per imperitiam conſilium dederit non tenetur, niſi in quantum facere poteſt.*

AMPLIATIO
Quarta.

1 

AMPLIA quarto in coſultore, ſeu conſiliario, *Bart. in l. mandatum, & l. ideo quæ S. ſicut mandauero, verſic. ſi quis ff. mandat.* vel contra vbi eſt ratio quod nemo ex ſuo conſilio obligatur, ſequitur *Spec. in titul. de requiſ. conſil. S.1. verſ. conſiliary, c. nullus ex conſilio de reg. iur. Alex. in l. fin. ad Bart. lit. A. ff. de variis, & extraord. cognit. circa principium, l.2. & ibi Dec. ff. quod quiſque iuris. Bal. in d.l.1. de pæn. ind. qui mal. ind. num.7. Boſſi in tit. de offic. corrupt. num.27. & 29. Menoch. d. caſ.139. num.24. Paul. Caſtr. in d.l. ſi quis in conſcribend. poſt num.10. verſ. idem videtur in conſultore.*

SVMMARIVM.

1 *Filius emancipatus iudex, qui per imperitiam iudicat, in quantum facere p teſt tenetur.*

AMPLIATIO
Quinta.

1 

AMPLIA quinto, in filio † emancipato iudice, qui per imperitiam iudicauerit quod tenetur in quantum facere poteſt, ſicut ſi nõ eſſet filius famil. ſecundum *Nicaſ. in S.1. num.1. in fin. inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſc. per text. in l.2. ff. quod cum eo, Farin. quæſt.111. numer.449. lib.3. in prax. crimin.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſi dolo iudicauit, vel conſiliarius conſilium dederit ex dolo, in ſolidum condemnabitur.*

FALLENTIA
Vnica.

1 

FALLIT, ſi dolo † iudex iudicauerit, vel conſiliarius conſiliũ dederit, vt ſup. notaui, quo caſu inſolidum cõdemnandus eſt, *per d. l. ſi filiusfamil. S. dolo autem malo, & l.2. C. de pæn. iud. qui mal. ind. & ibi Auth. nouo iure, Bar. in d.l. mandatum, ff. mandat.* vel contra *& in d. l. conſiliarius ff. de reg. iur. Brun. de ceſſ. bon. quæſt.19. poſt num.8. verſ. vbi differentia, & ſub num.3. idem Brun. iud. quæſt.6. Roma. ſing.162. num.3. Bart. in d. quæſt.9. & vltim. & per doctores omnes. & Farinac. in d. quæſt.111. ad. num.435. vſque ad finem.*

FINIS.

Laus Deo, Beatæ Virgini eius Matri Mariæ, & omnibus Sanctis.

DE INOPE DEBITORE EX CASTELLANA CONSVETVDINE CREDITORIBVS ADDICENDO TRACTATVS MODIS OMNIBVS NOVVS

PER GASPAREM BEAZIVM IVRIS STVDIOSVM.

ANTE OMNIA, IPSA LEGIS VERBA, visum est hic annectere, ut si quid lector desideret, habeat vide facile petat.



SI Algun home fuere metido en prision por deuda que deua, aquel que le faze meter en le prison, dele complimiento de pan y de agua nueue dias; y el no sea tenudo de darle mas, si no quisiere: mas si el mas quisiere auer de otra parte, aya lo. Y si en este plazo pagar no pudiere, ni pudiere auer algun fiador; si huuiere algun menester, recaudelo aquel, aquien deue la deuda, de guisa que pueda vsar su menester; y de lo que el ganare, dele que coma, y que vista guisadamente, y lo demas recibalo en cuenta de su deuda: y si menester no ouiere, y aquel aquien deue la deuda le quisiere tener, mantengale assi como sobre dicho es, y siruase del, y el juez limite tiempo al deudor, que a de seruir al acreedor.

SVMMARIA
ex capite sequenti.

1 *Debitor inops de iure ciuili liberatur cedendo bonis, & non amplius conuenitur: nisi venerit ad pinguiorem fortunam.*

2 *Cessio bonorum iure ciuili sola voluntatis professione fit, non adhibita alia solemnitate.*

3 *Iure Romano debitor nullo modo est adiudicandus creditori, neque ab eo retinere potest.*

4 *Obligatus ad factum, liberatur soluendo interesse.*

5 *Debitor, regulariter etiam si soluendo non sit, non potest cogi seruire creditori.*

6 *Ius ciuile non præstat creditori ius super debitorem ob debitam pecuniã.*

7 *Detinens debitorem in priuato carcere amittit debitum.*

8 *An autem hospes pro debito detineri possit.*

9 *Promissio, & pactum expressum factum aduersus statum naturalem hominis, non valet, etiam iuratum.*

10 *Rustici & vassalli non possunt facere instrumenta in præiudicium suæ libertatis.*

11 *Nemo potest se obligare cum iuramento ad seruitiu personalla, nisi sit libertus.*
12 *Si quis faciat aliquem hominem confiteri, quod est homo suus, & exigit ab eo iuramentum fidelitatis, non ex hoc fit eius dominus.*
13 *Pactum, à me factum per quod promitto non recedere à tali loco: est quadam species seruitutis.*
14 *Religio est quadam seruitus, & liber homo potest se obligare ad religionem, valetq; instrumentum in quo se quis, & suos ad seruitium personale obligat. ex Speculatore.*
15 *Speculatoris opinio discutitur.*
16 *Nemo potest locare operas suas alteri in perpetuum, & pracipue si sit actum, vt non possit seruire per substitutum. Et ibi de opinione Paul. Cast. in l. Antiquitas. C. de vsufruct. & num. 17.*
18 *Ad tempus facta locatio operarum valet, & obligas.*
19 *Cadauer non potest detineri etiamsi nō sit vnde dissoluatur as alienum: & creditor petens cadauer sequestrari vel loco debiti sibi dari, cadit ab actione, & haredibus defuncti erogare tenetur.*
20 *Creditor appellans, ne debitoris cadauer sepeliatur donec sibi debitum soluatur, non auditur, etiamsi debitum sit plusquam liquidum, & instrumento guarentigio debeatur num. 21, & 22.*
23 *Homo morsuus, non est iam homo, & ideo cadauer retineri non potest actione personali.*
24 *Intellectus c. ex rescripto, de iure iuran. discutitur. Et ibi. an liber homo pro pignore dari, aut retineri possit, & num. 25.*
26 *Executio si sit facienda aduersus debētem ex causa iudicati, vel alia simili executionem merenti, debet prius fieri in bonis debitoris, & ante non potest capi eius persona, & debiter habens bona non incarceratur.*
27 *Hodie quare debentes ex instrumento publico absq; citatione, vel excusfione, in carcerem mittuntur, nisi prastent fideiussionem (quod vulgo dicimus* de saneamiento.*)*
28 *Quamuis à captura non sit incipiendum in debitore, sed prius debeat in bonis fieri executio, tamen potest exequutor hodie capere debitorem compellendo, vt indicet bona in quibus faciat executionem.*
29 *Debitor, cui facta fuit exequutio in bonis, si non habet fideiussorem, quem vulgus appellat* de saneamiento *si proferat testes (citato creditore) affirmantes illa bona esse debitoris debet dimitti à carcere: tales tamen testes tenebuntur sicut fideiussores & nominatores.*
30 *De iure ciuili debitoris persona nō capitur nisi sit debitor ex causa iudicati. Et ibi, an debitor non seruato ordine captus, sit dimitsendus si verè sit debitor; & incarceratus pro debito falso, possit detineri pro debito vero alieno.*
31 *Hodie iure Regio ob debitum, instrumento publico, fit exequutio; dummodo instrumentum sit liquidum habens clausulam guarentigiam. Et ibi de lege de Madrid, an. 1534 & debitor. cap. & num. 32.*
33 *De iure ciuili captura non potest fieri etiam in casibus in quibus ex eo admittitur, nisi prius exequutor ostendat praceptum iudicis, manu tabellionis signatum, & à iudice subscriptum.*
34 *Debitor captus dimittitur à carcere si fideiussorem det filium suum, dummodo sit idoneus, filius.*
35 *Non valet de iure ciuili pactum, quo debitor se astringit creditori, vt capiatur, & incarceretur, si non soluat, & idem quod, propria authoritate capiatur per creditorem, & in carcerem detrudatur, num 36.*
37 *Ante condemnationem non capit iudex debitorem, & pactum contrarium initum inter creditorem, & debitorem non valet.*
38 *Ordo pertinens ad causa cognitionem qui est inductus in fauorem iudicis etiam pacto creditoris, & debitoris omitti non potest.*
Limita si debitor deberet ex instrumento guarentigio habente de Iure Regio exequutionem paratam, quia valet pactum, num. 39.
40 *Exceptio nullitatis sententia, aut instrumenti*

menti guarentigij non impedit capturam debitoris, nisi nullitas constet ex sententia vel instrumento.

41 *Beneficio cessionis bonorum renuntiari non potest etiam per iuramentum, num. 42.*

43 *Debitorem posse capi, & mitti in carcerem ob debitum aeris alieni, non esse contra bonos mores: secus vero priuatio beneficij cessionis bonorum quando debitor caret bonis, probatur.*

44 *Constitutiones Episcoporum, quod debitores excommunicati etiam si bonis cesserint non tradantur ecclesiasticae sepulturae, aduersantur bonis moribus, & ibi de opinione Ioan. Fab.*

45 *Licet renuntiatio cessionis bonorum (etiam iurata) non obliget, nec sit seruanda, operatur tamen, vt debitor cedens si peruenerit ad pinguiorem fortunam, possit conueniri etiam vltra quam facere possit, nulla re sibi relicta ad alimenta.*

46 *Debitor carens pecunijs satisfacit dando aliquid de bonis suis, & creditor compellitur accipere ne debitor cogatur vili vendere, & in carcere esse, etiamsi se obligasset ad solutionem in pecunia numerata.*

47 *Debitor praebet curam ad pecuniam inueniendam, si potest inuenire: demum cauet de euictione pro re, quam in solutum dat, & tradit creditori instrumentum titulorum, & ibi de alijs.*

48 *Ecclesia si sit debitrix, & vtatur remedio Authen. hoc nisi debitor. C. de solut. non potest creditor eligere rem immobilem meliorem.*

49 *Remedio Authen. hoc si debitor, renuntiari an possit.*

50 *Debitor iurans in pecunia soluere, an iunetur remedio hoc.*

51 *Etiam post capturam, & dum est in carcere, vtitur debitor remedio hoc aduersus Castellum.*

52 *Notabilis opinio ex hoc traditur in fauorem inopum debitorum, quando creditores sunt diuites.*

53 *Pro pecunia data, & mutuata debitori ad alimenta filiorum suorum agit creditor aduersus filios debitoris, & contra vxorem pro pecunia à marito mutuata, quod expendit in habendo vxorem. num. 54.*

55 *Iure Gallico debitor pro debito non potest incarcerari, nisi id promisit, & obligatus aut condemnatus sit.*

56 *Iure Hispanico, & antiquissima consuetudine, cessione bonorum facta: debitor inops traditur creditori, vt satisfaciat creditori tempore seruitij à iudice taxato iuxta summam debiti.*

57 *Roderici Xuarez laus, & ibidem de opinione Accursij, & caeterorum, de inope debitore tradendo creditoribus ad dilacerandum, l. 12. tabularum, & num. 58. & 59.*

58 *Filij pro debitis parentum olim iure Romano detinebantur à creditoribus. Idem more Hebraeorum n. 61. & 62.*

59 *Scelus nefandum. C. Publij in Lucium Papirium, quare à Cos. Roman. & Dictat. lex, vt bona debitorum, non autem eius corpora essent debitis obnoxia, & num. 63.*

60 *Theodosij tempore debitor cessione bonorum liberabatur: deinde ad restitutionem quantitatis debitae cogebatur suppliciorum acerbitate.*

61 *L. fin. C. de capt. & postlimi. reuer. declaratur.*

62 *Apud Romanos mos antiquus contra debitores inopes, qui soluendo non erant.*

63 *Debitor debens monasterio, & non habens vnde soluere, liberatur ingrediendo ipsum monasterium.*

64 *De Iure Regio adulter, & adultera marito traduntur, vel vt eos occidat, aut pro suo arbitrio faciat, & eorum bona maritus occupat.*

65 *More Abissinorum homicida traditur propinquis interfecti, vt eorum arbitrio sanguinis sua iniuriam vindicent, vel homicidam vendant, vel tormentis enecent, & more Romano fur domino rei furatae aliquando tradebatur, vt eius seruus esset.*

66 *Debitor non admittitur ad bonorum cessionem, nisi creditores instent.*

67 *Opera debitoris addicti creditori extenuant sortem principalem debiti. Et ibi de intellectu l. 2. C. de patrib. qui fil. distraxer.*

68 *Iure Regio, licet cessio debitoris inopis non*

non liberet in totum, sed teneatur seruire creditori:extra istum tamen casum cessat; inducta in fauorem libertatis debitorum tam iure ciuili, quàm Regio correcta sunt.

69 *An sicut iure Hispanico beneficium cessionis bonorum est sublatum: ita etiam forma cessionis Iure ciuili inducta sit sublata.*

70 *Forma cessionis bonorum Iure Romano & consuetudines aliquarum regionum, & populorum circa eam.*

71 *Quare de Iure Hispanico torques ferreus à creditore debitori ponitur;& quod denotetur, & num.76.*

72 *Pœna Clerici falsantis litteras Regias.*

73 *Meretrices cogi possunt portare cultum diuersum à fœminis honestis.*

74 *Pœna de Iure Regio cōtra secundo nubentes viua prima vxore.*

DEBITOR INOPS DE IVRE CIVILI COMPELLI NON POTEST

Ad præstandum creditori operas; neque ipsi addici debet, quamuis soluendo non sit: sed cedendo bonis liberatur. At iure Hispanico cessio bonorum non liberat cedentem, sed tradi debet creditori, vt operis artificialibus, vel reuerentialibus creditum persoluat: & vnde hoc sumpserit originem.

CAPVT PRIMVM:



1 EBITOR inops (Iure ciuili) cedendo bonis liberatur;cessatq. deinceps molesta debiti efflagitatio,neq;amplius conuenitur;nisi pinguiorem nactus fuerit fortunam, ita est lege Iulia constitutum; cuius meminit *Diocletianus in l.legis Iuliæ,C.qui bon.ced. poss. l.is qui bonis, ff. de cess. bon.* & probatur in Codice Theodosiano *titulo qui ex lege Iulia bonis cedere possunt, & §. fin.Instit.de actio.* Solaque cessione debitor effugit carceris tædium, & quam vel casu, vel fortunæ iniquitate, vel (vt rectius loquar) arcano diuini numinis iudicio eis rebus careat, quas vulgus stupidum tanti facit; tamen hoc sole, hac luna, hac communi luce perfruitur carceris angustijs liberatus. *l.1. in fin. C.qui bon.ced.poss.* & ibi notant *Bald. Sali. & omnes DD. l.3. tit.fin. par.5.*

2 ¶ Cessio autem bonorum Iure ciuili sola voluntatis professione fit, non adhibita alia solemnitate. *l.in omni cessione, C.qui bon.ced. poss.* Spoliatusque bonis per cessionem, libertate dono inæstimabili gaudet, nouæq; fortunæ consilia agitans, spem meliorem induit. Ita enim decuit Romanos viros libertatis assertores, vt qui Regibus, & Principibus excussis,sibi viuere, nullius imperio subigi patiebantur, vilissimæ pecuniolæ mancipia ne fierent; Neve pecuniæ creditæ ratione cogerentur creditoribus seruire. Idem apud nos legitur in eis constitutionibus,quas quòd in septem partes sint distributæ,septem Partitas appellamus, *in l.3. & 4. tit.15. part. 5. l. 2, tit.21. par.1.* Illæ enim leges per omnia referunt ius Romanum: licet apud nos non prorsus in vsu sint.

3 ¶ Neque enim vllo modo debitor (vel extrema pressus inopia) adiudicādus est creditori de iure Romano, neque ab eo, prætextu non soluti debiti retineri potest. *l.fin.ff. de lib.homi.exhib. Authen.vt nulli iudicum.§.quia verò. Authent.Imo. & l.ob æs. C. de actio. & oblig. vtrobiq; DD, & in cap.2. de pigno.* latè *Ripa in l.obligat. gener. num.9.ff. de pigno.Regia l.2.tit.21.par.1.* cuius verba sunt. *Por el debdo que deuiesse, non deue seruir, nin ser preso de ninguno.* Quinimò, etiamsi quis promiserit operas, non potest retineri, vt eas præstet; quoniam soluendo interesse liberatur.

tur. *l. in stipulationibus*. §. *operarum*. *ff. de verbor. obligat. l. si quis ab alio*. §. *fin. ff. de re iudic.* & ibi vide *Ias. num 4. Ripa in l. obligatione generali num. 9. ff. de pigno. Salic. in l. antiquitas. num. 4. C. de vsuf. Socin. consil. 99. nu. 8. lib. 1.* de qua re est *text. & DD. in l. si ij contra quos. C. de locat.* Quod est intelligendum si habet vnde soluat interesse: si enim inops esset cogi potest etiam de iure ciuili ad præstandum operas, neque cedendo bonis liberatur. Obligatus enim ad factum possibile non liberatur cedendo bonis, quoniam ratio propter quam cessio liberat, est quia debitor non habet vnde soluat. Cum autem obligatus sit ad factum; inopia nihil impedit quo minus illud præstare possit, vt dictat sensus communis: ergo non liberatur cedendo. Ita docet *Cin. in l. 1. C. de ces. bono. Bar. in l. is qui bonis*. §. 1. *ff. eodem. Faber in* §. *vlt. Instit. de actio. & ibi Ias. num. 12. Bald. in l. 1. col. 2. C. de cess. bono.* cum alijs citatis per *Iacob. Bessian. in consuet. Albernia, titul. de cession. col. 3. Cin. in d. l. 1. C. qui bon. ced. poss.* dummodo factum sit possibile, vt intelligit *Bald. d. l. col. 2. Roder. in repet. l. 2. titulo de los gouiernos, col. 4. in princ. Bessian. in loco supra citato. Socin. reg. 46. Fallen. 6. Aufrer. decisio. Tholos. 134.*

4 Obligatus enim ad factũ liberatur præstando interesse: quòd si interesse soluere non potest, non liberatur, *l. in stipulationibus*. §. *fin. ff. de verbor. oblig.* Tenebitur tamen creditor præstare victum ei qui inops operis factum præstare vult. *arg. l. suo victu. ff. de oper. lib.* ita docet *Faber & Ias. num. 12. in dict.* §. *fin. Inst. de actio.* & hoc casu procedit *gloss. in l. stipulatio*. §. *siue autem. ff. de noui. oper. nunciat.* Quæ docet scriptorem (quem Latinè librarium dixeris) posse compedibus ligari quousque præstet quod scribere promisit, est enim intelligenda quando librarius non potest soluere interesse si est electa industria personæ. *Abb. cap. 2. de pigno. col. 3. Montal. in l. 1. tit. 15. par. 5. arg. l. inter artifices, ff. de solut.* aliàs reprobatur communiter, teste *Alex. in l. alia*. §. *eleganter. ff. de solu. matrim.* ita declarant eam *glos. Faber. Platea, & Ias. num. 12. vers. & in istis terminus in d.* §. *final. Instit. de actio.* & quod sit communiter reprobata testatur *Ripa in d. l. obligatione generali. num. 9. Ias. vbi supra num. 12.* Illud nota, quòd obligatus ad factum ex rescripto Principis, qui id sibi mandat, tenetur facere, & executiuè cogi potest etiam de Iure ciuili. *l. 52. incipit. Que las cartas deuen ser complidas sin pleito, tit. 18. par. 3. notat Roder. in repet l. post rem, in 9. casu. incipit item est alius. ff. de re iudic.*

5 Itaque regulariter debitor etiam si soluendo non sit, non potest cogi de iure ciuili seruire creditori. Quinimò in casu supradicto etiam si quis cogatur præcisè factum præstare, est, quoniam quiuis se obligare potest, ad præstationem operarum. *l. qui operas. ff. locat.* non tamen ex eo in eius personam creditor ius habet, vt probat *glossa, & Felin. in cap. ex rescripto de iure iuran. col. pen.* Nam habere ius reale super personam debitoris, qui solum debitor est ratione pecuniæ, vel alterius rei creditæ, est species seruitutis: species autem seruitutis super liberum hominem, neque volente eo induci potest. *l. nec si volueris. C. de liber. caus.* Ideo creditor petens à librario, qui promisit sibi librum describere, vt præcisè sibi librum describat, quamuis ad id librarius inops cogatur si interesse soluere non potest, quia est debitor facti, non tamen ob id creditor habet ius super eius personam; sed solum actionem aduersus eum, vt notat *Ripa in d. l. obligatione generali. num. 9. ff. de pigno.* Præterea qui promisit factum cum iuramento tenetur illud præcisè præstare, *glos. in l. si pecuniam. ff. de cond. ob causam. Dec. c. 1. col. 13. de iudic. versic. imò quia. Barbos. cons. 36. col. 20. vers. capio. lib. 2. Gozad. cons. 27. col. 2. & cons. 100. col. fin. Alex. cons. 37. col. 5. lib. 2. num. 25.* & est communis opinio teste *Rolan. cons. 6. num. 32.*

6 Non enim Ius Ciuile ob debitam pecuniam, ius creditori præstat super debitorem, neque permittit quemquam liberum hominem pignori, aut hypothecæ dari, pro pecunia, vt in *Authen. vt nulli iudicum*. §. *quia verò, leg. qui filius, C. quæ res pign. obli. poss.* & qui sciens illum pignori accipit, relegandus est. *leg. fin. ff. quæ res pignor. oblig. poss.* & amittit debitum, insuperque tantundem soluit, *vt in dict.* §. *quia verò*. Imò neque volens potest quis se pignori dare, vel locare, *vt in leg. ob æs*, secundum vnam lectionem. *C. de action. & obligat.* docet *Ripa dict. leg. obligatione num. 9.* Neque obstat quod liber homo vendi potest, si patitur se vendi ad pretium participandum. §. *serui. Insti. de iur. person.* id enim verum quando emptor ignorat eum esse liberum. *l. liberis*. §. *si quis ff. de lib. caus. leg. non ideo. leg. si ministerium C. eod.* & concurrentibus alijs, quorum mentio fit *in dict.* §. *serui. & in l. seruorum, ff. de statu homi.* Et concurrentibus illis; liber homo pignori dari potest, *l. vsumfructum, ff. de libe. caus.* non alias.

7 Ratio autem propterquam debitor etiam inops non cogitur iure ciuili seruire creditori, est quoniam debitum æstimabile, libertas autem inæstimabilis est. Neque afflicto ex inopia, est danda afflictio. Neque est æquum vt pecunia credita, non solum deuoret facultates, sed veluti cancer serpendo ad corpus etiam perueniat. Detinens autem debitorem in priuato carcere amittit debitum. *leg. extat, ff. quod met. caus. & leg. fin. ff. eodem tit.* An autem detentus à creditore possit illum prouocare ad singulare certamen, proponit, & definit *Bald. cons. 217. num. fin. lib. 2.*

8 An autem hospes pro debito retineri possit

fit, vide *Aymon Sabelli . in Commentarijs consnetudinnm Alucrniæ; tit. de executione, art. 62. ad finem.*

9 Adeò autem debitor inops non cogitur creditori seruire, adeoque iuris prudentibus seruitus etiam imaginaria displicuit in homine ingenuo; vt promissio, & pactum expressum factum aduersus statum naturalem hominis non valeat etiam si sit iuratum, argu. *l. nec si volens. & l. liberos. C de liber. causa*, vbi hoc notat *Bald.* & sequitur *Afflict. in constitut. Neapoli. in constitutione incipiēte quia frequenter. nnm 2. versic. sed in contrarium.*

10 Liber enim homo non est in nostro commercio, neque in commercinm adduci potest. *l. liber bomo. ff. ad leg. Aquil.* & liberum corpus æstimationem non recipit. *l. fin. ff. de bis qui deiece. vel effnde.* Hinc *Bald. in l. fin. C. de transact.* scribit quòd non valet pactum hominis liberi, per quod se facit hominem alterius, argumento dictæ *l. nec si volens.* de qua re, vide *Lucam de Pen. in l. cum scimus. col. 2. C. de agricol. & censi. lib. 11. Guid. qui contra sentit decis. 314. Fab. in §. pen. Instit. de inre perso.* & quod nō ex hoc desinit esse liber.

11 Rursus idem *Bald. in l. si qua pecunia. C. de oper. liber.* docet quòd rustici, & vassalli non possunt facere instrumenta in præiudicium suæ libertatis, & sequitur *Afflict. in d. constitutione quia frequenter num. 2. versic. bene facit.*

12 Præterea *Lucas Pen. in d. l. cum scimns col. 2. versic. qnid ergo. C. de agricol. & cen. lib. 11.* docet quod nemo potest cū iuramento obligare se ad seruitia personalia nisi sit libertus. *leg. si quis pro eo. ff. de fideiussio.* Nam opera liberi hominis ius non tribuit in personam. *leg. 1. ff. de oper ser.* nam in hoc casu videtur *Lucas* loqui, quando scilicet opera præstaretur tanquam ab homine, super quo stipulator habet ius reale.

13 Hinc si quis faciat aliquem hominem confiteri quod est homo suus, & exigit ab eo iuramentum fidelitatis, non ex hoc fit eius dominus, autore *Innocentio in capit. dilectus de capell. monach.* quem refert, & sequitur *Bald. in leg. 2. colnmn. 14. C. de seruitnt. & aqua.* quia non poterat ei tradere id quod confitetur.

14 Hinc dimanat quod scribit *Dinns in leg. Titio centnm. §. 2. ff. de condit. & demonstr.* quod pactum à me factum, per quod promitto non recedere à tali loco, est quædam species seruitutis: de qua re meum sensum alibi proferam: vide *Specul. tit. de locato. postquam versic. quod si quis.*

15 Hæc omnia (meo iudicio) candide interpretanda sunt, quando ex promissione, vel pacto status hominis labefactaretur: ita vt stipulator præsumeret super promissorem habere ius reale, alias quiuis se obligare potest ad præstationem operarum. *leg. qui operas, ff. loca.* & docui supra *num. 5. versic. itaque facit text. in cap. grandi. de supplen. negli. prala. lib. 6. versic. Fidelitate iuramento sine pacto.* Et valet instrumentum, in quo liber homo se, & suos descendentes obligat ad certum seruitium personale in perpetuum, si credimus *Speculat. titul. de fend. §. quoniam versic. 1.* vbi re in vtramque partem argumentis librata definit, quod ex ista promissione de præstando seruitium personale non fit promissor seruus, & quod stipulator in reliquis tenetur eum conseruare in sua libertate. citat *dict. cap. grandi. & l. cum scimus. C. de agricol. & censi. lib. 11.* & quòd homo liber potest se obligare ad religionem, vt patet *ex titul. de regularibus*, non obstante quòd religio est quædam seruitus *cap. multos 54. distinctione*, & homo potest conditionem suam grauare pactionibus. *§. pen. Instit. de iure person.* & huius opinionis est *Alberic. in l. fin. in fine. C. de patrib. qui filij. distraxe.* Sed de hac Speculatoris opinione dubitat *Afflict. in constit. Siciliæ incipiente, quia freqnenter, col. 1. & 2.*

16 Equidem de hac Speculatoris opinione, vt nihil temerè affirmare velim, ita mihi prorsus displicet, obligationem patris obligantis se, & suos descendentes ad certum seruitium personale, ligare descendentes, neque enim pater meus suis pactis conditionem meam deteriorem facere potest. *l. transactione matris. C. de transactio.* neque pater meus potest me obligare, vt Titio seruitia præstem cum neque ipsi patri filius debeat operas artificiales, autore *Bald. in Authen. ex testamento. num. 8. C. de collatio. Ias. in l. illud col. pen. C. eod. tit. Arnoldus Ferron. in consuetudinibus Burdegal. titul. 1. §. 1. colon. pen.* Quod est verissimum de iure ciuili, vt scilicet filius non teneatur exhibere patri operas artificiales, vt latè pro mea mediocritate scripsi *in tractatu de Decima tutori Hispanico iure præstanda cap. 2. num. 12. & 13. versic. deinde filius.* Quanto minus pater poterit obligare filium, vt operas extraneo præstet? Præsertim in perpetuum tam ipse quam eius descendentes. Simile quiddam scribit *Guido decis. 315. Ird inxta premissa versic. sed quid.* Et notat expressè *Antonius Nicellus in tract. de concordia glossarum. c. 80.* & dicit hoc casu loqui *glossam in l. poscenti. C. de liber. causa.* & non valere pro filio.

17 Præterea quod attinet ad ipsum promissorem, durum videtur, nam quando quis se obligat in perpetuum ad certum seruitium personale, videtur obligationem non valere, quoniam nemo potest locare operas suas in perpetuum, *inxta glos. in l. post certi. C. de liber. caus. argnm. l. 3. ff. de lib. homin. exhib. & l. Titio centnm. §. Titio. in 2. ff. de condit. & demonstr.* Præsertim si actum sit vt non possit seruire per substitutum, sed quòd præstet seruitium per suam personam, quia videtur induci seruitus, vt significat *Paulus in l. antiquitas. nnm. 4. C. de vsufruct. & ibi Bald.* quo casu hanc pronuntiat communem opinionem

nem

nem. *Boer. in tractatu de auctoritate magni consilij* (si eius est) *n.* 34. *Salic. in l. antiquitas num.* 4. dum supponit eo casu hāc obligationem valere, quia promissor seruire potest per substitutum, vel soluere interesse, si operas præstare nolit. Quamuis aduersus hoc facit, quod *Paul. ibi numer.* 4. dicit quòd quis potest locare operas suas in perpetuum, quando actum est, vt seruiat per substitutum, vel quando inops est, & non habet vnde viuat: & sic supponit quòd valet etiam si non possit soluere interesse. Sed certè hęc opinio Pauli durior est quam Christiana charitas patiatur, nisi locator pecuniam tantam receperit ex qua semper debitor sit creditoris: tunc enim ex hac Hispaniæ constitutione quam enarramus poterit cogi creditori seruire. Aliàs, si pecuniæ acceptæ satisfecisset, vel solum obligatus esset ex promissione nulla accepta pecunia; nescio an cogendus esset perpetuo seruire. Nam si spontanea animi liberalitate nulla accepta pecunia promisit, donationem contulit in stipulatorem, & mitissimè agendum est cum donatario. *Vt in l. inter eos §. is quoque. ff. de re iudi.* Si verò pecuniam accepit, & ei satisfecit dimitti debet: si verò non satisfecit, & habet facultates soluat interesse, & liberabitur. Si verò non habet vnde soluat interesse, & pro parua pecunia promisit perpetuo præstare operas, & tot operas præstitit, quæ æquiualent summæ non est cogendus præstare operas in perpetuum per suam personam iuuabitur enim æquitate, & cum locati contractus sit bonæ fidei; vti poterit remedio. *l.* 2. *C. de rescind. vendi.* & si elapsum sit quadriennium (lege Regia præfinitum) poterit etiam postea petere contractus rescissionem tanquam enormissimè læsus, si pro parua summa promisit operas in perpetuum, eritq; iudex promptissimus ad pronuntiandum læsionem esse enormissimam, si consideret libertatem esse inæstimabilem, & obligationem præstandi operas in perpetuum esse durissimam: quid enim hic differt à seruo? Si rem non subtilitate iuris sed re ipsa æstimare velimus. Serui conditio non ideò misera est quòd testari non potest, de qua enim re testetur vtiliter, si nihil habet? Nihil autem habere, commune sibi est cum pluribus: vera serui miseria est perpetuo seruire, & non posse facere voluntatem suam, qui autem promisit perpetuò seruire Petro, & ei operas pręstare magis animo, discrueiabitur cum meminerit se ingenuum non seruum natum esse. Itaque licet supponamus hunc non fieri seruum, & creditorem non habere ius in re super eius personam, splendida verba sunt: & nisi ita distinguatur, iniquitas summa est inter Christianos non admittenda. Et re vera fit aduersus dispositionem *textus in l. nec si volens. C. de liber cauf.* Nec tamen statim dimittendus vbi satisfecit pecuniæ, sed faciendum ne perpetuo seruiat; puta, vt senectute vel longo temporis cursu liberetur, neq; ad extremum vsque vitæ dum operas præstet, sed res iuxta negotij qualitatem transigatur. Neque obstat quod quis pacto potest fieri adscriptitius in perpetuum. *l. cum scimus. §. 1. C. de agri & cens. lib.* 11. quoniam illa peculiaris materia est & nescio an apud nos sint in vsu adscriptitij. Excutiant rem eruditi.

17 Illud non prætereundū, quod *Boerius in consuetudinibus Bituricen. titu.* 1. §. 1. *col.* 3. *versic. contra hanc*: pronuntiat generaliter locationem operarum in perpetuo non valere. *Et Faber vir doctissimus in §. pen. Instit. de iure perso. nu.* 7. docet quòd indistinctè valet locatio operarum in perpetuum: quoniam etiam si sit electa industria personæ poterit seruire per substitutum ne amittat libertatem; & sequitur *Guido decissione* 314. Sed vtere nostra distinctione, si placet.

18 Ad tēpus tamen bene potest locare quiuis operas suas, vt notant omnes in locis suprà citatis, *& Fab. §. pen. num.* 7. *Institut. de iure persona.* Et inoleuit generalis consuetudo, vt homines liberi se obligent ad tempus ad seruitia præstanda, vel ad seruiendum, & operandum, vt certo tempore aliqua mechanica arte imbuantur, & instruantur. Et talis consuetudo vbique terrarum seruatur, teste *Boerio in consue. Bituri tit.* 1. §. 1. *col.* 3. *versic. contra banc.* Et profectò mihi videtur inuiolabiliter obseruanda nē respublica impleatur erronibus, & ociosis; nisi ex aliqua causa puta si propter sæuitiam, vel pessimum exēplum videatur pactum rescindendum: puta si iuuenis edocendus videat dominum, & magistrum artis obambulantem semper cum scortis aliena furantem, blasphemantem in Deum, vel simile quippiam facientem: nam tunc veluti læsus restituetur, licet à patre pactum factum sit, si modo est minor. *argu. l. etiam si à patre. ff. de mino.* vt suo loco dicam. Repetio tamen quòd quidam recentior nomine *Bestian. in consuetu. Aluerniæ. titu. de cessio.* dicit quod promittens operas per duos, vel tres annos non potest præcisè cogi ad factum, sed liberatur præstando interesse, citat *Bart. in l. antiquitas. C. de vsufruct.* sed mihi superiora magis placent. Nam & filio familias licet absque patris consensu pacisci cum sartore, vel alio quouis artifice, vt sibi seruiat per aliquot annos. quod aduersus Odofredum, docet *Albi. in l. veluti. num.* 26. *ff. de iusti. & iur. Et ibi Ias. num.* 16. *Claud. nu.* 8. *in l.* 1. *§. ius naturale. ff. eod. tit. Zasi. nu.* 3. & nouissimè *Antonius Padilla* multis fortunæ, & naturæ ornamentis illustris *in l. fratris nu.* 11. *C. de transa.* neque iniquum est, vt impleatur pactum, nisi læsio allegetur, & ętas veniam promereatur. Neque pater conqueri potest; nā filius iure ciuili non debet operas artificiales patri, vt latè dixi *in tract. de decima tutori, Iur. Hispan. præstit. capit. secundo.*

KK num.

num. 13. neque obstat quod in hoc *Padilla contra sentit. d. numer.* 11. nam *Boer. & Ang.* quos citat nihil tale dicunt.

19 Præterea adeò debitor retineri non potest à creditore, vt neque eius cadauer detineri possit. Etiam si non sit vnde æs alienum dissoluatur. Quare creditor petens, cadauer sequestrari, vel loco debiti sibi dari, cadit ab actione, & tantundem hæredibus defuncti erogare tenetur. *l. cum sit iniustum, & Auth. item qui domum C. de sepul. viola. & vtrobiq. DD. Ripa. in l. obligatione generali. num* 34. *versic. viso. ff. de pign. Abb. in cap. ex parte. de sepul. Feli. in cap. sicut Iudæi. col.* 1. *de Iudæ. Boeri. decisio.* 287. *l.* 3. *titul.* 9. *part.* 7. *l. fin. tit.* 13. *par.* 1. *l.* 11. *tit.* 16. *lib.* 3. *Ordin. Bertachinus de Episcopo. §. videamus num.* 4. *Couar. varia. resolu. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. *Ripa in tractatu de peste. tit. de præseruatiuis remedijs, numero* 101. *lege, sunt personæ §. nam propter. l. ne corpora ff. de religio. & sumptib. funer.*

20 Quinimò creditor appellans ne debitoris cadauer sepeliatur, audiendus non est, cum propter charitatem, tum quòd præsentanea corporis putrefactio exigit rem cito perfici, & absolui; quo casu appellatio recipienda nõ est. *l. fin. ff. de appellatio. recipi.* & nominatim de debitore mortuo sepeliendo non obstante creditoris appellatione disponitur in *l.* 11. *tit.* 16. *lib.* 3. *Ordina. gloss. & DD. in cap. ex parte in* 1. *de sepul. Specul. tit. de appellationibus. §. in quibus, vers.* 8. *Hippol. sing.* 199. *Benedi. cap. Rayn. verbo, Mortuo itáq; testatore. num.* 56. *de testam. Feli. cap. sicut Iudæi in col.* 1. *de Iudæ. Bertach. in tracta. de Episcop. §. videmus num.* 24.

21 Quod inuiolabiliter obseruandum etiam si debitum sit plusquam liquidum, & etiam si ex instrumento guarentigio debeatur; quoniam dispositio. *l. cum sit iniustum. C. de sepul. viola.* est generalis, & loquitur in casu in quo non ambigitur de debito. Nam si ambiguum esset deberetur, nec ne; etiam in viuentis personam executio fieri non posset, etiam si deberet ex contractu guarentigio, vt statim dicam. Huius opinionis sunt *Felin. in dict. cap. sicut Iudæi. col.* 1. *de Iuda. Rodericus in repetit. leg. post rem, in quinta amphatione ad legem Regiam. ff. de re iudicat. Couarru. Variarum libr.* 2. *capit.* 1. *numer.* 10. *Grammaticus decision.* 82. *Benedict. dict. capit. Rayn. verb. Mortuo itaque numer.* 56. *de testa. Castellus in lege* 30. *Tauri, verbo Gastos.* Et tanquam vnus ex his qui hanc opinionẽ probant citatur *Hip. sing.* 199. prope finẽ: sed ille nihil definit tãtũ remittit lectorẽ ad ea quæ scripsit *in l. fin.* 64. *ff. de quæstio.* ibi autem rem contra definit; posse (scilicet) cadauer debitoris detineri, si debeat ex contractu guarentigio, & ante eum ita docuit *Angelus*, propter hanc opinionem eo auspicatissimo nomine prorsus indignus, *in Authentic. vt defuncti seu funera eorum, columm.* 1. *& Segura* qui, & alias libenter iudicio labi solet, *in repetitione l. si ex legati causa, numero* 73. *ff. de verbor. obligat. Et Carnajal. Regius Senator in repetitione l.* 1. *columm.* 3. *ff. de verbo. obligat. Prapo. in cap. præterea* 51. *distin. & Bartholomæus Belencinus in additionibus in capit. ex parte. de sepul.* Sed aduersus eos est magis communis, & longe verissima opinio, nam quam illi tuentur, Dæmone potius est digna quam homine, & apud inferos, etiam nescio, an locum habitura: si inibi moris esset cadauera sepeliri. Et quid nam obsecro habet contractus guarentigius? An quod debitum reddit liquidum? vtique si liquidũ non esset etiam in viuentis personam executio fieri non posset, vti laté docet *Roder. in l. post rem in princip. declarationis ad leg. Reg. col. pen. & 4. limitatione ad dictam legem Regiam ff. de re ind. l.* 5. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordina.* vt ergo leges aliquid concedant æquitati: oportet, vt etiam si debitum sit liquidum, sepultura mortui non prohibeatur. Deinde hoc probatur, quoniam neq; aduersus hæredes, vel propinquos defuncti non potest peti executio intra nouem dies à morte defuncti, *vt in Authen. vt cum de appellat. cognosc. §. meminimus l.* 2. *§. pen. ff. de in ius vocand. Roderic. in repetit. l. post rem, in declaratione legis Regiæ, limitatione* 9. *ff. de re iudicat.* Si tamen hæredes essent suspecti, quod fugient, vel abscondent bona coguntur satisdare. *lege* 13. *titul.* 9. *part.* 7.

22 Præterea dispositio *l. cum sit iniustum. C. de sepul. viol.* non est prodita ex eo, quod debitum non sit liquidum: nã si ambigi posset deberetur, nec ne, quiuis etiam sceleratissimus idem statueret. Tantum prodita videtur, quoniam dæmoniacum exemplum est prohibere debitoris sepulturam; omnemque hominis sensum videtur exuisse qui tale quippiam attentarit. Deinde cum lex dicat cadauer pro debito non detinendum: certè expressiùs debitor est, qui ex contractu guarentigio debet, & sic in eo magis quadrant verba legis. Videmus etiam atrocissima delicta condonari aliquibus, putà furiosis, quoniam afflicto non est danda afflictio, vt dicam infra: & vltimum terribiliũ passo scilicet mortem non condonabitur pecuniola, vt saltem sepultus quiescat?

23 Præterea si cadauer retinere placet ex obligatione personali, homo mortuus iam non est homo. *l. in actionibus. ff. de in litem iuran.* Abest scilicet anima potissima & præcipua pars hominis. Si ergo obligatus abest, cur cadauer retinere placet? Nam debitor post mortem non dicitur debitor. *Din. & Imol. l. qui Romæ. §. auger. Soci. cons.* 293. *num.* 4. *lib.* 2. Equidem demitor talem opinionem in Christiana pectora descendisse: Cum longè lateq; diffidẽat à doctrina, & charitate Christi eamq; ne Barbari quidem & ve-

& vecordissimi Scithæ amplecterentur. Legimus Ecclesiasti. 7. *Mortuo nõ prohibeas gratiam*, hoc est gratis sepulturam exhibe, & non solum volunt quidam non exhiberi gratis, verùm concedunt posse cadauer retineri. Opinio turpis, & portentosa cuius *Angelum*, *& Seguram* meritò dispuderet, qui si viuerent esset quòd conspectum hominum pudore vitabundi diffugerent. Nam *Hyppolitum* assuetum torquendis, necandisque noxijs; non ita valde demiror. Sed homines erant. Certè Laurentius Campegius Cardinalis missus à Clemente Pontifice ad componendas Germaniæ res nimium turbatas cõmunicato consilio cum Ferdinando Cæsaris fratre libellum edidit pium, & eruditũ ad cohibendos abusus, & ecclesiasticam disciplinam reformãdam, inter alia autem hæc verba lego de sepultura quoque ac administratione Sacramentorũ, alijsq; spiritualibus pacisci, aut aliquid ab inuito exigere nemo possit, aut debeat. *Et propter eiusmodi à parochianis neglecta cuiquam non liceat aliquod sacramentorum denegare, neque propter debita quempiam ab Ecclesiastica sepultura prohibere*, *Annibal Romani nominis dirus hostis. Pauli Æmilij, & M. Marcelli corpora non est passus inhumata iacere, sed honorificè eis tradidit sepulturæ. quo nomine illum maximè laudat Valerius Max. lib. 5. c. 1.* Sic & Iehu Rex Israel, vt habetur. *c. 9. lib. 4.* Regum Iezabelem hostem suam iussit sepeliri. Quo nomine in die iudicij excusabitur qui debitoris cadauer retinere tentat? nonne audiet à Christo Domino illud *Matthæi. c. 18. Serue nequam omne debitum remisi tibi, quoniam rogasti me, nonne ergo oportuit te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?* & tradetur tortoribus quousque reddat vniuersum debitum. Clamamus omnes quotidie ad Dominum, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* & non solum non remittimus debitum, verùm sepulturam negare volumus si debet ex contractu guarentigio. Sed de his hactenus.

24 Redeundo ad argumentũ huius legis, adeò omnibus iuris prudentibus iniquum videtur, liberũ hominẽ detineri, vel cogi seruire pro pecunia credita, vti magnopere torqueant, sese super intellectu *text. in ca. ex rescripto de iure iuran.* vbi videtur probari, hominem liberum posse pro pecunia debita obsidem dari, & quasi pignus constitui. Sed respondent tripliciter, primo, quòd ibi non loquitur quãdo ipse, qui datur obses debebat pro se, sed datur obses quod partes, inter quas pactum fuit factum, seruabunt pactum, & tunc obses non retinetur loco pignoris pro debito, nec ille, cui traditur, habet ius reale super eum sed tantùm retinetur, vt creditor & debitor seruent conuentionem inter se factam, non verò ratione pecuniæ, ita intelligit *glos. in d. cap. ex rescripto*, & eam sequuti *Henric. Cardin. & Felin. col. 3. Bald. in l. 2. C. de patri qui fili. distra. citant. l. obsides. ff. de testam.* Sed mihi hæc solutio non placet, quoniam in *Authent. vt nulli iud. §. quia verò* non ideò prohibetur ne homo liber pignori detur pro debito quòd creditor habeat super eum ius reale, sed quoniam res est pessimi exempli, vt liber homo pro pecuniola detineatur. Neque solum loquitur quando datur pignori, sed etiam quando datur, vt detineatur, & sic non nititur *text.* in eo, quòd ius reale constituitur super debitorem, vt patet ex *gloss. & Doctoribus in Authent. imò. C. de actio. & obligat. ex Rip. in l. obligatio. num. 9. ff. de pign.* Ideò alij rectius sentientes intelligunt textum quando liber homo detinetur, vt pax sit inter homines & fauore pacis admittitur, vt liber homo detineatur, ita intelligit. *d. capit. ex rescripto gloss. ibi in vltima solutione*, & eam probant ibi *Abb. & Imol. Ripa. in l. obligatione. num. 12. ff. de pigno. Imol. & Aretin. in l. obsides. ff. de testam. Couarr. Variarum. lib. 2. cap. 1. nu. 1. col. 3. Bald. in l. ob as. C. de actio. & obligat. col. 2.* qui intellectus in se verus est, & probatur Iure Regio *in l. 13. titul. 13. part. 5.* cuius verba sunt. *Home libre puede ser dado en rehenes por razon de paz que firmassen algunos entre si, o por tregua, o por otra cosa semejante.* Nota hæc vltima verba: *o por otra cosa semejante.* Ex quibus deducitur, hominem liberum non posse obsidem dari, nisi fauore pacis, vel ex alia simili causa.

25 Hic intellectus verus est in se, sed diuinat *ad d. cap. ex rescripto*, imo verò parum quadrat themati in eo proposito; nam ibi agitur de pacto facto inter Abbatem cuiusdam monasterij & quẽdam Petrum, inter quos etiam si conuentio seruata non fuisset potius oriretur dissidium, quam bellum, quid enim bellum cum monachis. Et quid bellum inter priuatos. Et obsides dantur solum ab hostibus Populi Romani, & contra *glos. in l. 2. C. de patrib. qui fili. distr.* notatur *in capit. cum pridem. 23. quæst. 8.* scribit *Alex. in l. alia. §. eleganter, ff. solut. matr.* ideo parum quadrat solutio glossæ & Doctorum, quòd ibi fit fauore pacis, potius dicerent fauore concordiæ, & ne oriantur lites. Verus & planus intellectus eius text. meo iudicio est, quòd ideo ibi liber homo retinetur quoniam iurauit. Id enim communi opinione receptum est, vt non solum pro conuentione pacis seruanda (quę ciuilis & digna causa est) sed etiam pro pecunia debita possit quis etiam inuitus detineri si iurauit. Ita notant *Imo. & Felin. in d. cap. ex rescripto. Benedict. cap. Raynun. verb. Testamentum. el. 3. num. 26. de testam. &* pronuntiat esse communem *Didacus Couarru. moribus, & literis ornatissimus Variarum lib. 2. capit. 1. numer. 1. ad fin.* & sequitur *Faber in §. pen. ad fin. Instit. de iure persona. Guido Papa decis. Delphinali. 61. Boer. decisione Burdegal. 349. nu. 7. ad fin.* vbi dicit ita Parisijs iudicatũ. *Antonius Petrut. in repet. l. 1. n. 196.*

ff. de iuriuran. qui citat *Specul. tit. de renuntiatione, & conclusione, col. 11. versic. item est beneficium.* Quod autem iurauerint illi, qui in *d. c. ex rescripto*, dati fuerunt obsides, patet ex tota capitis serie, & hic mihi videtur intellectus aptus literæ, & argumento eius textus. Fateor tamen secundum intellectum *ad dict. cap. ex rescripto*, verum esse in se, quem adiuuat dispositio *legis Regiæ*, nam non solum pro pace, sed etiam pro inducijs permittit obsidem dari, induciæ autem etiam fiunt inter priuatos.

26 Præterea adeò libertas grata est Iure-Consultis, adeoque fouenda visa est, vt si facienda sit executio aduersus debentem ex causa iudicati, vel ex aliqua simili causa quæ executionem mereatur, non potest capi persona debitoris nisi prius facta excussione in eius bonis; quia carcer est pœna quo ad corpus detenti, *Bald. in l. 5. §. tutor. & ibi Bolognin. in 2. interpret. ff. de suspect. tutor. Angel. consil. 213. Boerius in repetit. l. consentaneum. num. 153. C. quomodo & quando iudex:* corpore autem nemo debet luere, si habet bona, vt dico *cap. 11. num. 2. infra.* & ita quòd excutienda bona antequam debibitor capiatur docet *glossa singularis in l. 3. §. tutores. ff. de susp. tutor.* & probatur *in l. à D. Pio. §. in venditione. ff. de re iudic.* Vbi prius excutienda mobilia, & immobilia, quam deueniatur ad iura, & actiones, ita intelligenda *l. 4. tit. 15. partit. 5. facit l. 3. & 8. tit. 2. part. 3. Notat Abb. in cap. 2. per textum ibi. de pigno.* & pronuntiat communem *Felin. in c. quod ad consultationem, col. 7. numer. 10. de re iud. post Abb. col. 5. Ripa in l. obligat. num. 20. ff. de pigno. versic. præmissa. Aretin. in l. maritum. §. eleganter. num. 7. ff. solut. matrim. Alexand. & Ias. in d. l. à D. Pio. §. in venditio. Hippolit. singul. 3. Bart. in l. nemo carcerem, nu. 4. C. de exacto. tribut. Paul. l. 3. §. Prætor ait. ff. de re iudicata. Alexand. consil. 159. num. 9. col. fin. lib. 2. vers. quod vltra. Anania consil. 22. Marianus Socin. in tractat. de citatione, artic. 20. num. 61. Angel. in l. debitoribus. ff. de re iudic. Bart. & Bald. in l. 1. C. qui bonis cedere possess. Couar. Variarum lib. 2. cap. 1. num. 2. Boerius decis. 349. num. 7. & 8.* dicit, Faciendam legitimam excussionem etiam si debitor iurauerit, & se obligauerit ad carcerem. *Bald. in l. fin. de in ius vocan. & in tract. de carceribus in 5. quæst. tertiæ principalis. Bald. Imol. & Roman. in l. si filio familias in 2. ff. soluto. matrim. Angel. & Ias. in §. eum quoque Instit. de actio. Roman. consil. 220. circa primum. col. 2. & consil. 241. & consil. 320. Parpal. in l. 2. num. 78. ff. solut. matrim. Boer. in repet. l. consentaneum in 5. & 6. conclusione. C. quomodo, & quando iudex. & in consuetudinibus Bituricen. tit. de iurisdictione omn. iudicum. §. 13. col. 2. ad finem. Imol. in c. Odoardus, col. 5. de solutio. Franciscus Marcus in dec. Delphinat. 150. Martinus Lauden. in tract. de officio duorũ. 104.* Debitor enim habens bona non incarceratur, vt per *Abb. cap. latorem. num. 1. de pigno. & in cap. peruenit, num. 3. de fideiussor. licet contra Paul. l. 1. C. qui bonis ced. poss. & Alber. in rub. C. eod. tit. & in l. ob æs. C. de acti. & oblig.* vbi dicit ita de facto seruari. Neque solum sunt prius excutienda bona ipsius debitoris, verum etiam fideiussoris, nam habens fideiussorem videtur esse soluendo. *l. si plures. §. præterea si quæratur. ff. de fideiussor.* ita docet *Alexand. in additione ad Bart. in l. à D. Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. Aretin. in l. maritum. §. eleganter. num. 7. ad fin. ff. solut. matrim. Hippol. sing. 3. Roman. consil. 320. Ripa in l. obligatione. nu. 25. ff. de pigno. Anton. Petrutius in repet. l. 1. n. 197. ff. de iureiurand.* Sed hoc de fideiussore non seruat practica, vt scilicet fideiussor, sit prius excutiendus quam debitor capi possit. Sed tamen omissa practica, & Regni consuetudine, quod dixi fideiussorem excutiendum antequam debitor capiatur intelligitur si renuntiauit *Authen. præscuti. C. de fideiuss.* aliàs cum antequam fideiussor côueniatur debeat excuti in rebus & persona debitoris principalis, videtur, quod capi possit antequam fideiussor excutiatur, ita nouiter declarat *Aym. in consuet. Aluer. tit. de execut. artic. 59. num. 3.* quod an sit verum dico infra *capit. 5. num. 36.*

27 Sed quæret aliquis quomodo quotidie videmus debẽtes ex instrumento publico absque citatione, vel excusione pertrahi in carcerem, nisi præstent fideiussorem de euictione, vulgo dictum *De saneamiento.* Hic dupliciter respôdeo, vel quod inualuit vsus, vt persona & bona simul capiantur, vt inquit *Molin. ad Alexand. cons. 159. col. fin. litera A lib. 2.* Nam vt aliqui sentiunt, cum agitur ex causa iudicati, persona, & bona possunt capi simul, & tradit *Ias. in l. nulli, col. 3. C. de iudic. & in l. 1. in princ. col. 7. & in §. 1. col. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemper.* Sed quod etiam hoc casu bona sint prius excutienda sentiunt cum *Bart. in l. 3. §. tutores. ff. de susp. tutor.* plures quos citat *Felin. in cap. quod ad consultationem, col. 7. de re iudic.* Sed cum *Ias.* tenet *Paul. l. 1. C. qui bon. ced. poss. & Albe. in rubr. C. eod. tit. & in l. ob æs. C. de act. & oblig.* vbi dicit ita seruari. Vel quod magis crediderim, respondeo, quod executor ignorans an bona quæ debitor offert sua sint, vel nolens periculo esse obnoxius si incautè credat sua esse pertrahit debitorem in carcerem, nisi præstet fideiussorem qui se obliget bona quæ debitor nominat, vt ibi executio, & excusio fiat, sua esse, & valere summam pro qua exequutio fit. Offerens enim fideiussorem dicitur esse soluendo, & habere bona, vt statim dicam ideò oblato fideiussore de euictione, quoniam iam constat debitorem esse soluendo non pertrahitur in carcerem. Ideò practicam dandi fideiussorem hunc, probat *Couarr. Variarum. lib. 2. capit. 1. numer. 2. Auendañus in dictionario, in verbo Almoneda, versic. item in ista materia*

Bald.

Bald. in l.fin.§.& si præfatam, col.2. versic.interim. C.de iure deliber.

28 Quamuis enim non sit incipiendum à captura: sed prius debeat fieri executio, potest tamen executor capere debitorem compellendo, vt indicet bona in quibus faciat exequutionem, *autore Pateo, de sindicatu. verbo Executio, col.3.* qui citat *glossam in l.pen.ff. de cess. bono.* notat *Felin. in cap. quod ad consultationem, col.7. de re iudic.* & licet debitor nominet bona, respondere potest executor, mihi non liquet, quòd ista tua sunt; neque volo, vt mihi hinc lis moueatur: ideò pertrahit illum in carcerem, nisi det fideiussorem, quod etiam scribit *Maranta in suo Specul. tit. de executione sententiæ, num.23.*

29 Ex quo deducitur, quod si debitor non habens fideiussorem *De saneamiento*, proferat citato creditore testes affirmantes bona quæ nominauit sua esse; quod debet dimitti, & solui è carcere, etiam nón dato fideiussore *De saneamiento*. Testes tamen tenebuntur de periculo veluti nominatores, & fideiussores, ita scribit *Auēdañus in dictionario d. verbo Almoneda, versic. nam potest*, & est opinio iuri, & æquitati conformis. Non enim ex alio debitor dimittitur cum fideiussore *De saneamiento*, nisi quia dato fideiussore constat illum habere vnde soluat. Vt patet ex verbis quibus moris est dictum fideiussorem se obligare: ergo si alias legitimè constet captum debitorem bona habere ex quibus soluat, æquum est, vt dimittatur; præsertim cum testes qui affirmant bona quæ debitor nominat propria eius esse, loco fideiussorum sint, *l.cum ostendimus. §.fin. ff.de fideiussor. tuto.* Ita confirmatur iure practica; quæ apud nos in vsu est. Quamuis vti dixi, *num. 26.* plures dicunt, quod cum agitur ex causa iudicati, persona, & bona possunt simul capi. Pro quo facit, quod si feci debitorem in carcerem detrudi possum petere me mitti in possessionem bonorum suorum, neque vnum remedium aliud impedit: autore *Bart. in l.consensuum, col.fin. B.quomodo, & quan. iud. & DD. in cap. dilectis de appel. Bald. in l. ignorare. C. de restit. milit. Anchar. in cap. 1. de eo qui mitti. in posses. causa rei seru. Hippol. singul.398. in repet. l. vnius. §.custodiæ. col.pen. ff.de quæstio.* Et rursus si feci executionem in eius bonis possum redire ad remedium executiuum aduersus eius personam donec integraliter satis fiat, autore *Angel. in l. nemo carcerem. in princ. C.de exact. tribut. lib.10. & in l.qui restituere. ff.de rei vendic.* Sed an principalis & fideiussor. simul capi possint, vide *Hippol. sing. 398. Cassan. in consuet. Burgun. rub. §. 1. num.15.* sic licet sit clericus, qui sit in carcere pro debito, ex delicto, potest etiā excommunicari *Bal. & Philip. Perusin. in c. dilectis. de appell.*

30 Rursus, & illud indicat quantum ciuiles constitutiones fauerint libertati debitorum, quod nemo potest conijci in carcerem, nisi debeat ex causa iudicati *Regia. l. 4. titul. 15. p.1. & ibi glos.fin. C.de cessio. bono. glos. in rubr. ff. eod. tit. & in l.fin. C. eod. tit.* scribit *Bart. in l. cum eo. ff. ad leg. Iuli. pecu. Angel. & Paul. in d. l.1. C. qui bon. ced. poss. Bald. cons.90. lib.5. Roder. in l.2. tit. de los gouiernos, col.1. lib.3. Fori. Ripa in l.obligatione generali, num.25. verb. & citans. ff. de pigno.* debet enim citatio, & sententia præcedere (sententia inquam quæ transiuerit in rem iudicatam, ad hoc, vt debitor capi possit) *l.consentaneum, & ibi notat Bart. C. quomodo, & quando iudex. Bart. in l.fin. ff. ad l. Iuliam. necul. Roman cons. 224. incip. ista captura facta.* Neque enim est incipiendum ab executione. Debita ergo summa probanda, & sententia declaranda antequā ad capturam perueniatur; nam quod ante capturam non est deductum, nec probatum non potest postea deduci ad illam iustificandam, nam iniuriarum nulla est confirmatio, *l. cum nulla. ff. de re iudic. lib. 4. Ripa in d. l. obligatione, num.25. ff. de re iudic. Romanus, cons.231. incip. spectabilis Domini, col.2. Decius cons. 75. pro tenui, col. 1. versi. & ideò.* Nec obstat, quod eruditi dicunt, quod debitor captus non seruato ordine non est dimittendus si verè est debitor *l.fin. §.fin. ff. quod met. caus. Bald in cap. tua in fine, vt lite non contest. & in cap. conquerente de restit. spolio. Paul. consil. 472. in causa capturæ. Iacob. lib.1. ad finem. Gomez Arias in l.60. Tauri. num. 11. Alex. l.si cum nulla, num.8. ff. de re iudic.* cuius farinæ est, quod coniectus in carcerem pro debito falso potest retineri prò alieno vero debito, *vt in d.l.fin. §.fin. ff. quod met. causa, l.2. & ibi Bart. C. de exact. trib. lib. 10, Bart. in l.2. §.qui exhibendi. ff. de custo. reo.* & simile quiddam definit *Bart. in disputatione incipiente Lapus, Gomez Arias in loco supracitato*. Hic responde quòd ij Doctores loquuntur quando omissum fuit aliquid, quod pertinet ad ordinem, vel solemnitatem, vt in simili intelligit *Alexand. in l.si cum nulla, num.8. ff. de re iudic.* Vel secundo responde, quòd etiam si postea probetur, de vero debito, non ideò minus iudex, qui illum capi iussit, desinit esse in culpa, & castigatione dignus, & captura tenet: non ex vi præcepti ex quo primo fuit captus, sed ex secundo præcepto ex quo iubetur retineri, probato iam vero debito, ex lata sententia, quæ in rem iudicatam transierit, vel ex instrumento guarentigio: itaque captura durat ex secundo præcepto non ex primo, vt in casu simili scribit *Alexand. in l.1. col.2. C. de Carbo. edicto. Bart. in l. creditores. in §. quæst. principali. C. de pigno.*

31 Itaque debitor non capiendus, nisi ex causa iudicati, etiam si debeat ex instrumento publico. Neque enim publicum instrumentum executionem meretur de iure ciuili. *l. minus viginti quinq; annis cui fideicommissum. ff. de minor.* & ibi notat *Bart. Bald. & Angel. in l.si cum dotem. §. eodem autem tempore.* & ibi Ale-

Alexand. col. 3. ff. solut. matrim. Angel. in l. cum antea. C. de arbit. & in l. ait prætor. §. si index. ff. de re iudic. latè Roder. in repet. l. post remam declaratione legis Regiæ, col. 5. vers. & vt videas. ff. de re iudic. Tamen iure Regio, si quis debeat ex instrumẽto publico, executio fit aduersus eius bona, & nisi det fideiussorem de euictione, bonorum quæ nominat, vt in eis fiat executio pertrahitur in carcerem, vt supra dixi. Dummodo instrumenta sint liquida, vt latè probat Roderic. in d. l. post rem in declaratione legis Regiæ. l. 4. & 5. tit. 8. lib. 3. Ordinam. l. 64. Tauri. n. l. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recopil. Et dummodo instrumenta habeant clausulam guarentigiam, aliàs etiam Iure Regio non sunt mandanda executioni, vt apparet ex l. vltima condita in conuentu Madritensi, anno 1534. quæ habetur. l. 5. titul. 21. lib. 4. Recopil. vbi lex facit mentionem de exequendis contractibus guarentigiis, & non est recedendum à verbis legis. Ita docet Roder. in d. l. post rem. in declaratione legis Regiæ, col. 13. Segura in repet. l. si ex legati causa, numer. 78. ff. de verbor. obligat. & ita esse in praxi receptum testatur. Couar. Variar. resol. lib. 2. cap. 11. num. 3. versic. illud sanè. Atque item executio Iure Regio fit in bonis, & persona debitoris si agnoscat singrapham sua manu descriptam, qua pecuniam dare promit titul. vt in ea lege Madritensi, quæ habetur d. l. 5. tit. 21. lib. 4. Recopil. est constitutum, nam confitens in iudicio se debere, executione cogitur ad solutionem. l. proinde. §. notandum. ff. ad l. Aquil. post rem. vbi latè Roder. in 3. notabili ff. de re iudic. l. debitoribus. ff. de re iudic. l. vna. C. de confe. Priuata enim scriptura agnita à parte eandem habet authoritatem, quam si esset à tabellione confecta. l. 119. titul. 18. par. 3. Rebuf. 2. tom. ad leges Gallicas. tract. de chirographorum, & cedularum recognitione à nu. 25. Auendañis in cap. Prætorum. 2. par. cap. 31. num. 1. vers. aliquando tamen. Auiles eod. tract. cap. 10. glos. verb. Execucion à n. 33.

32 Iure tamen Regio conuentus ratione debiti, si debitum constat per scripturam etiam non habentem clausulam guarentigiam, vel per probationem summariam capi potest, si non habet bona immobilia, vel si non det fideiussorem Regia. l. 66. Tauri. l. 2. & 4. tit. 3. lib. 2. Fori. l. 7. tit. 8. lib. 2. Ordin. l. secundũ. ff. qui satisda. cogan. quòd si conueniatur pro summa minori, quàm centum moropetinis sufficit cautio iuratoria, si fideiussorem, non inueniat. l. 31. tit. 2. par. 3.

33 Præterea iure ciuili adeò debitor non potest detineri à creditore, neque à iudice, vt captura in casibus, in quibus executio admittitur, non possit fieri, nisi executor ostendat præceptum iudicis, tabellionis manu signatum, & à iudice subscriptum. l. 2. tit. 29. par. 7. l. 7. 8. & 10. tit. 14. lib. 2. Ordinam. scribit Bald. in l. consentaneum. quæst. 8. C. quomodo, & quãdo iudic. citat. l. neminem. C. de exhib. reis. notat Ias. in l. cum proponas in 1. C. de pact. Bald. in cap. cum parati. col. 2. de appell.

34 Rursus illud non prætereundum, quòd captus est dimittendus etiamsi det in fideiussorem filium, si modo is sit idoneus. Bald. cons. 90. lib. 6. Licèt enim in satisdatione de iudicio sistendo admittatur filius, vel cõsanguineus licèt non sit satis idoneus facultatibus textus in l. 1. 2. & 3. ff. de in ius vocan. vt eam notat Bart. in l. sciendum, in fine prin. ff. qui satisd. cogan. Alexand. in l. fideiussor. ff. eodem titulo. hoc non habet locum, quando fideiussor datur pro securitate solutionis, nam debet esse idoneus. Ita Bart. & Bald. in d. l. 1. ff. in ius vocati, vt caut. & ibi Angel. Roder. in l. 2. titulo de los emplazamientos. §. nunc oportunè, col. 4. versic. & aduerte. Ratio autem quare captus ex causa iudicati est dimittendus si det fideiussorem, est, quoniam præstans fideiussorem videtur esse soluendo, si fideiussor idoneus est l. si plures. §. præterea. ff. de fideiussor. & ibi notat Bart. Paul. Imola, & Angel. Si enim fideiussor de euictione idoneus non sit, debitor captus non est dimittendus è carcere; quoniam ratio quare dato fideiussore dimittitur est, quoniam censetur esse soluendo, quoniam saltem fideiussor soluet; & qui est soluendo non potest capi: vt supra dixi, cum autem fideiussor soluendo non sit: minimè poterit soluere, & ideò debitor principalis non videtur esse soluendo. Et si capi potest, & non dimittetur etiam dato fideiussore. Nota tamen quòd, vt quis damnatus per sententiam dimittatur dato fideiussore debet esse fideiussor de soluendo, neque sufficit de iudicio sistendo Bart. in l. neque impuberes. ff. de in ius vocan. Bald. in l. fin. §. & si præfatam, aliàs. §. in computatione. C. de iur. de lib. Castel. l. 66. Taur. verbo Arrogar. col. 3. Roma. singul. 142. incip. vnus vult fideiubere citato. text. in l. si pecuniæ in fine. ff. vt in poss. legat. & in l. his consequenter. ad fin. ff. famil. hercis. Bart. in leg. consentaneum. C. quomodo & quando ind. Angel. & Alex. qui rem limitant in l. de die, vers. planè. ff. qui satisdare cogan. Roman. Alexand. & Ias. in d. l. neque impuberes. §. fin. Boer decis. 314. num. 5. ratio est, quoniam cum sit damnatus per sententiam, iam iudicium est finitum. Deinde cum sit damnatus soluere; fideiussio de iudicio sistendo, aliud continet quàm solutionem.

35 Deinde, vt ad rem redeamus: adeò ingratum fuit iure Consultis, debitorem à creditore capi, vt pactum de ea re expressè factum inter debitorem, & creditorem, vt scilicet possit eum capere, & in priuatum carcerem deducere non valeat. l. non est singulis. ff. de reg. iur. notant Bart. & DD. præcipuè Aretin. in l. alia. §. eleganter. ff. solut. matrim. Bart. & DD. in l. Titio centum. §. Titio centum vel. 2. ff. de condit. & demonstr. Angel. in l. si vnus. §. pacta quæ turpem per illum text. ff. de pact. Ripa in l. obligatione generali. num. 22. ff. de pigno. Couarr. Variar. lib. 2. cap. 1. num. 7.

Ferdin.

Ferdin. Vasquius de Menchaca in tractatu de successio. creat. lib. 3. §. 22. limit. 18. numer. 81. Angel. Aretin. & Annibal in repet. l. nemo potest, n. 138. ff. de leg. 1. & ibi Rip. num. 19. licet contra argumentetur *Crot. ibi.* Cui respondet *Vasquius d. tract. lib. 1. §. 6. num. 33.* Quod omni vacat ambiguitate, quoniam captura personæ, & incarceratio sunt meri imperij *Authent. de exibendis reis. §. si vero l. 2. C. de priua. carce.* pacta autem priuatorum dare non possunt, quæ meri imperij sunt. *l. priuatorum. C. de iurisd. omni. ind.* Neque in carcere priuato potest detinere nisi pater, maritus, & dominus, *glos. Fab. & Doctores in l. 1. C. de priuat. carcere.*

36 Quinimo non valet pactum, vt creditor possit propria auctoritate capere debitorem, & illum in publicum carcerem deducere: quoniam cum captura sit meri imperij, pacta priuatorum id dare non possunt. ita aduersus *Bart.* qui contra sensit docent *Angel. Alexand. & cæteri in l. alia. §. eleganter ff. solut. matrim. Rip. in d. obligatione, num. 22. ff. pign.* qui citat *Socin. cons. 110. lib. 1.* Sed non reperio Socinum tale quippiam ibi dicere, citat etiam *Bald. cons. 285. lib. 1. num. 9.* Qui id nominatim scribit, & quod ordo iuris non potest tolli pactis priuatorum. *c. de causis de off. deleg. Authent. offeratur. C. de lit. contest.* Præsertim quia hoc è republica est: quid enim oriri potest ex talibus pactis, nisi dissensiones, & rixæ, quæ rempublicam magnopere labefactant? & hanc opinionem sequitur *Aretin. in d. l. nemo potest. Crotus ibi. num. 8. Vasquius in tractat. de resolutio. vltim. volunt. lib. 1. §. 6. num. 34.* Pactum tamen, vt debitorem capiam propria auctoritate operatur, vt iudex nuntium mittere possit etiamsi debitor non sit suspectus. *vide Pute. de sindicatu §. captura. num. 7.*

37 Præterea de Iure ciuili ea videtur verior opinio, vt non valeat pactum inter debitorem, & creditorem, vt debitor, qui condemnatus non est, capi possit per iudicem: quoniam, vt dixi iuris ordo pactis priuatorum interrumpi non potest. Iuris autem ordo est, vt debitor non capiatur, nisi præmissa citatione. *lege consentaneum. & ibi Bartol. C. quomodo, & quando iud. Bart. in l. fin. ff. ad leg. Iul. pecul. Roman. cons. 224. incip. ista captura. Rip. in d. l. obligatione numer. 25.* & post citationem probanda est summa, & causa debiti. Et debitor est condemnandus, & post condemnationem, quæ in rem iudicatam transierit, capi potest. *l. 1. & ibi Bald. C. qui bon. ced. poss.* Et antequam capiatur, debet fieri executio in eius bonis, *vt dixi supra numer. 16.* & in bonis fideiussoris, vt tradit *Ripa in dicta l. obligatione, num. 25.*

38 Hic autem ordo, qui pertinet ad causæ cognitionem non potest omitti etiamsi partes contra paciscantur, quia est introductus fauore iudicis; vt rectè iudicet, *autore Bar. in Authent. offeratur. C. de lit. contest. gloss. & DD. in c. 1. de libelli oblation.* Qua potissima ratione, hanc opinionem probant *Roman. Paul. & Aret.* qui testatur hanc communem *in l. alia. §. eleganter. ff. solut. matrim. & ibi Alexand. Bart. in l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de condit. & demonst. Bal. & Angel. in l. nemo potest ff. de leg. 1.* & est verior opinio auctore *Ripa in d. l. obligatione, num. 27. ff. de pign. vers. defendendo. Couarr. Variarum resolut. cap. 1. num. 7.* Licet contra sentiant *Ang. & Platea in l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. Aretin. in d. l. nemo potest, column. 1. Bald. in d. §. Titio centum.* Carceratio enim actus est turpis, & ignominiosus, auctore *Nouello de dote. 6. par. priuilegio 42. column. 2.* Imò censetur iniuria, quæ non potest aboleri auctore *Paul. & Iason num. 22. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iud.* quare æquum est rem mature considerare.

39 Licet autem tale pactum non valeat tamen si debitor debeat ex instrumento guarentigio, quod iure Regio habet executionem paratam: conuentio valet. *auctore Paul. d. §. Titio centum. Ripa in d. l. obligatione, numer. 28.* & debitor capi potest, *vt dixi nu. 32.* nam censetur debere ex causa iudicati, vt in instrumento expresse dicitur. Et debens ex causa iudicati capitur si non habet, vt supra dixi.

Illud tamen non prætereundum quod licet non valeat tale pactum: valebit de ea re consuetudo. *l. nulli opinatores. C. de exact. tribu. lib. 10.* valebit inquam consuetudo, vt debitor capi possit à iudice, etiamsi non debeat ex instrumento guarentigio, neque ex causa iudicat. Ita intelligendum, quod scribit *Ripa in d. l. obligatione, num. 29. vers. cæterum. Guido Papa quæst. 61. Capell. Tolosana, decis. 61. Petrus Iacob. in sua practica titul. de cessio. bono. Couarr. vbi supra, num. 7.* Rursus illud non prætereundum, quod debitor detentus in carcere potius æquiparatur obsidi, quam pignori, *ita Bal. cons. 90. num. 1. lib. 5.* qui citat notata *in l. ob æs. C. de action. & obligat.* Vnde infert, quod licet pignus possit retineri ob chirographariam pecuniam, pro qua pignus obligatum non est: Tamen qui se obligauit ad pœnam carceris pro vna causa, non potest in carcerem conijci, pro qua talem obligationem non fecit. An autem debitor, qui Iure nostro Hispanico addicitur creditori sit loco obsidis, an vero loco pignoris dicam intra suo loco.

40 An autem exceptio nullitatis opposita aduersus sententiam impediat capturam personæ etiamsi requirit altiorem indaginem *Paul. quod sit in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & ibi Alexand. colum. fin.* quoniam captura est iniuria irretractabilis, vt videtur sentire *Bald. in l. vna C. in integ. restit. postulata, nil noui fieri.* Sed certè imò est iniuria retractabilis, & reparabilis: ideò exceptio nullitatis non impedit capturam debitoris, si debeat ex sententia, vel instrumento,

to, ita Ias. §. condemnatum num. 24. & ita seruat stilus, licet contra scribat Alexan. cons. 17. col. 2. ad finem. lib. 1. Sed intelligendum quando nullitas constat ex ipso instrumento, vt dixi in tractatu de non meliorandis filiabus, cap. pen. num. 23. & ita intelligendum quod scribit Roderic. in l. 2. tit. de los gouiernos, quæst. 4. nam videtur sequi doctrinam Pauli in d. §. condemnatum. Sed facilè eluderetur vis sententiæ, si eius sententiam admittimus.

41 Rursus humana libertas adeò Iure Consultis curata, vt frequentiori eruditorum calculo receptum sit: non posse renuntiari beneficio cessionis bonorum, quoniam tale pactum est aduersus humanitatem quā ali inter homines oportet. Præterea est aduersus hominis libertatem: nisi enim cedere possit, perpetuo in carcere miser iacebit. non valet autem pactum per quod quis se perpetuo carceri mancipat, quoniam esset perpetua, & misera seruitus, nam esse in carcere, & esse apud hostes, æquiparantur. l. 1. tit. 29. part. 2. Et non est in manu hominis se seruituti subijcere: præsertim seruituti, tam fœdæ, tamq; inter Christianos non admittendæ. l. nec si. C. de lib. causa. l. 2. ff. de lib. homi. exhib. l. Titio centum §. Titio centum. ff. de condit. & demonst. l. 4. titi. 31. part. 2. minor enim videtur miseria serui, quam eius qui in carcere perpetuo futurus est, si animi ægritudo, & anxietas respiciantur. Et quod talis renuntiatio non valeat, docent Abb. & communiter Canonistæ in cap. Odoardus de solutio. Cin. num. 96. Bal. & Salic. num. 9. in l. 1. C. qui bono. ced. possunt. Bart. Imol. Rapha. Comensis, & Alber. in l. alia §. eleganter ff. solut. matrim. & dicit esse communem Alber. in rub. C. qui bon. ced. possess. col. fin. Alexand. consil. 37. num. 6. & ibi Molin. in additione littera B. lib. 2. Faber §. fin. Insti. de actio. num. 7. versic. consueuit, & ibi Ias. qui se remittit, nu. 30. & ibidem Zasi. & est verior, & magis communis opinio, vt testatur Couarr. Varia. lib. 2. cap. 1. num. 7. Guido Papæ decisione 211. incip. debitor non potest. Berons quæst. 133. num. 1. Capella Tolosana. 61. Ioannes Paponius in consuetudines Burbonias. titulo de cession. §. 72. ad finem Bessiau. in consuetudinib. Aluerniæ titulo de cessione, arti. 4. versiculo & vtrum. Et hæc est opinio receptior, & humanæ societati congruentior. Scio quod cōtra scribunt Roman. Angel. & Alex. nu. 11. in l. alia §. eleganter. ff. solut. matrim. Federi. consil. 60. Rota antiqua. 565. Felin. cap. ex rescripto, num. 11. de iure iuran. & in cap. si diligenti, col. 2. de foro compet. quorum opinionem exacto iure veriorem censet Ripa in d. l. obligatione, num. 30. ff. de pigno. vbi ponit limitationes ei qui velit eam amplecti, vt scilicet non procedat quando est periculum, ne debitor moriatur in carcere. Sed & eandem opinionem (scilicet cauendum, ne vnquam debitor moriatur in carcere valens eam effugere) notat Boer. decis. 349. Aufrer. decis. Tolos. 61. Adhuc mihi prima sententia placet, tam ex rationibus supra productis, quam etiam ex textu, quem propugnatores aduersæ partis, pro se citant in l. fin. C. qui bon. ced. poss. vbi Imperator scribit opinionem humaniorem semper eligendam Deinde ille textus in d. l. fin. quod est vnicū fundamentum contra sentientium, dum dicit, quòd ille qui accipit inducias quinquennales, non potest bonis cedere, non probat eorum opinionem: quid enim mirum si accepto vno beneficio, scilicet inducijs ad quærendam pecuniam, priuor alio, scilicet cessione? At hic ex verbulis & stultis promissionibus, & renuntiationibus de non cedendo priuamus hominem libertate, & non beneficio, vel alio remedio, concesso. Præterea Aufrer. in additione Capellæ Tolosanæ 61. dicit talem renuntiationem non seruandam quando paupertas, & fames est notoria idem dicit Feder. cons. 60. Anton. Imol. in cap. cum contingat Alexand. in l. alia. §. eleganter. num. 12. ff. solut. matrim. vbi dicit hoc procedere etiam si renuntiatio fuerit iurata si est periculum mortis. Adeò autem cessioni bonorum renuntiari non potest, vt neque iuramentum super ea re interpositum seruandum sit, vti iudicatum scribit Guido decisio. 211. incip. debitor. col. 2. versic. sed his Abb. ante eum in cap. 2. col. 2. de pigno. Paponius in dict. §. 72. quibus pro sua humanitate accedit Couar. Variarum resol. lib. 2. cap. 1. num. 7. versiculo ego iudicem. præsertim si inopia debitoris sit inculpata non crimine, neque luxu contracta. & Berons quæst. 133. n. 5. Rursus Aufrer. in addittione Capella Tolosanæ. 61. dicit, quod si inopia, & fames esset notoria admittendus est ad cessionem, non obstante iuramento, quoniam seruare illud est aduersus ius naturale: & quod tale iuramentum non sit seruandum, scribit Vasquius in tract. de success. creat. lib. 3. §. 22. limita. 18. num. 80. Huic opinioni libenter accedo licet contra scribat Imola in capitul. cum contingat. numer. 83. de iure iurand. Capell. Tolos. 61. Ripa in dict. lege obligatione, numer. 33. versic. 3. Marian. Socin. in tractat. de citat. arti. 17. numer. 18. Federicus consil. 60. Moti, quoniam non est aduersus bonos mores hominem in carcere detineri ob æs alienum. Mihi satis videtur esse aduersus bonos mores, quod est aduersus charitatem, & aduersus affectum humanitatis insitum pectoribus hominum. Hominem Christianum non posse vllo effugio euadere carcerem, vt proximo prosit, vel Regi seruiat vel meliorem fortunam aucupetur non est admittendum in Republica bene constituta. Et res est exempli abhorrentis ab omni humanitate. Quæ vtilitas est creditoris, quod debitor carceris miseria & sordibus tantum non enectus perpetuo suspi-

suspiret? Respondebis apparebit aliquis, qui pro eo soluat. Quid si non appareat? nam iam olim refrixit charitas, & rara est, & tenuis hominum benignitas in egenos, præsertim si magnam summam debeant. Iudices oportet in republica excitare exempla misericordiæ, & charitatis non tyrannicæ immanitatis, & Scythicæ, feritatis. Postremò quid nostri exaggerant iuramentum hoc in negotio? Christus qui caritas est, qui mitissimus est, qui *Matthæi cap.* 18. insectatur creditorem, quod non audit debitorem dicentem: *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi*; Non remittet ipse liberalissimè iuramentum debitori, qui renuntiauit beneficio cessionis, cum videat illum egenum, & miserum vnumq; ex eorum numero de quibus dicit Ioannes: *Quod huic dedisti mihi dedisti?*

43 Præterea obijciunt nostri, non est aduersus bonos mores hominem ratione æris alieni, esse in carcere, fateor: sed non posse euadere carcerem cum bonis careat, & ad cessionem non admittatur est aduersus bonos mores; vt ex Euangelicis, & Apostolicis traditionibus manifestè deducitur. neq; iuris decreta ad alendam inhumanitatem inuenta sunt, nisi difficillimè abolenda, & quando ex contractu iurato insurgit iniquitas iuramenti vis tenuis est, *vt in cap. debitores. de iur. iuran. cap. significante de pign. Bart. in l. si quis pro eo. num. 10. ff. de fideius. Alcia. in cap. cum contingat. n. 122. & 176. vbi Abb. num. 5. de iureiurand.* solum valeret hoc pactum quando debitor dolum, vel imposturam commisisset. Sed illud non est ex vi pacti, sed quia iure constitutum est, ne debitor qui dolum commisit admittatur ad cessionem bonorum, vt dico *infra capit. 16. num. 19.*

44 Illud videtur memoria dignum, quod *Fab. in §. fin. nu. 7. Insti. de actio.* insectatur Episcopos facientes constitutiones, quod debitores excommunicati non tradantur ecclesiasticæ sepulturæ, etiam si bonis cesserint: dicitq; tales constitutiones esse aduersus bonos mores, & quod cum Pontifex remediũ cessionis admiserit in *cap. Odoardus de solutio.* nõ potest ab inferiore tolli *cap. pen. & vlt. de reg. iur. in 6.* cuius opinionem sequitur *Bessianus in consuetudines Aluerniæ. tit. de cessio. art. 4.* & est opinio vera, & tales Episcopi, tanti nominis honore sunt indigni. Quinimò cessio bonorum, & eius effectus non potest toli à legato de latere, imò ne ab ipso quidem Pontifice, nisi ex causa iusta, vt notat *Beroius quæst. 133. num. 2.* de qua re vide *cap. 2. infra.*

45 Rursus illud non prætereundum; quod etiam si pactum de non cedendo bonis non sit seruandum etiam si sit iuratum; tamen tale pactum operabitur, vt debitor cedens, si perueniat ad pinguiorem fortunam conueniatur, non in quantum facere potest, *vt l. is qui bonis. ff. de cessio. bono.* sed insolidũ nulla re sibi ad alimenta retenta, ita docet *Bald. in l. 1. C. qui bonis cede. possunt. Ripa in dict. l. obligatione. numer. 33. versic. vltim. Guido. decisione 211. Aufrerius in additione Capell. Tolosana. quæstion. 61.* Quod mihi probabile, & verum videtur, & sequitur *Rapha. in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrim.*

Deinde vide quanta æquitate Iuris Ciuilis conditores velint, cum debitore inope agi, vt si post cessionem aliqua bona acquirat, non possit exigi in plus quam facere possit. *§. fin. Insti. de actio. l. is qui bonis ff. de cessio. bono.* quod an stante lege Regia, & iure Hispanico admittatur, dicam

46 infra suo loco.

Rursus: adeò mitissimè lex vult agi cum debitore, vt effugiat carcerem, vt licet de iure aliud pro alio solui non possit, *vt l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. peta.* tamen si debitor non possit soluere pecuniam, & non inueniat emptorem rerum suarum: potest dare aliquid de bonis suis insolutum & creditor illud accipere tenetur, ne debitor cogatur vili, vendere, & in carcere esse; *text. est in Authen. hoc nisi. C. de solu.* ibi notant *DD. Bal. in l. ordo. nu. 15. C. de execu. rei iudic. Decius & Ripa numero 25. post. Ias. in l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. Capella Tolosa. q. 68. Afflict. q. 358. Rom. singu. 815 incip. tu habes. Bart. in Authen. hoc ius porrectum. C. de sacro sanct. Eccl. Capicius decis. 42. nu. 5. l. 2. tit. De los gouiernos. lib. 3. Fori, Alcia. Parergon. lib. 10. c. 23. facit. l. à D. Pio. §. si pignora. ff. de re iud. l. 6. tit. 27. par. 3.* Vbi si pignora emptorem non inueniant; creditor debet audiri volens ea habere insolutum. *vide DD. ibi, & Guido Papæ singulari. 941. incip. si debitor;* Quare creditores, ne cogantur capere rem insolutum subijciunt aliquem emptorem, qui paruum pretium offerat, nam beneficium *d. Auth. hoc nisi*, non habet locum si reperitur emptor. Et quod teneatur accipere rem insolutum si deficit pecunia intellige, si debitor non reperiat emptorem, *vt in d. Authen. hoc nisi in fine, & in Auth. de fideius. §. quod autem*, & quod teneatur accipere rem insolutum est verum, etiam si debitor promiserit soluere in pecunia numerata secundum *Cin. in d. Authent. hoc nisi. & notat Ripa in d. §. mutui datio num. 25. Practica Papiensis in libello actionis hippothecariæ versiculo, exceptionem solutionis.*

47 Debitor tamen probare tenetur se diligenter curasse pecuniam, inuenire ad solutionem, & quod non potuit reperire, & debet cauere de euictione creditori, pro re quam illi insolutum dat. Hæc omnia probantur *in Authent. de fidei ius. §. quod autem.* Vnde desumpta est *Authent. hoc nisi.* & debet tradere creditori instrumenta titulorum, *arg. lib. Titius. ff. de actione empt.* notat *Roma. in d. §. mutui datio. & ibi Ripa num. 25.* Item creditor potest bona meliora accipere. *textus est in d. Authentic. hoc nisi, & in §. quod autem.* &

 po-

potest eligere mobilia capere, *vt §. quod autem*. Notandum tamen, quod pro paruo debito non potest creditor accipere rem meliorem pluris valentem, si alia proportionabilior offeratur, ita docent æquissimè *Imol. & Alex. in l. à D. Pio §. in venditione ff. de re iud. Salic. in d. Auth. hoc nisi ad finem Alex. in d. §. mutui datio, & ibi Ripa num. 26.*

48 Præterea si ecclesia esset debitrix, & non posset in pecunia, vel in bonis mobilibus soluere, creditor non posset eligere rem immobilem meliorem: *textus est in Authen. hoc ius porrectum in fine. C. de Sacrosanct. Eccles. & ibi Bart. & alij, & in Authent. de alien. & emphi. §. si vero. gloss. Bartol. Alexand. Ias. Decius, & Ripa. numer. 27. in d. l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. peta. Roman. singul. 815. incip. tu habes. Aufrer. in additione Capellæ Tolosanæ. 68.* Meminisse tamen oportet Ecclesiam hoc casu posse dare in solutum immobilia, si mobilia non habet, vt in dictis iuribus probatur, & notant *Fulgo. Decision. & Rip. numer. 27. in dict. leg. 2. §. mutui datio*. Rursus notandum errasse *Castellum in leg. 20. Tauri. verbo En dineros, versi. Item fallit in creditore, & ibi quia inuitus*, vbi dicit speciale esse in Ecclesia, vt creditor cogatur accipere rem insolutum.

49 Adeò autem hoc remedium æquum, & fauore dignum visum est, vt non possit renuntiari beneficio *Auth. hoc nisi C. de solution.* vt scilicet debitor non potens soluere in pecunia, neque vendere possessiones suas, non liberetur offerendo creditori rem in solutum. Ita docuit *Iacobus Beluisius, in Authen. de fideiussor. §. fin. Alex. consil. 37. viso, & opportunæ discusso. num. 6. versic. tertio videtur lib. 2.* quoniam talis renuntiatio videtur continere quid turpe, & inhumanum, quoniam renuntiando *d. Authen. hoc nisi. C. de solut.* videtur pasciscî, quod iniuriam patiatur, hoc est, quod possit detrudi in carcerem, & quod creditor ei sit acerbus, & durus. *§. fi. in Authen. de fideiuss.* ideò valere non debet. *l. iuris gentium, §. si paciscar. l. si vnus. §. pacta quæ turpem. ff. de pact. l. alia. §. eleganter. ff. solut. matri.* & faciunt, quæ supra dixi, quod non valet pactum, vt non liceat cedere bonis. *Cinus* reliquit rem indiscussam. Reperio tamen quod *Salic. in d. Auth. hoc nisi.* dicit. quod potest renuntiari, & *Rip. in d. §. mutui datio. num. 28. ver. cæterum*: nulla facta mentione de *Alexand. in d. loco* scribit *Authen. hoc nisi.* non procedere si debitor renuntiauit beneficio illius Authenticæ, citat: *Alex. in l. alia §. eleganter. ff. sol. matri.* quem non reperio tale quippiam scribere, tantum sentit, quod potest renuntiari cessioni bonorum. Mihi verior videtur opinio *Salicet. & Ripæ*, quod scilicet possit renuntiari *d. Auth. hoc nisi, argumento l. si quis in conscribendo. C. de pactis*. quoniam nihil continet turpe tale pactum, non enim debitor tempore quo se obligat scit iam quod sibi defutura est pecunia ad solutionem, & quod non debet habere mobilia, neq; inuenire emptorem immobilium, & sic non est verum quod Alexan. dicit, quod videtur pasciscî, vt iniuriam patiatur. Præterea si habet possessiones, liberabitur à carcere, aliquando enim inueniet emptorem, non enim tempora semper acerba, & infelicia sunt, sed est omnium rerum vicissitudo: alias citò soluerentur humanarum rerum compages, si commercia, & emptiones, & veditiones præ inopia cōtrahi non possent, & vt omnia desint effugiet carcerem cedendo bonis, vt expresse dicit *textus originalis in Authent. de fideiusso. §. quod autem vers. si enim.* Et sic posse renuntiari, *d. Authen. hoc nisi docet Aufrer. in additio. Capell. Tolos. 68.* Neque obstat si quis obijciat, quod Aufrer. dicit, renuntiationem non valere, si per statutum municipale debitor non admittatur ad cessionem bonorum: quia tunc si valeret, perpetuo remaneret debitor in carcere cum facta renuntiatione non posset dare bona insolutum. Quare dicet, quispiam: quod cum Iure Regio beneficium cessionis bonorum sit sublatum, vt dixi capit. 2. quod renuntiatio *Auth. hoc nisi.* non valeat. Sed responde, quod non ita est sublatum, vt debitor debeat perpetuò manere in carcere, imò liberabitur à carcere dando se in seruitium creditori, alias non valeret lex tollens beneficium cessionis bonorum, vt docui, *cap. 2. In summa*: verissimum censeo beneficium *Authent. hoc nisi*: posse de Iure ciuili renuntiari, quia liberabitur debitor cedendo bonis. At Iure Regio cum non liberetur cedendo bonis, sed debeat seruire, certè seruitium impeditur, vbicunque debitor dat rem, vel pignus creditori, vel fideiussorem. *l. 2. titulo de los gouiernos lib. 3. Fori.* Quod iure Regio (citra dispositionem Iuris Ciuilis) admittitur ad euitandum seruiendi onus. Quod intelligendum non quo ad hoc, vt debitor renuntians non possit conijci, & detineri in carcere; nam quo ad id etiam Iure Regio valet renuntiatio: nam coniectus in carcerem quæret pecuniam, vel rem mobilem, vt soluatur è carcere: at si res veniat ad periculum addictionis, debitorque, nisi possit dare in solutum sit tradendus in seruitium, & tunc poterit rem in solutum dare, liberabiturq; etiam si renuntiauit dispositioni *Auth. hoc nisi.*

50 Deinde non procedit dicta *Authent. hoc nisi.* si debitor iurasset soluere in pecunia numerata, & non alia re aduersus voluntatem creditoris. Ita *Ripa in dict. §. mutui datio. numer. 28. versic. item, qui citat Alexan. consil. 35. viso. lib. 2.* quia iuramentum habet vim specialis renuntiationis *capit. ex rescripto, vbi glossa de iureiurand.* & vt dixi, si specialiter d. Authentica renuntietur non potest debitor vti eius beneficio. Addit tamen prudenter *Ripa.* quod si post renuntiationem, vel iuramentum superuenit casus ino-

inopinatus auferens debitori potentiam soluendi in pecunia, & potentiam vendendi bona sua, debitor, non obstante iuramento satisfaciet dando bona insolutum, quia iuramentum intelligitur rebus sic se habentibus. *c. cum inter. de renunc. Imol. & Iason in l. quod seruus. ff. de condit. ob causam*. Et iuramentum solum habet vim specialis renuntiationis quoad cogitata *cap. veniens de iure iurand. Ias. in l. si mihi & tibi. §. fin. ff. de leg. 1. facit l. fistulas ff. de contrahen. empt.* facit quod scripsi *in tractatu de non melio. filia. dons ratio, cap. 4.*

51 Illud non omittendum, quòd *Authent. hoc nisi.* & eius beneficium seruandum etiamsi debitor iam sit in carcere, nam vt liberetur, ab ea, creditor cogitur recipere de bonis suis insolutum, iuxta *Authent. de fideiussore §. fin.* ita significat *Bald. in l. ordo colum. fin. nu. 15. C. de executio. rei iudic. Aufrerius in additione Capellæ Tolosanæ 68.* iuncta decision. Capellæ. Et hoc etiam casu fallit regula *l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. facit l. 2. titulo de los gouiernos, lib. 3. For.* An autem dare possit in solurum nomina debitorum, vide *Bald. consil. 358. lib. 5.* Sed hic paulisper lector subsiste: reperio enim, quod *Castellus in l. 20. Tauri: verbo En diueros, versic. Item creditor.* scribit creditorem non cogi accipere rem in solutum nisi debitor sit incarceratus, allegat *Bald. in l. ordo C. de execut. rei iudic.* qui nihil huiusmodi significare voluit, Deinde allegat *Authent. hoc nisi, & Authent. de fideiuss. §. quòd autem*. Sed certè Castellus meo iudicio, hac in re à scopo prorsus aberrat, nam *text. in §. quòd autem*, satis probat contrarium: dicit enim textus, quòd vt rigor in debitores minor sit, & clementia eos subleuet, iudex iubeat dari in solutum rem immobilem creditori. De Iure autem ciuili, antequam debitor capiatur sunt res eius vendendæ, vel addicendæ creditori. *l. à Diuo Pio §. in venditione... Et §. si pignora ff. de re iudic. & dixi supra num. 26.* Ergo dispositio §. *quòd autem*, procedit ante carcerem. Deinde æquius est hoc admitti, & hanc esse veram opinionem significat *Aufrerius in dict. additione Capellæ Tolosanæ 68.* qui post decisionem Capellæ, quæ docet creditorem, si desit pecunia, debere accipere rem in solutum, dicit per modum extensionis, idem quando debitor iam est incarceratus. Rursus *Castellus* dicit hæc verba: *Quod tamen limita, nisi sit debitor ex contractu guarentigio*. Omitto, quod rem non probarit ratione; vel auctoritate, non miror: forsan alijs erat negotijs distentus. Sed quid senserit scire cupiam. Nam si vult, vt debens ex contractu guarentigio, non possit dare rem in solutum, vt effugiat carcerem, toto cœlo aberrat, Quid enim habet contractus guarentigius, quòd debitum reddit liquidum? Vtique si liquidum non esset iudex, non iuberet *in dict. §. quòd autem*, rem dari insolutum, ergo ibi res erat iudicata, vel confessio partis; nihilominus tamen iubet lex, vt iudex cogat creditorem accipere rem insolutum. Sed magis arbitror Castellum sensisse, vt si debitor iam sit incarceratus, & debeat ex contractu guarentigio, non liberetur dando rem insolutum, forte imitatus opinionem eorum, quibus placet sepulturam mortui posse prohiberi, si debeat ex contractu guarentigio, quorum memini numer. 21. Sed si hoc sensit, etiam longissimè fallitur: ille enim, qui debet ex contractu guarentigio, siue sit coniectus in carcerem siue non, dignior est misericordia, quam qui non debet ex contractu guarentigio, nimirum magis premittur, & priuationis luce, & executionis rigore, *textus autem in §. quod autem*, editus fuit ad subleuandum miseriam debitorum, vt ex tenore elicitur. Deinde si mouetur, quòd contractus guarentigius habet vim rei iudicatæ, certè *in §. quod autem*, debitor debebat ex re iudicata; alias non diceret lex, vt iudex daret rem insolutum. Nam quoad executionem iudicis manus cessat, quousque adsit sententia, quæ transeat in rem iudicatam, vt dixi numer. 31. Sed ad decreta debitoribus fauentia redeamus.

52 Reperio, quod *Scotus in quarto sententiarum. distinct. 15.* scribit quòd si debitor non premitur vltima inopia, sed tamen si restituat patietur magnam iacturam rerum suarum, putà, quòd erit sibi inutilis ars ex qua alit se, & familiam suam, quoniam forsan oportet vendere instrumenta, & libros, vel capitale cum quo lucratur victum; & hoc casu dicit, quod non tenetur statim restituere si creditor diues est, & congruenter viuere potest, etiamsi sibi debitum non restituatur, & sufficiet quòd debitor quolibet anno soluat particulam summæ, ita *Ioannes de Neapoli quodlibeto 9. quæstion. 22.* & sequitur *Lupus in rubric. de donat. inter virum & vxor §. 65. limitabis numer. 50. versic. & cogitabis*. Debet tamen debitor, si vult tutus esse in conscientia, viuere parcè, id solum expendens, quod ad victum, non quod ad splendorem necessarium est, vt quam primum satisfaciat: neque enim de alieno quis viuere potest iuxta familiæ, & statum sui dignitatem, auctore *Riccardo in 4. sententiarum distinct. 15. artic. 5. & ibi Petrus de Paude, & Gabriel quæst. 2. col. 2. in princ. versiculo. Sed vtrum sit necessarium. Archiepiscopus Florentinus in 2. part. tit. 2. cap. 8. colum. 5.* Ecce habes nouam indulgentiam concessam his quos egestas premit.

53 Rursus, & in fauorem eorum qui soluendo non sunt, illud videtur inductum, vt si pauper, qui soluendo non est pecuniam mutuo accipiat, & ex ea alat filios, creditor aduersus filios vgere possit, qui habent forte

res maternas, vel aliàs diuites sunt, hoc est prúdentissimè propositum a *Bart. in l. his solis ff. de condit. indeb.* qui licet relinquat cogitandum, probant *Angel. & Ias. Idem Ias. & Decius in l. si eum seruum. ff. si cert. peta. Roma. sing. 213. incip. pater pauperum. Cremensis singulari. 37. in mutuasti. Lupus in repet. rubrica de donat. inter virum, & vxor. §. 66. illud nu. 6. vers. & si fortè Cepoll. cautela. 246. quid si pater.*

54 Quare creditor cautus faciat scribi in instrumento, quod mutuat pecuniam patri ad alendum filios, vel vxorem, erit enim vtile argum. *l. fin. ff. de exer. act.* Nam & vxor tenetur pro mutuo accepto à marito, qui soluendo non est, si modo maritus pecuniam expendit in alendo vxorem, *autore Platea in l. vxorem. C. de decurio. lib. 10. Cremen. dicto singulari 37. Lupus dict. §. 66. num. 5. vers. & si forte.* Quamuis enim filij, vel vxor locupletiores ex mutuo facti nō sint, tamen certè locupletiores sunt eius occasione, cum sua forte ad alimenta non alienarint, quod nisi pater vel maritus mutuum accepissent tenerentur facere, ne egestate perirent, ergò conueniri possunt argumento *l. 2. §. 1. ad leg. Rhod. de iactu. Facit leg. fin. ff. de eo per quem fact. erit l. ei qui ad finem. C. quod cum eo.* Adde quod tales filij tenebuntur etiam si repudient hæreditatem egeni patris, vt scribit *Cremen. dict. sing. 37.* & hanc opinionem sequitur *Bald. in leg. fin. C. ad Macedo. Facit gloss. in dict. leg. bis solis. ff. de condict. indebit.* & quod ibi *not. Bart.* scilicet quod si ille cui solutum est indebitum, non est soluendo potest repetitione agi aduersus eum, cui pecunia profecit si causam lucratiuam habeat, vide doctores ibi. Et quod ad mulierem attinet non obstat *l. 61. Tauri.* vbi dicitur vxorem obligantem se pro marito non teneri etiam si pecunia sit conuersa in eius vtilitatem: ergo cum expressa obligatio non sufficiat, vt mulier teneatur pro marito etiam si debitum sit conuersum in eius vtilitatem, videtur, quod multò minus tenebitur quando non se obligauit, sed tantum allegatur, quod debitum fuit conuersum in eius vtilitatem. Sed responde quod hic loquimur quando maritus non est soluendo; quo casu, vxor siue obligauerit se pro eo siue non, potest conueniri, non tam ex vi fideiussionis quam ex eo, quod maritus non est soluendo, & debitum fuit conuersum in ipsius vxoris vtilitatem, & ita intelligenda *dict. Regia lex 61.* Ex his apparet, quod in fauorem egeni debitoris, non solum soluitur aliud pro alio, *vt dixi sup. num. 46.* verum etiam vnus teneatur pro alio.

Rursus adeò de iure ciuili debitor non efficitur seruus, vt debens etiam ex delicto non efficiatur seruus pœnæ. *Auth. de nuptijs. §. quod autem, & in authen. sed hodie. C. de dona. inter vir. & vxo. gloss. in leg. si quis mihi bona §. seruus municipum, & ibi Ias. num. 11. ff. de acquir. hæred.*

55 Præterea Galli adeò benignè tractant debitores, vt nemo pro debito ciuili carcerari possit, nisi ad id sit expresse obligatus, vel condemnatus, vti memoriæ prodit *Faber in §. fi. col. pen. vers. item quæritur instit. de actio. Boer. decis. 349. numer. 7. ad finem. Aufrer. in addit. Capellæ Tolosanæ. 61.* Rursus, & apud eos peculiaris quidam, & valde benignus mos exigendi debita videtur esse, nam si debitor est inops exactio non fit nisi post funus, vt indicat *Ioannes Girardus Iureconsultus*, & poeta non insulsus his versiculis, quibus, & Galliæ morem indicat, & priscum legis duodecim tabularum rigorem damnat.

Heus Principes duodecim
Tabulæ inopem crudeliter,
Quæ debitorem dissecant,
Aut iure mores publicæ;
Quæ carceribus illum miserè.
Ex opprimunt, & enecant
Nimis mihi nimis displicent,
Qui Gallum habuit mos bonus:
Idem & vetus probabitur,
Nimis mihi, cuiq; & bono,
Quo creditores debita,
Petunt sibi post funera.

56 Arbitror hæc vltima duo carmina per iocum apposita: significando scilicet morem Galliæ, quo inops debitor non conijcitur in carcerem: ideò dicit, vt creditores sibi debita petant post funera, quid enim si debitor ditiores amicos æris alieni reliquit hæredes vti Arigiropilus in extremo vitæ vitæ actu iocatus fecit?

Sed quantum, & veteres, & recentiores Iure Consulti ciuilesque constitutiones inopi debitori idulgent, tantum Hispani in eos per acerbe grassantur, non enim admittunt cessionem bonorum, neque permittunt debitorem ociosum, facta cessione euagari. Imò, & lege, & consuetudine antiquissima statutum est, vt debitor inops traddatur creditori, vt operis satisfaciat creditæ summæ, tempore seruitij, iuxta debiti quantitatem à iudice taxando. Ita statuitur in hac lege, cuius enarrationem scribimus, *& in l. 2. titulo de los goviernos, lib. 3. Fori, & leg. 12. titulo de as deudas. l. 4. Fori, ibi, Sean entregados del cuerpo. Et in l. fin. eiusdem tituli, ibi. E si los bienes no cumplieren sea apoderado del cuerpo del deudor, assi como manda la ley.* Hæc constitutio ante annos mille prodita videtur, nam inter Gothorum leges, libro quinto, titulo *De los peños, y de las deudas.* ita lego.

, Si algun home es culpado de muchas deudas, o
, de muchas culpas, aquel home que primera-
, mente ge lo demandare, aquel deue primero
, fazer paga: e si huuiere muchos demandadores,
, de consuno deue fazer paga a cada uno segun lo
, deue: & si non sea sieruo de todos, y el iuez de-
, ue saber a quien deuia mas, o menos, y assi fa-

*,ga poga a cada vno: & si non auiere onde pa-
,gue a los otros deudores, deue ser sierno de a-
,quellos por la deuda.*

Hactenus lex in cuius subscriptione legitur: *El Rey don Cindo bizo esta ley.*

Rursus *lex. 2. tit. 4.* inquit: *El que entrare ,en la casa por fuerza, o robare alguna cosa, pe-,che lo que robo en diez duplos, & si non ouiere ,donde lo peche, se a sierno de aquel à quien fi-,zo el furto.*

Idem in debentibus ex delicto desiuitur in pluribus legibus eius libri, vti dicam infra suo loco cap. 11. *De debitore ex delicto.* Equidem mirum videri potest Hispanos natura vehementes decretum tam rigidum admisisse, durasseq; eius obseruationem in hunc, vsque diem cum Princeps quidam iusserit omnes Hispanos esse liberos autore *Iustino, l. 44.* Sed fortè ab incolis Græcis, vel Romanis id mutati sunt. Primū enim Athenienses quotū imperium Romano antiquius fuit debitorem inopem creditori adiudicabant, si pro pecunia corpus obligasset, quæ lex à Solone viro philosopho abolita fuit, instituit enim excussionem oneris iniqui, quo teuuiores à potentioribus premebantur, immensumque fœnus ad mediocritatem reduxit, sanxitque, ne cui liceret ob vsuras ius in corpus habere, vt autor est *Plutarchus in eius vita, & in libro de vitanda vsura*, ne omnes ciues vsuris pressi, in seruitutem redigerentur, vti scribit *Couar. Variar. resolut. lib. 2. cap. 1. col. 2.* quæ lex in vrbe Romana aliquando obseruata fuit; nimirum illuc translatis legibus duodecim tabularum; petierunt enim Romani à Græcis leges quibus ciuitas fundaretur, *vt autor est Pomponius in l. 2. §. exactis ff. de origin. iuris.* Inter leges autem duodecim tabularum, hæc vna erat, qua non solum debitor adiudicabatur creditori verum etiam vendebatur, vt ex pretio creditori satisfieret: si autem plures habebat creditores dissecabatur ab eis. Immite prorsus, & plusquam belluinæ feritatis exemplum, vt vnum omnium animantium, quæ sub Luna sunt multò præstantissimum, omnium terribilium maximum incurrat, scilicet mortem pecuniolæ ratione, quam abiecisse, & contempsisse apud Ethnicos etiam pulchrius fuit quam possedisse. Verba legis hæc sunt.

In debitorem manus iniectio esto, in ius ducito, ni iudicatum facit in vinculis sexaginta dies ,habeto. Inter eos dies trinis nundinis continuis ,ad prætorem in comitium producito, quantæ ,que pecunia iudicatus erit prædicato. Tertijs ,autem nundinis si interea pactus non sit, capitis ,pœnas dato, aut Transtyberim peregre venumito: & si plures forent quibus reus est iudicatis ,tertijs nundinis parteis secanto, si plus minus ,ve secuerunt sine fraude esto.

Hactenus verba legis duodecim tabularum. Ex quibus, nota illa *Capitis pœnas dato*, quæ significant inopem debitorem amittere libertatem, aut Transtyberim venumire; hoc est, aut vendi, vt ei ex pretio satisfieret, aut dissecari, si plures habet creditores. Huius legis meminit *Fabius institutionum lib. 7. capit. 4. Gellius noctium Atticarum, lib. 1. cap. 20. Tertullianus in Apologetico, cap. 4. Cælius Rodigin. lectionum antiquarum lib. 7. cap. 20. Et è nostris Azo in summa. C. qui bonis ced. poss. gloss. in leg. 1. & in leg. fin. C. eod. tit. Salicet. in l. 1. & in leg. fin. C. eod. tit. Ias. in §. fin. institut. de actio. Alciat. in leg. aliud est fraus. numer. 20. ff. de verbor. signific. Zasius in §. fin. Instit. de actio. & in leg. 2. in verbo curias. ff. de orig. iur. Spiegel. in Lexico iuris ciuilis in verbo Addictus, Couarru. Variar. lib. 2. cap. 1. col. 2.*

57 Sed Rodericus Xuarez, qui patrum nostrorum memoria eruditi nominis autoritate merito floruit, scribit falsum esse, quod Accursius, & cæteri scripsere, debitorem inopem lege duodecim tabularum tradi creditoribus dilacerandum. Ita scribit *in l. 2. tit. delos gouiernos, col. 1.* Sed parcendum viro multis egregijs dotibus insigni, vixit infœlici seculo, quo bonæ litteræ apud Hispanos in pretio non erant, vtinamque plures veteris inscitiæ patroni tot dotibus ignorantiam bonarum litterarum pensarent, quot Rodericus pensabat: quanta erat in eo viro non vulgaris eruditio, quanta sedulitas, quanta grauitas, quam erat appositus ad docendum, quam nihil temere definit. Nunc quidam tantum sibi magni videntur, quòd omnis politioris literaturæ rudes, corporis, & animi sordibus fœdi sunt, vt crassi, crassa Minerua gaudent, atque hinc maximorum Iureconsultorum nomen apud imperitos adepti mirum quam exultant, quòd stultissimi, & pecuniosissimi sunt.

58 Sed qua ratione tanta pœna crudelitas fuerit denuntiata, explicat *Cæcilius Rodigin. Iureconsultus apud Gellium dict. capitul. 20.* scilicet, vt homines socordiam excutientes laborarent, metuque tanti supplicij nemo debita sibi pecunia fraudaretur, vnde neminem vnquam à creditoribus dissecutum ibidem Gellius refert his verbis introduceudo Cæcilium loquentem. *Nil profecto (inquit Cæcilius) immitius, nihil immanius nisi, vt re ipsa apparet, eo consilio tanta immanitas pœna denuntiata est, ne ad eam vnquam perueniretur, addici namque nunc, atque vinciri multos videmus, quia vinculorum pœnam deterrimi homines contemnunt, dissectum esse antiquitus neminem equidem, neque legi, nec audini.*

59 Si quidem non tulit humanum genus crudelem istam lanienam, vnde tanquam rationi repugnantem moribus repudiatam fuisse, quod attinet ad dissecandum creditorem, scribit *Fabius institut. lib. 3. capit. 8.* dicens legem duodedecim tabularum non esse natura laudabilem quatenus permittit debitorem dissecari. Idem scribit *Tertullianus in Apologetico cap. 4.* Sed quatenus permittit

mittit debitorem iudicatum, tradi creditori, vt ei seruiat: lex multis annis obseruata fuit apud Romanos, vt apparet ex *Gellio d. cap. 20. & ex Cicerone in oratione pro Flacco*, qui de Heraclide quodam loquens inquit. *Cum iudicatum non faceret addictus Hermippo, & ab hoc ductus est*. Rursus ex *Liuio Decad. lib. 2. Ciuitas* (inquit Liuius) *secum ipsa discors intestino inter patres plebemq; flagrabat odio, maximè propter nexos ob æs alienum. Fremebant se foris pro libertate, & imperio dimicantes, domi à ciuibus captos & oppressos esse*. Et paulò inferiùs inducit quendam addictum (ita enim voco debitorem inopem creditori traditum) quiritantem apud populum de sæuitia creditoris cui addictus erat. *Aiebat* (inquit) *se æs alienum fecisse, id cumulatum vsuris, primo se agro paterno, auitoq; exuisse, deinde fortunis alijs, postremo, velut tabem peruenisse ad corpus, ductum se ab creditorem non in seruitium sed in ergastulum, & carnificinam*. Rursus dum Liuius paulo inferius inquit, *Appius, quam asperrime poterat ius de creditis pecunijs dicere, deinceps, & qui ante nexi fuerant creditoribus tradebantur, & nectebantur alij*.

Quinimò & filij debitorum solebant apud Romanos à creditoribus detineri, vt constat *Ex Liuio Decad. 1. lib. 2.* vbi flagrante inter plebem, & patres odio propter nexos ob æs alienum, Seruilius Consul concionatus ad plebem pro concordia edicto prodito cauit. *Ne quis ciuem Romanum vinctum, aut clausum teneret quominus ei nominis edendi apud Consules potestas fieret, aut liberos nepotesue eius moraretur*. Quod etiam memoriæ prodit *Dionysius Halicarn. & Cælius lect. antiquarum, lib. 7. cap. 20.*

Sed tandem Romani rigidum hoc decretum elationi gentis minimè conueniens abiecere, & post plures plebis super hac re magnas seditiones, cum Lucius Papirius, ob æs alienum traditus fuisse. C. Publio, isq, cum ad libidinem perlicere tentasset, minitme & precibus nihil proficeret nudari cum & verberari iussit: commoti autem Consules ob libidinem, & crudelitatem fœneratoris legem ediderunt, vt pecuniæ creditæ bona debitorũ non verò corpora essent obnoxia eoque anno L. Papirio Mugllano, & C. Pætilio Consulibus Romanis, velut aliud initium libertatis factum est. Debitores enim nexi, fuerunt soluti, cautumque ne in posterom nectentur, vt autor est *Liuius, Decade 1. lib. 8*: Hos enim debitores qui ob inopiam creditoribus addicebantur, Romani appellabant nexos, & nexu vinctos, & addictos, vt patet ex *Liuio in locis supra citatis, & ex Budeo ad Pandectas Titulo de in diem addictione. Fabius Quintil. lib. 7. cap. 4. Alciat. in l. aliud est frauf. num. 26. ff. de verbor. significatione. Couarruuias Variarum lib. 2. c. 1. col. 2. Zasius in l. 2. in verbo Curias. ff. de orig. iur. Spiegel in lexico, verb.* Addictus.

Neque mirum si Romani rigidum id decretum abiecere, nam, & Persarum Barbari Reges indignè ferunt quempiam è suis seruire, vt autor est *Lampridius in Alexandro*.

62 Sed & apud Hebræos tempore Elisei Prophetæ moris fuisse videtur, creditorem ducere in seruitium debitoris, vt probatur *Regum. 4. cap.* Vbi mulier quædam ex vxoribus Prophetarum clamabat ad Eliseum, dicens. *Seruus tuus vir meus mortuus est & ecce creditor venit, vt tollat filios meos ad seruiendum sibi*. Quo forsan alludit Euangelica parabola, quæ legitur *Matthæi cap. 18.* Vbi Seruator noster cœlestis doctrinæ thesauros reserans, & viam salutis docens inquit: *Assimilatum est regnum cælorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis: & cum cœpisset rationem ponere oblatus est ei vnus qui debeat decem millia: cum autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius venundari, & vxorem eius & filios*. Nota quod venditur debitor, & eius filij. Et paulo post: *Egressus autem seruus ille inuenit vnum de cõseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens: Redde quod debes*. & paulo infra. *Et iratus dominus tradidit eum tortoribus quoadusque redderet debitum*.

Scio hanc esse parabolam cœlestis doctrinæ mysteria continentem. Sed tamen parabolæ litera semper continet rem aptam & communi hominum tractatui conuenientem, intus autem diuina sapientia latet. Rursus in Ecclesiastico legimus. *Debitor est seruus Creditoris*, quamuis ad animi anxietatẽ videtur referendum; nam sicut oculi ancillæ in manibus domini, ita debitor ad conspectum creditoris contabescit. Mirandum autem apud Hebreos rem adeo rigidam fuisse in vsu, cum Exod. 22. legamus. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes*. Quæ vltima verba Hebræi ita legunt. *Nec inferes ei morsum*. Rursus Deuteronomij 23. iuxta translationem Tigurinam legitur. *Ne morsum inferas fratri tuo fœnore pecuniæ alienum mordebis fœnorem, fratrem autem tuum non mordebis, vt felicitet, & fortunet te dominus*. Qui autem conueniebat, vt qui prohibebatur fœnus accipere à fratre posset illum in seruitium accipere ratione æris alieni, qui perniciosor morsus.

63 Quamuis autem capere debitorem inopem a Romanis lege lata sublatum fuerit, L. Papirio Mugillano, & C. Petilio Consulibus non tamen videtur in totum ab vsu recessisse cum apud Ciceronem in oratione pro Flacco legamus. *Cum iudicatum non faceret addictus. Hermipo, & ab hoc ductus est*. Cicero autem multis annis post Consules L. Papirium Mugillanum, & C. Petilium vixit.

Ego inuenio L. Papirium Mugillanum, & L. Sempronium Attratinum Consules factos. Olimp. 84. Anno ab Vrbe. 310. & ab eie-

ctis

ctis Regibus. 66. Ciceronem autem vixisse. Olimp. 179. Anno ab vrbe 691. ab eiectis Regibus 447. ante aduentum Christi. 61. si credimus Gregorio Haloandro, & Antonio Contio in supputatione Consulum.

Rursus Gellius, qui aliquot seculis post Ciceronem floruit Traiani scilicet, & Adriani tempore scribit, noctium Atticarum lib. 20 c. 1. *Addici nunc atque vinciri multos videmus quia vinculorum pœnam deterrimi homines contemnunt*. Quinimò & Theodosij Cæsaris seculo debitores qui soluendo nō erant cruciabātur acerbè, vt probatur *in Codice Theodosiano. l. 1. C. qui bonis ex lege Iulia cedere possunt*. vbi hæc verba legimus. *Ne quis omnino, vel fisci debitor, vel alienæ rei, in auro atq; in argento, diuersisque mobilibus retentator ac debitor, bonorum faciens cessionem liberum à repetitione plenissima nomen effugiat, sed ad redhibitionem debitę quantitatis congrua, atque dignissima suppliciorum acerbitate, nisi forte propriorum dilapidationem bonorum, aut latrocinijs arrogatam, aut fortasse naufragijs incendioque conflatam, vel quolibet maioris impetus, infortunio, atque dispendio docuerit afflictam, Prop. Rom. Prid. id. Octob. Ausonio, & Olibrio CONSS.*

Inscriptio est *Imppp. Gratian. Valent. & Theodos. AAA. ad Basilium Consulem.*

Notanda hic sunt duo, primo, quod tempore Theodosij debitor non liberabatur ce-
64 dendo bonis, deinde, quod ad restitutionem debitæ quantitatis cogebatur suppliciorum acerbitate, vt etiam probatur *in l. fin. C. qui bonis cedere possunt*, vbi lege illa opusc. fuit ad semouendum cruciatum, qui debitoribus irrogabatur. Supplicio autem subijci durius est quam creditori tradi: quanto enim facilius, & minus probrosum est seruire, quā cruciari? Imperauit autem Theodosius anno ab vrbe condita millesimo, centesimo, trigesimo octauo; vt autor est *Paulus Diaconus*.

65 Præterea in ipso Iustiniani Codice *In l. fi. C. de capti, & postlim. reuer.* videmus constitutum, vt debitor inops qui debet: quia ab hostibus redemptus fuit, seruiat si soluendo non sit. Inquit lex: *Decet redemptos, aut datum pro se pretium emptoribus restituere, aut laboris obsequio, vel opere quinquennij vicem referre beneficij*. Ecce laboris obsequio persolui creditori debitum; quamquam illa lex solum seruanda in debentibus ex causa redemptionis, vt si soluendo non sint satisfaciant creditori seruiendo, non vero de Iure Ciuili practicanda in debentibus ex alia causa quā redemptionis: alias cogimur fateri, tit. de cessione bonorum correctum esse per illam legem, neque cessionem bonorum liberare inopem debitorem quousque ad pinguiorem perueniat fortunam, quod est absurdum, neque Iure ciuili debitor inops seruire tenetur creditori, sed cedendis bonis liberatur, *vt dixi. numer. 5.* nisi in casu *d. l. fin. C. de capti. & postlim. reuer.* scilicet quando quis debet ex causa redēptionis. Quod & iure digestorum erat dispositum, licet tempus quinquénij quod lex Codjis præfinit nō esset præfinitū, ita probatur *ex Vlpiano in l. 3. ff. de libe. homi. exhib. versic. si quis eum*. Inquit Vlpianus. *Si quis eum quem ab hostibus redemit, retineat, in ea causa est, vt interdicto non teneatur non enim dolo malo facit: plane si offertur pretiū interdictum locum habet.* De qua re infra suo loco.

Præterea inter nouellas Iustiniani Græcas quas Latinè vertit Haloander extat *nouella 135. titulo ne quis cogatur bonis cedere*, quæ in vuulgato Autenticorum, Codice non habetur: in ea autem agitur de cessione bonorum à debitore facta, & hæc verba lego; *Potius quam cum inopia iugo ad mortem vsque premi opprobrio ignominia*. Sic Alexander Seuerus laudatissimus Princeps cum audisset aniculam à milite iniurijs affectam exautorauit eum militia, & in seruum aniculæ dedit vt eam pasceret, nam erat Faber carpentarius, vt autor est *Lampridius in Alexandro*.

Quinimò & apud Romanos sunt qui di-
66 cant debitores, qui soluendo non erant, è sublimi loco, altero tantum pede subnixos pēdere solitos, vt venderentur, vt videtur probari ex Suetonio in Claudio. *Postremo* (inquit) *etiam sestertium octogies pro introitu noui sacerdotis coactus impendere ad eas rei familiaris angustias decidit; vt cum obligatam ærario fidem liberare non posset, lege prædiatoria venalis pependerit sub edicto præorum*. Rursus idem in Domiciano cap. 9. *Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent*. Quasi non posse pedem vtrunque solo figere, argumentum esset nihil prædiorum, atque fortunarum illis superesse. Sed nihil tale apud Romanos vspiam in vsu fuit: ideò, hæc loca aliter interpretatur *Alciatus summæ eruditionis vir doctissimus Parergon lib. 10. c. 23.* quod scilicet fisci debitores qui pecunia satisfacere non poterant, dicebantur pendere apud ærarium donec eorum bona vænirent, cognosceretur que an ex bonis satisfieri posset: nam licebat, ne in carcere detruderentur bona insolutum dare, *vt in Authent. hoc nisi. C. de solutio & dixi. num.* 46. Ideo autem Suetonius in Claudio dixit, in vacuum pependit lege prædiatoria sub edicto Prætorum, quoniam cum Claudius octogies sestertium deberet, quę faciunt summā nostrorum aureorum. CC. millium vexatus fuit diu à præfectis ærarij, qui prædia eius vēdebant, sed eorum diligentia inutilis fuit quoniam ex prædijs non potuit tanta pecunia redigi. Hoc appellat Suetonius in vacuum pendere, hoc est inutiliter vexari lege prædiatoria, hoc est lege, quæ iubebat prædia dari insolutum. Hæc Alciatus, cuius interpretatio quod attinet ad legem prædia-

toriam non vſquequaque apta videtur. Primum prædia poſſe dari inſolutum, fuit primum conſtitutum à *Iuſtiniano, vt in Auth. de fideiuſſ. §. quod autem.* Iuſtinianus autem multis ſeculis poſt Claudium vixit. Præterea non videtur ibi actum de dando prædia inſolutum ſed de vendendo ea, vt ex Suetonio apparet quanquam reſponderi poteſt, quòd prædia non poterant dari inſolutum; niſi appareret nullum reperiri emptorem, *vt in dict. Authen. de fideiuſſo. §. quod autem.* ideò venalia propoſita ſunt, vt appareret emptor, aut darentur inſolutum. Sed adhuc obſtat quòd facultas dandi prædia inſolutum non erat eo ſeculo agnita, vſque ad Iuſtiniani tempora; ſolereque debitores vendi tempore Neronis indicat *Tacitus lib. 14.* vbi Tacitus dolet quòd Nero, vt plures fœdaret nobilium poſteros egeſtate vænales, in ſcenam produxit nota illa verba egeſtate venales. Et rigorem quo debitor vendebatur credo eſſe verum ſenſũ eſſe eius loci quem *Alciat.* interpretatur, qui habetur *cap. 9. apud Suetonium in Claudio*; nam ibi Suetonius agit de periculis & contumelijs, quibus Claudius obnoxius fuit. At dare prædia inſolutum non eſt contumelia. Idem probatur *ex Suetonio in Domitiano cap. 9. ibi. diſcrimini.* Idem probari videtur *in l. 15. titul. De las deudas, lib. 3. Fori, ibi. Rueguelo que no le liſie, y entreguele el deudor.* Sed fortè ibi loquitur de caſtigatione, qua creditor poteſt vti in debitorem fugientem, vt infra dico. Tamen hæc Suetonij loca interpretatur. Rhua exactæ diligentiæ, & multæ eruditionis Grammaticus qui Numantinam iuuentutem inſtituendo illuſtrem nominis famam adeptus eſt: hic ſua eruditione Grammatici gloria non contentus, ex aliena inſcitia nouam laudem quæſiuit edíditque in Gueuaram epiſtolas, in quarum tertia hæc loca ita interpretatur, vt cum Alciato per omnia ſentiat. Sed certè illa verba *Pendere apud ærarium* videntur referenda ad contumeliam, & animi anxietatem qua debitor inops torquetur donec ſoluat. Quo alludere videtur, quod idem Suetonius ſcribit in Othone. cap. 5. *Non diſſimulabat* (inquit) *niſi Principem ſe ſtare non poſſe; nihilque referre ab hoſte in acie an in foro ſub creditoribus caderet.* Quanquam hic locus non leue indicium præſtat; debitores Othonis ſeculo acerbiſsimè ſolere tractari à creditoribus: quod non mirum cum fieret tempore Theodoſij qui Chriſtianus erat, & multò poſt imperauit. Itaque hæc Hiſpaniæ conſtitutio qua debitor inops addicitur creditori, vel ex Athenienſium, vel ex Romanorum inſtitutis ad nos dimanauit. Quinimo illud prouerbium vulgi ſermone iactatum: *O rico, o pinjado*, ſignificare videtur morem aliquem priſcum quo debitor inops apud nos cruciabatur verbum enim *Pinjado* à pungendo videtur dictum. Idem ſignificat prouerbium illius. *Traſquilenme en conceio, y no lo ſepan en mi caſa.* Quanquam illa pœna debenti ex delicto forſan imponebatur. Rurſus non ommittendum, quod illud prouerbium, *Al que no tiene, el Rey le haze franco*, ſignificat inopem immunem eſſe a ſolutione tributi non verò à ſolutione pecuniæ creditæ, vt dixi cap. 18. numer. 9. & probatur ex hac lege. Ergo Hiſpani, neque fœdam illam barbariem, & pluſquam Scyticam immanitatem qua debitor à creditoribus diſſecabatur amplecti voluerunt, neque rurſus eis placuit Iuris ciuilis conſtitutio, qua debitor cedendo bonis liberatur quouſque meliorem nanciſcatur fortunam. Rurſus neque eis placuit debitorem ſupplicijs, & cruciatibus cogi ad ſolutionem, vt tempore Theodoſij fiebat: Sed rationem elegerunt, qua neque debitor perpetuo ſit in carcere, neque creditor ſua pecunia fraudetur, ſemotoque omni cruciatu illud admiſerunt, vt inops debitor tradatur creditori, vt arte ſua (ſi fortè aliqua mechanica aut lucroſa arte inſtructus) vel obſequio laboris quantitati debiti ſatisfaciat: cuius rei exemplum in debitore inope in Iuſtiniani Codice continetur *in dict. lege final. C. de capti. & poſtli. reuer.* Illudq; etiam exemplum videri poteſt, quod ſeruus damnum dans traditur pro noxa damnũ paſſo, vt *in toto tit. ff. de noxalibus actionibus.*

67 Sic etiam debens monaſterio, & non habens vnde ſoluat liberatur ingrediendo ipsũ monaſterium, autore *Bald. per textum ibi in leg. 2. ff. de capi. diminu.* quod iudicat eſſe mirabile *Marcus Mantua ſingulari. 30. incipiente, aliquis eſt debitor. Sic Abb. in cap. cum I. & A. num. 27. de re iudi.* ſcribit vt Monachus inops, honeſto labore ſeni paret quo debitori ſatisfaciat. *Idem in cap. 1. col. per. de obligat. ad ratio.* Præterea in aliquibus regionibus moris eſt, vt debitor ſeruiat creditori, de ſimili enim ſtatuto mentionem faciũt *Oldrad. cõſ. 54. Abb. in cap. inter alia n. 22. de immu. Eccle. Aufrer. in addition. Capel. Toloſa. quæſt. 422. col. 2. verſic. Sed & in multis locis Alber. in 1. par. ſtatu. quæſt. 39. & ibi rub. C. de is qui ad Eccleſiam confug.*

68 Rurſus Iure Regio adulter, & adultera traduntur marito, vt vel eos occidat, vel ſeruet pro arbitrio, marituſque bona omnia eorum occupat. *l. 1. tit. 7. lib. 4. For. leg. 81. & 82. Tauri. Lupus in repetit. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 20. habes alium, columnæ. 1. Couarru. ſuper 4. ſecunda parte cap. 8. §. 7. numer. 17. verb. cæterum leg. 2. tit. 15. liber. 8. Ordinam. declarant Caſtell. & Ciſontanus in dict. l. 82. Tauri*, & latius *Auendanus in dictionario, verbo* Adulterio. In quibus locis tractatur, an maritus lucretur bona ſi habeat filios ex adultera, & occiſa à marito fuerit. Sic apud Lõgobardos moris erat, vt offendens traderetur offenſo, vt ſcribunt

Barto.

Barto. & Angel. in leg. 1. 9. vsque aded. ff. de iniu. vt vel eum verberaret, vel vulneraret, quod etiam scribit *Neuizan. in sua incondita Sylua fol. 13. col. 3.* quæ omnia ex diametro aduersantur Iuri communi, vt scribit *Boer. decis. 162. num. 4.*

69 Sic apud Abassinos moris est homicidam tradere propinquis interfecti, vt pro arbitrio sanguinis sui iniuriam vindicent, qui si auariores sunt, illum mercatoribus vendunt, vel exquisitis tormentis enecant, vt est autor *Paulus Iouius historiarum libro 18.* Præterea apud Romanos aliquando moris fuit tradere furem domino rei furatæ, vt ei seruus esset, autore *Gellio, noctium Atticar. lib. 11. capitulo vltimo. Alexander ab Alexandro Genialium, libro 6. capitulo 19.* quod & apud nos olim fuit obseruatum, vt sponsa Iure Gothico probaui ex leg. 2. tit. 4. in volumine legum Gotthicarum quod appellamus Fuero-juzgo.

70 Præterea stante dispositione Iuris Ciuilis, si creditor promisisset non conijcere in carcerem debitorem, hoc casu debitor etiam inops non potest cedere bonis, imò tenetur prout dietim lucratus fuerit satisfacere creditori, neque admittitur ad cessionem, ita docet *Bald. in l. 1. col. 3. C. qui bon. ced. poss.* de cuius traditione licet dubitet *Salic. ibi col. 4.* tamen eam tuetur, & probat *Roderic. in repetit. l. 2. titulo de los gouiernos, col. 1. versic. vnum tamen tene menti.*

Quoniam debitor non admittitur ad cessionem, nisi creditores instent, vt dicam infra suo loco: si ergo creditor promisit non conijcere debitorem in carcerem: cessat carceris iniuria ad quam euitandam admissa fuit cessio de Iure Ciuili. Itaque hæc lex corrigit Ius commune in hoc, quod etiam inuito creditore debitor suis operis, & obsequio potest ei satisfacere quod an sit verum infra suo loco dicam. Illud tamen est verum quod qui non potest debitorem conijcere in carcerem: non potest illum cogere ad cessionem bonorum, vt dico *cap. 3. num. 2.* Si ergo creditor non vult debitorem conijcere in carcerem, potest iure actionis auferre ab eo bona, quæ quotidie lucratur, & Baldi opinio verissima est.

Notandum autem ideò iure Hispanico æs alienum solui operis, & obsequio, quoniam opera loco pecuniæ habetur, & aliquando plus confert, quam pecunia. *l. si non fuerint l. societatem. §. si in coeunda. ff. pro socio l. 1. C. eodem titul. Martinus Silimianus in tractatu de feudis. quæstion. 1. numer. 4. Alexand. consil. 99. numero 5. libro 2.* & latè rem tractaui in meo tractatu de *decima tutori Hispanico iure præstanda, cap. 2. nu. 16. vers. redeundo.*

71 Rursus non est omittendum, quod licet operæ filij venditi à patre propter necessitatem non extenuent sortem emptori debitam, vt scilicet illum dimittat cum sors reddita fuerit, *vt in leg. 2. C. de patrib. qui filios distraxere.* Tamen operæ debitoris addicti creditori extennant sortem, vt in hac lege probatur. Rationem differentiæ reddit *Roder. in leg. 2. titulo De los gouiernos, colum. 4. versic. & notabis*, quòd scilicet cum filius venditur, emptor possidet titulo emptionis: at debitor inops addicitur creditori loco pignoris: fructus autem pignoris extenuant sortem *l. 1. C. de distract. pignor.* Cui rei non obstat quod dixi *supra numer. 39. versicul. Rursus illud*, quod debitor detentus in carcere potius æquiparatur obsidi, quam pignori, illud enim verum in detento in carcere, hic loquimur in debitore tradito creditori iuxta formam huius legis, qui pro piguore videtur esse donec soluat, vt expresse probatur *in l. ab hostibus C. de captiu. & postlimi. reuer. ibi. Ab hostibus redempti quoad exsoluatur pretium, magis in causa pignoris constituti: quā in seruilem conditionem detrusi videntur.* Et dicam latè infra cap. 5. nu. 34. Sed quod attinet *ad leg. 2. C. de patrib. qui fili. distra.* Responde quod ibi operę non extenuãt sortem, quoniam præstantur domino, hic autem præstantur creditori, & præstantur expresse, vt debitæ quantitati satisfiat, & opera est loco pretij, vt supra dixi.

72 Finem faciam, si prius lectorem moneo, quod licet Iure nostro Regio, cessio non liberet debitorem, vt in practica, & theorica est receptum teste *Roderico in leg. 2. titulo De los gouiernos, colu. 3. lib. 3. Fori. Antonius Gomezius in l. 79. Tauri, col. 2.* Tamen extra hunc casum (scilicet) quòd debitor inops tenetur seruire creditori cætera omnia inducta in fauorem libertatis debitorum tam Iure Ciuili, quam etiam Regio, correcta non sunt, & omnino sunt seruanda cum declarationibus supradictis. Hæc enim lex, & cæteræ leges, Regiæ quæ de hac materia loquuntur, solum dicunt debitorem inopem teneri seruire creditori, & hoc solum casu quo debitor est inops lex corrigit, & in eo tantum corrigit, vt seruiat creditori, non verò vt pignori dari possit extraneo aduersus Iuris Ciuilis dispositionem; solum enim voluit lex satisfieri ei, cui debitor est: non tamen potest creditor apprehendere eum propria autoritate, sed autoritate iudicis.

73 Nunc tractemus, an sicut beneficium cessionis bonorum Iure Hispanico est sublatum ita etiam forma cedendi Iure Ciuili inducta sublata sit licet enim leges Regiæ (præcipuè pragmaticæ recentiores) hanc addictionem qua debitor inops traditur creditori appellent cessionem bonorum, Iure Regio est sublatum. Olim enim debitor his duobus verbis liber manebat donec meliorem experiretur fortunam, *Cedo bonis*: at Iure Regio non solum spoliatur bonis, verum etiam traditur creditoribus, vt ad instar serui operas præstando debitæ quantitati satisfaciat.

74 Ergo de forma cessionis quæ iure Romano in vsu erat, dicamus. Et quidem cessio

sola voluntatis professione fiebat non adhibita alia solemnitate, *vt in l. in omni cessione. C. qui bon. ced. poss.* & per nuntium, vel epistolam fieri poterat. *l. fin. ff. de cessio. bono.* & solum præstabat iuratoriam cautionem de soluendo si ad pinguiorem fortunam peruenisset *glossa Hostien. Henri. col. 3. & ibi Io. Andrea & alij in cap. Odoardus, de solut.* Ac moribus multarum gentium, forma est immutata; etiam apud eos, apud quos bonorum cessio liberat debitorem: nam forma probrosa est, & ignominiæ plena. Romæ enim debitor ascendit leonem marmoreum & dicit: *Cedo bonis*, vt refert *Cin. in l. 1 quæstion. 5. C. qui bon. ced. poss.* Rursus *Angel. in l. fin. de cess. bono.* scribit. Quod in aliquibus Italiæ regionibus debitor nudus cedit bonis percutiendo naribus lapidem: quam formam Lugduni seruari testatur *Guido decision. 343. Bestian. in consuetud. Aluerniæ, titul. de cession. artic. 4. columm. pen. Guido consil. 124. numer. 7. Zasi. in l. 1. & 3. ff. de cessio. bono.* Et de probrosa forma cessionis meminit *Bart. in l. fin. ff. de cessio. bono.* dicens, quòd Franciscus Accursius reprehendebat in cathedra modum cum de bonorum cessione tractabat. *Puteus de sindicatu. § licet num. 10. Ias. in § fin. num. 28. Institut. de actio.* Vbi dicit, quòd forma cedendi bonis percutiendo lapidem viget Ticini, & in vniuersa Italia. *Et Petrus Iacobus titul. de cessio. bono.* scribit quòd in aliquibus regionibus debitor in tunica absque pallio præcuntibus tubis ducitur in forum, & inclinatis brachijs scinditur sibilum: quæ dicit esse laudanda, vt alijs sint exemplo, & dicit, quòd ideò forma cessionis est tam probrosa, vt debitores à tam pudendo actu retrahantur vellntque magis omni ope pecuniam ad solutionem quærere, quam talem (astante populo) pati ignominiam. Hæc est forma cessionis, quæ apud alias nationes est in vsu: at apud nos debitor inops, cuius bona vendita ad solutionem non sufficiunt traditur creditori, vt ei seruiat antea tamen iniicitur ei torques ferreus quem collo circum portare tenetur, ita, vt omnibus sit conspicuus, & ab omnibus videatur, quod si eum velo, vel aliàs contegat retrahitur in carcerem, neque ab ea liberatur etiamsi velit huius legis beneficio vti, & creditori seruire, ita definitum extat in *pragmatica 79. in volumine antiquarum pragmaticarum.* Hoc enim habet commune cum cessione bonorum, hæc addictio debitoris qua Hispani vtimur quòd scilicet ea mediante debitor liberatur à carcere eiusque pudorem & squalorem effugit, suaque industria vtens libertatem sibi sensim recuperat.

75 Torques autem ferreus ei imponitur, vt metu tantæ ignominiæ qua præclarè seruorum miseriá superat, deterreatur à tali actu, omnique nisu, & ipsi, & cognati, & amici pecuniam quærant qua creditori satisfiat, vel absconditam proferant, vt supra dixi. Vel imponitur in pœnam, qua profectò dignus est qui facultates luxu, vel profusione attriuit, rem enim familiarem delabi sinere, & turpe, & flagitiosum est teste *Cicerone lib. 2. Offic.* Vel imponitur, & prohibetur velari torques, ne quis cum tali per ignorantiam contrahat, vel suam rem ei committat, vel ne aufugiat, vt capite sequenti dicam. Vel vt intelligat debitor, & omnes quod non est prorsus liber, sed conditioni cuidam subiectus. Sed euolenti mihi Aragonias constitutiones occurrit lex quædam, titulo de cessione bonorum, quæ significat torquem imponi cedenti, ne quis cum eo contrahat, verba legis hæc sunt: *Con la solenidad deuida con la cadena al cuello, & de alli auant se guarden de contratar con el tal cediens.*

76 Sic apud Italos ferro candenti fures in facie notantur *autore Gandino, titulo de pœnis reorum, num. 59. Isernia in arario verbo Furtum.* Quinimò veteri legè Ælia sentia si quisquam diu seruitutem seruierat, & suppliciū ex delicto dedisset, ex quo stigmata inusta fronti accepisset, libertus dedititius vocabatur, quod notat *Politianus Miscellaneorum lib. 1. cap. 84.*

77 Sic clericus falsans literas Regias post degradationem verbalem, notæ in fronte inuritur, & in exilium mittitur, *vt in c. ad audientiam de falsis,* vt ibi latè scribit *Anania,* & quid in laico vtente falsis literis, scribunt *Faber. & Sali. in l. Maiorem C. de falsis. Boerius decisione 82. num. 3.*

78 Sic meretrices cogi possunt portare cultum diuersum ab alijs fœminis. *l. mima, & ibi Bald. Salic. & Paul. C. de Episc. audi.* Apud Cumæos, si qua mulier in adulterio deprehendebatur deducebatur in forum, & saxo imposita omnibus deridenda propinabatur lapsa autem veluti impurus, & abominandus vitabatur, autore *Plutarcho in problemati. capitul. 115. Tiraquel. lege connub. 13. num. 2.*

79 Sic etiam stigmate notatur Iure nostro Regio, qui viuente vxore aliam superinducit. Et nota pro aliquibus delictis imponitur, *vt in l. si quis in metallum. C. de pœnis.* sic etiam mediatrices, quæ malis artibus puellas ad libidinem pelliciunt, vulgo dictæ *Alcahuetas* mitellatæ in scalario suggestu irridentis turbæ petulantiam perferunt.

80 Notare autem debitorem, qui ob inopiam creditori addicitur exemplum antiquissimum est, nam inter Gotthorum leges, qui Hispaniarum Imperium per annos plures tenuere, vna est huiusmodi. *Si mugeres oncieren de estar presas por deudo, si el Deudor se quisiere assegurar, o fiar en la muger que algo le diere, por este razon echele su señal, e ande la villa por su presa.*

SVM-

SVMMA.

1 *An dispositio huius legis valida sit,& an sit iusta, & aqua, & qua ratione prodita fuit.*
2 *Iure Regio an beneficium cessionis bonorum sit sublatum, & num. 2.*
3 *Cessio bonorum continet defensionem, & ideo à Roman. Pontif. in terris Ecclesia tolli non potest.*
4 *Cessio bonorum fundatur Iure naturali.*
5 *Quod per pactum fieri non potest, nec per statutum conceditur fieri,& n.28*
6 *Pactum,per quod beneficio cessionis bonorum renuntiatur,non tenet.*
Statutum dans formam cessioni bonorũ, percutiendo natibus lapidem, vt turpe,non tenet, & num. 8.
9 *Pactum,per quod se carceri perpetuo quis mancipat,non tenet.*
10 *Christiani, à Christianis capti in bello inter se inito,non efficiuntur captiui, & num. 30.*
11 *Dispositio huius legis antiquissima cõsuetudine confirmatur.*
12 *Beneficium cessionis bonorum an tolli possit per legem. num. 25. & 26.*
13 *Valet consuetudo, per quam inops non liberatur cessione, sed quod teneatur seruire.*
14 *Theodosij tempore cessio bonorum non erat in vsu.*
15 *Debitor qui sua culpa bona amisit, an patiatur contumeliosam cessionem bonorum, num. 29.*
16 *Debitor inops ex causa redẽptionis tenetur seruire creditori de iure Ciuili.*
17 *Plures persona de iure Ciuili, qua licèt essent libera erant tamen seruilis cõditionis, & nu. 18. 19. 20. 21. & 22.*
Idem etiã apud Gallos vsus quaestuãdi.
24 *Adscriptitius qualiter constituatur.*
25 *Iura dicentia beneficium cessionis bonorum posse tolli per Regem,aut consuetudinem, limitãtur.& num. 26.*
27 *Per cessionem bonorum debitor inops liberatur à carcere, nec amplius in iudicio,vel extra à creditore conuenitur,nisi ad pinguiorem fortunam peruenerit.*
28 *Consuetudo trahendi debitorem inopẽ creditori,an iuxta,& aqua sit:& qua ratione inducta,& nu. 38. & 39.*
31 *Paupertas patiẽter tolerata, martyriũ.*
32 *Paupertas propriè sumpta,non refertur ad animũ,sed ad eã, qua prouenit ex fortuna rerũ, & ibi plura de paupertate.*
33 *Egere durum est,& debere durius; non autem esse soluendo,durissimum.*
35 *Debitor inops creditori addictus, dicitur pati penã corporalẽ,& n. 36. & 37*
40 *Aequũ debita reddi,iniquum quemquã sua pecunia fraudari.*
41 *Debitor inops praestando operas creditori, dicitur soluere.*
42 *Operis satisfacere,humanum, & n. 43.*
44 *Labor est laudabilis res.*
45 *Reipublica conuenit seueritate legis,pigros, & inertes excitare.*
46 *Profusionem legibus cohibere oportet.*
47 *Contumelia dignus qui facultates suas consumpsit.*

An dispositio huius legis valida sit, & an sit iusta, & æqua, & qua ratione prodita fuerit.

CAP. II.

1 
VÆRO deinde an dispositio huius legis valida sit, & an sit iusta,& qua ratione fuerit prodita. De valore prius dicamus. Videtur legem hanc validam non esse: quoniã tollit remedium cessionis bonorum. Olim enim debitor liberabatur cedendo bonis; at Iure nostro Regio spoliatur bonis, & traditur in seruitium creditori. Esse autem beneficium cessionis sublatum ex hac lege, est plus quam manifestum: nam vbi primum debitor cedebat bonis, nihil aduersus eum amplius petere poterat creditor, quousq; foeliciorem experiretur fortunam, & hoc erat beneficium cessionis bonorũ: at iure nostro debitor spoliatus bonis tenetur ad instar serui satisfacere creditori, operas ei praestando.

2 Rursus, esse apud nos sublatum beneficiũ cessionis bonorum, scribit esse in praxi,& in theorica receptissimum *Rodericus in l. 2. tit. De los goniernos, col.* 3. Neque quisquam obijciat, quòd quædam constitutiones Regię, præcipuè pragmaticę recentiores, appellant cessionem bonorum hanc addictionem qua debitor inops traditur creditori. Nam, vt dixi *cap.* 1. *num.* 74. ea est impropria locutio, & hoc solum, hæc addictio debitoris habet commune cum beneficio cessionis, quòd per eam debitor effugit carcerem.

3 Supposito quòd beneficium cessionis tollitur hac lege; succedit doctrina quorundam

Doctorum, quibus beneficium ceſſionis adeò pium, & æquum videtur, vt dicant id non poſſe tolli à Pontifice etiam in prouincijs, quæ iure dominij ad Eccleſiam pertinent: Niſi ex cauſa iuſtiſſima. Ita ſcribit Berous *quæſt.* 133. *num.* 2. Quoniam cum ceſſio bonorum fundata ſit in iure naturali, quia defenſionem continet, & ſit vltimum pauperum refugium, etiam à Pontifice (niſi ex cauſa iuſtiſſima, tolli non poteſt: nam vbi aliquid fundatur in iure naturali ſeu in ratione naturali, Pontifex illud tollere non poteſt, niſi ex iuſta cauſa, quæ in dubio non præſumitur niſi exprimatur, vt notat *Abbas in cap. per tuas. colum.* 11. *de arbit. Feli. in cap. ad audientiam in* 2. *colum.* 5. *de reſcript.*

4 Quod autem beneficium ceſſionis bonorum oriatur ex naturali ratione, & pietate, probatur *in l. fin. C. qui boni ced. poſſunt.* Item quòd beneficium ceſſionis bonorum non poſſit contraria conſuetudine tolli, probat *Faber in* §. *cum eo quoque numero* 7. *verſic. & hac Inſtit. de actio.* quoniam conſuetudo tollens ceſſionem eſt contra bonos mores. Idem docet *Salic. l.* 1. *col.* 2. *in* 5. *oppoſi. C. qui bono. ced. poſſunt.*

5 Præterea quod non poteſt fieri per pactũ: non poteſt fieri per ſtatutum *gloſa celebris, in rubrica. C. de decretis decurionum. Iaſ. in l. non ſolum.* §. *morte num.* 42. *ff. de noui. operis nuntia. Ia. in l. de quibus. nu.* 57. *ff. de legib. Bald. l.* 1, *num.* 19. *C. de ſumma Trinit.* eſt communiter approbata teſte *Alexand. in l. lex Cornelia. col.* 2. *ff. de vulg. & pupil. in l. ex facto. col.* 2. *ff. eo. titu. & in rubri. ff. ſolu. matrim. col. fin. Felin. in cap.* 2. *num.* 2. *& ibi Decius num.* 3. *de conſti.*

6 De iure autem non valet pactum per quod quis renunciat beneficio ceſsionis bonorum *autore Cino, quæſt.* 6. *Bald. & Saliceto num.* 9. *in l.* 1. *C. qui bono. cede. poſſunt Barto. Imola. Raphael Comenſ. & Albericus in l. a* 14. §. *eleganter. ff. ſolu. matrim. Alexand. conſil.* 37. *num.* 6. *lib.* 1. *Abb. & Doctores in cap. Oduar. de ſolutio. Faber* §. *finali num.* 7. *Inſtitut. de actio. Guido deciſio.* 271. & eſt verior, & magis communis opinio, vt late dixi *cap.* 1. *n.* 41. *verſiculo rurſus humana.* Ergo cùm per pactum tolli non poſsit, non poterit tolli per legem.

7 Deinde non valere hanc legem, probatur quoniam ſtatutum, vt cedens bonis percutiat natibus lapidem non valet, neque eſt ſeruandum: quoniam res eſt turpis exempli, & parum honeſta, & ex conſequenti aduerſus bonos mores, ergo non ſeruanda: præſertim quòd irridendum propinare proximum, ſua miſeria ſatis afflictum, neque in prudenti republica admitendum. Quæ vtilitas eſt creditori, quod debitor ſibilis ſubſannetur à petulanti turba? aut quæ eſt prudentia, aut grauitas iudicis talia admittentis, cum à Chriſto habeamus: *Qui dixerit fratri ſuo, Racha, reus erit iudicio.*

Quare tale ſtatutum tanquam probroſum & inhoneſtum non valere: ſcribit *Cinus & Bald. in l. fin. C. qui bono. cede. poſſunt Alberic. in.* 1. *parte ſtatutorum. quæſt.* 38. *Salicet. in l. omni. C. de ceſſio. bono. Iaſ. in* §. *fina. num.* 29. *Inſtitut. de action. & ibi Zaſius, Imola & Doctores, in cap. Odoardus de ſolu. Ioan. Baptiſta Sanſeuerinus, in repetito. l. omnes populi. num.* 57. *ff. de iuſti. & iur.*

8 Cum ergo non valeat ſtatutum, vt debitor inops natibus percutiat lapidem: quanto minus valere debet hæc lex, quæ non ſolum conuellit, & deturpat formam ceſſionis, ſed ipſum beneficium ceſſionis prorſus euertit? Idque probroſè. Primo probroſum eſt ſeruire. Deinde ignominioſum eſt torquem ferreum collo circumgeſtare; ita, vt omnibus ſit conſpicuus. Quot paraſangis hæc ignominia ſuppleat ignominiam cedendi bonis, impactus ad lapidem natibus, ſiue conſideres qualitatem, ſiue ſubſtantiam, ſiue durationem? Impingere nates ad lapidem iocus videtur, ſi ad hanc veram miſeriam, & ignominiam conferatur. Nam ille rubore tantum ſuffunditur, idque momento; hic veram miſeriam, & ignominiam patitur, idque per longum tempus: quouſque ſcilicet ſeruiendo ſatisfaciat creditori: Idque ignominosè, addito ſcilicet, torque ferreo.

Præterea non valet pactum, per quod quis ſe perpetuo mancipat carceri, quoniam eſt
9 ſpecies ſeruitutis, & nemo poteſt ſe priuare libertate. *l. nec. ſi. C. de libe. cauſa. l. incredibile. C. de pœnis l.* 2. *ff. de libe. homin. exhiben. l. Titio centum.* §. *Titio centum. ff. de conditioni. & demonſtrationi. l.* 4. *titulo* 31. *part.* 2. *notant Cinus, Bald. & Salicet. in l.* 1. *C. qui bon. cedere poſſunt, & omnes citati cap.* 1. *num.* 41. *verſiculo rurſus humana.*

Ille autem qui ob inopiam traditur creditori, dicitur eſſe eius captiuus, vt patet in cõſtitutione Gotthica, quam citaui *cap.* 1. *num. fin. ad finem, ibi. Ande la villa por ſu preſa.* Et dico infra *cap. quinto.* Et probatur *in l.* 34. *inter leges quas vocant Stili.* Inquit lex loquens de hac addictione. *El fiador no ſerà dado por preſo por la deuda que hizo, maguer los ſus bienes ne culpan a pagar el deudo.* Nota illa verba: *Por preſo. facit l.* 2. *tit.* 21. *par.* 1.

Ratio autem quare non valet pactum: vt debitor non poſsit cedere bonis: eſt quoniã nullum reſtat remedium, vt effugiat carcerẽ cum autem ille qui traditur creditori non effugiat carcerem, ſed dicatur captiuus creditoris, videtur diſpoſitionem huius legis nõ valere: præſertim cum ſumma debita tanta eſſe poſsit, vt etiam ſeruiendo per totam vitam non effugiat poteſtatem creditoris, neque veram conſequatur libertatem.

10 Deinde, cum inter Chriſtianos capti in bello non efficiantur ſerui, ſi ſint eiuſdem religionis, quantumuis bellũ atrox, & cruentum ſit, & quantumuis ſanguinis ſit effuſum, vt notant omnes *Doctores in l.* 1. *ff. de acquir.*

poſſeſſ.

possess. mirandum id apud nos, pecunię dari quod vulneribus, & cędibus negatur.

11 Sed verum est dispositionem huius legis valere. Primo: quia à Principe lata, & plusquam mille annorum consuetudine confirmata, vt apparet *ex dictis c. 1. num. 56. versiculo sed quantum.* Princeps autem est legitimus conditor legis, & consuetudo inducit legem.

12 Deinde valere hanc legem probatur, quoniam beneficium cessionis bonorum potest tolli per legem, vel statutum, vt notat *Alexand. in l. alia. §. eleganter, num. 13. versic. per statutum ff. solu. matrimon.* Vbi dicit hoc esse manifestum, & citat *l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. l. de quibus. ff. de legi. cap. 1. de constitutioni. in 6.* Idem supponit *Aufrer. in additione decisionis Tolosanæ 68.* Quæ opinio mihi placet quando beneficium cessionis ita tollitur, vt debitor non remaneat in carcere, sed possit effugere eam tradendo se in seruitium creditori, vt Iure Hispanico constituitur. Nam hoc casu cessant omnia argumenta, quæ ex aduerso adduci possunt. & de iure licitum est, vt homo, omini operas præstet *l. qui operas ff. loca.* & cum id spontè, & liberaliter promittere possimus; non est iniquũ, vt ratione pecunię debitę eas pręstemus.

13 Prætereа, valere consuetudinem, vt debitor inops non liberetur cessione, sed teneatur seruire, apparet: quoniam plures eruditissimi viri mentionem faciunt statutorum, vt debitor inops seruiat creditori, neque tamen improbant ea; sed supponunt valere: ex quorum numero sunt *Oldrad. consil. 54. an fugiens. Abb. in cap. inter alia. num. 22. de immu. Ecclesi. Aufrer in addition. Capellę Tolosanæ. 422. col. 2. versed, & in multis locis. Albe. in 1. parte statutorum. quæst. 39. & in rub. C. de his qui ad Ecclesi. confugi.* Et liber homo propter necessitatem venditur, & pignori datur à patre. *l. 2. C. de patrib. qui filios distraxere.* ergo multo magis seruiet pro se ipso, & pro inopia quam ipsemet patitur: sublata re aliena.

14 Prætereа beneficium cessionis bonorum tempore Theodosij Cæsaris, non erat in vsu; & debitor, non operis, vt apud nos, sed acerbis supplicijs cogebatur æs alienum persoluere, ita probatur *in l. 1. C. qui bonis ex lege Iulia cedere possunt. in Codice Theodosiano. Cuius legis verba retuli cap. 1. num. 63.*

15 Deinde, quod ad torquem ferreum, & cætera contumeliosa attinet, videmus permitti contumeliosam cessionem bonorum, si quis sua culpa bona amiserit, vt probatur *in Nouella Iustiniani. 135. ibi, Ad mortem vsque premi opprobrio ignominia: contumeliosa enim cessio permittitur non obscœna, vel impudica, vt est ea quæ fit impactis ad lapidem natibus.*

16 Deinde in Iure ciuili, quo vniuersus ferè orbis Christianus vtitur, extat constitutio Iustiniani, qua cauetur debitorẽ inopem debentem ex causa redemptionis teneri, seruire creditori, *textus est in l. fin. C. de capti. & postlimin. reuers. ibi. Decet redemptos, aut datum pro se pretium emptoribus restituere aut laboris obsequio, vel opere quinquennij vicem referre beneficij.*

Idem probatur *in l. ff. de libe. homi. exhib. l. si quis ingenuam ff. de capti.* Nullus tamen exortus, vt arbitror est, qui earum legum decretum dixerit valere

17 Rursus in alijs multis Iuris Ciuilis locis similia plura reperiuntur, quibus apparet permissum esse homines liberos etiam non debentes pecuniam (quæ neruus est, vel potius subsidium vitæ) conditionem sortiri, seruili maxime conuenientem. Primum scimus fuisse parabolanos, quorum mentio fit *in l. Parabolani, & in l. placet. C. de Episco. & cleri.* ij autem homines erãt famulitio ecclesiarum, vel hospitalium deputati, & quasi adscripti glebæ: nam sicut addscriptitijs non licebat per omnẽ vitam ab agrorum cultura recedere, ita hiis non licebat discedere ab ægrorum seruitio, vt ex Græco Iuris Ciuilis interprete docet *Alciatus Dispunctionum lib. 4. cap. 9.* Quamuis *Accursius* ridiculè omninò dixerit parabolanos esse medicos, ideò parabolanos dictos quòd multas habent parabolas.

18 Rursus erant domestici conditioni subditi, quorum mentio fit *in l. præsenti. §. cum autem C. de his qui ad ecclesi. confugi.* Quamquam domesticus Principis dicebatur conscius arcanorum Principis, teste *Procopio Persi. belli. 2.*

19 Erant, & clientes, qui patronis suis obsequia fideliter præstare tenebantur; nihilominus tamen erant homines liberi. Et clientum naturam explicat *Dionysius Halicar. lib. 2. ab vrbe condita.* & è nostris *Budæus in l. Herennius ff. de euictio. Zasi in l. 2. in verbo curias ff. de origi. iuris. Molin. in consuetud. Parisi. tit. 1. in princ. num. 7. & num. 11.* vbi officia patronorum, & clientum explicat.

20 Erant & adscriptitij, quibus per omnem vitam non licebat ab agrorum cultura recedere. *cap. indicatum. & ibi Abb. de immuni. Ecclesi.* Eiusdem ferè sortis erant coloni glebæ adscripti, eiusque naturæ, quemadmodũ coloni originarij, vt serui dicantur *in l. quemadmodum, & in l. diutius. C. de agricol. & censi lib. 11.* & si fugiunt, dicuntur facere furtum sui. *l. cum satis in princ. C. eod. titulo* quamuis re vera non sunt serui, sed habent aliqua communia cum seruis, *vt in cap. 2. de Iudæ.* Imo sunt ingenui, sed conditionatæ seruitutis. *l. vnica ibi. Licet conditione videntur ingenui serui tamen terræ ipsius cui nati sunt existimantur. C. de colon. Tracen. lib. 11. l. 2. ibi pene est vt quadam dediti seruitute videantur. C. in quibus caus. coloni. lib. 11.* Quinimo censetur quid immobile, & pars fundi. *l. quemadmodum & l. cum satis in princi. C. de agricol. et censi lib. 11. l. si qui li nos. in princ. ff. de leg. 1.* De his conditionatæ seruitutis hominibus loquitur *l. præsenti. §. cum autem C.*

de his qui ad eccle. confu. ibi: Sanè si seruus,aut libertus aut adscriptitius, aut familiaris, & huiusmodi aliqua persona conditioni subiecta se ipsum furatus fugerit &c.

21 Erant & censiti, & inquilini: censiti ab adscriptitijs in eo differebant, quòd licet eos in eodem fundo inhærendi teneat seruitus, non tamen idem debent tributum; quoniam adscriptitij, & originarij salarium certum non debent, at censiti, aut medietatem, aut tertiam, aut quartam, aut aliam fructuum partem debent. *Abb. & Hostien. cap. indicatum. de immun. Ecclesi.* quæ autem differentia sit inter colonum, adscriptitium, & censitum, vide *gloss. 1. in l. 2. C. in quibus cauf. colo. censi. dom. accu. poss. lib. 11. Angel. in princ. Inst. de iure persona.* Rursus inquillini licet ad colendum agrum perpetuo teneantur, tamen id per alios exequi possunt & aliò migrare si libeat: quanquam verius videtur, dominum ius habere eos domum reuocandi *l. omnes omnino inquilinos fugitinos. C. de agricol. & censi. lib. 11.* Et an censiti possint testari, & cuius naturæ sint, vide *l. 2. C. in quib. cauf. colo. lib. 11. l. 3. C. de appari. mag. mili. lib. 12. & l. omnes omninò C. de agricol. & censi. lib. 11. & l. quicunq. C. de re milita. l. fin. C. in quibus cauf. colo. l. quemadmodum l. ne diutius. C. de agricol. & cen. lib. 11.* tradit *Cassan. in consuetudinib. Burgun. rubr. 9. num. 7.* Et qualiter quis possit fieri adscriptitius, & an debeat interuenire scriptura, & quid debeat promittere, vide *l. cum scimus §. 1. C. de agricol. et censi. lib. 11.* scribit *Cassan. d. loco num. 4.*

22 Erant, & coloni perpetui, quorum mentionem facit *l. vna C. de mendican. valid. lib. 11.* qui etiam erant conditioni subiecti, *vt in d. §. cum autem l. præsenti C. de his qui ad Eccles. confug. et l. quemadmodum et l. ne diutius, C. de agricol. et censi. lib. 11.* Colonorum autem multa sunt genera, quæ enumerant *Accur. Plate. Rebus. & Lucas Penna in rub. C. de agrico. & censi. lib. 11. Celius Rodigin. Antiqu. lectio. lib. 4. cap. vlti. Couarr. in repet. c. quamuis pactum 2. parte §. 1. num. 2.* Erant & obærati, qui et ipsi adstricti alicui conditioni videntur fuisse. *Cæsar in commentarijs Adduxit Cæsar secum clientes, et obæratos suos*, Sed quia de hac re nihil habeo satis compertum, nihil temerè affirmare ausim.

23 De inde hodie apud Gallos, sunt plures homines conditionatæ seruitutis, qui dominis multa sunt obligati præstare seruitia. Vulgus eos Quæstaudos vocat, & ad seruorum naturam proximè accedunt, eorumque meminit *Arnoldus Ferron. in consuetud. Burdegal titulo de præscriptio. §. 17. in princip.* Sunt & alij dicti *Maimortes*, quorum naturam explicat *Cassaneus in consuetudinib. Burgun titulo Des mains mortes. Molin. in consuetudinib. Paris. tit. 1. §. 2. gloss. 3. num. 3. Cin. & Albe. in Authent. episcopalis dignitas. C. de Episco. & cleri. Guid. decisio 36. Cin. in l. voluntaria in fin. Codic. de excusa. tuto. Molin. in consuetudin. Paris. titul. 1. §. 41. numer. 55.*

24 Hæc autem vtilia sunt ad intelligendum naturam & obligationem eorum, qui apud nos dicuntur *Solariegos*, quorum magnus est in Hispania numerus. Rursus hæc protuli ad probandam valorem nostræ legis, & vt liqueat, in corpore Iuris Ciuilis plures reperiri homines conditionatæ seruitutis: quare non mirandum, consuetudine apud nos receptum esse hominem inopem addici creditori. Cum enim conditionata seruitus admittatur ex obligatione, qua quis se facit sponte adscriptitium alterius, multo magis ex obligatione, qua debet pecuniam transigēdæ vitæ necessariam. Adscriptitius enim constituitur, qui confecto publico instrumento promittit domino soli, quod nunquam à solo recedet. *l. cum scimus §. 1. & l. Colonos nunquam C. de agrico. & censi. lib. 11.* Postea debet interuenire alia scriptura, in qua profiteatur se adscriptitium esse. *d. l. cum scimus §. 1. Cassan. in consuet. Burgun. rub. 9. num. 4.* Sed notandum, quod illa peculiaris quædā hominum, & contractus, & materiæ natura est. Ideò non licebit arguere hoc modo: quiuis se potest facere adscriptitiū ergo quiuis se potest obligare ad præstandū operas perpetuo. Vt dixi *cap. 1. nu. 17. & 18.*

25 Itaq; vt ad rem redeamus, hæc lex valida est. Non obstant exaduerso prolata. Primo non obstat, quòd cesio bonorum à Rege, vel consuetudine tolli non potest. Id enim verum quando debitor remaneret in carcere, neque haberet remedium, quo posset ab ea liberari. At iure nostro Regio debitor dicens: volo seruire creditori, taxet iudex tēpus pro modo debitæ summæ; statim soluendus est è carcere, vt in *pragmatica 79. in volumine antiquarum pragmaticarum*. Adeò vt etiam si creditor dicat, nolo vt mihi seruiat, nihilominus sit eximendus è carcere. Quāuis enim debitor non sit addicendus creditori inuito, intelligitur, dummodo patiatur debitorem solui è carcere, vt dico *cap. n. 8.*

26 Itaque hæc addictio, quā inops debitor traditur creditori, liberat eum a carcere, etiam, inuito creditore. Cum autem liberetur à carcere, certè hæc addictio, idem beneficium præstat, quod beneficium cessionis bonorum, nam per cessionem bonorum, quis de Iure Ciuili liberatur à carcere. *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* & hoc ex beneficio cessionis bonorum.

27 Fateor tamen beneficium cessionis bonorum plenius esse, quia non solum liberat à carcere: sed etiam præstat, ne debitor in iudicio, vel extra conueniatur, nisi pinguiorem fortunam nactus fuerit. *l. is qui bonis ff. de cessio. bono. l. C. eod. tit.* Cum ergo Iure nostro Regio debitor inops carcerem effugiat cessant argumenta, quibus quidam probare contendunt beneficium cessionis non posse tolli consuetudine: hic enim liberatur à carcere. *Et Salic. in l. 1. col. 2. in 5. oppositione. C. qui bon. ced. pos.* qui dicit quod beneficium

ces-

cesſionis per ſtatutum tolli non poteſt: loquitur quando ſtatutum iubet debitorem poni in carcere, & quod non poſsit ab ea liberari niſi ſoluat, etiam ſi cedat bonis. At hic liberatur à carcere etiam ſi non ſoluat.

28 Non obſtat ſecundum argumentum, quod non valet pactum per quod quis renuntiat beneficio ceſsionis, & quòd non poteſt fieri per ſtatutum, quod non poteſt fieri per pactũ. Argumentum enim quo nititur opinio docentium non valere id pactum eſt; quoniam debitor nullum habebit remedium ad effugiendum carcerem: remedium inquam legitimum, & ordinarium. Hoc autem argumentum hic non quadrat, quoniam debitor eximitur, è vinculis, & ſoluitur è carcere, & addicitur creditori: haud aliter quam per ceſſionem bonorum liberabatur a carcere, & ita valere hanc legem pronuntiat *Rodericus in leg. 2. titulo Delos gouernos, col. 7. verſic. his non obſtantibus.*

29 Præterea non obſtat tertium argumentum: quoniam lex præſcribens, vt debitor inops ſeruiat creditori: valida eſt. *leg. final. C. de capti. & poſtlimi. reuer.* Neque hic ratio Doctorum accõmodari poteſt quoniam impingere natibus lapidem res impudica, & inhoneſta eſt, & creditori infrugifera. At debitorem tradi creditori, vt ei ſeruiat non eſt res obſcœna, nam operas præſtare non eſt obſcœnum, ſed honeſtiſſimum. Non obſtat quòd debitori inijcitur torques ferreus quoniam id durum, rigidum, ſeuerum, & aſperum eſt: non vero obſcœnum, vel parum honeſtum, & contumelioſa ceſſio admittitur: non obſcœna, ne inficiat oculos, & mentem.

30 Non obſtat, quod inter Chriſtianos, nemo fit ex bello ſeruus: quoniam debitor non fit ſeruus, vt ſuo loco dicam. Nõ obſtat quod dicitur captiuus creditoris: quoniam id exaggerandæ rei gratia dicitur, & vt eſt notiſſimum liberatur à carcere & vinculis per hanc addictionem. Ex his diſcedo ab opinione *Alexand. in l. alia. §. eleganter num. 13. ff. ſolut. matrimon.* vbi dicit cum *Angelo in leg. his qui bonis. ff. de ceſſio. bono.* Valere ſtatutum ne debitor ſoluatur è carcere, niſi præciſè ſoluat; & quod hoc caſu non eſt admittendus ad ceſſionem: ſed certè ſi ſtatutum id ſenſit, eſt impium, & non valet, *vt dixi numer. 12.* ideò rationem quęret iudex qua debitor laborando extra carcerem ſoluat, vt apud nos in vſu eſt. Et vide quæ dico infra *cap. 5. verſ. his aliqui licet num. 41.*

31 Nunc videamus an conſuetudo tradendi debitorem creditori, ſit iuſta, & æqua, & qua ratione fuerit introducta. Videtur eſſe iniqua: hoc eſt nimis, ſeuera, & rigida. Quoniam non eſt danda afflictio afflicto. *l. oratio. ff. de ſponſalib.* nam priuato omnibus bonis, mors eſt ſolatium *l. quiſquis §. filij C. ad l. Iul. maieſta.* & maior pœna eſt priuatio omnium bonorum, quam pœna mortis *autore Bald. in leg. certa in fine C. de iure fiſci lib. 10.* priuatus enim bonis: videtur priuatus ſanguine, vt inquit *Salice. in leg. admonendi, col. pen. verſic. quæro an ſit conſideranda, ff. de iureiurando. Pecunia (enim iuxta Heſiodum) eſt anima miſeris mortalibus: Et autore Chryſoſtomo: Paupertas eſt martyrium, ſi patienter, tolleretur.* Et pauperes, vbique miſeros appellamus. Miſeria enim ſumma eſt eſſe mendicum autore *Cald. in lege fin. C. qui bon. ced. poſſ.* Quare remedium ceſſionis bonorum miſerabile appellatur, *in dict. l. fin. Et Eſdras, lib. 4. cap. 15.* paupertatem inter ingentia mala enumerat. *Immitat (inquit) tibi mala viduitatē: paupertatem, & famē.* Et Dominus *Malachiæ c. 2.* minitatur, ſe egeſtatem improbis daturum. Pluresq; probant ſententiam quam ad Cyrnum quidam ſcripſit in hunc ſenſum.

„ *In mare fluctiuagum, ne te premat aſpera egeſtas.*

„ *Deſilij, & à celſis corrue Cyrne iugis.*

32 Hæc non de paupertate ex animi ſententia ſed de paupertate ex fortuna intelligenda ſunt. Veritas enim ipſa dixit: *Beati pauperes, quoniam ipſorum eſt Regnum cælorum.* Et Seneca Ethnicus *Beatiſſima* (inquit) *res eſt paupertas.*

Quod ſi miſeria ſumma eſt, eſſe mendicum, longè miſerrimum eſt, non ſolum extrema egeſtate premi, ſed etiam proprij corporis poteſtatem non habere, tradique creditori, vt operis ſatisfacias creditæ ſummæ; vt ingenuus natus domini ſupercilium, & inſolentiam videat. Legimus *Prouerb. 22. Mutuum recipiens ſeruus eſt fœnerantis.* Et debitor eſt quodammodo ſeruus creditoris. *glo. in leg. 3. C. de noua.* rurſus debitor dicitur infœlix, vt in *Authent. de fideiuſſoribus §. cognoſcunt col. 1.* Hæc non prorſus immerito, carere enim bonis tollerabile eſt etiam ei, qui rei eſt cupidiſſimus; at debere & ſoluendo non eſſe, eſt longè duriſſimum. Quibuſdam enim maximis viris paupertas gratiſſima fuit, illud enim habemus ex Seneca. *Nullum maius lucrum, quam carere his quæ poſſides.* At debere moleſtum eſt. Et ingratiſſimum, quòd ſi ſoluendo etiam non ſis, eſt, quo te miſerum & miſerrimum appelles, niſi iuxta Chriſtianæ diſciplinæ veritatem agnoſcas manum Domini, qui non nunquam occidendo viuificat, verè iuxta Chryſoſtomi dictum beneuolus tractator. Omnia enim facit ad ſalutem animæ noſtræ, ſiue vulnera infligat, ſiue blandis foueat, corripit enim omnem filium quem diligit.

33 Duriſſima ergo eſt diſpoſitio huius legis: egere enim durum, debere durius, non eſſe ſoluendo duriſſimum. Quid ſi ſupra has ærumnas accedat corporis etiam poteſtatem non habere, & addici creditori? an quicquam videtur poſſe eſſe durius? Nam præter contumeliam, laborem, & ignominiam, videtur

tur (saltem ad tempus) libertatem amittere quamuis enim seruus non fiat (vt suo loco dicam) certè animi sui consilium sequi non potest. Et videtur captus detineri à creditore, vt supra dixi, & probatur *in l. præses C. de cap. & postli. reuer. ibi: Ne vlterius in seruitutis iugo detinearis*.

34 Hominem autem ingenuum egestate proferri venalem, vel huic, vel illi creditori addicendum, etiam si per iocum fiat: probrosum & turpe est. Quare *Tacitus lib.* 14. magnopere dolet, quod Nero ratus dedecus amoliret, si plures fœdasset nobilium familiarum posteros egestate vænales in scœnam produxit. Præterea debitor qui torque ferreo indutus addicitur creditori est infamis, nam cessio probrosa etiam si præstet liberationem irrogat infamiam, vt per *Cin. & Paul. in. l. nullus. C. qui excus. infam. irrog.* & dico *cap. 3. num. 6.* quanto magis addictio, quæ non præstat liberationem sed seruiendi necessitatem irrogat, & insuper infamiam?

35 Tanta autem est miseria debitoris, qui creditori addicitur, vt non immerito censeri possit pati pœnam corporalem, manus enim videntur admoueri ei, cui torques ferreus collo circum inijcitur. Et si pœna corporalis habetur hominem publicè per vrbem iumento impositum circumferre, idque per horulæ momentum, quanto magis addictio censebitur pœna corporalis, cum tanto superet, & eam contumeliam duratione qualitate, & circunstantijs? ille enim ignominiosè deducitur per vrbem, quia deliquit; hic quia debet.

36 Præterea esse pœnam corporalem probatur: quoniam eruditorum iudicio, cessio ignominiosa, quæ fit impactis ad lapidem natibus, censetur pœna corporalis. Ita scribit *Petrus Iacobus, tit. de cessione bonorum, col. 2. in sua praxi. Paris Puteus de sindicatu §. quia nu.* 10. *Cardinalis Florentinus, cons.* 94. *in princ. Guido Papa decisione Delphinali.* 343. cuius sensum explicat *additio litera, D. Tiraquell. in repetitione l. si vnquam. in verb. bona. num. 6. C. de reuoc. donatio.* *Ioannes Paponius in consuetudines Borbonias, tit. de cessione bonorum. §. 72. propè finem.* Qui omnes scribunt cessionem ignominiosam loco pœnæ corporalis haberi, atque ideò debitorem perpetuo liberari, neque posse conueniri etiam si pinguiorem nanciscatur fortunam de qua re suo loco inferius dicam.

37 Et quod addici creditori, sit pœna corporalis videtur probari in lege duodecim tabularum, quam retuli *cap. 1. num.* 56. nam vbi loquitur de addicendo inopem debitorem creditori, sic inquit. *Tertijs autem nundinijs si interea pactus non sit capitis pœnas dato.* Nota hæc vltima verba. Quanquam arbitror verbum capitis, referri ad capitis diminutionem, nam addictus videtur capite minui, & fieri seruus creditori, nam qui in imaginariam quandam seruitutem deducitur, dicitur capitis diminutionem pati. *l. liberos. §. emancipato. ff. de capi. dimi.* Ideò cum tractatur de emancipando hominem liberum creditori; dicitur tractari de causa capitali autore *Afflict. in constitutio. Siciliæ incipi. prosequentes, num. 6. & num. 26. Zasi. consil. 19. num. 19. lib. 2.*

38 Ex his apparet decretum huius legis rigidum, & durissimum esse, cum pro pecunia mæstissimo debitori pœnam corporalem imponat: si enim pœna corporalis censetur ignominiosè cedere (etiamsi creditoris manus effugias) quanto magis quando præter ignominiam in manus creditoris ferreo stigmate notatus traderis, idque forsan per lõgum tempus? Ideò decretum huius legis æquitate molliendum, & prudentia limitandum, & quo ad saluo iure fieri potest curandum nobis est, vt redeamus ad meliora, scilicet ad constitutionem ciuilem, qua debitor inops liberatur cedendo bonis quod in pluribus limitationibus, infra dicendis libentissimè faciendum cum ratione, & scripto iure innitantur.

39 Vt tamen fateor decretum huius legis durum esse; ita nego esse inhumanum, vel absque ratione proditum. Primo creditor æquissimo iure creditum petit, forsan per tela, per ignes quæsitum. Deinde hæc vox *Redde quod debes*: æquissima est, & ius gentium præ se fert authore *Seneca lib. 3. de beneficijs.* quare non est impium, neque inhumanum debitorem operis suis creditum persoluere, nihil enim tam congruum est humanæ fidei, quam ea quæ inter homines placuerunt seruari *l. 1. ff. de pact.* seruari autem pacta, & credita, quoquomodo persolui efficiet, vt plures sint, qui pecuniã fratri ad subueniendam necessitatem mutuo dent, ne auita prædia vendere cogatur, quod aureos decem ad succurrendum necessitati non inueniat. Expeditque reipublicæ plures esse fœneratores, vt inquit *Bald. in l. 1. col. 3. C. de summa Trini. & fide Cathol. & cons. 453. lib. 1. & in cap. 1. col. 1. de iureiuran.* Debitorum enim perfidia deterret homines à mutuando, quoniam fidem solutione non præstant: quod serio, & grauiter damnatur *Ecclesiastici cap. 29.* his verbis: *Multi quasi inuentionem* (hoc est quasi rem nullius, quæ inuentione fit occupantis) *æstimauerunt fænus, & præstiterunt molestiam his qui se adiuuerunt: Donec accipiant osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam. Et in tempore redditionis, postulabit tempus, & loquentur verba tædij, & murmurationum, & tempus causabitur. Si autem potuerit reddere aduersabitur, solidi vix reddet dimidium, & reputabit illud quasi inuentionem. Sin autem fraudabit illum pecunia sua & possidebit illum inimicum gratis, & conuicia, & maledicta reddet illi, & pro honore, & beneficio reddet illi contumeliam. Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt.*

Ita-

40 Itaque non est æquũ quemquam frandari pecunia sua ad alendam inter homines fidẽ, æquũ est debitũ reddi, si enim crediti certa sit solutio plures erunt, qui cõtrahant; plures qui mutuo dent. Et in sacris literis, monemur mutuare proximo indigenti, ita debitor monetur reddere tempore constituto, *Ecclesiastici. 29.* Sic lego. *Mutua proximo tuo cum indiguerit, & tu quoque debitor redde tempore constituto serua promissum, neque agas dolo cum eo, & inuenies omni tempore, qui subueniant tibi,* Sic Cicero offi. lib. 2. inquit. *Nullam esse rem, quæ vehementius rempublicam contineat quam fides.* Sed fidem esse nullam posse, nisi sit necessaria solutio rerũ creditarum.

41 Deinde pecuniæ creditæ satisfacere seruiendo obscœnum, non est æquæ inhonestum. Et habemus textum expressum præscribentem, vt debitor inops soluat præstando operas *l. fin. C. de captiu. & postlim. reuer.* quamquam illa lex solum practicanda in sua specie, scilicet, in debente ex causa redemptionis cum enim beneficio creditoris deserit hostibus seruire æquum est, vt redemptus reponat beneficium seruiendo redemptori, si alias soluendo non sit.

42 Præterea satisfacere operis, non est ab humanitate alienum, quiuis enim potest locare operas suas *l. qui operas ff. loca.* & cum possit eas sponte locare æquum est, vt etiam inuitus eas præstet, vt satisfaciat creditori.

43 Deinde cum debitor sit inops necessario laborare debet, vt victum paret cum autem creditor teneatur alere debitorem, qui sibi addicitur, certe non est iniquum, vt auferat quod reliquum est, cum ipsi præstet alimenta, & quod superest deducto, ne egat: possit ab eo auferre (hoc est) quod superest deductis alimentis quotidianis *l. is qui bonis ff. de cessio. bono.*

44 Præterea lex hæc ignauiam excutit, & laborem docet, labor autem laudabilis est. Parmeno Alexandrum laudans appellabat eum *Hominem strennum, & nonnunquam cessantem.* Et Cicero de natura Deorum, lib. 2 inquit. *Qui nihil agit esse mihi omnino non videtur* Et iuxta Euripidis sententiam laborẽ subire oportet eos, qui sibi fœliciter esse volunt. Deus enim ociosis non adest. Omnis enim laus in actione consistit. Et labor est gloriæ pater sic Xenophon libro de Republica Lacedemoniorum, inquit: *Permulta ab ociosis, & absurda patrari solent, & ocio soluti tumentes imbecilliq; redduntur.* Rursus vt testatur Hesiodus: *Illi pariter indignantur, & Dij, & hominis quisquis ociosus vixerit fucis absq; aculeo similis, qui apuum opes sine labore comedunt.* Rursus Menander Poeta inquit: *Homo sanus ociosus multò miserior est, quam febricitans; commedit enim bis tantũ inutiliter* Deniq; Euripides rẽ ad viuũ expressit hac sententia. *Idẽ est ociosus, & malus ciuis* Rursus Ausonius inquit: *Sanus piger multò est nequior fabriciente potat enim duplum: dapesq; duplices deuorat.* Et illud verissime scripsit Catullus *Ocium & Reges prius & beatas perdidit vrbes, nam vt Cato aiebat homines, nihil agendo male agere discunt.* Quid igitur impium imponit, hec lex debitori. Ab Hæsiodo illud habemus. *non est probrum operari, sed est cessatio probrum.*

45 Rursus oportuit excitari seueritate legis, pigros quosdam, molli ocio indulgentes, quibus non sufficit parabola Salamonis proponentis formicæ exemplum, neq; Domini verba, qui reprehendit ociosos in foro stantes, & virgines dormitantes. Oportuit inquam excitari ociosum aleatorem, & gulæ mancipium de alieno comesceantem, vt discat sobrietatem, & laboris exercitium intelligatque non fortunarum tantum, verum & capitis (hoc est status) causam agi non enim sufficit dicere *Cedo bonis* sed tradetur auaro creditori, vt laboris obsequio creditori satisfaciat. Quidam enim vt Tranquillus de impuro Nerone scribit *Diuitiarũ fructum non alium existimant, quam profusionem, appellantq; sordidos, ac parcos eos, quibus ratio impensarum constat: prælautos vero, atque magnificos eos, qui abutuntur, ac perdunt.* Quare non est iniqua appellanda hæc lex, quæ vigilantem & solicitum reddit creditorem, ne placidus obdormiscat, quousq; malum creditoris nomen aboleat. Estq; è republica inertiam, & ingluciem perditissimorũ hominum cohiberi legis seueritate. Nam Ezechielis cap. 16. legimus: *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ superbia, saturitas & abundantia, & ocium.* Plutarcus cõferens Aristidem cum Catone accusat atterrentes proprias facultates *Paupertas* (inquit) *nulli turpitudini coniungitur quod si negligentiæ intẽperantiæ luxus impudentiæ speciem præ se fert probro, ac vituperatione non vacat.* Rursus Tacitus lib. 2. historiæ Aug. Tiberium laudat, quod prodigos & ob flagitia paupres, à Senatu mouit. Et Tranquillus in Galba Tiberium scribit prohibuisse ne Sergius Galba Proconsul fieret, quod facultates suas atriuisset. Et Spartianus in Adriano memoriæ prodit Adrianum iussisse decoctores bonorum suorum catamidiari in Amphiteatro, hoc est risus gratia publicitus exhiberi. Cicero officio. lib. 2. *Habenda est (inquit) ratio rei familiaris quam quidem delabi sinere flagitiosum est.* Et eos qui ad ægestatem venissent solere censoria virgula notari indicat Suetonius in Claudio cap. 9. Et Plautus in Truculento, *Piaculum (inquit) est misereri nos hominum rem suam male gerentium.* Et ex Strabone lib. 11. dicimus apud Nabatheos publicam imponi mulctam ei, qui opes suas imminuisset. *Nam & Cato dicebat viduatum esse non hominum facultates extenuatas relinquere.* Vt autor est Volaterranus Antropologiæ libro 14. Et lege Roschia decoctoribus certus erat locus constitutus, neq; in quatuordecim ordinibus sedere poterant vt indicat Cicero Philippica. 2. Rursus Laertius in Democrito scribit, quod apud Abderitas, qui facultates proprias

Nn amit-

amittebat, carebat paterno ſepulchro. Et inter Solonis legis, hæc vna erat. *Qui patrimonij verſuram fecerit, is ignobilis obſcuruſq. eſto.* Iam vero illud notum, quod Areopagitæ, facultatum ſuarum profuſores publicè mulctabant: autore Athenæo lib. 4. Præterea, vt liquet ex oratione Æſchinis aduerſus Timarcum, ex Græcorum inſtitutis, decoctoribus, & profuſoribus non licebat publicè concionari, neque cum populo agere. Rurſus Marcus Tullius offic. lib. 3. inducit Hecaton Rodium diſſerentem, ſapientis eſſe habere rationem rei familiaris, neque enim ſolum diuites eſſe nobis volumus, ſed liberis propinquis, amicis, maximeq. reipublicæ. *Quare textus in Authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. 1. dicit, reipublica intereſſe ciues habere locupletes.*

Rurſus Doctiſſimus Eraſmus Apophthegmatum lib. 8. referēs Alphonſi Aragonum, & Neapolis Regis egregia dicta, inquit: *Eques quidam ingens patrimonium per luxum abſorbuerat, atque inſuper magnam æris alieni vim contraxerat: pro hoc intercedentibus quibuſdam apud Alphonſum Aragonia Regem, ne ſaltem qua debebat corpore luere cogeretur. Alphonſus reſpondit: Si tantam pecuniam, vel in ſui Regis obſequium, vel patriæ commodis, vel ſublenandis amicis impendiſſet, audirem. nunc quoniam tantas opes impendit corpore, par eſt, vt luat corpore.* Quæ res indicat, apud Neapolitanos moris fortaſſis eſſe, vt debitor inops corpore debitam pecuniam luat.

46 Oportuit ergo profuſionem lege lata cōhiberi: abſtinebunt enim homines à profuſione, & debitores à luxu: ſi intelligant ſe in ſeruitium creditori dandos, ſi non habeant vnde ſoluant: Recuſabuntque totis viribus fœnus accipere. vt enim colerici, qui purgari nolunt collecta in dies maiori bile grauiter diſcruciantur, ſic qui ſinunt fœnus accreſcere, cum adeſt dies grauiter capite laborant. Et ſicuti ignis inualeſcens, alia poſt alia corripit: ſic vſura. Et vt equus ſemel accepto freno ſeſſorem alium poſt alium admittit: ſic qui ſemel inciderit in æs alienum nunquam explicatur.

Ergo hæc lex fidē, vnitū humanæ ſocietatis vinculum cōfirmat, debitorem à luxu, & inertia abſterret, ſimulque creditori conſulit.

Quod autem attinet ad torquem ferreum certè ea contumelia non eſt indignus, qui facultates proprias attriuit, ſed mihi videtur imponi, ne quis cum eo contrahat, ideo in *pragmatica.* 79. iubetur, ne velo torquem cōtegat: ne forte, & ipſe magis debeat, & contrahens decipiatur, ſimulque ipſe amittat pecuniam, & debitor nunquam ad libertatem perueniat, ſi nouis quotidie debitis implicetur. Vel imponitur, vt metu tantæ ignominiæ omni ope, pecuniam debitor quærat, vel abſconditam proferat. Summum ergo ius continet hæc lex, nam & vnicuique tribuit, quod ſuum eſt, negligentiam rem ſuam male gerentium punit, ſimulque fidem, quæ vnita rempublicā continet confirmat, docet & altruit. Hęc de valore, & ratione legis.

S V M M A.

1 *Maritus non cogitur ab vxore ſubire ceſſionem bonorum.*

2 *Qui vltra quam facere poteſt non conuenitur, in carcerem non detruditur*

3 *Perſonæ priuilegiatæ, ne conueniantur niſi in quantum facere poſſunt: libera ſunt à ceſſione bonorum, & n. 8.*

4 *Per matrimonium ſuperueniens ceſſat operarum obligatio, & præſtatio.*

5 *Etiam per pactum non poteſt renuntiari reuerentia, quā vxor marito præſtare tenetur.*

6 *Vxor nō vtitur contra maritum actione infamiam irrogante.*

7 *Et pater filium non retinet ob debitum etiā cauſatū ex redēptione ab hoſtibus*

9 *Mater non poteſt petere filium incarcerari pro dote, quam teneretur præſtare, vt hæres patris, adita hæreditate: ſi non eſſet ſoluendo.*

10 *Vxori cum alijs creditoribus concurrēti maritus addicitur ſine torque ferreo num. 14.*

11 *Cauſa ſtatus inter maritum & vxorem agitari poteſt.*

12 *Vxor ſi matrimonio conſtante petat ob inopiam viri dotē ſibi reſtitui, maritus repellitur à beneficio, ne cōuenia tur vltra quā facere poſſit; maximè ſi mulier nō habet vnde ſe alat n. 13*

14 *Actio de dolo, & interdictum de vi illata, vt pote infamiam irrogantia, non datur contra patrem, aut patronum: dantur tamen filio, aut liberto actio in factum.*

15 *Iudex ex cauſa pœnam à lege impoſitā etiam ſi ob crimen ſit impoſita, poteſt temperare.*

16 *Reuerentia, quam vxor marito tenetur præſtare, non debet eſſe damnoſa ipſi marito.*

17 *Vxor ad operas obſequiales & ſeruiles cogitur, ſi dos non ſit competens ad alendum maritum, & familiam.*

18 *Pro redemptione mariti captiui obligatur vxor in limitationem Authent. ſi quę mulier C. ad Vellcia.*

19 *Vincula, & carcer, duriora ſunt captiuitate.*

20 *Rigor legis remittendus aduerſus eum qui vxorem, vel liberos habet.*

21 *Vxoris ius verius, ſolidius, melius, & præſtantius cæteris creditoribus.*

Mu-

22 *Mulier detenta à creditore ob pecuniam redemptionis, eius est liberta donec soluat.*

23 *Praestare operas ad alendum vxorem, & liberos non infame, sed honorificum, & honestissimum.*

24 *Filius à patre non retinetur ob pecuniam redemptionis, quia praesumitur matrem donasse.*

25 *Casus in quo maritus ociosus, & iners vxori addictus per iudicem possit cõpelli laborare, vxorẽq; & filios alere.*

26 *Pater debitor filijs in dote matris filio non addicitur.*

An maritus non habens vnde vxori soluat dotem, sit ei addicendus iuxta dispositionem huius legis, & liberandus à potestate aliorum creditorum.

CAP. III.

1 
ST quotidiana, & difficilis quaestio; vtrum vxori petentis, constante matrimonio, dotem ob inopiam mariti sit maritus addicẽdus, vt operis persoluat dotem. Haec quaestio duo habet capita: aut enim vxor praetendit se dotis nomine praeferendam caeteris creditoribus petẽtibus maritũ sibi addici, non autẽ vxori: aut ipsa sola nullo alio existente creditore petit maritum sibi addici, vt operis persoluat dotẽ.

Primo casu videtur maritum, non vxori sed caeteris creditoribus addicendum, quoniã vxor non potest cogere maritũ eam bonorũ cessionem subire, quae Iure Ciuili introducta est. Licet sit facilis minimeq; onerosa si conferatur ad hãc addictionem, quae apud nos in vsu est. Iure enim Ciuili debitor inops dicens *Cedo bonis* effugit carcerem, & creditoris ius illudit. A quo neq; in iudicio, neq; extra conueniri amplius potest, nisi pinguiorẽ nanciscatur fortunam; ac ne tunc quidem conuenitur, nisi in quantum facere potest, vt dixi. *c. 1. nu. 45. & c. 2. nu. 27. vers. fateor tamen.* Quod autem maritus non compellatur cedere bonis, probatur, quoniam non tenetur in plus quam facere possit. *l. maritum ff. de re iudic. l. alia §. eleganter. ff. solut. matr.*

2 Et qui non tenentur in plus quam facere possunt, non possunt conijci in carcerem *gloss. in leg. liber captus C. de capti. & postli. reuers.* quam ibi sequitur *Bald. in fin. Aretin. in l. maritum §. eleganter col. 2. num. 6. ad finem ff. solut. matrim. Alexand. l. Centurio. numer. 25. ff. solut. matrim.* Et qui non possunt conijci in carcerem non tenentur cedere bonis; quoniam cessio bonorum inuenta est ad effugiendum carcerem, *leg. 1. C. qui bon. ced. poss. Salic. leg. 1. num. 7. post Bald. C. de cessio. bon. Faber §. fin. numer. 9. Instit. de act. Soci. Reg. 46. fall. 12. Bart. in l. si filio familias in 2. nu. 8. ff. solut. matrim. col. 2.*

3 Et quod qui non tenentur in plus quam facere possunt non teneantur cedere bonis probatur *in l. in qui bonis, ff. de cessio. bon.* Rursus quod maritus non teneatur cedere bonis, probat expresse *Regia lex. 1. titul. 16. part. 5.* cuius verba sunt: *Deue el deudor desamparar los bienes à quien deue algo, diziendo como non hà de que faga pagamiento, & entonce el judgador deue tomar todos los bienes del deudor que desamparò lo suyo, si non los paños de lino que vistiere, y no le deue otra cosa ninguna dexar: fueras ende si tal deudor como este fuesse padre, o si fuesse come que deuiesse algo a su muger.* Cum ergo maritus inops non cogatur omnia bona vxori dimittere, quanto minus cogetur illi operas praestare, & seruire praesertim torque indutus ferreo? Cur in seruilem quodammodo fortunam redigetur socius diuinae atque humanae domus, & in seruitutem vxoris dabitur, qui caput vxoris est?

Praeterea haec opinio probatur *ex Bald. in leg. 1. num. 8. col. 4. C. qui bon. ced. poss.* vbi docet quod licet debitores possint ad vnguem excuti (his enim verbis ille vtitur) & licet possint quodammodo cruciari, id non poterit facere vxor aduersus maritum sibi debentem; quod satis aptum est ad definitionẽ huius quaestionis: nam haec addictio videtur esse poena corporalis, vt dixi *cap. 2. numer. 35. cum sequen.* Deinde haec opinio suadetur efficacissimè ex textu expresso, qui nuncupatim in hac specie loquitur in *leg. is qui te ab hostibus C. de capti. & postli. reuer. iuncta leg. final. C. eodem tit.* Inquit lex illa, quod licet regulariter redemptus ab hostibus mea pecunia teneatur mihi seruire si non habet vnde soluat: id tamen non admittitur si interueniat matrimonium; matrimonium enim soluit obligationem praestandi operas pro debito, inquit lex: *Si is qui te ab hostibus captam commercio redemit, sibi matrimonio coniunxit; dignitate nuptiarum, & voto futurae iustae sobolis vinculo pignoris tibi remisso reddi tibi natales pristinos rationis est.* Nota illa verba: *Vinculo pignoris tibi remisso, dignitate nuptiarũ.* Debitor enim seruiens creditori ob inopiã dicitur esse apud illum ratione pignoris, *vt in l. ab hostibus C. de capit. & postli. reuer.* attamen illud vinculum pignoris tollitur dignitate nuptiarũ. Nihil arbitror efficacius citari posse. Quinimò ille textus loquitur in casu magis dubio scilicet quando nuptiae superueniunt postquã vnus ex coniugibus seruire inceperat. Cum autem addictio iam facta, & operae iam praestari coeptae soluantur superueniente matrimonio, multò magis impedientur quando ma-

matrimonium adeſt ante addictionem, argumento *l. patre furioſo ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.*

4 Et quod matrimonium ſuperueniens faciat debitum operarum cenſeri remiſſum, notant *Din. & Alber. in l. ſicut ff. de oper. liber. Bald. & Salic. in l. 2. C. de captiuis. Regia l. 2. tit. 29. part. 2.*

5 Rurſus nullus qui, vel ſummis labijs Ius Ciuile attigit, ignorat; quantam reuerentiam ius velit vxorem deferre marito, nam neque pactum expreſſum poteſt huic reuerentiæ derogare. *l. alia. §. eleganter. ff. ſolu. matrim.* etiam ſi ſit iuratum, nam eſt aduerſus bonos mores: quam opinionem dicit cõmunem *Alcia. in cap. cum contingat. nu. 64. de iur. iuran. Couarr. in cap. quamuis pactum in princip. 2. partis de pact. lib. 6.* quæ opinio mihi placet magis, quam quod ſcribit *Vaſquius in tract. de ſucceſ. creatione par. 1. lib. 3. §. 28. n. 18.* vt latius dico cap. de patre.

Quis non legit illud Caij Iureconſulti *in l. 2. ff. rerum amotar. Nam in honorem.* (inquit) *matrimonij turpis actio aduerſus vxorem non datur.* Cui non eſt in promptu Gordiani Cæſaris decretum? *in l. aduerſus C. de crimine expilatæ heredi.* Inquit lex: *Aduerſus vxorem quæ ſocia rei humanæ, atq; diuinæ ſuſcipitur, expilatæ hæreditatis crimen hæredes mariti intendere non poſſunt.* Nota etiam coniugis hæredem honorem habere præcedẽti matrimonio, etiam ſi crimen admiſſum ſit: quanto magis honos habebitur matrimonio præſenti durãti, & conſiſtenti, nullo præſertim commiſſo crimine?

6 Præterea vxor actione infamiam irrogante non vtitur aduerſus maritum. *l. 2. & ibi gloſſ. ff. rerum amotarum.* Ceſſio autem ignominioſa irrogat infamiam autore *Cin. Bald. & Paul. in l. debitores C. quibus ex cauſis infam. irrogetur Zaſi. in l. 1. & 3. ff. de ceſsio. bon.* quinimo faciens ceſsionem ignominioſã dicitur pati pœnam corporalem, vt latè probaui *cap. 2. num. 35.* & docet *Card. conſ. 94. col. 1. Pute. de ſindica. §. licet num. 10. Guid. Pap. dec. 343. Tiraquel. in l. ſi vnquam in verbo Bona num. 6. de reuocan. donatio.* Nihil autem poteſt eſſe magis ignominioſũ quam torque ferreo indutum debitorem tradi creditori ad ſeruitium, cum ingenuus ſit natus, & educatus, & certe addictio vere eſt, & dici debet pœna corporalis, vt docui *cap. 2. num. 35. & 36.* Ergo cum ignominioſa actio aduerſus maritum non admittatur, quis infamem ſeruiendi neceſsitatem, quæ pœna corporalis eſt, dicat ei irrogandam? Cum multò magis ignominioſum ſit pati miſeram ſeruitutem, quam audire verba parum honeſta, quibus rerum amotarum, vel expilatæ hæreditatis crimen intentatur, & tamen, neq; ea verba inanem tantum, & forſan meritum ſonum habentia, non admittuntur. Legimus Geneſis cap. 3. verba Dñi dicentis mulieri; *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* & Paulus ad Epheſ. cap. 6. *Vir* (inquit) *caput eſt mulieris.* Rurſus Petrus Apoſtolus in epiſtola canonica cap. 1. *Præcipit mulieres ſubditas eſſe viris.* Quis diuinã inſtitutionem, & naturæ legem ſubuertet? Quis patietur fieri pedem, aut ſi quid pede eſt, abiectius eum, qui ex diuina inſtitutione dominus eſt, & caput?

Præterea hæc quæſtio expreſſè, & in propria ſpecie diffinitur *in l. 2. C. de capti. & poſtlim. reuerſis*, vbi textus obligationem ſeruiendi impoſitam à iure ei, qui ab hoſtibus redemptus eſt *l. fin. C. eod. tit.* dicit ſolui matrimonio. Inquit lex. *Proinde ſi ab hoſtibus redemptam habere in matrimonio cœpiſti, nihil eſt quod de ſtatu eius debeas pertimeſcere.*

7 Sic mater non poteſt filium retinere ratione debiti, etiam ſi illum ab hoſtibus redemerit *text. eſt in l. liber captus C. de captiu. & poſtlim. reuer.* Inter maritum & vxorem maior, & expreſsior videtur eſſe amor, quam inter matrem & filium. Sic enim poeta quidam cecinit.

Omnis amor magnus, ſed aperte in coniuge maior.

De qua re diſſerit *Tiraquel. in l. ſi vnquam in princ.* Et in verbo *Libertis num.* 101.

Rurſus de hac re, ſcilicet quod matrimonium ſoluat obligationẽ, qua debitor inops tenetur ſeruire, eſt textus expreſſus *in d. l. 2. & ibi notat Bald. & Salic. C. de capt. & poſtlim. reuer.*

8 His accedit, quod diſpoſitio huius legis non eſt exercenda aduerſus eos, qui non tenentur vltra quam facere poſsint: illi enim non poſſunt perſonaliter capi pro debito. *gloſſ. in l. liber captus. C. de captiu. & poſtlimi. reuer.* & ibi notat *Bald. in fi.* ſcribit *Aret. in l. alia §. eleganter.* quem legit cum *l. maritum ff. ſol. matrim. col. 2. Alex. in l. Centurio. n. 25. ff. de vulga. & pupil.* Cum autem non poſsint perſonaliter capi, non addicentur creditori, nam addictus videtur captus detineri, vt *dixi cap. 2. num. 8. & cap. 1. num. 39.* Et ita diſpoſitionem huius legis non exercendam aduerſus eos, qui non tenentur vltra quam facere poſſunt, notat *Rodericus in repetit. l. 2. titulo de los gouiernos quæſt. 5. col. 3. verſ. hanc legem limita.* Nam neq; ceſſionem bonorum Iure Ciuili introductam (quæ facilis eſt, & minime oneroſa) non tenentur ſubire, qui non tenentur vltra quam facere poſſunt, *vt dixi hoc ipſo cap. num 1.*

9 Sic *Bald. in d. l. liber captus*: infert quod ſi filius adiuit hæreditatem paternam, & non eſt ſoluendo, mater non poteſt filium petere carcerari pro dote: quoniam ad reſtitutionẽ dotis filius matri non tenetur niſi in quantũ facere poteſt. *l. etiam ff. ſolu. matrim.* Quod refert & probat *Roder. d. q. 5. col. 3. verſ. quã legem.* de qua re vide quæ ſcripſi infra *cap. de patre.* Cum ergo filius, cui mater reuerentiam non debet, non poſſit conijci in carcerem pro dote; multo minus maritus.

Po-

Postremo ne autoritate deficiamur, huius opinionis est *Auendannius responsorum cap. 8* ubi maritum non esse addicendum vxori, neque aduersus eum vtendum esse dispositione huius legis: non tamen quidquam protulit ex suprascriptis, ne fortè putet lector nos aliena compilare.

10 Sed in proposita specie, scilicet quando vxor concurrit cum creditoribus contendentibus maritum sibi, non vxori addicendum, ego potius diuersam opinionem probarem, neque dubitarem vspiam maritum vxori tradere, veluti potiori creditori pro dote, vel pro alia re, in qua iure, vel tempore potior est. Moueor ex generali dispositione huius legis, & ex pragmatica 79. in volumine antiquarum pragmaticarum, vbi decretum extat, debitorem prius addicendum creditori, qui iure, vel tempore potior est: vxor autem pro dote habet priuilegium prælationis, *vt in §. fuerat. Insti de actio. & in l. assiduis. C. qui poti. in pigno. habeantur.*

11 Præterea moueor ex textu singulari *in l. cui necessitas ff. de libe causa.* Vbi probatur, quod inter maritum & vxorem potest agitari quæstio status, & alter alterum petere pòtest redigi, & declarari esse conditionatæ cuidam seruituti obnoxium. Qua re nihil videtur esse posse magis probrosum. Nam vt notat *glosa in d. l. cui necessitas*, actio quæ ibi conceditur agitari inter virum, & vxorem, conuellit prorsus honorem vxoris, & tamen actio tam inuidiosa, tam infamis admittitur inter virum, & vxorem matrimonio constante. Verba legis hæc sunt. *Maritus vxori eidemque libertæ status quæstionem inferre non prohibetur.* Ecce dignitas matrimonij non impedit inter virum, & vxorem agitari quæstionem, quæ totum matrimonij honorem deturpat. Causa autem qua vxor petit maritum sibi addici, non est ita grauis atque illa de qua agitur *in d. l. cui necessitas.* Debitor enim creditori addictus non desinit esse ingenuus, vt dico capite *An addictus sit seruus.* Item illa ipsa conditio, quam ex addictione sortitur, non durat nisi quousque debito satisfaciat, *vt in l. 2. & in l. si is qui te C. de captiui & post lim. reuer.* & dicam infra in dicto loco. At causa status de qua agitur *in d. l. cui necessitas*, afficit coniugem labe perpetua dignitatem status labefactante.

12 Deinde moueor, quoniam beneficio, ne conueniatur vltra quam facere potest, non gaudet maritus quando vxor matrimonio constante petit, ob viri inopiam dotem sibi restitui: hoc enim casu maritus insolidum exigitur, neque reuerentia vlla ab vxore præstatur, quoniam vxor ex dote tenetur ipsum alere. Ita docuit *glos. in l. vbi adhuc. C. de iure doti. in verbo ad sustentationem col. 3 versi. 1c. quæritur Bald. in l. si quis crediderit. ff. de pact. Paul. Imola. Roma. Alexand. num. 6. Ias. num. 111. in l. si constante. ff. solu. matrimon. vbi Ias. testatur* hanc esse communem opinionem. *Bald. in l. præses. C. de serui. & aqua. Campe. dote. 3. part. q. 62. Lupus*; qui & ipse testatur hanc esse communem, *in repetitione cap. per vestras. §. 37. ampliatione. 16. de donatio. inter vir. & vxor. Collectar. ibi versi. sed nunquid exiget.*

Hæc communis opinio duo præstat. Primum conuellit argumentum diuersæ partis, quod cum maritus non possit conueniri pro dote, vltra quam facere possit, non potest conijci pro dote in carcerem, neque est addicendus creditori. Iam enim vides quod maritus, qui constante matrimonio conuenitur ob inopiam, vt restituat vxori dotem; non habet beneficium, ne conueniatur vltra quam facere potest. Secundo hæc communis opinio conuellit illud argumẽtum, quod tradere maritum vxori pro debito, est aduersus reuerentiam, quam vxor diuino, & humano iure, merito debet. Vides enim quod beneficium, ne maritus conueniatur, vltra quam facere potest, quod marito conceditur ob reuerentiam quam ei vxor debet. *vt in lege alia §. eleganter. ff. soluto matrimon.* denegatur quando maritus ab vxore ob inopiam conuenitur matrimonio constante.

13 Item hoc esset multò manifestius si mulier præter dotem quam à marito petit non haberet vnde se aleret: hoc enim casu maritus non gaudet priuilegio illo concesso ob reuerentiam, ne scilicet conueniatur in plus quã facere potest, quoniã ordinata charitas incipit à se ipso. *l. præses. C. de serui. & aqua.* & in pari causa mulier præfertur. *l. assiduis. C. qui potior. in pig. habeau. l. verum. §. fi. ff. de mino.* Ita docuit *Iacobus Rauenna in l. si maritus solu. matrimon. Bart. in l. maritum col. fin. num. 4. versic. quæro quid si maritus ff. eodem tit. vbi Alexand. col. fin. versic. in quantum.* testatur hanc esse magis communem opinionem *Guilielm. Cun. & Bald. l. si quis crediderit. ff. de pact. Bald. in l. 2. C. quod cum eo.* & hoc est necessarium, quando matrimonium dissolueretur ante copulam per susceptionem sacri ordinis, vel alias, vt declarat *Bald. in d. l. si quis crediderit. ff. de pact.* nam si matrimonium durat, & vxor ob inopiam viri repetit ab eo dotem; iam dixi, quòd caret hoc beneficio maritus, supra num. 2.

14 Præterea maritum vxori potius quam cæteris creditoribus addicendum, probatur efficacissimo argumento: quoniam licet actio de dolo, & interdictum de vi illata non dentur contra patrem, neque patronum quoniam infamiam irrogant, & sunt aduersus reuerentiam eis debitam, & ideo cauetur, vt filij & liberti, ne bona sua amittant agant actione in factum, & omittant illa quæ actionem de dolo inuidiosam reddunt, ne propter reuerentiam patri, & patrono; debita sua amittant, vt cauetur in *l. 3. C. de obseq. patr. præs. & in l. non debet ff. de dolo, & in l. 1. §. hoc interdictum ff. de vi. & vi*

arma

arma. Ita iniquissimum est, vt vxor propter reuerentiam marito debitam amittat suam dotem, & mariti operis defraudetur, quibus honestissimè, & absque vllo dedecore maritus poterit, & illam & filios communes alere: & forsan maius dedecus effugeret, ne forte vxor inopia oppressa, & calamitate viri constituti in potestate creditoris audacior facta: successorem quærat matrimonij. Hoc mihi videtur argumentum solidum, quod nemini prudenti displicebit. Quare ad imitationem eius, quod in filio & liberto dispositum videmus, iudex maritum addicet vxori: non tamen ei imponet torquem ferreum. Vt enim vxor non est priuanda sua dote, ob reuerentiam marito debitam, ita eo modo suum est ei tribuendum, vt mariti capitis, & domini sui honos non deturpetur: sicuti filius, & libertus, à patre, & patrono, sua forsan per vim, vel dolum ablata repetunt: non tamen vtuntur actione de dolo, sed ea actione, quæ ad repetitionem rei sufficit. Itaque omissis infamibus sua repe-
15 tunt.

Sed reclamabit quispiam: lex iubet torquem ferreum inijci, definitque sub pœna amissionis crediti, ne creditor illum auferat à collo debitoris: quomodo iudex poterit addicere maritum vxori, neque tamen ferreum torquem inijciet aduersus legem? Hic facilis est responsio: Iudex enim potest ex causa pœnam à lege impositam temperare, etiam si ob crimen impositum sit, *vt in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infam. & ibi notant glos. Docent Barto. & Alber in l. & si seuerior. C. quib. ex caus. infam. irroget. glosa in §. notandum. 2. quæst. 3. Archidiacon. in cap. qui bona. col. 6. versic. & hac vera. 17. quæst. 1. glos. & Bartol. in l. hodie. ff. de pœn. Abbas in cap. de causis. in fine de offi. delega. & ibi Decius col. penult. Feliu. in cap. inquisitionis. col. 5. super glossam in verbo alioquin de accusat. Barto. in l. fin. ff. de recepta.* Deinde inijciatur torques ferreus sed reclamante vxore, & protestante, quòd id facit, ne per-
16 ueniat in manus cæterorum creditorum.

Præterea reuerentia quam vxor marito debet, non debet esse marito damnosa; ne quod in ipsius fauorem introductum est, in eius damnum detorqueatur. Quid quæso marito magis ignominiosum? tradi ignoto creditori, an dulcissimæ coniugi, cum qua diuina, & humana omnia habet communia, à qua diuelli maxime lugubre, & tristissimum reputat? Cui quęso magis ignominiosum? præstare operas vxori, vt sese, vxorem, & filios alat, an creditori? Aut quis probrum reputat maritum laborare, vt vxorem, & filios alat, cum id sit verum, & perpetuum officium, à natura marito iniunctum? A quo pręstat accipere alimenta? à creditore semper ségnum aliquid submurmurante, an ab vxore? Equidem arbitror, hæc ita manifesta esse, vt qui dubitarit, omnem hominis sensum iure dici possit exuisse. Itaque reuerentiam, quã propugnatores aduersę partis obijciunt, est irreuerentia; & volentes cõseruare inane reuerẽtię nomen, detrudunt maritum in profundum miseriæ, & ignominiæ, & vxorem dote sua priuant, cum melius cęteris creditoribus ius habeat, filiosque orbant patre & alimentis, & vxorẽ priuant marito, & ius prælationis a lege vxori cõcessum subuertũt: & marito pro reuerẽtia, ignominiam irrogant, & vera miseria onerant. Imò vxor quæ non omni ope peteret maritum sibi addici, impudica fœmina haberetur (tantum abest, vt aduersus honorem mariti videatur facere) Quid probri est maritum operari vxori, cum ab Hesiodo habeamus. *Non est probrum operari, sed est cessatio probrum.* Et beatus Paulus dicit, *Qui non laborat, non manducet.* Rursus maritus etiam antequam addicatur vxori, tenetur eã & filios alere sub pœna peccati mortalis. Præterea non est probrum, maritum operas præstare vxori cum ex lucratis & operis, & ipse, & vxor, & communes liberi ali debeant *glos. in l. vbi adhuc. C. de iure dot.* Vxor enim tenetur alere maritum, qui sibi addicitur, id enim omnes creditores tenentur pręstare addicitur, id enim omnes creditores tenentur præstare addictis. *l. 3. titulo delos gouiernos, lib. 3. Fori*, & dicam infra suo loco. Rursus, quid probri est, maritum præstare operas vxori, cum vxor vicissim marito operas præstet? *glos. in l. si vxorem C. de condi. inser. & in. §. 1. Instit. de S. C. Tertul.* & ibi notat *Angel.* qui citat *textum in l. sicut ff. de oper. liber. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de iniur. Imol. Bart. & Paul. in l. rei iudicatæ, cum lege sequenti. ff. solu. matrim.* Quod intelligendum in operis obsequialibus non in artificialibus nam vxor nõ tenetur operas artificiales præstare viro, & si quid ex eis lucretur, sibi soli lucratur.

17 Si tamen vxoris dos non sit competens, ita vt ex ea ali possit maritus, vxor, & familia; certè vxor cogitur ad operas obsequiales, & seruiles, vt prudenter scribit *Abb. in cap. literas. col. final. de restit. spolia. Lupus in cap. per vestras. §. 20. incip. & tenendo num. 3. ver. ex istis infertur. de donat. inter virum & vxor.* Cum autem loquamur in casu, in quo maritus ob inopiam petitur addici creditori, vel vxori, vt operis soluat dotem: manifestum est, quod cum dos sit soluenda operis mariti, quòd vxor, dote non poterit alere maritum, filios, & familiam, cum dos ob inopiam viri quotidianis operis sit soluenda, & tunc cum ipsa teneatur ad operas seruiles idque culpa mariti, qui suam dotem amisit; non est inconueniens, vt ipse maritus vxori, hoc est sibi ipsi, & liberis, hoc est visceribus suis operas præstet, Neque obijciat quispiã quòd maritus addictus vxori vt operis soluat dotem, non poterit cogere vxorem ad præstandum operas artificiales, vel seruiles:

id

id enim mihi verum non videtur: ius enim mariti in vxorem, à natura, & diuina institutione dimanat, neque interrumpitur nisi morte, quæ matrimonium dirimit, neque calamitas, & inopia, id etiam auferre debent: esset enim aduersus bonos mores, argumento *leg. alia §. eleganter ff. solut. matrim.*

18 Præterea, adeò pium videtur, maritum à captiuitate creditorum eripere, vt vxor possit se obligare pro redemptione mariti captiui, licet peculiariter prohibita sit obligare se pro marito, *vt Authent. si qua mulier. C. ad Velleia.* ita nominatim docuit *Bal. cons. 5. incip. considerata causa lib. 5. Tiraquel. post leges connubiales. gloss. 6. num. 275.* Et mulier si soluerit pro marito, qui ex vinculis causam dicit, ratum id erit per *l. quamuis. cum sequent. ff. solut. matrim. l. maritus §. manente ff. de iure dot. l. si pro aliquo §. 1. ff. ad Velleian.* Liberare autem maritum à carcere vel à potestate creditorum, non minorem fauorem meretur, neq; minus laudabile est quam redimere eum è potestate hostium.

19 Duriora enim sunt vincula, & durior est carcer, quam captiuitas; aliquo respectu, vt suo loco infra dicam: & durius est à fratre ratione pecuniæ detineri, quam ab hoste impio ratione belli.

His accedit, quod Iuris-consultus prudenter scripsit. Summum ius summa iniuria est. Vxor potius ius habet pro dote, & rem suam petit: stolidissimum est priuare eam re sua, & marito suo cum magna iactura filiorum, & insuper separare maritum ab vxore, aduersum legem: cui non placet dura separatio?

20 Præterea rigor legis remittendus aduersus eum qui vxorem, vel liberos habet. *text. est in l. 1. §. si liberos, ff. de portio. quæ liber. damna. relinq.* scribit *Barba. in l. cum acutissimi. col. 28. versic. sed vtquisque. C. de fideicommiss. Roman. in l. si vero §. de viro, in. 49. fallentia versic. 9. ff. solut. matrim. Bald. in cap. naturales si de fœudo fuer. controuer. Lucas Pen. in l. 1. C. de desertor. lib. 11. Hostiens. Ioann. Andr. & Abb. per glossam in cap. quia circa, de eo, qui duxit in matrimon. quam pullu. per adult.*

Hinc illud Fabij institutionum lib. 6. *Quæ re illa (inquit) in iudicium per charissima pignora vtique & si rea sunt liberi, coniux vtilis erit.* De inde legimus hominem bonis exutum, & infamem pronunciatum, misericordia liberorum fuisse bonis, & famæ restitutum, vti *Lucianus Sophista in Toxari narrat de Menecrate quodam Masiliensi*, qui cum esset à sexcentis viris condemnatus, facultatibus exutus, ac deinde infamis pronunciatus, miseratio nepotis fecit, vt iudices ei, & mulctam remitterent, & famæ restituerent. Quo nomine & Sergium Galbam liberatum testatur Fabius institutionum libro 2. his verbis: *Liberatum ita Sergium Galbam miseratione sola, qua non suos modo liberos paruulos in concionem produxerat, sed Galbæ etiã Sulpitij filium suis ipsius manibus circumtulerat elapsum esse, cum aliorum monumentis, tum Catonis oratione testatum est.*

21 Reliquatur ergo maritus vxori, & liberis, cum vxor verum, solidum, & melius ius habeat, quam quisquam alius ex creditoribus, cum iura nostra generalem legis dispositionem remittant, vt pater liberos possit educare, vt est expressum *in l. semper §. demonstratur. ff. de iure immun.* inquit lex: *Demonstratur ex rescripto Diui Pertinacis: namq; Saluidio Candido in hæc verba rescripsit. Non est irrationabile, vt concedamus filiorum educationi, remitti tibi munera.* Ecce lex relinquit patrem, neq; illum munere personali grauare vult, vt possit educare liberos.

Postremò, vel illud nos in hanc sententiam adducet, quod iure nostro cognati propinquiores præferuntur in licitatione, & venditione rerum cognati sui. Vxor autem marito coniunctissima est, sunt enim duo in carne vna, & melius cæteris creditoribus ius habet.

Non obstant ex aduerso prolata. Non obstat primum argumentum: quoniam quãdo maritus matrimonio constante conueniatur ab vxore ob inopiam, vt sibi restituat dotem, non habet beneficium ne conueniatur vltra quam facere potest, imò in solidum exigi potest, vt dixi num. 12.

Non obstat, quod non potest conijci in carcerem: non enim vxorem conijcit in carcerem, sed eximit illum: è carcere inquam coniectus est à creditoribus; nam si nulli essent creditores, certe vxor maritum non potest conijcere in carcerem, neq; vllo modo petere, vt sibi addicatur maritus ad soluendam operis dotem.

Non obstat, quòd vxor debet reuerentiam marito: non enim conuellit, vel decurtat honorem mariti, præstare operas, vt alat vxorem, & liberos: imò, & turpis & infamis esset si id non faceret. Neque hic de conijciendo maritum in carcerem agimus, sed vt eximatur ab ea, & reiectis creditoribus tradatur vxori absque torque ferreo, quatenus per vxorem licet, addita protestatione cum omni verborum honore, & ciuilitate.

Non obstat textus *in l. si is qui te cum similibus C. de captiu. & postlimi. reuer.* ibi enim creditor ducens vxorem debitricem suam censetur ei donare, & remittere summam pro qua eam redemit ab hostibus, & lex præsumit, quod propter dignitatem nuptiarum vt liberi ingenui sint, & non nati ex liberta maritus ei remittit vinculum pignoris, & ius obsequij præstandi.

42 Nam mulier detenta à creditore ob pecuniam insumptam in eius redemptionem, est eius liberta quousque soluat pretium. *lege si liber captum. Cod. de captiuis.* At in casu de quo loquimur, cessat hæc ratio: nam ma-

matrimonium inter ingenuos virum, & vxorem contractum est, & post contractum matrimonium maritus petitur addici vxori. Itē hic cessat præsumptio donationis in qua se fundat. *l. si is qui te.* cum vxor disertè, & expresse petat dotem suam nolens, eam donare vel remittere. Item hic præcessit matrimonium antequam vxor petat maritum sibi addici: at *in l. si is qui te.* matrimonium sequitur, & matrimonium in casu illius legis inducit præsumptionem donationis, vt vxor quam maritus detinebat ratione debiti desinat esse liberta, & ex consequenti filij ingenui sint. Quid autem oportet præsumptionem hic adducere cum mulier præsumptionem donationis tollat; dicens, solue mihi meam dotem, vel exhibe operas pro ea. Vtique in claris non est locus coniecturis. *l. continuus, §. cum ita. cum similibus ff. de verb. obligat.* præsertim cum in casu de quo loquimur matrimonium præcesserit & filij ingenui sunt, & sic cessat illa ratio, quæ redditur *in l. si his qui te* ibi. *Propter dignitatem nuptiarum, & voto futuræ iustæ sobolis vinculo pignoris tibi remisso.* Hic enim nuptiæ fuerunt satis dignè, quia in casu de quo loquimur matrimonium contractum fuit antequam maritus addiceretur vxori. Item cessat ratio voti, & desiderij paterni, vt soboles sit legitima, nam creditor addictus debitori non efficitur eius libertus, vt dico infra.

Prætetea, cum cōstát de voluntate mariti, & vxoris ius libertinitatis non tollitur ex matrimonio cum scilicet constat, quod noluerunt ex matrimonio ius remittere, vt expresse probatur *in l. cui necessitas ff. de libe. causa.*

Deinde respondeo quòd *in d. l. si is qui te soluto* vinculo ex matrimonio, & remisso, ob dignitatem matrimonij debito: vxor remanet in potestate mariti, & ipsi operas præstat si non tanquam debitrix, certè tanquam vxor, vt notant *glosa Dinus, & Albet. in l. si sent ff. de ope. liber. Bal. in l. liberta col. 1. C. de ope. liber.* At in casu nostro si matrimonium efficeret, ne vxor posset ratione dotis retinere maritum: nullas operas vtiles alimentis vxoris maritus præstabit, & creditoribus addicetur.

Denique vti dixi in casu *d. l. si is qui te.* matrimonium quod superuenit: facit videri remissum vinculum pignoris. Hic matrimonium iam erat contractum, & sic iam præcesserat causa quæ inducit præsumptionem donationis. Et cum matrimonium est contractum non potest vxor remittere marito dotem etiam si expresse id facere velit. *l. 3. §. sciendum. l. si sponsus §. si maritus. l. cum hic §. si inter. versiculo planè. ff. de donatio. inter virum, & vxor.* Remissio enim est donatio. *l. si quis delegauerit. ff. de nouat. l. sicut §. an pacisci. ff. quib. modis pignus vel hippot. solui. not. Baldus in l. si mulier. ff. de leg. 3. Bartol. in leg. finale ff. quæ in fraud. credi.*

Itaque, *d. l. si is qui te*, & omnes similes nihil faciunt aduersus hanc opinionem, quoniam hic non ideò matrimonium est minus dignum quoniam ante addictionem præcessit. Et addictus non fit libertus. Item hic, remissio dotis non præsumitur ex matrimonio præcedente. Aliàs nulla mulier posset petere dotem suam si matrimonium induceret præsumptionem remissionis dotis. Itē hic expresse vxor dicit se nolle remittere, & expressa remissio non valeret, est enim prohibita remissio inter virum, & vxorem, quia est donatio.

23 Rursus non obstat quod vxor non vtitur aduersus maritum actione, quæ infamat; respondeo enim quod non ideo amittit ius suum, vt supra in filio, & liberto dixi, *nu. 6.* præterea præstare operas; non est infame, imò est honorificum, & honestissimum laborare ad alendam vxorem, & liberos. Et hoc est verum, & præcipuum officium mariti præsertim quòd maritus tradendus est vxori absque torque ferreo honestè, & ciuiliter, *vt docui num. 14.*

Non obstat quòd de iure Diuino vir caput est mulieris, & quòd diuina institutio non est inuertenda ob pecuniam, maritus enim non quòd non laboret desinit esse caput mulieris, verum enim mariti officium est laborare ad alendam vxorem, & liberos neque tamen idcò minus desinit esse caput vxoris imò eo ipsò quòd vxorē ex suo labore alit: Est verum eius caput, id ei præstans quod caput cæteris membris præstat. Non obstat *l. 2. C. de capti.* respondeo enim idem quod respondi *ad l. si is qui te supra num. 22.*

24 Non obstat. *l. liber captus C. de capti. & postli. reuersis*, vbi filius ratione debiti non potest retineri à matre, etiam si illum ab hostibus reddemerit, quo casu licita est retentio. *l. fi. C. de captiuis.* Respondeo enim id ex eo quoniam lex præsumit, quod redimit illum ab hostibus ad discutiendam tristitiam non ad repetendam pecuniam, & quod habuit animum donandi, hic autem loquimur quando vxor non vult donare sed petit dotem suam.

Non obstat quod qui non tenentur vltra quam facere possunt non sunt addicendi creditoribus, neq; in eis seruanda dispositio huius legis. Respondeo enim maritum conuentum matrimonio constante ab vxore ob inopiam iuxta formam *l. si constante ff. solut. matrim.* Non gaudere beneficio, ne conueniatur vltra quam facere potest; quoniam alendus est ab vxore ex dote quam ab eo repetit, *vt dixi num. 12.*

Non obstat quod mater non potest ratione dotis conijcere filium in carcerem respondeo etiam idem esse in marito, quod non potest conijci in carcerem: tamen hic non tractamus de conijciendo maritum in carcerem, sed vt æstimatur ab ea, & tradatur vxori.

Non obstat quod dispositio huius legis,

non

non est seruanda aduersus eos, qui in carcerem duci non possunt. Respondeo enim, id verum tamen hic vxor non conijcit maritũ in carcerem, sed coniectum in carcerem vult ab ea eximere; petendo vt sibi addicatur, & non cæteris creditoribus, qui illum in carcerem coniecerunt.

25 Hæc opinio propugnatricem habet æquitatem potentissimam in iudicijs patronam. Hanc ego prorsus eligerem, nam summum ius; summa iniuria.

Nunc videamus quid in secunda quæstionis parte sentiendum; scilicet, quando mulier sola, nullis alijs existentibus creditoribus petit maritum sibi addici: an recte petat. Hoc thema eisdem argumentis tractare licebit, quibus superius tractauimus. Et summo iure maritus hoc casu vxori addicendus non est: quoniam cum eo nomine in carcerem conijci non possit, nam licet loquamur supra, in casu in quo maritus est in carcere, intelligo quod illum coniecerunt cæteri creditores, non autem vxor, non enim potest, vt supra dixi. Item cum hoc casu obstet reuerentia marito debita, neque eximatur è manibus creditoris petitione vxoris, & maritus reclamet: videtur vxorem non audiendam, neque lata sententia pronuntiandum, vt maritus vxori seruiat ratione dotis per certum tempus. Hoc summum ius, & publicæ honestatis iustitia, dictant. nisi maritus gulæ mãcipium sit, somnoque & inertiæ indulgens: qui non curet vxorem, & filios operis suis alere. Hoc enim casu iudex veluti alter morum censor non patietur illum otiosum esse in perniciem vxoris, & filiorum, quos omni iure alere tenetur: cumque adsit color dispositionis huius legis, quæ iubet inopem debitorem operis satisfacere creditori, iubebit seuerè marito, vt laboret, & vxorem, & filios alat, nam id omni iure facere tenetur, & pium cum primis est. Hæc opinio mihi placet nam errones, & otiosos ad bonam aliquam frugem reducere: pium, sanctum & christianum est; reipublicæq. maxime conuenit. Hoc autem eo temperamento faciet iudex, vt torques ferreus ne nominetur quidem, & maritalis reuerentia, & amor sit incolumis potiusque iudex similis sit sãcto pastori gregem suum puriter, & christiana grauitate administranti: quam rigido iudici inopem debitorem creditori addicenti, censorque videatur potius quam iudex, & sanctus Theologus quam grauis iureconsultus, consilium magis præstans, quam imperio cogens. Quãquam & hoc quoque adesse oportet; iuxta negotij qualitatem, & mariti naturam. Si enim opifex sit, vel ex infima fæce plebis solitus locare operas suas, coget eum otiosum non esse, sed vxori, & liberis operari: hoc enim honestissimum est, & lex punit otiosos vagãtes. Si tamen honestus quispiam vir sit, non solitus locare operas suas, non coget eum seruiles operas præstare, vt alat vxorem: cum iuxta vulgi iudicium (quod homines maximè formidant) summum dedecus sit viro honesto seruiles operas præstare. Quid ergo? vagabitur otiosus? haud quaquam: sed iudex adhibita in consilium prudentia rogabit eum in familiam se dare nobilis alicuius viri, à quo ratione obsequij, & clientelæ pecuniam aliquam corradat, qua alat vxorem: quod non faciet tam ex vi obligationis, qua est obstrictus vxori, quam ex vi charitatis, vtens potius consilio quam imperio. Quo temperamento, & mariti honor est incolumis, neque enim labefactatur ab vxore, & rursus vxor alitur à marito (vt iure constitutum est) otiosique & errones cohibentur.

26 Sed an pater tradendus sit filijs pro dote matris? Certè non tradendus: filius enim non potest conijcere patrem in carcerem, quoniam non potest exigere eum in plus quã facere possit *vt in l. sunt qui in id. ff. de re iudi.* Et hæc lex nõ est exercenda aduersus eos, qui non tenentur in plus quam facere possunt, vt dixi num. 2. sed vide, quæ dicam infra suo loco *cap. 17. num. 33. & 34.* Sed an maritus cui vxor dotem promissam debet, possit vxorẽ titulo dotis eximere è carcere, vbi ad petitionem aliorum creditorum est ratione debiti descendentis ex delicto, vt dico *cap. 15. num. 20.* & certè maritus præfertur veluti potior creditor, & ei traditur ex supradictis. Vt finem faciat debitor inops vxorem habẽs non oportet, vt supplex petat inducias à creditoribus, sed profiteatur in iudicio, oblato libello se, velle tradi creditoribus & cum vxor pro dote potior iure sit, regulariter effugiet manus creditorum, neque ab eis conueniri poterit, nisi pinguiorem adeptus fortunam, nisi creditores offerant vxori dotem: nam veniet ad secundum creditorem qui iure, vel tempore potior fuerit. Sed illud perpetuo notandum, quod licet de iure Ciuili vxor matrimonio constante possit repetere dotem ob inopiam viri, etiam si paupertas proueniat absque culpa viri, vt notat *Bart. in l. si constante col. 4. & Alexand. in l. si cum dotem §. si maritus col. 1. ff. solut. matrim.* id non admittitur de iure regio: imò inopia debet esse culposa, ita videtur probari *in l. 29 tit. 11. par. 4.*

SVMMA.

1 *Hostium vis connumeratur inter casus fortuitos.*

2 *Debitor per vim spoliatus bonis non liberatur à creditoribus.*

3 *Pœna debet habere suum autorem.*

4 *Debitor per exceptionem oppositam, quod à tertio fuit spoliatus, non liberatur à creditoribus.*

5 *Debitor, qui casu fortuito fortunas suas*

suas amisit: si sit inops creditori non addicitur, & nu. 6. & 9.

7 *Nouella Iustiniani vim habent legis, & in causarum diffinitionibus seruandae num. 8.*

10 *Amittenti facultates absque culpa sua est eis succurrendum.*

11 *Paupertas culpabiliter, & ex malitia pauperis proueniens, est nociua.*

12 *Debitor speciei liberatur specie perempta.*

13 *Debitor generis aut speciei constitutus in mora, non liberatur specie perempta.*

14 *Renunciare casui, vel eius exceptione, non iuuari: sunt paria.*

15 *Dispositio pragm. huius; prodita non solum ad succurrendum creditori pro debito verum etiam, vt socordia, & pigritia debitoris puniatur.*

16 *Debitorem tradi creditori torque ferreo indutum; est poena corporalis.*

17 *Poena corporalis non imponenda ei qui casu delinquit.*

18 *Secundum opinionem Theologorum, debitor absque culpa sua inops effectus; liber est à solutione.*

19 *Cum tractatur de addicendo debitore inope creditori prius discutitur; an debitor sit liber, vel non.*

20 *Habere etiam in modico seruilem conditionem maximum detrimentum.*

21 *Causa libertatis semper fauendum, & pro ea iudicandum.*

22 *In criminalibus iudex debet esse pronior ad absoluendum.*

23 *Debitor si post amissionem casu fortuito fortunarum suarum aes alienum contrahat, addicitur creditori, ratione dicti aeris alieni, si soluendo non sit.*

24 *Filius familias conuenitur, in quantum facere potest solum pro his quae contraxit dum esset in patria potestate.*

25 *Responsiones ad opposita.*

26 *In amissione bonorum casu fortuito, vt debitor liberetur, requiritur, vt amissio non fuerit ex supina negligentia.*

27 *Debitor nimia calliditate negotia sua administrans, potius reprehendendus quam laudandus.*

28 *Praestat potius esse nimis callidum, & subtilem debitorem in negotiando, quam nimium crassum, licet tamen vtrumque sit culpa dignum.*

An debitor, qui casu fortuito amisit omnes fortunas suas, sit eximendus à dispositione legis. Et quid, si non casu fortuito, sed tamen absque culpa sua amisit omnes facultates.

CAP. IV.

1  CCVRRIT insignis quaestion, cuius tractatus maximè pius est. Vtrum debitor, qui casu fortuito amisit omnes fortunas suas sit addicendus creditori iuxta decretum huius legis. Illud admonitum lectorem velim, de hac re esse textum expressum limitantem decretum huius legis. Videtur debitorem hunc creditori tradendum ex textu cui videtur non posse responderi *in l. fi. C. de capti. & postlim. reuer.* vbi praecipitur, vt redemptus ab hostibus: meis nummis si non habet, vnde mihi satisfaciat teneatur mihi seruire per certum tempus. Ecce textus loquitur in eo qui & bonis, & libertate spoliatus est ab hostibus, hostium autem vis, inter casus fortuitos cõnumeratur: *vt in l. ex conducto. §. nauta. ff. nautae caupon & stabul. §. idem. Instit. quibus modis re contrahitur obliga.* nihilominus tamen licet casu fortuito spoliatus fuerit bonis iubetur seruire creditori, ergo, & in nostro casu illud generaliter definiendum, vt debitor inops tradatur creditori etiam si bona casu fortuito amiserit.

2 His congruit textus insignis *in l. si te bonis C. de iure deliber.* vbi debitor per vim spoliatus bonis non liberatur à creditoribus. Inquit lex: *Si te bonis patris immiscuisti, neque inopia patris te excusat, neque vis fratris portionem tuam eripientis arcere te de exactionē creditorum qui te conueniunt; potest.* Ergo non est bona ea exceptio: per vim fui spoliatus à creditoribus, & ibi notant Doctores.

Accedit receptissima regula quod non ex eo quod quis me affecerit iniuria ego possum alium iniuria afficere, hoc est crediti solutionem recusare *d. l. si te bonis, & ibi notant Paul. cas. & aly. Textus in l. fi. C. de actio. empt. l. si filia. C. famil. hercisc.*

3 Deinde poena ei solum imponenda, qui delinquit, neque poena ex aliena culpa me comprehendere debet. *Sancimus C. de poen.* Ergo non ex eo quod praedones (pessimum hominum genus) debitorem meum spoliarint ego mea pecunia carere debeo, & alieni facinoris poenas dare.

4 His congruit quod de iure i debitor conuen-

uentus à creditore non poteſt opponere exceptionem: quod fuit bonis ſuis ſpoliarus à tertio. Nam exceptio ſpolationis, non liberat connentum, *c. frequens. de reſtitu. ſpoliat. in 6.* vbi notant *Dominic. Francus, & Geminianus: ſcribit Paul. Alexand. & Iaſ. in d.l. ſi te bonis. Afflict. deciſ.* 150. *num.* 8.

Suadetur hæc opinio, ex textu: qui videtur expreſſus *in leg. incendium. C. ſi cert. peta.* cuius verba ſunt. *Incendium ære alieno non exuit debitorem.* Si ergo debitor non liberatur, certè ſi inops eſt, perſoluere debet operis. vt in hac lege definitur: cuius diſpoſitio cum ſit generalis, generaliter debet practicari, & intelligi, *vt in lege, de pretio. ff. de Publiciana.*

5 Mihi contraria ſententia, & veriot videtur, & æquior: imò debitor inops, qui facultates ſuas caſu fortuito amiſit, non eſt addicendus creditori, neque hoc caſu practicanda eſt diſpoſitio huius legis, ſed debitor ſoluendus eſt è vinculis: nullo ſeruitio præſtito creditori, neq; vllis inducijs petitis. Moueor ex textu expreſſo, & ſinguiari in *Nouella* 135. *cui titulus eſt. Ne quis cogatur bonis cedere.* Quam legimus inter Iuſtiniani Nouellas, quas pridem Haloander, è Græco ſermone in Latinum vertit. Diſponitur autem ibi, vt is qui non luxuria, neque deſidia, ſed caſu, vel fortuitæ infœlicitate amiſit fortunas ſuas, non cogatur eam ceſsionem bonorum ſubire, quæ præter bonorum amiſsionem, paupertatem, & omnium rerum inopiam, irrogat etiam contumeliam. Sed præſtat ipſius conſtitutionis verba ſubijcere: non enim omnibus ad manum eſt. *Zoſarius quiſpiam ex Miſijs oriundus porrectis precibus cum lachrymis nos edocuit, quod cum pecuniarum publicarum, & priuatarum nomine conueniretur à clariſſimo prouinciæ Præſide cum contumelia: & quidem ſola. Neque enim credidit de his pecunijs libellos perſecutionis rerum ſuarum oblatum iri. Id quod iniuſtiſſimum habetur, & inter ea capitula, quæ cum primis adferunt moleſtiam. Vbi enim locorum iuſtum eſt, vt is qui in vniuerſum, ex accidenti non ſupina negligentia res ſuas amiſiſſe traditus eſſet: denuo per vim ad ignominioſam vitam transponatur?* Et paulò poſt inquit. *Sancimus, vt nemini liceat magiſtratuū rei cauſa, ceſſionis bonorum neceſſitatem inferre alicui eorum qui de prædictis cauſis iudicium ſuſtinent, aut huiuſmodi contumelijs vti, ac prætextibus. Proinde quaſi dum corporis ſupplicium ipſi remittitur, maluerit rerum ſuarum amiſſionem capeſſere potius quam cum inopia iugo ad mortem vſque premi, opprobrio ignominiæ.* Hactenus nouellæ conſtitutionis verba recenſui.

Ex cuius autoritate *Tiraquel. in lege, ſi vnquam verbo Bona. num.* 5. docet eos, qui non ſuprema negligentia, aut luxu, ſed caſu fortuito lapſi facultatibus eſſent: non debere cogi eam ceſsionem bonorum ſubire, quæ cum ignominia fit. Idem docet *Iacobus Spiegel. in Lexico Iuris Ciuilis verbo Ceſſio.* Et eius conſtitutionis meminit *Franciſcus Balduinus in præfatione commentarioli in quaſdam Nouellas conſtitutiones, quæ in libro Authenticorum non habentur.*

6 Præterea hæc opinio efficaciſſimè ſuadetur ex textu in *leg.* 1. *C. qui bonis ex lege Iulia cedere poſſint, in Codice Theodoſiano.* vbi id definitum: vt nullus ratione debitæ quantitatis cogatur contumelioſam ceſsionem bonorum ſubire, ſi modo fortunas ſuas caſu fortuito amiſit. Inquit lex. *Ne qui omnino vel fiſci debitor, vel alienæ rei in auro, atque in argento diuerſiſq; mobilibus retentator, ac debitor, bonorum faciens ceſſionem, liberum à repetitione pleniſſimum nomen effugiat: ſed ad redibitionem debitæ quantitatis, congrua, atque digniſſima ſuppliciorum acerbitate feratur: niſi fortè propriorum dilapidationem bonorum, aut latrocinijs abrogatam, aut fortaſſe naufragio incendioque conflatam, vel quolibet maioris impetus infortunio, atque diſpendio docuerit afflictam. Prop. Rom. prid. Id. Octob. Auſonio, & Olibrio CONSS.*

Sed obijcis: iſta legis vim non habent. Fateor Theodoſiani Codicis leges non eſſe citandas ad definitionem cauſarum, vt iuxta earum decreta lites dijudicentur, *vt in leg.* 1. *C. de Iuſtinia. Codice confir.* Tamen legem correctam, vel contraria conſuetudine abolitam, permiſſum eſt proferre ad cognitionem antiquitatis, & in ſimilitudinem caſus in ea propoſiti. Quod *Couarruuias* nuſquam non ſobrius & grauis fecit, *Variarum reſolotio. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 4. vbi citat legem eius voluminis ad explicationem legum ciuilium, quæ in vſu ſunt. Sic *Tiraquel. in repet. leg. ſi vnquam in verbo Bona, num.* 5. *citat dict. leg.* 1. *C. qui ex lege Iulia bon. cede. poſſ. in Codice Theodoſiano* idem facit *Spiegel. in dict. lexico. verb. Ceſſio.*

Præterea *Nouella conſtitutio* 135. ex cuius autoritate rem definiuimus, habet prorſus vim legis. Obiicies: non eſt in volumine Authenticorum. Fateor: ſed eſt inter nouellas Iuſtiniani Græcas, ex quibus ſordidus Authenticorum liber dimanauit, interprete quodam vtriuſque linguæ ignaro; Nouellæ enim Iuſtiniani Græcè conſcriptæ fuere; quod eſt pluſquā manifeſtū, & teſtatur *Alciat. parergon iur. lib.* 2. *cap.* 46. Extatque adhuc Græcus codex quanquam multis in locis mutilus, ac depravatus. Librum autem Authenticorum eſſe è Græco in Latinum translatum, indicat ſermo totus, vbique vitio interpretis tenebricoſus, difficilis, & parum explicatus. Quod non ſentiet niſi qui fuerit pluſquam ferreus. Et quæ Græce habentur, vera ſunt authentica. Quare Ludouicus Luſitanus in præfatione commentariorum tituli de rebus dubijs; teſtatur Bartholomæum Socinum pollicitum fuiſſe ſcholijs ſe nouam tranſlationem illuſtraturum: ſed exemplaria Græca, quæ Florentiæ habebantur, fuiſſe mutila; nouamque verſionem eſſe in ſcholis prælegendam, niſi ſtultorum iudicio res literaria gereretur: memini

me audisse ab Orocio, vt vir ille egregia, & erudita semper appetebat.

7 Porrò Nouellas à Iustiniano editas habere vim legis & seruandas in definitionibus causarum, decernit *Iustinianus in l. vna C. de emenda. Codicis. versic. Hoc etenim dubium.* vbi præcipit Nouellas constitutiones à se conscribendas pro qualitate rei emergentis; habere vim legis; & seruari debere in definitionibus causarum. Quod etiam præscribit *in l. 1. C. de Iustinianeo Codice compo. versi. Si qua vero.* vbi pragmaticas & alias constitutiones à se conscribendas iubet vim legis habere, dum tamen non aduersentur legibus Codicis. *Nouella autem constitutio* 135. non aduersatur legibus Codicis: imò congruit rationi, iuri, & æquitati, vt statim dicam.

8 Itaque vera Authentica sunt, quæ Græce habentur, & illæ sunt veræ Nouellæ, quibus Iustinianus vim legis tribuit: seruandeque omnino sunt, etiam si vitiò interpretis nõnullæ non contineantur in vulgato Authenticorum Codice. Nouum enim esset interpretum hominem priuatum abrogasse Iustiniani Nouellas, quas non trastulit, vel quia noluit, vel non vacauit, vel non intellexit, vel quia forsam eius codex Græcus mancus erat. Et ita seruandas nouellas constitutiones etiam si in latino libro Authenticorum non habeantur; contendit *Viglius in prohemio Institutionum Theophili:* dicens illa esse vera Authentica. Eandem causam agit *Franciscus Balduinus in præfatione commentarij in quasdam nouellas constitutiones.* Sic *Couarru. Nouellam* 160. quia codices latini carent citat in suæ sententiæ comprobationem, *Variar. resolu. lib. 3. cap. 7. num. 2. ver. quinto hæc pars instruitur.* Rursus Gratianus ex nouellis constitutionibus quædam refert, quæ in vulgato Authenticorum libro non habentur. Sit exemplum textus in *c. non liceat* 19. *q.* 3. *vbi ex Nouella Græca.* 123. quod & apud Iulianum antecessorem patet. *cap.* 59 *&* 69. decernitur monachatum purgare vitium ingratitudinis; nullus tamen reiecit eius textus autoritatem; quòd in vulgato Authenticorum Codice non legatur, præter vnum Alciatum, qui suspicione parum æqua colligit Gratianum illa è capite suo confixisse, neque tale quidquam reperiri in Græco Nouellarum Codice. Itaque probasset si pernosset Grecos fontes legem illam continere: quod nouissimè fœlicius docuit Couarruias animi pietate, quam non adulanter admirari licet, cum veteribus Christianæ religionis patribus comparandus. Communiter tamen vtriusque Iuris Doctores etiam antequam *Couarr. doceret d. c. non licet.* contineri, inter Grecas nouellas admittebant eius dispositionem eo solum nomine quod titulus indicaret desumptum ex græcis fontibus. Ita *Ias. in l. filius à patre. §. filios ff. de libe. & posth. & in Auth. non liceat. C. de libe. præter. vel exhered. num.* 4. Nouissimeque admisit fœlicis recordationis Gregor. XIII. summ. Eccl. Pont. qui in suo Gratiani Decreto emendato, & notibus illustr. *d. c. non liceat:* posuit additionem illam, notam ad marginem quam supra posuimus, scilicet: *Et apud Iulianum Antecessorem. c.* 59. *&* 69. Ex quo visus est confirmare dictam Nouellam.

Stat ergo ex prædictis immobile fundamentum textus *in d. Nouella* 135. quæ disponit cessionem bonorum, quæ cum ignominia fit, vel contumeliosa est, non esse imponendam ei, qui non luxu, neque desidia: sed casu fortuito facultates amisit. Dispositio autem nostræ legis ignominiosa est inopi debitori, & eum in vltimam miseriam detrudit. *vt dixi c.* 2. 34. *&* 35. cum alijs. Cum autem cessio bonorum non sit imponenda ei, qui facultates casu amisit (si modo cessio sit ignominiosa.) quanto minus imponetur obligatio seruiendi creditori imposito torque ferreo? Nam hoc (scilicet addici creditori) beneficium cessionis prorsus tollit, & omnem miseriam, & ignominiam superat: vt docui capite secundo. Itaque hic maior ratio viget admittendi dispositionem *Nouellæ* 135. Nam ibi non tollitur beneficium cessionis bonorum, sed liberatur debitor, ne cogatur vti beneficio cessionis si cessio fiat contumeliosè. At, iure nostro Regio beneficium cessionis est prorsus sublatum, & inops debitor traditur creditori, Quod est misertimum: ergo hæc tanta miseria non irroganda ei, qui casu facultates amisit. Multò enim durius est tolli beneficium cessionis, & irrogari miserum laborem cum ignominia, quam vti beneficio cessionis: neque contumeliosè est conueniendus, qui casu (puta bello) facultates omnes amisit, non insolidum, sed quatenus facere potest cum idem statuatur, cum eo qui per cessionem voluntariè spoliatus fuit bonis, vt teneatur non in postea acquisitis: nisi quatenus facere possit. *§. fin. Instit. de actio.* Ita hac ratione docet *Faber in d. §. fi. & ibi Platea. & Ias. nu.* 7. dicit esse mirabilem doctrinam licet dicat cogitandum. Sed eandem opinionem probat *Grammaticus Voto* 85. Hæc in practica doctrina maximæ vtilitatis est: & res quæ frequentèr contingit: & si probamus hanc opinionem, certè, qui casu facultates amisit non est detinendus in carcere; nam qui non tenetur vltra quam facere possit, non potest ob æs alienum conijci in carcerem, vt probaui. *c.* 3. *nu.* 2. *&* 8. Neque obstat *l. incendium. C. si cert. pet. et quæ dixi, num.* 4. quoniam hoc intelligendum, quando casus fortuitus absumpsit omnia bona; item non tollitur debitum: sed suspenditur executio, & limitatio. Equidem an hæc opinio sit vera de Iure Ciuili, non definio: primò quoniam *Zasius col. 2. in d. §. fi.* reprobat opinionem *Fabri.* Deinde, præterea, quæ ipse adducit, obstant *Fabro d. Nouella* 135.

vbi solum prohibetur imponi ignominiosa cessio ei, qui omnes facultates amisit. Ac cessio de qua in Iure Ciuili, non est ignominiosa, vt dixi supra. Iure tamen nostro Regio opinio Fabri est verissima; quoniam, quæ apud nos appellatur cessio est plusquam ignominiosa.

9 Præterea hæc opinio suadetur, quoniam beneficium cessionis bonorum Iure Ciuili introductum, non tenetur subire, qui casu (puta bello) facultates amisit, vt piè scribit *Faber in §. fin. Insti. de actio.* Scio contra sentire *Zasi. ibi. col. 2. post Ias.* Sed opinio Fabri suadet nostram sententiam, quæ expressa legis dispositione nititur, sed opinio Fabri non videtur vera: nam *Nouella* 135. eum qui omnia bona casu amisit, solum liberat à cessione contumeliosa, non alium.

10 His accedit quod subueniendum est ei qui absq; culpa facultates amisit iuxta *gloss. in cap. quæ in Ecclesiarum: verbo ad inopiam de constit. gloss. in cap. ex parte. verbo Prodigalitatis. de consuetud.* Et inculpata paupertas excusat, *autore Bald. d. cap. quæ in Ecclesiarum col. 1.*

11 Ea enim paupertas nocet, quæ culpabiliter seu malitiose prouenit, autore *Bald. in c. sedes. col. 2. versi. sed nunquid de rescript. Ias. in Auth. res quæ, col. 6. ver. tenet communem C. commu. de leg. Crotus in repet. l. frater à fratre, col. vltima. ff. de condict. indebi. Loazes in repet. l. filius familias §. diui. cum. 164. ff. de leg. 1. Barto. in l. etiam §. licet. ff. solu. matrim. Hippol. singul. 104. pater tenetur. Felin. c. quæ in Ecclesiarum col. 24. ver. & in quantum, de constitu.*

12 Rursus probatur, quoniam si debitor erat speciei: perempta specie liberatur, *vt in l. si ex legati causa. ff. de verbo obliga. & in l. quod te mihi ff. si cert. petat.* Et hoc casu nostra opinio vacat prorsus omni dubio: & idem si debeat genus, respectu speciei iuxta communem *Doctorum sententiam in d. l. quod te mihi.*

13 Si tamen debeat genus, vel speciem, & constitutus erat in mora, quo casu perempta speecie, non liberatur, vt tradunt *Doctores in d. l. quod te mihi.* Adhuc nostra sententia probatur iure: quoniam paria sunt renuntiare casui fortuito, vel non iuuari de iure exceptione casus fortuiti. Exemplum subijciam. Debitor generis, puta pecuniæ, non liberatur casu fortuito, *vt in l. incendium. C. si cert. peta.* Item qui liberatur casu fortuito, non liberatur si ei renuntiet, vt *in l. sed & si quis. §. quæsitum ff. in ius vocan.*

14 Itaque paria sunt renuntiare casui, vel nō iuuari exceptione casus. Scimus tamen quod renuntians casui iuuatur eo, si sit magnus, & magna iactura afficiat rem debitoris. *l. ex conducto. ff. loca. notant Doctores præcipuè Ias. in l. Titius ff. de libe. & posthu. & in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio.* Ergo etiam si casus non liberet debitorem generis vel debitorem speciei in mora constitutum: tamen casus magnus omnes fortunas debitoris deuorans debet liberare eum, vt non addicatur creditori, quoniam casus magnus excusat eos qui alias casu non iuuantur. Adstruit hanc sententiam quod scribit *Couarr. Varia lib. 2. c. 1. num. 7. col. 10. ver. ergo iudicem;* vbi in ea est sententia, vt licet debitor renuntians beneficio cessionis cum iuramēto, non sit admittendus ad beneficium cessionis, id non habeat locum, si ad inopiam redigatur absque culpa sua, tunc enim beneficio cessionis, ad consequendam libertatem vti potest. Ecce quod carens beneficio cessionis habet illud si absque culpa sua perueniat ad paupertatem. Ergo etiam si hæc tollat beneficium cessionis, vt *dixi c. 2. num. 1.* concedendum est eis, qui absque culpa sua paupertatem patiuntur, neque addicendi sunt creditoribus, sed liberabuntur dicendo, *Cedo bonis.*

15 His suffragatur, quod lex non solum videtur prodita, vt creditor ex seruitio debitoris creditum consequatur, verum etiam, vt pigritia, & socordia debitoris puniatur. Flagitiosum enim reputatur rem amittere, *vt dixi c. 2. num.* 36. Hoc liquet, quoniam non solum lex iubet debitorem seruire creditori, verum etiam, vt debitori inijciatur torques ferreus, & quod creditor non possit illi tollere torquem sub pœna amissionis crediti, *vt in pragmatica* 79. Quid prodest torques creditori? quam illi vtilitatem adfert, quoad recuperandum creditum? profecto nullam. In quem ergo vsum inijcitur torques ferreus debitori, nisi in pœnam, qua nō videtur indignus, qui patrimonij sui versuram fecit? Hac autem pœna indignus est debitor, qui non luxu, neque malitia: sed fatali casu cui humana industria resistere nequit; facultates suas amisit: non enim est danda afflictio afflicto. *l. oratio ff. de sponsal.* Rursus in hac ipsa specie, cuius veritatem prolatis vtrinque argumentis perquirimus, audi iudicium Alfonsi Aragonum, & Neapolis Regis quod Erasmus ille vir summus refert Apophegmatum lib. 8. in hæc verba. *Eques quidam magnum patrimonium per luxum, ac libidinem absorbuerat, atque insuper magnam æris alieni vim contraxerat: pro hoc intercedentibus quibusdam, apud Alphonsum Aragoniæ Regem, ne (saltem qua debebat) corpore luere cogeretur; Alphonsus respondit: Si tantam pecuniam, vel in sui Regis obsequium, vel patriæ commodis, vel subleuandis amicis impendisset, audirem. Nunc quoniam tantas opes impendit corpore, par est, vt luat corpore.* Ecce flagitiosam paupertatem libidine, luxu & profusione contractam, Alphonsus punitam voluit, non eam quæ casu fortuito, absque hominis vitio prouenit. Et iniquum esse addicere creditori eum, qui casu fortuito bona amisit, significat nominatum *Titus Liuius Decad. 5. lib. 2.*

His

16 His accedit, quod debitorem torque ferreque ferreo indutum tradi creditori, habetur pro pœna corporali, vt docui c. 2. num. 35. Nam cessio ignominiosa habetur pro pœna corporali ex sententia Tiraq. in l. si vnquam verbo Bona, num. 6. C. de reuoc. donatio. notat Petrus Iacobus in sua praxi titulo de cessione bonorum col. 2. Puteus de sindicatu §. quia nu. 10. Cardinalis Floren. cons. 94. in princ. Ioannes Paponius, in consuetudines Borbonias; titulo de cessione bonorum. §. 72. prope finem Guido Papa decisione. 343. & probaui c. 2. nu. 36. ver. tanta autem.

17 Pœna autem corporalis non imponitur ei, qui casu deliquit. leg. 1. §. Diuus, ff. ad leg. Corn. de sicar. leg. absentem. §. fin. leg. Metrodorum. leg. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. scribit Ioan. Andr. in regula pro possessore columu. 2. de regul. iuri in 6. Decius in c. cognoscentes col. 5. de constit. Bart. in leg. 1. §. 1. ff. si quis testam. liber esse iussus fuer. Bald. & Ias. column. 5. in leg. in actionibus. ff. de in litem iurand. Paul. Sali. & Alex. in leg. etsi seuerior. C. quib. ex caus. infam. irrog. Alexand. consil. 109. visis col. 4. lib. 1. & consil. 140. column. 2. lib. 2. Cum ergo in delictis puniendis parcatur casu damnum danti, ne corporaliter puniatur: quanto magis parcendum ei, qui non ratione criminis, sed æris alieni, petitur corporaliter puniri; hoc est libertate ferè priuari, & ferreo torque deturpari, & in profundum ignominiæ, & miseriæ traduci? Casus apud omnes prudentes legitimæ excusationis nomen habet. Sic enim Marcus Tullius lib. 2. Rhetorica veteris postquam dixit esse duas partes concessionis: purgationem, scilicet, & deprecationem, subiungit. Purgatio est per quam eius qui accusat non factum ipsum, sed voluntas defenditur, & habet partes tres, imprudentiam, casum, necessitatem.

Rursus lib. 2. de Oratore: inducit Antoniũ in hæc verba differentem. Iure autem omnia defendamus, quæ sunt eius generis, quæ aut oportuerit, aut licuerit, aut necesse fuerit, aut casu facta esse videantur.

Quinimò & apud cœlites tutus est, qui casu damnum dat, iuxta glossam in cap. presbyterum de homicid. notant Abb. Felin. & Anania ibi. Innoc. in cap. sicut dignum. column. final. de homi. Abb. & Feli. column. 11. Decius in 2. lect. column. 5. in cap. 1. de constit. Roman. singul. 103. Corsetus in singularibus, verbo Forum.

18 Vnde Theologi debitorem absque culpa ad inopiam redactum, & ideò creditori non soluentem, scribunt absolutum esse apud Christum. quorum Princeps mihi videtur magnus Basilius eloquentia, doctrina, & pietate inter veteres Theologos præstantissimus, in regula Monachorum, cuius verba refert Alciat. in leg. placet. C. de Sacrosanct. Ecclesi.

Suffragatur huic sententiæ quod prudenter scribit Bald. in leg. fin. C. qui bon. ced. poss. scilicet, quod forma cessionis priscis sæculis obseruata, qua debitor cruciabatur; practicanda est solum aduersus eos, qui malitiosè facultates proprias absumunt. Ergo addictio, quæ vim habet pœnæ corporalis, non exercebitur aduersus debitorem, qui casu fortunas amisit.

19 His congruit quod cum tractamus de addicendo inopem debitorem creditori, tractamus de causa status, an scilicet debitor sit prorsus liber: an vero sit homo alterius. Nam appellatione rerum nostrarum, non serui tantum nostri, sed & cæteri homines, nobis aliqua ratione subditi, veniunt, vt not. Barba. cons. 26. incip. sapienter scripsit col. 4. vers. sed si quis opponat lib. 2. Gulielmus Cuneus. Cin. & Bald. in l. 1. ff. de statu homi. Bald. in l. omnia. §. si. per illum textum. ff. de leg. 2. Alcia. in l. rei in glos. 1. & iterum in l. sequenti verbo rei ff. de verb. signifi. Textus in c. autoritate, ibi Aut suorum hominum liberorum, de priui. in 6. Zasius consi. 19. lib. 2. Ideò cum tractamus de mancipando liberum hominem alicui homini, vel monasterio, quoniam horum hominum conditio ad seruilem conditionem accedit: negotium non aliter temperandum, quam si de libertate hominis tractaretur. ita Zasius dicto consil. 19. num. 16. lib. 2.

20 Nam habere, vel in modico, conditionem seruilem; inter maxima detrimenta numerari conueniet, quoniam mortis ciuilis habet vestigia, & libertas inæstimabilis est: ita Zasi vbi supra. Ideò causa isthæc magna est grauis, & ardua, neque alitèr pensitanda quam si de irrogando pœnam corporalem tractaretur: vel de causa libertatis.

21 In causa autem libertatis iudex libertati fauere debet, & in ambiguo pro ea pronunciandum. l. quotiens dubia. l. lege Iul. ff. de manumiss. Et in casu quo tractatur de mancipando hominem monasterio: in dubio absoluendus est, autore Zasio d. cons. 19. col. fi. lib. 2. Item cum tractatur, vel in modico, de statu hominis, negotium expendendum, ac si de causa criminali tractaretur autore Zasio qui ferè in nostro casu loquitur d. consi. 19. num. 19. lib. 2. Et Philippus Deci. cons. 133. scribit ideò causam matrimonij æquiparari causis criminalibus, quoniam de statu hominis agitur: citat gloss. communiter receptam in cap. mulieri. de iureiur. Antoni. in cap. fin. de fidei iuss. Bar. Alexand. & Ias. in l. 3. ff. de iure iur.

22 In criminalibus autem, iudex pronior ad absoluendum, quam abundus ad condemnandum esse debet. l. respiciendum. ff. de pœnis. l. Arrianus. ff. de verb. oblig.

Ælius Spartianus de Adriano Cæsare ita scribit: Eos, quos pauperes innocentes vidit, spõteditauit. Et Lampridius memoriæ prodit, Alexandrum Seuerum, eos quos pauperes non per ingluuiem, neque per luxuriam

vidit,

vidit, multis commodis auxisse. Ex quo liquet inculpatam paupertatem esse fauore dignam, & miseratione potius esse dignam quam opprobrio. Illud igitur in his causis iudicem ante omnia dispicere oportet: An debitor facultates ebrietatibus, & commissationibus attriuerit, an fatali casu paupertatem contraxerit. Absoluendus nimirum hoc casu non creditori addicendus. Tantũ tenebitur bonis cedere iuxta formam Iuris ciuilis: corpus autem liberum erit. Hæc opinio vel ex eo probanda est, quia temperat huius legis rigorem, & christianæ mansuetudini conuenit. Quis enim æquo animo ferat hominem ingenuum & quod magis est Christianum immunem ab omni culpa, omni malitia (quod attinet ad amissionem bonorum) vacantem tradi in seruitium creditori quia bona sua fatali casu amiserit?

23 Hanc ergo opinionem probo, limitanda tamen est, nisi postquam bona casu fortuito amisit, æs alienum contrahat, nam ratione æris alieni contracti, postquam amisit bona casu fortuito: rectè addicetur creditori si soluendo non sit, nec præcedens casus illum liberabit. Cum enim post bona amissa obligatio orta fuerit non poterit ea exceptione sese iuuare quod casu facultates amiserit, & ita est limitanda dispositio *Nouelle* 135. Hoc probatur *in l. fin. C. de capti. & postlim. reuer.* vbi redemptus postquam fuit captus ab hostibus tenetur seruitio satisfacere redemptori; non obstante quod vis hostium est casus fortuitus quoniam obligatio oritur post casum fortuitum; scilicet cum ab hostibus redimitur. Rursus hæc limitatio probatur *ex Ias. in §. fin. num. 4. Instit. de actio. & ex Zasio ibi col. 1.* qui notant quòd etiam si cedens bonis non possit conueniri à creditoribus, nisi in quantum facere potest, etiam si perueniat ad pinguiorem fortunam: hoc intelligitur quo ad creditores, qui erant ante cessionem: At si post cessionem nouos sortiatur creditores: certè ab illis potest in solidum exigi. Eiusdem opinionis est *Faber ibi. col. 1. argumento l. 3. à contrario sensu. C. de bon. autorit. iudi. possiden.*

24 Et argumento eius quod dicitur quòd filius familias solum conuenitur in quantum facere potest pro his quæ contraxit, dum esset in patria potestate; in casibus positis *in l. 2. ff. quod cum eo.* At pro his, quæ contraxit solutus à patria potestate, tenetur in solidum *l. 3. ff. quòd cum eo.* Et sequuntur *Platea, & Ange. Aretin. opinionem Fabri in d. §. fin. Insti de actio.* Et quòd debeat addici creditori, qui æs alienum fecit postquam casu fortuito bona amisit probatur expressè *ex Liu. Decad. 1. lib. 2.* Rursus limita hanc opinionem in eo qui debet ex delicto, arg. eorum quæ dico *cap. 11. de debitore ex delicto.*

25 Non obstant ex aduerso prolata, aduersus principalem conclusionem. Primò non obstat *l. fin. de capti.* responde enim: ibi debitum contractum post bona casu fortuito amissa, vel responde quod non cõstat quod ille, qui redemptus fuit ab hostibus in casu *d. l. fin.* habuerit bona, & quòd illa amiserit incursu hostium. Non obstat *l. si te bonis C. de iure de lib.* quoniam ibi non fuit vis hostium: & sic non fuit casus fortuitus: sed vis fratris. Item ibi non amisit omnia bona sed partem, & sic tenetur satisfacere creditoribus ne ex alieno delicto ipsi creditum suum amittant.

Non obstat quod non ex eo, quod quis me affecerit iniuria, ego possum alium iniuria afficere: hoc est crediti solutionem recusare. Respondeo id verum si soluendo sim: quòd si nõ sim soluendo non facio tibi iniuriam denegando solutionem, non enim commodè possum soluere. Neq; æquitas patitur, vt casu fortuito priuatus bonis, corpore etiam laborem. Non obstat quòd creditor non debet puniri ob alienum delictum: non enim creditor punitur sed debitori indulgetur cum soluendo non sit. Non obstat quòd debitor conuentus à creditore non potest opponere exceptionem quod fuit spoliatus à tertio. Hic enim non solum opponit quod fuit spoliatus à tertio, sed quod fuit spoliatus ab hostibus, vel fatali casu, non vna re tantum: sed omnibus bonis, & quòd nihil habet ex quo soluat, & quòd nõ debet soluere seruiendo cum absque culpa sua paupertatem casu contraxerit. Non obstat *l. incendium. C. si cert. petat.* Fateor enim quòd debitor generis non liberatur casu, sed hactenus liberatur, vt si omnia sua casu amiserit non cogatur soluere seruiendo, sed solutio differtur: & obligatio suspenditur quousq; pinguiorem nanciscatur fortunam. Itaque non liberatur ab obligatione: sed vis obligationis silet quoniam bona amisit absque culpa sua, & non habet vnde soluat.

His ita definitis illud excutiendum restat an ad hoc, vt debitor liberetur à dispositione huius legis requiratur, vt casu fortuito bona amiserit, an vero sufficiat amisisse bona absque culpa sua. Mouent quæstionem quòd *Tiraquellus, & Spiegel docent* ignominiosam cessionem non imponendam ei, qui casu bona amisit, qui loquuntur de amittente bona per casum fortuitum. Præterea *l. 1. C. de his qui ex l. Iulia bon. ced. poss. in Codice Theodosiano* loquitur de amittente bona casu fortuito: sed certè si debitor amisit bona ex causa quæ ostendit illum esse inculpatissimum, & innocentissimum, & supra hoc constet illum fuisse diligentissimum patrem familias, certè etiam hoc casu non vtar dispositione huius legis. Moueor ex *d. Nouella* 135. cuius verba sunt. *Vbi enim locorũ iussum est, vt is qui in vniuersum (non supina negligentia) ex accidenti res suas amisisse traditus*

ditus esset, denuò per vim ad ignominiosam vitam transponatur. Sancimus, vt nemini liceat magistratuum rei causa cessionis bonorum necessitatẽ inferre alicui eorum, qui de praedictis causis iudicium sustinent, aut huiusmodi contumelijs vti, ac praetextibus.

26 Nota illa verba, *Non supina negligentia*. Non enim requirit lex, vt bona sint amissa casu fortuito; sed vt non sint amissa supina negligentia. Neq; obstant illa verba, *Ex accidenti*, quoniam ex accidenti dicitur amisisse bona, qui cum diligentissimus fuerit bona amisit non obstante diligentia. Sed an hæc opinio sit vera, penes doctos esto iudiciũ certè si debitor vit optimæ fidei esset diligẽs, sedulus, ad rem attentus, nunquam cessator, nunquam aleator, & arcano diuini numinis iudicio bona amisisset; me in ferendis calculis non haberet aduersum. Quid enim differt à casu fortuito, si exacta diligentia vsus, mihi mea diligentia non profuit? Nullaq; est, vel in re, vel in persona mea res quę luxus profusionis, vel negligentiæ speciẽ præ se ferat. Deinde in his causis iudex pronior esse debet ad absoluendum, præsertim in ambiguis: vt docui num. 22. Præterea huic opinioni suffragantur omnes rationes supra relatæ, scilicet quòd inculpata paupertas, meretur veniam. Præterea facit quòd licet lata culpa non sit dolus, æquiparatur dolo: ita innocentia, summa diligentia, & fide comprobata, homini non profuit: dicendum est casum, fortuitum obfuisse.

27 Non tamen illud omiserim, quòd debitor nimia calliditate negotia sua administrans, reprehensionem potius meretur quam laudẽ & diligentis cognomine carere debet. Nimia enim calliditas perniciosa est, vt inquit *Bal. in lege sed hæc nimium ff. de excus. tuto.*

28 Magis tamen reprobatus nimis crassus in negotiando, quam nimis callidus & subtilis, licet vtrumq; culposum sit. ita docent *Ias. in l. eum stipulati sumus §. sequitur in. 3. nota. ff. de verb. oblig. Anto. Faber in repet. l. cum filio col. 2. ff. de leg. 1.*

SVMMA.

1 *Inter Hæbreos erat mos tradere debitorem creditori in seruitium.*

2 *Fideiussor dicitur debitor.*

3 *Fideiussor dicitur esse reus.*

4 *Iure regio corrigitur Auth. præsente. C. de fideiuss. ideoq; hodie fideiussor conueniri potest, etiam non excusso principali.*

5 *Contra fideiussorem de iudicato soluendo mandatur sententia executioni aduersus eum, etiam sine nouo processu. Limitatur num. 6.*

7 *Fideiussor simpliciter obligatus de iudicato soluendo, non tenetur in casu appellationis.*

8 *Fideiussor de iudicio sisti: cum pœna, & præfinitione termini, si in termino reum non exhibeat, poterit pro pœna in eum fieri executio, & pro principali debito.*

9 *Fideiussor contractus: si in contractu se obliget, sicut principalis adhibita clausula guarentigia, poterit aduersus eum fieri executio virtute instrumenti.*

10 *Fideiussor ratione quantitatis debitæ ex fideiussione, potest incarcerari.*

11 *Fideiussor simpliciter obligatus videtur obligare se in omnem causam prouenientem ratione debiti principalis; maximè si sit ex natura contractus.*

12 *Statuto potest fieri, vt quis vsq; ad pœnam infamiæ pro alio obligetur: etiam sine pacto de eo.*

13 *Pro debito fideiussionis prouenientis ex lege; fideiussor inops hodie de Iure Regio creditori non addicitur num. 34.*

14 *Fideiussor nunquam videtur obligare se ad pœnam: & pactum contrarium initum non valet.*

15 *Addici creditori pro debito: habetur pro pœna corporali.*

16 *Statutum infamiam irrogans illi, qui pro alio se obligat, non valet.*

17 *Fideiussor ad incognita nunquam videtur se obligasse.*

18 *In pœnam quæ imponitur ratione contumaciæ rei, ex qua augetur condemnatio fideiussor nunquam videtur se obligasse.*

19 *Fideiussor nunquam censetur cogitasse, neque obligasse se ad seruiendum.*

Limita in eximente reum è manibus apparitorum. num. 20.

20 *Admonens debitorem fugere, quando creditor machinabatur eum capere; tenetur creditori ad solutionem debiti, si debitor fugit, & creditor ob fugam debitum perdiderit.*

21 *Fideiussor, ad quem pecunia peruenerunt, pro qua fideiussit, addicitur creditori.*

22 *Peioris conditionis dicitur esse fideiussor, ad quem pecuniam peruenit, quàm*

quam fideiussor ad quē non peruenit.

23 *Fideiussor, qui accepta pecunia fideiussit: dicitur egisse proprium negotium ideò creditori addicitur & excutitur.*

24 *Pro fideiussione, licet fideiussori à reo pecuniam accipere, num. 26. & 27.*

25 *Fideiussor propria auctoritate potest soluere creditori de bonis debitoris, pro quo fideiussit.*

26 *Casus in quo pro mutuo liceat pecuniā accipere. Autore Couarru.*

27 *Iura ad frequentiora debent adaptari.*

28 *Fideiussor de iudicio sisti: liberatur à iudicato soluendo, si reum sistat, & fideiussio lata sententia expirat.*

29 *Fori leges non habent vim legum, nisi quatenus de earum vsu, & obseruantia constet.*

34 *Debitorem addictum retinet creditor loco pignoris.*

35 *Opera debitoris succedit loco pecuniæ debitæ, & aliquando plusquam pecunia indicatur.*

36 *Fideiussor non potest conueniri iure, nec in persona ante excussionē principalis debitoris, si non fuerat renūciata Authent. præsente C. de fideius.*

37 *Bonis excussis, dicitur legitimè facta excussio.*

38 *Debitor dicitur non esse soluendo: quādo ab eo exactio difficilis est.*

39 *Captura principalis non liberat fideiussorem, ideò, vterque capi potest: authore Bal.*

40 *Si notorim sit principalem non esse soluendo, conueniri potest fideiussor non excusso prius principali.*

41 *Cessio bonorum debitoris non est solutio, sed remedium effugiendi carcerē.*

42 *Debitor etiam inops; si habet fideiussorem in obligatione: dicitur esse soluendo: & ideò in carcerem non potest mitti.*

43 *Quando agitur ex summa, vel instrumento guarentigio debitor principalis ducitur in carcerem etiamsi fideiussor soluendo sit.*

44 *Operæ debitoris donec fuerint præstitæ, non dicuntur esse in eius bonis.*

45 *Debitor, & fideiussor inopes simul seruiunt; & addicantur creditori, vt eorum operæ abbreuient solutionem.*

46 *Fideiussio rei quæ à principali non potest exigi dicitur esse indemnitatis, & in ea etiam renuntiato beneficio excussionis prius debet excuti principalis.*

47 *Exceptiones quæ competunt principali debitori: competunt etiam eius fideiussori.*

An debitor ex causa fideiussionis sit addicendus creditori, si bonis careat. Et an in casibus, in quibus fideiussor addici potest, addicantur simul ipse, & principalis, si vterque inops sit.

CAP. V.



ST quæstio quæ frequenter accidere potest, an debens quia fideiussit pro amico, sit addicendus creditori, si soluendo non sit. Videtur addicendum esse ex verbis *Salomonis Sapientiæ gloria inclyti, qui Prouerb. cap. 6.* monet filium, ne inconsultè fideiubeat, inquit. *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus ex verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus. Fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manus proximi tui.* Hæc Salomonis verba efficacius suadent hanc sententiam, quoniam apud Hebræos moris erat debitorem in seruitium tradere creditori, vt docui *c. 1. n. 61.* Quare illa Salomonis verba, *Incidisti in manus proximi tui,* hùc videntur alludere: vt fideiussor sit tradendus in manus creditoris.

2 Rursus cum hæc lex iubeat, vt debens aliquod debitum addicatur creditori si soluendo non sit, certè fideiussor dicitur debitor, *vt in l. Et magis. versi. debebo. ff. de solut.* Vbi lex loquens de fideiussore appellat eum debitorem: Idem probatur *in l. si seruum §. nunc videamus ff. de oblig. & in l. si fideius. in princ. ff. de leg. 1.* vbi textus dicit fideiussorem debere, facit *l. si res aliena, in fine. ff. ad Trebel. l. 1. ff. de solu. l. cum alter. C. de fideius.* Et quòd fideiussor veniat appellatione debitoris, notant *Guillelmus Cuneus, Bart. Bald. Ang. & Ias. in l. 1. ff. si cer. peta. vbi Alex.* testatur hanc esse magis communem opinionē. Idem testatur *Bologninus in repetitione rubricæ. ff. si cer. pet. n. 19. Franciscus Marcus decisione. 340. col. 3. num. 10. Raph. Comen. in l. si seruum. §. nunc videamus. ff. de verb. obliig. Ang. in l. stipulationum aliæ. §. stipulatio. ff. de verb. obliga. Albe. in 1. part. statutorum quæstione 193. Bal. & Angel. in l. blanditus.*

C. de fideiusso. Bal. in l. fideiussor. num. 5. ff. ff. fideiusso. Ang. in §. nunc transeamus. nu. 7. Instit de actio. Fideiussor enim dicitur esse reus iuxta *glossam in l. Stichum §. quod vulgo vbi Ang. ff. de solut.* Et reus idem est quod debitor. *l. potest accipi ff. de fideiusso.*

3 Cum ergo fideiussor veniat appellatione debitoris, sequitur quòd debens ex causa fideiussionis addicendus est creditori, si soluendo non sit. Non ignoro esse aliquos eruditi nominis viros, qui sentiunt appellatione debitoris, non venire fideiussorem, e quorum numero est *Decius in d. l. 1. ff. si cer. peta.* Sed aduersus eum est magis communis opinio, quæ verior est, nisi mens statuti, vel prudens ratio dictent aliter iudicandum, in fideiussore quam in debitore. Quis enim neget fideiussorem debere? Si debet; ergo est debitor. Agnosco tamen quòd stante dispositione *Authen. præsente. C. de fideiuss.* Fideiussor dicitur debitor, sed non debitor principalis cum non possit conueniri, nisi excusso reo principali. Itaque quæstionem hanc, vtrum fideiussor veniat appellatione debitoris, definire oportet ex natura rei; de qua agitur: & ex ratione statuti. Sit exemplum. Disponit statutum, quòd nullus qui sit debitor, possit conducere vectigalia publica. Certè fideiussor conducere poterit, cum si soluat debitum ex fideiussione, possit repetere a principali, & sic debitum ex causa fideiussionis, non facit eum minus idoneum. Ita notant *Cin. & Bald. in l. 1. ff. si cer. pet. Bologninus in repetitione rubrica ff. eodem titulo num. 20.* Itaq; cum hæc res venerit in questionem non oportet vrgere ex scriptis iuris locis, sed ex ratione & mente statuti. Dicit nostra lex Regia, vt debens, qui soluendo non est addicatur creditori: certè fideiussor debet, & ideò addicendus videtur creditori, si soluendo non sit. Ratio enim huius legis est, ne credens pecuniã suam remaneat defraudatus. Vt docui *cap. 3 num. 40.* Ille autem qui accipit fideiussorem vt credat pecuniam suam: certè creditum non daret, nisi fideiussor accederet, & sic pecuniam, credit fideiussori. Præterea illud pud propugnatores aduersæ partis conuenit vt fideiussor qui non habet beneficiũ excussionis; veniat appellatione debitoris, cum se obliget eodem ordine quo principalis. Et ita concordat diuersas nostrorum opiniones *Iacobus Niger in repet. l. 1. n. 88. ff. si cer. peta.*

4 Iure autem nostro regio fideiussor conueniri potest, non excusso principali, & est correcta *Auth. præsente. C. de fideiuss. per l. 3. titulo 18. lib. 3. Fori. scribit Lupus in repet. c. per vestras §. 18. incip. ex quibus omnibus n. 10. vers. ex his apparet, & Roderic. in repetitione l. 2. titulo De los emplazamientos §. quæritur vlterius versiculo hac omnia.* De cuius legis intellectu dico *infra numero 31.* nam Iure legum septem partitarum principalis primo excutiendus erat. *l. 9. tit. 12. part. 5.*

Ergo apud nos haud dubie fideiussor venit appellatione debitoris. Sed ne quid dissimulem cum res pendeat ab hoc verum fideiussor veniat appellatione debitoris, vel non res ex mente statuti variè definienda est iuxta rei naturam, generaliter autem illud in theorica definiri potest. Fideiussor debitor est, tamen non est debitor principalis, nisi careat beneficio excussionis: tunc enim habetur quasi debitor principalis præsertim si repetere a principali non possit, vel quia fideiussit animo donandi, vel quia principalis inops est; si tamen repetere possit à principali, & principalis habet vnde soluat certe etiam si fideiussor non habeat beneficium excussionis: dicetur debitor minus principalis, hoc est minus damnosè obligatus; cum quiquid soluerit repetere possit, cum effectu à principali. Iuxta quam distinctionem fideiussor debitoris inopis à quo fideiussor repetere non potest, verè, & realiter, est debitor, & verbis huius legis videtur cõprehendi: & ex consequenti addicendus est creditori, si non habeat vnde soluat.

5 Præterea quod fideiussor addicendus sit creditori, probatur, quoniam aduersus illum peti potest executio. Nam si fideiussit de iudicato soluendo sententia mandatur executioni aduersus eum, sine nouo processu *l. 1. ff. indi. sol. l. fin. §. & cum antiquitas C. de vsur. rei iudi. l. si remunerandi gratia §. Marius Paulus ff. manda. l. tale pactum §. qui prouocauit. ff. de pact. l. cum quis. §. de peculio. ff. de solutio.* notat *gloss. in d. l. fin. C. de vsur. rei iudi. & in cap. 1. de in iur. lib. 6.* Scribunt *Odofr. in l. 2. C. de vsur. rei iudi. Guido de Suza. & Guillelmus Cuneus, quos citat Bald. eandem opinionem sequutus in l. 2. §. in fideiussorem. ff. qui satisda. cogan. Bart. in l. 1. ff. indi. solui. Bald. in l. si remunerandi gratia. §. Marius Paulus ff. manda. & in l. fin. §. & cum antiquitas. C. de vsur rei iudi. & ibi Cinus Bartol. & Ang.* & est communis opinio teste *Roderic. in repetitione l. 2. titulo De los emplazamientos §. Sed pone questionem versic. sed quia hodie Faber. Albe. & Paul. in d. l. fin. §. fin. Alber. Ang. & Paul. in d. l. 1. ff. indi. solui. Faber. in §. fin. Insti. de satisda. Specul. de execut. sententiæ §. sequitur ver. quod si sententia lata est Bart. & Albe. in l. si quis pro eo. §. si nummos ff. de fideius. Soc. cons. 91. numer. 13. lib. 4. Boer. decis. 277. col. 3. num. 3. Alber. in l. 2. §. fin, col. fi. ff. qui satisd. cog. Io. Andr. in cap. 1 de iniur. & damno dato lib. 6. in gl. 2.* Intellige autem quòd fit executio in bonis fideiussorum de iudicato soluendo nulla facta excussione in bonis principalis & absq; eo quod constet quod non est soluendo ita docet *Boer. d. decisione 277. numer. 3.*

Sed eius opinio vera non est, nisi in fideiussore causæ criminalis: hic enim non gaudet beneficio excussionis. *lege si quis reum ff. de custo. reo Bald. Roman. & Alexander. in l. 2. §. si quis ex his ff. qui satisdare cogan.*

Si

Si tamen quis in causa ciuili fideiubeat de iudicato soluendo, plerique autumant illum habere beneficium excussionis. *Ita Bald. in l. fin. §. & cum antiquitas C. de vsur. rei iudici. & ibi Sali. & sequitur Alexand. in addit. ad Bart. in rubrica ff. iudi. solui, & Rodericus in l. 2. titulo De los emplazamientos. §. quaritur vlterius versi. Quid in fideiussore. Et Iacobi. in l. fideiuss. §. si quis his n. 6. & in §. in fideiussorem n. 3. ff. qui satisdar. cog. & in l. Et postrem. §. fideiussor, in. 2. lect. n. 4. ff. de transf.*

7 Rursus intellige quòd fideiussor simpliciter obligatus de iudicato soluendo, non tenetur in causa appellationis, *vt in l. cum apud Sempronium ff. de indi. solu. & in l. non à iudice §. si quis alio. ff. de iudi.* & ibi notant *Alber. & Iacobin. à Sancto Georgio*, notant *Bart. Paul. & Ang. in d. l. cum apud Sempronium Salic. Alex. Aretin. & Ias. in fin. & Iacobinus, num. 4. in l. 2. C. de procurat. Ang. in §. sed hodie col. 2. Instit. de satisda. Hippol. in rubri. ff. de fideiuss. num. 108. Roderic. in repeti. l. 2. titulo De los emplazamientos. §. sed pone, versiculo ideo cautè*, Sed certe hæc opinio est satis insipida, ideò si nomen iudicis non sit expressum in cautione, & simpliciter sit cautum, & iudex appellationis confirmet primam sententiam, videtur eadē cum prima, & sic fideiussorem teneri ad iudicatum in causa appellationis, ne sit in potestate rei liberare suos fideiussores *l. ne in potestate ff. de arbi.* ita docet *Guilielmus Cuneus in l. Iulia. ff. qui satisda. cogan. Alber. in d. l. cum apud, & in l. 2. C. de procu.* & ibi sequitur *Iacobinus num. 13.* Et ita sensit *Martinus Sillimianus, & iudicauit Rota, teste Paul. in d. l. cum apud, docet Faber in §. alia. Insti. de satisda.* Et ita fuisse iudicatum testatur *Boer. decis. 315. versi. & quoad secundam col. 2.* Sed auertat qui accipit cautionem, vt fideiussor si ea sit eius mens, & voluntas, promittat soluere iudicatum in omnibus instantijs. Ne incidat in periculum *dict. l. cum apud Sempronium*. Ad rem igitur, si fideiussor debitor est, & executio aduersus eum peti potest; etiam nulla facta excussione in bonis principalis, si fide iubeat de indicato soluendo in causa criminali, certè videtur quòd possit addici creditori; quæ est vera, & magis rigida executio.

8 Rursus si fideiussit aliquem iudicio sistere & promisit in iudicio certam pœnam, & præfixit terminum: certè post terminum si non exhibeat reum, potest executio aduersus eum fieri. *l. Sancimus C. de fideiussor.* notat *Bart. in l. 1. ff. indi. solui. Rodericus, in repet. l. 2. titulo De los emplazamientos. §. sed pone quastionem, versic. Tu adde.*

9 Præterea si fideiussit pro aliquo in contractu, & in contractu se obligat executiuè sicut debitor principalis addita clausula guarentigia: certè executio potest fieri aduersus eum virtute instrumenti, vt scribit *Rod. in repet. l. post rem in declaratione legis regia in. 1. quast. incipiente visum est supra*. Alias instrumentum in quo se obligat principalis, vel sententia lata aduersus principalem, non sunt mandanda executioni aduersus fideiussorem. *vt in l. grege §. si à debitore. ff. de fideiuss. & in l. à sententia in princip. ff. de appella. & in l. præsenti. §. adycientes. C. de his qui ad Ecclesi. confu. Bald. in l. duobus §. id igitur ff. de iureiur. & in d. l. grege §. si cum defensore. Specul. titul. de executione sententia §. sequitur versic. Sed nunquid sententia. Rodericus in dict. §. visum. & in repetit l. 2. titulo de los emplazamientos*. Et est communis teste *Alex. consi. 131. in causa num. 7. lib. 2.*

10 Deinde quod fideiussor qui soluendo non est, sit addicendus creditori, probatur. Quoniam fideiussor conijci potest in carcerem ratione quantitatis debitæ ex fideiussione, ita notant omnes *in cap. 1. de indi. in 6. Rebuf. in tracta. de literis obligatorys artic. 5. in gloss. 9. num. 8.* Hæc autem addictio qua debitor creditori traditur: carcer quidam est vt docui *cap. 2. num. 9.* Item est vnicum remedium, vt debitor eximatur à publicò carcere: cum autem fideiussor in carcerem detrudi possit, æquum est, vt eximatur ab ea dum traditur creditori.

11 Rursus suadetur hæc opinio, quoniam fideiussor simpliciter obligatus videtur obligare se in omnem causam quæ ratione debiti principalis prouenit: præsertim si prouenit ex natura contractus. *l. si quis pro eo. §. si nummus in fine. ff. de fideiuss. l. amissi. §. fideiussores. ff. eod tit.* Notant vtrobiq, *Bar. Paul. Ang. & Imol. gl. & tex. in l. quæro ff. loca. & in l. centum Capuæ. ff. de eo. quod cer. loco.* & vtrobique Doctores. *Alexan. consil. 34. n. 5. lib. 2. Paul. Angel. Bart. & Ias in l. nummis ff. de in lit. iuran. Bald. in l. si prædium. C. de adil. adict. Florian. in l. ait lex col. 1. num. 2. ff. ad leg. Aquil.* Obligatio autem seruiendi prouenit ex natura contractus, nam obligatus mihi dare centum, si non habet vnde soluat: tenetur mihi seruire ex generali dispositione huius legis, & receptissima Hispaniæ consuetudine. Cum ergo seruitium veniat ex natura cōtractus, videtur fideiussorē si soluendo non sit, esse addicendū creditori.

12 His congruit, quòd statuto fieri potest, vt quis obligetur pro alio vsque ad pœnam infamiæ, etiam si de ea re nullum pactum initum sit, ita docet *Alex in l. sape numero. ff. de re iud. Feli. in additionibus ad Abbatem super decretalibus, col. fin. Salic. in rubr. C. res inter alios act.* Cum obligatio vnius pro altero extendatur, vsq; ad id, vt censeatur obligatus subire pœnam quæ infamiam irrogat: etiam si infamia æquiparetur morti, iuxta *glossam in l. iuxta C. de manum vindict.* videtur fideiussorem cogendum esse subire dispositionem huius legis, cum debitor sit, & in omnem causam videatur obligatus.

13 Sed his nō obstantibus fideiussor qui soluendo non est addicendus creditori pro

causa fideiussionis, si fideiussio pronenit ex lege. vt in casu *l. 2. ff. ad municip. & similibus*: & hoc casu deficit ex prudenti, & æquissima causa decretum huius legis. De hac re est textus expressus *in l. 134. inter leges quas vocant Stili.* verba eius hæc sunt: *Es a saber, que el fiador no sera dado por preso por la deuda que hizo, maguer los sus bienes no cumplan a pagar el deudo, saluo si no obligo su persona y bienes.* Ille autem qui fideiussor censetur ex dispositione legis non obligauit personam suam, & bona: ergo non addicendus: ita enim significat lex à contrario sensu. Videtur hæc lex prodita ad declarationem *legis Fori. 2. titulo de los gouiernos, lib. 3.* vbi præcipitur, vt debitor inops seruiat creditori. Leges enim contentæ in libro quē vocamus *Stili*, plerumq; declarant leges Fori Regij, continentur enim in libro qui talem habet inscriptionem. *Leyes del estilo, y declaracion de las leyes del Fuero.* Nota ergo illa verba. *El fiador no serà dado por preso, maguer los sus bienes no cumplan a pagar el deudo.* Illa verba, *No sera dado por preso*, Significant non esse creditori addicendum, vt manifestè ex vi, & energia verborum probatur, & ex quadam lege quæ continetur in volumine Ordinationum Regis Ferdinandi, qui Hispalim Sarracenis ademit: in eo enim volumine est *l. incipiens Si el ome*, quæ inter alia hæc verba continet. *Maguer que se vaya con furto grande, y aunque abra la puerta, no le mataran por ello, ni le tajaran la mano, ni las orejas, mas darse lo han por preso por sieruo, y siruase del, hasta que sea quito lo quel leuo furtado, e despues entreguelo al que ouiere de hauer las setenas.* Vides hanc legem appellare *Preso*, debitorem qui addicitur creditori, nam etiam debitor ex delicto addicitur creditori, vt dico infra *cap. 11.* Quinimo ipsa *l. 134. Stili*, continetur in eo volumine constitutionum Regis Ferdinandi *d. l. incipiente, Es a saber.* Rursus quòd in ea lege, verbum *Preso*, significet addictum: probatur ex lege Gotthica contenta in libro vulgo dicto *Fuero juzgo*, quæ sic inquit. *Si mugeres ouerien de estar presas por debda, si el debdor se quisiere assegurar, o fiar en la muger que algo le deuiere, por esta razon, echele su señal, e ande la villa por su presa.*

Rursus hoc probatur expressius *in l. 2. tit. 21. part. 1.* cuius verba sunt: *Por el deudo que deuiesse n n deue seruir, nin ser preso de ninguno.* Hæc lex refert Iuris ciuilis dispositionem, qua inops debitor non est addicendus creditori, idque exprimit per illa verba *Ni ser preso de ninguno.* Addictus enim dicebatur, *Preso del acreedor.* Idem probatur *in l. 12. titulo De las deudas, lib. 4. Fori, ibi: Sean entregados del cuerpo. Et in l. fin. eod. tit. ibi. E si los bienes no cumplieren, sea apoderado del cuerpo.* Sic ille qui detinetur à creditore in seruitium quia redemit illum ab hostibus (quod de Iure Ciuili licet) vt dixi *cap. 1. n. 65.* dicitur detineri in iugo seruitutis, *vt in l. præses, ibi: Ne vlterius in seruitutis iugo detinearis. C. de capti. & postlim. reuer.*

14 Deinde quod verba illa legis Stili: *No sera dado por preso*, significent non esse addicendum creditori: probatur efficacissimè ex ipsis verbis legis, quæ iterum repetere libet. Inquit lex: *Es a saber, que el fiador no serà dado por preso por la deuda que hizo, maguer los sus bienes no cumplan a pagar el debdo.* Nota hæc vltima verba. *Maguer los sus bienes no cumplan. a pagar el debdo.* Si enim bona non sufficiunt soluendo debito, fideiussor rectè capi poterit, & in carcerem pertrahi, vt dixi supra. Itaque illa verba: *No sera dado por preso, maguer los sus bienes no cumplan a pagar el debdo*, non significant, vt non possit deduci in carcerem: si enim debet, & nō est soluendo, de iure pertrahi potest in carcerem, vt probaui. Si ergo non significant fideiussorem non posse pertrahi in carcerem, quid significant nisi posse dari in captiuitatem creditori?

Rursus nota illa verba. *No sera dado por preso*, non enim inquit lex, *no serà preso*, sed *no serà dado por preso*. Quis potest dare *Por preso*, nisi iudex: ergo iubet ne iudex addicat fideiussorem creditori. Ideo enim lex nostra addictum appellat *Preso*, quoniam videtur dari in captiuitatem *l. 2. ff. de libe. homi. exhib.*

Præterea vis verborum hoc satis significat. Aliud enim est, *No ser preso*, aliud, *No ser dado por preso*. Qui enim in carcerem deducitur non dicitur *Ser dado por preso*, sed qui iudicis decreto datur in seruitium creditori.

Sed vt cerebrosis satisfaciamus: Quid volunt vt significent illa verba, *No ser dado por preso*? respondebunt, ne deducatur in carcerem. Sed hoc prorsus falsum; quis enim vnquam docuit fideiussorem bonis carentē non posse pertrahi in carcerem? Sed fingamus id significare? adhuc nostra sententia asseritur: ille enim qui non potest ob debitum deduci in carcerem, non est addicendus creditori, vt docui *cap. 3. num. 2. Et docet Rodericus in l. 2. titulo de los gouiernos.* Quin imò neque tenetur eam bonorum cessionem subire, quam præscribunt iura ciuilia, licet facilis sit minimèq; onerosa: si ad addictionem conferatur ita docet *Bald. in l. C. de cessi. bon. Socin. in regula. 46. fallen. 12.* cum aliis citatis à me in dictis locis.

Sed quia contrariam sententiam scilicet quod fideiussor qui obligauit personam, sit addicendus creditori, videtur expressè probare ipsa lex *Stili. 134.* supra allegata, quæ in fine dicit: *Saluo si no obligere su persona, y bienes*; Visum est aliqua proponere nihil affirmans, sed iudicium relinquens lectori quoniam hæc opinio, vt fideiussor inops nō addicatur creditori ex causa fideiussionis

est

est æquissima; ergo eam robore rationum & argumentorum communicamus. Nam lex Stili non habet vim nisi quatenus est consuetudine approbata. Primò Salomon monés, ne quis inconsultè fideiubeat, proponensque damna quæ ex fideiussione imminent, nunquam retulit, fideiussorem in seruitium dandum creditori, licet id apud Hebræos ob non solutum creditum in vsu esset tantum, inquit Prouerbiorum c. 27. *Noli esse cum his qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro alieen debitis*. Et Tigurina editio hic sic habet. *Ne sis inter eos, qui stipulata manu fideiubent, & pro debito obstringunt. Cur enim committeres vt si soluendo non esses, lectus sub te auferretur?* Hæc tantum pericula denuutiat Salomon, non addictionem. Deinde lex Stili loquitur de fideiussore, qui obligauit personam suam, & bona, vt possit addici. Ergo non practicabitur in fideiussore qui non obligauit personam suam & bona: sed est fideiussor ex lege de quo genere fideiussorum loquitur. *l. 2. ff. ad municipa.* nisi ex delicto, lex reputet eum fideiussorem, vt dico *infra num.* 20. Deinde de iure fideiussor nunquam videtur se obligare ad pœnam corporalem, neque illam subire cogitur, imò de ea re pactum expressè factum non valeret; neque enim admittitur fideiussor pro eo qui pati debet pœnam corporalem. *glos. celebris in c. cum homo. 23. quæst. 5. Baldus in l. 1. col. 2. num. 3. C. ne filius pro patre. & in l. ac commentariensem, col. fin. & ibi Sali. C. de custo. reo. Alexand. in l. sæpe. nu. 9. ff. de re iudic. Felin. in c. contingit 1. de senten. ex commu. & in c. pastoralis §. quia vero num. 15. de offic. de leg. & in c. cum venisset, n. 4. de testi. & in c. coguoscentes, col. 2. de consti. & in c. legebatur col. 2. de maior. & obed. Ias. in l. de quibus nu. 57. ff. de legib. in l. 1. num. 6. ff. de in litem iuran. & in l. non impossibile. num. 2. ff. de pact. Hyppol. in rep. Rub. de fideiussor. num. 206. Et in practica criminali vers. quoad aliam particulam pag. 5. Franciscus Marcus decisio. 383. num. 3. Roma. sing. 129. incip. tu scis. & probatur Iure regio in l. 16. tit. 1. par. 7. & in l. 10. tit. 29. par. 7. & in l. 3. tit. 8. lib. 2. Fori.* vbi dicitur quod fideiussor non patietur pœnam corporalem imponendam ei, pro quo fideiussit; vt latè per omnes Doctores in locis supra citatis, & per *Cassan in consuetudinibus Burgun. Rub. 1. §. 5. nu. 169. Facit l. 5. tit. 11. lib. 1. Fori.*

15 Cum autem addici creditori habeatur pro pœna corporali, vt latè probaui *c. 2. num.* 34 nam sola cessio peobrosa (licet præstet liberationem debitori) habetur pro pœna corporali, & creditor ad cuius petitionem, probrosam cessionem debitor subijt, non potest amplius conuenire debitorem; licet ad pinguiorem perueniat fortunam, vt dico *c. 2. n.* 27. Cũ igitur addici creditori torque ferreo indutũ habeatur pro pena corporali, planè sequitur fideiussorẽ nõ debere illã subire,

16 His congruit quòd de iure non valet statutum, quo infamia irrogatur illi qui pro alio se obligat, autore *Sali. in rub. C. ne filius pro patre. Ias. in l. de quibus num. 57. ff. de legi.* Et cum per statutum hoc fieri non possit, nõ poterit fieri per pactum iuxta *glossam in rubrica. C. de decretis decurio. Ias. in l. de quibus num. 57. ff. de legi. & in §. quadam col. 6. & §. actiones autem de peculio num. 38. Instit. de actio. & in l. non solum. §. morte num. 38. ff. de noui oper. nuntia. Felin. in c. 2. & ibi Decius num. 4. de consti.* cum alijs congestis *c. 2. n. 5.* Ergo fideiussio pro alio non extendenda ad hoc, vt pro eo subeat infamiam. Addici autem creditori torque ferreo, deforme, & infame est, & ignominiosum, & infamiam irrogat; nam cessio bonorum qui ignominiosè fit, irrogat infamiam, autore *Cin. & Paul. in l. nullus, C. quib. ex causis infam. irrog. Zasi. in l. 1. ff. de cessio. bono:* addici autem cum torque ferreo, ignominiosum est, & magis infame & miserabile, quam cessio ignominiosa. Nam cessio ignominiosa saltem præstat liberationem. at addictio, præter ignominiam, irrogat necessitatem seruiendi.

17 His suffragatur argumentum Achilleum, quod apud bonos viros hanc sententiam prorsus euincet. Nam fideiussor nunquam videtur obligatus ad incogitata, vti docent *Bart. Paul. Ang. & Imola in l. si in pignore ff. de fideiuss.* Ego autem haud facile credam fideiussorem pro alio se obligantem cogitare se torque illigatum ferreo, omnibus fortunis exutum in seruitutem quandam miserrimam tradendum creditori; imò si id somniaret, à fideiubendo longissimè abesset. Ergo cum de hac re verisimiliter non cogitarit (quis enim pro alieno negotio vult, & bonis, & honore, & libertate ignominiosè priuari?) obligatio ad hæc non extenditur, & cum obligatio ad hæc non extendatur, ab addictione, & seruiendi necessitate liber est.

18 Adiuuat hanc opinionem iuris regula, qua cauetur fideiussorem nunquam videri obligatum in pœnam quæ imponitur ratione contumaciæ rei, ex qua augetur condemnatio ita docet *glos. & Bart. in l. quæro ff. loca. Ias. qui rem latè tractat in l. 1. per tex. ibi ff. de in litem iuran. & ibi Bar. Paul. Fulgo. & alexan. post. Atbe. Boer. decis. 314. col. 2. Angel. Aretin. in tractatu maleficiorum in glossa: Pro quibus Antonius fideiussor. Plates & Ias. num. 9. in §. quadrupli. insti. de actio.* nisi secundum eũ fideiussio fuisset plena in omnem casum. Debitori autem qui addicitur creditori pœna imponitur: quorsum enim attinet hominem liberum portare torquem ferreum, quem ne creditor quidem ipse auferre ab eo potest nisi velit amittere creditum, *vt in pragmatica. 79.* nisi vt puniatur socordia debitoris qui facultates suas amisit; quod flagitiosum reputatur, vt *docui c. 2. num. 44. & 45.*

19 Et quod fideiussor non censeatur cogitasse,

tasse,

tasse, neque se obligasse ad seruiendum; probat textus vulgatus, & ad hanc speciem insignis *in l. obligatione generali. ff. de pignor.* *Inquit lex. Obligatione generali, ea non continebuntur, quæ verisimile est quemquam specialiter obligaturum non fuisse, vt puta suppellex, & vestis relinquenda est debitori, & ex mancipijs qua in eo vsu habebat, vt certum sit eum pignori daturum non fuisse.* Ecce lex prudentissimè, & ciuiliter interpretatur obligationem omnium bonorum: ita etiam nos eodem exemplo, & ex eadem verisimilitudine interpretemur generalem obligationem personalem qua quis se pro alieno negotio fideiubendo abstringit; vt non censeatur se obligasse ad seruiendum creditori, neque ad subeundum decretum huius legis. Deinde pœnam huius legis non meretur, qui tantum tenetur ex eo quod ex lege pro amico videtur fideiussisse absque eo quod aliquid ad illum perueniat. Hanc opinionem probo tanquam æquiorem, grauiorem, & veriorem de iure; & hic vnus est casus in quo debitor inops eximendus est è carcere facta bonorum cessione, quam ius ciuile præscribit scilicet dicendo, *Cedo bonis*, non autem est addicendus creditori, neque oportet vt ab eo suppliciter inducias petat. Non obstant ex aduerso prolata. Non obstat quod retuli *ex Salomone prouerb. 6.* nam incidere in manus proximi dicitur qui ei est obligatus, nam illius benignitate eget, ne rigida seueritate exigat creditum. Non obstat quod fideiussor debitor est, & quod potest fieri aduersus eum executio, & quod ex ea deduceretur in carcerem. Fateor hæc omnia vera esse, *sed* tamen non addicetur creditori fideiussor ex lege si soluendo non sit; quoniam non videtur ad id se obligasse: imò soluendus est è carcere, cedendo bonis iuxta formam Iuris Ciuilis. Non obstat quod fideiussor videtur se obligare in omnem causam quæ ratione debiti principalis prouenit; præsertim si prouenit ex natura contractus. Respondeo quod videtur se obligare ad omnem causam scilicet cogitatam, non autem ad incogitata, & non est verisimile cogitasse se ferreo torque omnibus fortunis exutum, & honore spoliatum ignominiosè tradendum creditori: præsertim quod loquor de fideiussore ex lege.

20 Sed limitanda hæc opinio est, quando quis ideò censetur fideiussor quòd debitorem qui in carcerem ducebatur vi eximit è manibus apparitorum: hic enim addicetur, quoniam debet ex delicto, & delictum pœnam meretur. Sed censetur obligatus ex impudenti maleficio quod rigidam castigationem meretur, & tenetur ac si fideiussisset pro debitore quem è manibus apparitoris exemit. *l. quoties C. de exact. tribu. lib. 10.* & ibi notant Doctores, scribit *Bald. in l. addictos. C. de Episcop. audi. Aug. Aret. in §. pænales. Instit. de actio. DD. in l. 1. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi eximat. Hipp. sing. 137. in iure. Bart. Ang. Bal. & Paul. in l. sed eximendi per illum textum cum lege sequenti. ff. ne quis eum qui in ius voca.*

21 Quinimò ille qui monuit debitorem, vt fugeret quoniam creditor machinabatur eū capere, & in carcerem per iudicem perducere, tenetur soluere creditori debitum si debitor fugit, & creditor suum debitū perdidit. ita docent *Rayn. & Salic. in l. fin. per illum textum C. de oper. liber. & per l. quoties C. de exact. tribu. lib. 10. Ias. in l. hoc adictum. §. quod petor. num. 7. ff. ne quis eum qui in ius vocatus est. Et licet Bal.* teneat contrarium *in d. l. fi.* hanc opinionem probat *Ancha. cons. 341. Viso themate. in fine. Bald. in c. dilectus coll 4. de appell. & ibi Cardi. Alex. Anania consi. 55. & Hyppol. singul. 137. & in rep. rub. ff. de fideiuss. col. 7. in prin. Gomez Arias in l. 64. Taur. num. 10. Barba. consil. 75. col. 3. & 4. lib. 5.* Et quando occultans debitorem meum teneatur debito: vide *Caccia lup. in tracta. de debitore suspect. & fugitiuo. q. 10. n. 1.* Ergo qui censetur fideiussor quia eximit debitorem è manibus Apparitoris, addicetur creditori, hic enim pœnam propter violentiā meretur. Et licet qui non habet bona debeat luere corpore, si debeat ex delicto statutum est iure Regio, vt si negotium contineat rei restitutionem, teneatur seruiendo satisfacere ei cui res debetur, vt dico infra.

22 Deinde limitanda hæc opinio in eo fideiussore, ad quem pecunia pro qua fideiussit peruenit: tunc enim, cum non teneatur ex spontanea, & liberali obligatione, sed ex obligatione extorta pecunia: æquissimum est vt omni iure cogatur ad crediti satisfactionem.

23 Moueor, quoniam fideiussor ad quem pecuniam peruenit, est peioris conditionis quā fideiussor ad quem pecunia non peruenit argumento *gloss. in l. vnde quæritur ff. comm. od.* & eius quod notant *Auge. Aretin. in §. plures instit. de fideius. Bart. in l. 2. §. vbi duo ff. de duobus reis & in l. duos reos ff. eod. tit. & in Authen. hoc ita. versi. 7. quaro. C. de duo. reis.* Scilicet quod fideiussor ad quem pecunia peruenit, est excutiendus ante alios fideiussores, veluti reus principalis. notat *Guiliel. mus Cunens in l. sed Iulianus. §. idem ait si duos ff. ad Maced. per illum textum cum glossa in Authent. de fideiussor. §. 1. col. 1. Bart. in l. in duobus, §. vbi duo rei num. 15. ff. de fideiuss. Florian. in l. nullus per glossam ibi. ff. de testib. Hyppolit. in rep. rubr. de fideiussoribus num. 65. & 371; Ias. in l. huiusmodi. num. 2. ff. de leg. 1. Lupus in repe, c. per vestras in 5. notabili: num. 10. col. 6. versi. Per qua. Boer decisione. 255. num. 5. Rom. consil. 113. num. 1. Anania consi. 38. num. 7. Hippolyt. sing. 2. Paul. in l. vnde quæritur. ff. de peculio.* Hæc opinio est æquissima: hic enim non conuenitur solum quia fideiussit, sed quia pecunia ad eius manus peruenit, quo casu æquitas

tas dictat, vt non minus rigidè ab eo exigatur quam ab eo principali.

24 Idem dicendum in eo qui accepto pretio fideiussit; ex rationibus supra dictis: cessat enim iniquitas quod addicitur qui liberalitate animi se obligauit pro alieno negotio, hic enim suum egit negotium cum se obligauit accepta pecunia, & res principalis debitoris ad eum peruenit. Quare non est iniquum hunc ad viuum excuti, non enim hic meretur misericordiam, qua fideiussor qui pro alieno negotio gratis fideiubet dignus est. Receptum est enim, vt liceat reo fideiussori dare pecuniam, vt pro eo fideiubeat, *vt in l. hoc iure §. Labeo. ff. de donat. l. si remunerandi §. Maurus Paulus ff. mand. Bart. & Paul. in d. §. Labeo. Angelus Clauasius, in sua summa verbo Fideiussor, ad finem. Laurentius Rodulphus, in tractatu de vsuris, par. 3 quaest. 3.* qui tamen dicit: tutius esse à lucro pro fideiussione abstinere, cum quo transit *Diuus Antoninus in summa Theolo. par. 2. tit. 1. cap. 7. §. 45. Lup. in c. per vestras 6. notabili §. 9. num. 10. Decius cons. 7. n. 1. Conradus de contractibus quaest. 40. conclus. 4. Medina de contractibus cap. de vsura restituenda columu. 8.* & est communis opinio teste *Couarru. Variar. resolu. lib. 3. cap. 2. numer. 6.*

25 Sed si sit periculum in fideiussione tunc pro indemnitate licitum fideiussori pacisci, aut stipulari mercedem, quia tunc non accipitur pro fideiussione, sed ratione periculi: sentit: *Couarr. in d. l. versi sic & ipse.* Monetur, quoniam cum creditor gratis mutuans pecuniam suam, & ea ex mutuo carens; nihil possit pro mutuo exigere; multò minus poterit fideiussor, qui nihil dat, nihilq; praestat praeter consensum quo se obligat. Qua ratione *Couarru.* cõmunem opinionem non admittit, quando debitor pro quo fideiubetur talis est, vt nihil immineat periculi fideiussori. Nam cum creditor pro officio mutui, nihil possit exigere à creditore: multò minus poterit fideiussor pro officio fideiussionis, imò multo minus, quia minus officij impendit quam qui rem propriam mutuo dat. Equidem dicta opinio ad Christianam aequitatem maxime accedit; tamen commerciorum frequentiam intercedit, & interrumpit. Deinde responsum quod reddi potest *ad l. hoc iure §. Labeo ff. de dona.* nõ euacuat eius vim. Nam licet lex dicat, quod non est donatio merces quae datur, quia pro te satisdedi: non ideò lex videtur approbare mercedem quae datur pro satisdatione. Certè hoc responsum mihi non placet Iure Consultus enim volens docere non esse donationem quod ob causam datur, non est verisimile quod posuerit exemplum causae turpis, & illicitae, & caetera exempla quae ibi ponit sunt honestissima (puta) do mercedem, quia mihi adfuisti, vel quia re tua, vel gratia tua, vel opera tua vsus sum, vel quia pro me satisdedisti. Itaque dare pretium quia pro me satisdedisti, à Iure consulto ponitur inter causas honestas. Praeterea illud argumentum, quod potest formari si creditor nihil potest exigere vltra sortem, etiamsi suam pecuniam dat: ergo neque fideiussor qui nil dat, eludi potest hac ratione: quoniam minus incommodum est amittere quod habeas, quam soluere quod non habeas (hoc est) minus incommodum est creditori non solui sibi suam pecuniam quàm fideiussori soluere quod fortasse non habet, vel tempore solutionis non habebit. Quoniam tamen dicta doctrina sincerior videtur, inspecto Iure Pontificio quo lucra iniqua cohibentur. Illud addere visum est, quòd cõmuni opinioni prorsus stabo quando debitor eius naturae est, vt fideiussor se periculo exponat, nam ratione periculi cui quis se exponit, admittitur lucrum, quod alias improbatur, vt in nautico foenore videmus quod à bonis viris non improbatur, *vt in l. in naue Saupheli. ff. locati. nos. Lup. post alios in rep. c. per vestras 6. notabili §. 9. num. 12. Butrig. in l. 1. C. de nauti. foenore, Couarr. d. lib. 3. cap. 2. num. 5. Bal. in l. 1. column. 4. C. de summa Trin. sanctus Thomas in tractatu de vsuris quaest. 9. Caietanus in summa verbo, Vsura exterior, versic. duodecimus casus.*

26 Deinde communi opinioni stabo, quando etiamsi fideiussor se non exposuit periculo tempore quo fideiussit quia debitor idoneus erat, re vera periculum patitur inspecto tempore quod postea est subsecutum quo debitor peioris conditionis factus est. Tunc enim ad euitandem damnum, potius quam ad capiendum lucrum admittendus est ad pecuniam quam debitor ei promisit argumento eius, quod diximus *supra numer. 16.* Quod confirmatur quoniam, vel eo nomine hoc permittendum fideiussori, vt habeat aliquam rem debitoris quam creditori offerat, ne sibi rem suam auferat quod in iure permissum est.

27 Licitum est enim fideiussori propria auctoritate soluere de bonis debitoris pro quo fideiussit, *vt in l. si procuratorem §. si ignorantes ff. manda. ibi. Ex substantia debitoris soluere, & ibi notat Bart. & in Authent. qua in prouincia C. vbi de crimine agi opor. Angel. in lege, Plautius ff. de procur. Bald. in Authent. si captiui C. de Episc. & cleric. Rodericus in l. 2. titulo De los emplazamientos. §. sed pone quaestionem colum. 9. versic. Et non solum. Lup. in rep. rub. de donat. §. 22. si autem pater, numer. 9. versic. per quem. Felin. c. olim colum. 4. de accusa.* praesertim si fideiussor soluendo non sit, vt notat *Bal. in d. Authent. si captiui, & caeteri, vbi proxime.*

28 Praeterea sequar communem opinionem quando debitor pro quo fideiussi magnam quantitatem lucratur ex contractu pro quo fideiussi: hoc enim casu non est aduersus aequitatem, vt mihi fideiussori salua maneat pecunia data pro fideiussione.

Moueor

29 Moueor ex eo quod licet non sit licitum pecuniam accipere pro mutuo, tamen si debitor cui pecuniam mutuo do, magnam quantitatem lucratur cum mea pecunia; dicit quod rata manet stipulatio qua caui, vt mihi aliquid supra sortem redderetur, quoniam ego beneficium contulli in debitorem mutuando pecuniam absque qua lucrum illud non parasset, & debitor absque damno suo reponit acceptum benefirium, ex lucro quod acquisiuit.

Sequar rursus communem opinionem quando licet debitor idoneus sit; negotium pro quo fideiubeo tale est, vt euentus sit incertus, & periculosus, ita vt debitor licet idoneus sit, ad soluendum per duos annos: non possit soluere per annos decem si res ex animi sententia non suceedat. Moueor quoniam fideiussor ratione dubij euentus qui adest ex natura rei meretur, & licitè accipit pretium, vt supra cum Couarr. dixi.

30 Sed objiciet quispiam, semper est periculum: quoniam res humanæ sursum deorsumque voluuntur: instabiles sunt, & caducæ, & si nunc non est periculum; quoniam debitor idoneus est: tempore forsan fiet inidoneus, vel fortunarum iacturam patietur, & etiamsi eam non patiatur sufficit periculum, quod omnibus humanis rebus imminet. Sed responde quod ad eá quæ frequentius accidunt iura adaptantur, neque tristis euentus est expectandus nisi debitor se objiciat rei ex natura sua periculosæ: putà si cōducat portoria, nam huius redditus fœlicitas, ex incertissimo euentu pendet, & infœlicitas, vel fœlicitas, quia proxima, & verisimilis iure optimo consideratur. At nō debemus considerare domum ruituram pecuniam à furibus surripiendam, pecora à latronibus enecanda, & similes casus à quibus mortalium vllus cū non sit tutus; nemò dicetur idoneus, nisi ad probabilem humanarū rerum speciem respiciamus. Illud tamen longo indice notandum quod in casibus in quibus dixi fideiussorem esse addicendum creditori quæ aliquibus videtur regula generaliter admittenda: intelligitur nisi quantitas cuius ratione petitur addici debeatur à principali: non ratione contractus pro quo fideiussum est: sed ratione alicuius contumaciæ commissæ à debitore, circa illud negotium, non enim obligatio fideiussoris ad id extenditur, neque pro eo censetur obligatus *l. fin. ff. de fideiusso. l. fideiussores magistratuum in principio. ff. de fideiussor.* & ibi notant *Bart. Paulus, Angel. & Imola. Alex. consil. 34. col. 1. lib. 2. facit textus in l. libertus ad finem ff. de municip.* notant *Bart. Paul. Angel. Fulgos. Alexand. & Ias. in l. 1. ff. de in litem iurando.*

31 Item limita in fideiussore de iudicio sisti, nam si reum sistat non tenetur soluere iudicatum, neque fideiussio vim habet post sententiam *l. Gracè §. & post litem ff. de fideiuss. & ibi notant Bart. Paul. Ang. & Imola. idem Bart. Paul. Alexand. & Iason. in l. rem in iudicium ff. de in litem iuran. textus in l. 1. in prin. ff. si ex noxa caus. aga. iuncta glossa parua in verbo Iudicium, Bart. in l. in fin. C. de fideiuss. gloss. Angel. & DD. in l. 2. §. in fideiussorem ff. de satisda. Cogan. Bald. in l. qui crimen in. 3. quæstione C. qui accusa. non poss. & in additionibus ad Specul. tit. de reo in princ. Roderic. 1. l. 2. titulo De los emplazamientos §. sed pone versic. considera vlterius.* Si tamen non sistat reum in iudicio, tenetur ad interesse: & an illud cogatur soluere executiuè, vide *Bart. in l. 1. ff. de iudi. solui.* textū *in l. 2. §. in fideiussorem. ff. qui satisda. coga. & ibi Angel. Fulg. Paul. & Alexand. Roderic. d. d. §. pone,* & an teneatur soluere totum quòd actor in libello petit, an vero, quod re vera debetur certè non sufficit quod actor dicat tantum petij, sed solum tenebitur fideiussor ad id quod re vera debetur. *l. 2. §. in fideiussorem. ff. qui satisda. cogan. & ibi gloss. Bart. & Angel. Roder. in l. 2. titulo De los emplazamientos §. nunc opportune in fin. versic. quæro vlterius.* Sed est quæstio elegantissima quid si fideiussi pro aliquo qui soluendo non est, & creditores petunt, vt ego qui diues sum soluam: At ego ea exceptione me tueor. quòd debitor est prius excutiendus (excussionem autem voco, non eam solum quæ fit in facultatibus, verum etiam eam quæ fit in persona debitoris) contendoque debitorem prius esse tradendum creditori, & quòd si operis non persoluar quia moriatur, vel fugiat tunc dicetur verè facta excussio, & ego conueniri potero. Supponendum autem quòd vt est manifesti iuris fideiussor non potest conueniri, nisi excusso, vel absente reo principali *vt in Auth. præsente C. de fideiusso. Authen. hoc si debitor. C. de pigno. Regia l. 9. tit. 12. part. 5.* nisi in casibus quos excipit, & congerit *Socin. regula 134. decisio. Tolosana 130. & Petrus Duenas,* qui rem satis diligēter & copiosè exequitur *in regula 335.* Neq; obstat quod Iure Regio videtur fideiussorem conueniri posse non excusso principali, vt *in l. 3. tit. 18. lib. 3. Fori, notat Rodericus in l. 2. titulo De los emplazamientos. §. quæritur vlterius, col. fin. Lupus in cap. per vestras. §. 18. incip. ex quibus omnibus num. 10.* Nam illa lex Fori apud nos scilicet in hac vrbe, & Senatu Granatensi in vsu non est, & non habet vim vllam nisi apud eos, apud quos seruatur, si quisorte sunt.

32 Nam leges fori non habent vim legum, nisi quatenus sunt moribus receptæ, vt in *l. 1. Tauri. scribit Roder. in prohemio Fori.* Et ita dictam legem fori non seruandam, nisi apud eos, apud quos moribus est approbata: notat *Petrus Duennas. d. regula 335. limita. 18.*

His ita definitis, videtur fideiussorem rectè excipere, & quod priùs debitor principalis est addicendus creditori, & operis

sol-

soluere, quam ad fideiussorem perueniatur.

33 Moueor, quoniam ex dispositione huius legis, satisfactio debiti non solum facienda est ex bonis eorum, versi etiam ex operis, & seruitio personali: ex quo sequitur, quòd eū debitor principalis operis suis satisfacere possit, & debeat: quod fideiussor qui est obligatus, in subsidium non possit conueniri, cum principalis soluere possit.

34 Rursus moneor, quoniam debitor addictus creditori, videtur esse apud eum loco pignoris, vt expressè probatur *in l. ab hostibus. C. de capti. & postlimi. reuer. ibi Ab hostibus redempti, quoad exsoluatur pretium: magis in causa pignoris constituti, quam in seruilem conditionem detrusi, videntur.* Notat *Roder. in l. 2. titulo De los goviernos. col. 5. versic. & notabis* De iure autem, si creditor habeat pignus, non potest conuenire fideiussorem, quousque videatur an pignus satisfactioni sufficiat: ita docet *Cardinal. in c. peruenit, de fideiuss.* Ex generali dispositione *Authen. præsenti C. de fideius.* qua cauetur non posse conueniri fideiussorem, nisi excussis bonis principalis. Pignus autem creditori tantum in bonis debitoris computatur, & debitoris est. Ergo excussio prius in eo facienda est: & si non inueniatur emptor, est creditori adiudicandum *arg. l. fi. de iur. dom. impe.* ita docet post Cardinalem *Ioannes Imola in d. c. peruenit,* dicens hanc opinionem veriorem esse & sequitur *Vitalis Camba nus in tractatu clausularum. clausula fi. num. 2. Barba in d. c. peruenit num. 9. Petrus Duennas regula 335. n. 5.* Cum ergo creditor habens debitorem in sua potestate, dicatur habere pignus, certè non potest conuenire fideiussorem, sed pignus prius excuti debet. Praeterea non posse conueniri fideiussorem, donec operæ debitoris excutiantur: probatur, quoniam fideiussor offerens operas debitoris videtur absoluēdus: offerens enim operas videtur offerre pecuniam.

35 Nam opera est loco pecuniæ; imo aliquādo plus confert quam pecunia *l. si non fuerint l. societatem. §. si in coeunda. ff. pro soc. notat Alex. cons. 99. num. 5. lib. 2. & dixi latè, in tractatu de decima tutori Hispanico iure præstanda. c. 2. num. 16. ver. sed redeundo.* Et licet operæ sint debitoris, permissum est fideiussori soluere de bonis debitoris. *l. si procuratorem. §. si ignorantes ff. manda.* & dixi supra hoc ipso capite, versiculo deinde communi.

36 Deinde quod fideiussor non possit conueniri, donec fiat excussio in operis debitoris; & videatur an ex eis creditori satisfaciat, probatur: quoniam fideiussor qui non renuntiauit *Auth. præsente. C. de fideiuss.* non potest conueniri, donec debitor principalis fit excussus, non solum in re, verum etiam in personā, & antequam persona excutiatur, non dicitur perfectè facta excussio in persona debitoris: ita docuit *Aymon. in consuetud. Aluerniæ titulo de executione, articulo 59. n. 3. versi. & circa illud,* de cuius opininione memini *cap. 1. num. 26. ver. neque solum, & declaro infra nu. seq.* Contraria tamen sententia verior est: imò verò, vbi primum ex facultatibus debitoris non potest satisfieri creditori, fideiussor conueniri potest. Moueor, quoniam excussio non est facienda in persona debitoris, sed tantum in bonis excussis, legitimè dicitur excussio facta. ita docent *Fulg. & Paul. in l. si ego ff. si cer. peta. Alex. ibi expressè num. 8. versi. & quod bene verum est. Ias. ibi num. 11. Alexand. in l. decem num. 9. col. 2. & num. 14. ff. de verbo. obliga. Et est text. in. l. 1. C. de decurio. lib. 10. ibi. Sed nō ante, nisi tuis proprijs rebus excussis:* nota illa verba *rebus excussis,* notat *Iacob. in tractatu de cessione bonorum.* Licèt hoc respondere quispiam possit esse verum de Iure Ciuili, quo debitor ad seruitium, vel operas non cogebatur.

37 Rursus hæc opinio probatur efficaci ratione: quoniam debitor traditus creditori, statim soluisse dicitur, sed paulatim lapsu temporis soluit, & demum transacto omni tempore, à iudice præfixo, solutio facta videtur ex operarum temporali præstatione. Cum ergo debitor addictus creditori, non statim dicatur soluisse, nisi demum præstitis operis per tempus à iudice præfixum: certè fideiussor conueniri potest, non obstante ea exceptione, quod debitor seruiendo satisfaciet, non enim soluisse dicitur, vbi primum incipit seruire, sed quousque transit omne tempus; nec operæ in futurum præstandæ in bonis suis sunt; quousque eas præstiterit.

38 His accedit, quod eruditi prudenter tradunt, debitorem dici non esse soluendō, quādo exactio difficilis est: ita notant *Ias. & Alexand. post. Paul. in l. fi. ff. si cer. peta. & in l. decem. ff. de verbor. obliga. Ias. & Gomezius in §. item si quis in fraudem, instit. de actio.* Ille autem qui soluere non potest, nisi ex operis, non solum dicetur difficilis in exigendo, verum etiam dicetur impossibile esse, vt ab eo statim exigatur; cum enim pro debito iubeatur seruire per certum temporis spatium, & seruitium habeatur pro solutione; certè non potest vno momento seruire per totum illud spatium, non enim duo anni vno die transire possunt: repugnat enim natura.

39 Confirmatur hæc ratio, ex mirabili doctrina *Baldi, in c. contingit. col. 6. de dolo, & contum.* vbi docet, quod captura principalis non liberat fideiussorem: nam licèt sit deuentum ad capturam, non ideo est satisfactum, ideò vterque capi potest. cuius doctrinam sequitur *Hippol. singulari 398. incip. dixi tibi, allegan. l. hæres à debitore §. quod si seruus. ff. de fideiusso. & ibi Bar.* Quamuis ergo principalis sit in potestate creditoris, vel possit esse; quia non est soluendo;

Qq non

non ideo minus fideiussor conueniri poterit quoniam esse in potestate creditoris non est solutisse.

40 His congruit, quod fideiussor etiam non excusso principali conueniri potest, quando notorium est principalem non esse soluendo, ita docuit Bart. in l. fi. prope finem. ff. si cer. peta. glos. fi. in l. decem ff. de verb. obliga. & in d. l. fin. verbo Sed si cum Seio. Ang. in l. nisi ff. de pact. Alex. & Ias. n. 11. in d. l. §. Claudi, ibi nu. 4. Felin. in cap. cum olim n. 1 t. de re iudica. Barba in c. peruenit. nu. 5. de fideiusso. Ias. in §. item si quis in fraude. nu. 69. Insti. de actio. Corneus cons. 46. num. 13. lib. 2. Et dicit esse communem idem Corn. cons. 151. nu. 5. lib. 4. Hippol. in Rub. de fideiussor. num. 10. Gratus consil. 87. num. 23. Notorium autem est, quod cum debitor principalis addicitur creditori, addicitur, quia soluendo non est, & licèt possit soluere operis, non statim dicitur soluisse, sed demum præstitis operis per omne tempus à Iudice prefixum.

41 His aliqualiter suffragatur, quod cedere bonis, non est soluere, imò est remedium, vt non soluens effugiat carcerem, vt in l. 1. C. qui bonis cede poss. notat Ang. in l. nemo carcerem, col. pen. C. de exact. tribu. vbi tradit; quod si dicat statutum, vt contra instrumentum non possit opponi, nisi exceptio solutionis, vel quod debitor non solnatur è carcere, nisi soluat: quod cedere bonis, non est soluere, & sequitur Aretinus in l. maritum. §. eleganter. ff. sol. matri. col. fi. ver. & hanc & ibi. Alex. num. 13. post Ang. ibi; & in his quamqnam verius credo, quod etiam stante dicto statuto debitor liberatur à carcere, cedendo bonis: nam, statutum debet interpretari secundum ins commune l. fi. §. in compulatione. C. de iure delibe. Ius autem commune, ne homines detineantur in carcere iubet solui eos facta cessione, etiam si hoc non habeatur pro solutione, ita Bald. in l. 1. C. qui bon. ced. pos. Quamquam non videtur loqui hoc casu, sed tenet Ancha. in repe. canonum. vers. decurrunt aliqua quæstiones, de constitu. Barba. in c. Odoardus, de solutio. licèt Pau. in d. §. eleganter dicat, quod Florentiæ vidit irrideri doctrinam Baldi. Præterea illud est expeditum, quod nunquā permittendum est, vt debitor moriatur in carcere, etiam si supponeremus posse tolli beneficium cessionis bonorum, ita Ripa, in l. obligatione generali ff. de solut. Non enim valet statutum, per quod tollitur remedium cessionis bonorum, nisi simul detur aliquod remedium ad effugiendum carcerem vt dixi c. 2. num. 25. quare male Rod. sequitur Ang. in l. 2. col. 3. tit. De los gouiernos. lib. 3. Fori, sed vide quæ dixi. c. 2. num. 38. vers. sed non obstat quod inter christianos. Sed ad rem redeundo: addictio debitoris in potestatem creditoris non est solutio. Ideò fideiussor eius qui addicitur creditori non liberatur, sed conueniri potest, sicuti dicimus in fideiussore eius, qui cedit bonis, quod non est liberatus, vt in l. hæres à debitore. §. quod si stipulator. ff. de fideiuss. & ibi notant DD, notat Guido decisione 211. num. 3. text. in §. fin. Institu. de replicatio. Nota tamen signanter & singulariter, quod tunc demum liberabitur si non renunciauerit beneficium cedendarum actionum, quia cum beneficiū cessionis, sit beneficium personale, ex supranotatis, atque ita non debeat personam eius ingredi: cuius contemplatione indultum est, l. quia tale. ff. sol. matrim. l. 1. ff. de constitut. Princip. si tamen fideiussor non renunciauit: prædictum beneficium cedendarum actionū, fideiussoribus competit exceptio ex propria persona, vt resoluit Cynus in l. 1. ff. de pact. quem referens sequitur Bal. in l. quoties. num. 4. C. de precibus Imp. offeren. vbi ita inquit; Secundo modo quæritur, reus impetrauit dilationem iudicij, vel obligationis, fideiussor qui renuntiauit beneficio de fideiussoribus, vult ea vti: quæritur, nunquid possit? præsuppono etiam, quod renunciauit beneficio cedendarum &c. Ex quo patet, quod ad hoc, vt fideiussor nō gaudeat beneficio principali concesso, necessarium est vt renuntiet dictum beneficium cedendarum actionum; quod expressius eandem sententiam tuetur Bal. in l. tam mandatori 12. num. 11, versic. circa primum dic, C. de non numer. pecuni. Marcus Antonius Cuchus in tractatu de moratoria præscriptione, nu. 126. verbo. item secundum, cum sequentibus tomo 17. tractatum noua impressio. fol. 204. nam & si pactum personale fideiussori regulariter non proficiat. l. nisi ff. de pactis. l. & si fideiussor. ff. de re iudi. succedit etiam regula iuris, quod de cessione non potest vti fideiussor. §. fin. instit. de replicatio. ibi. Sanè quædam exceptiones non solent his accommodari. ecce cum debitor si bonis cesserit, & cum eo creditor experiatur, defenditur per exceptionem, si bonis cesserit. sed hæc exceptio fideiussoribus non datur. l. hæres à debitore versic. quod si stipulator ff. de fideiuss. l. 3. tit. 15. par. 5. ibi, E magner los que desampararan lo suyo, se puedan defender contra aquellos à quien deuiessen algo para no responderlos en iuyzio; con todo esso nonse pueden defender sus fiadores por tal razon, que tenudos serian de fazer pagamiento. Proderit tamen cedendarum exceptio. glos. vnica in d. l. nisi ff. de pact. ad fi. ibi Alij dicunt quod renunciauit beneficio cedendarum actionum.

Et hoc priuilegium non porrigeretur ad futuros creditores arg. l. Aurelius. §. testamento versi. Titius Seio. l. fin. §. Caio. ff. de libertat. legata. c. cum capella, & ibi glos. de priuileg. Clem fin. de rescript. & in his terminis resoluunt Guido Pape decis. 109. Rebuff. n. tomo ad leges Regias tractato de liter. dilatorijs artic. 1. glo. 1. num. 18. Cuchus vbi supra num. 101. & fideiussor soluendo dicitur nouus creditor, per actionem mandati, cum

solu-

solutionis tempore mandati consequatur actionem §. *si quid autem Instit. de fideius. l. inter causas §. si is qui l. si mandato meo §. 1. ff. mandati l. 11. tit. 12. par. 5.*

Quanquam responderi potest, quod cessio bonorum introducta Iure ciuili, & facta à debitore, non liberat fideiussorem: quoniam Iure Ciuili debitor facta cessione, non tenetur seruire, neque soluere operis. At Iure Regio debitor addictus cogitur soluere seruiendo, sed huic argumento iam satisfactum est, alijs argumentis supra relatis. Postremò, quod fideiussor possit conueniri, etiamsi principalis debitor addictus sit creditori probatur, quoniam excussio censetur facta, quando debitor principalis bonis cessit, & fideiussor conueniri potest, quoniam iam constat, quod principalis nõ est soluendo. Ita docent *Raph. Comen. in l. decem ff. de verb. oblig. Cm. in Auth. hoc si debitor. C. de pignor. Aufrer. in additione capella Tholosana* 196. *Claudius in d. l. decem. nu.* 10. Et paupertas dicitur probata, vbi primum quis cessit bonis, vt definiunt communiter *Canonistæ in c. Odoardus per illum textum de solut. Iason in l. si constante num.* 148. *ff. solut. matrimon. Paris. consil.* 80. *num.* 48. *lib.* 1. Sed responderi potest, vt supra, quod illud est Iure Ciuili, quo debitor facta cessione non cogitur soluere seruiẽdo, & quod Iure Regio cogitur soluere seruiendo. Sed iam supra huic argumento respondi, quod non statim quod addicitur creditori, videtur soluisse: sed lapso tempore præfinito à iudice, iuxta debiti quantitatem.

42 Vltimo comprobari potest hæc opinio, quoniam debitor habens fideiussorem, non potest addici creditori, habens enim fideiussorem videtur esse soluendo. *lege, si plures §. præterea ff. de fideiussor. & ibi notat. Bart. Paul. & Angel.* quod si est soluendo, non potest addici creditori: nam solum inops qui soluendo non est, addicitur, & satisfacit seruiendo, vt in hac lege, & similibus expresse probatur: non verò debitor qui est soluendo. Quod iterum comprobatur, quoniam debitor habens fideiussorem, non potest duci in carcerem, si fideiussor soluendo sit, ideò iure cauetur debitorem non posse duci in carcerem, nisi excussis bonis, tam suis quàm fideiussoris: quoniam si fideiussor soluendo est, debitor videtur esse soluendo, & debitor non potest duci in carcerem, nisi facta excussione bonorum suorum, & fideiussoris, vt tradit *Alexand. in additione ad Bartol. in l. d Diuo Pio §. in venditione ff. de re iud. Aretin. in l. maritum §. eleganter num. 7. ad finem ff. solut. matrim. Hippol. singul. 3. Rom. consil.* 320. *Ripa in l. obligatione num.* 15. *ff. de pignor. Antonius Petrucius in rep. l. 1. numer.* 197. *ff. de iureiur.* qui omnes dicunt, quod antequam debitor ducatur in carcerem, sunt excutienda bona sua, & bona fideiussoris. Quod si antequàm excutiantur bona fideiussoris, non potest duci in carcerem: multo minus poterit addici creditori nam, qui non potest duci in carcerem, non potest addici creditori, *vt probaui cap. 3. n. 2.* Ex quo sequitur, quòd fideiussor excuti potest, non obstante quòd excipiat, quòd debitor, etiamsi sit inops, poterit satisfacere seruiendo: nam debitor addici non potest, donec fideiussor soluendo est. Sed ne lector labatur imprudens, hoc argumentũ non est adeò efficax, vt prima fronte apparet; potest enim debitor addici creditori, etiã si fideiussor eius soluẽdo sit. Si modo creditor nolit agere aduersus fideiussorem, sed aduersus ipsum debitorem. Potest enim creditor eligere, an agat aduersus debitorem, au verò aduersus fideiussorem. *l. reos principales. C. de fideiuss.* ibi *Reos principales, vel mandatores simpliciter acceptos eligere, vel pro parte conuenire, vel satis non faciente contra quem operas primo, post alium retineri (cum nullus de his excepuone liberetur) licet. Princip. Instit. de fideiussor.* ibi *Quos homines accipere solent: vt diligentius sibi cautum sit.*

43 Neq; obstat, si quis obijciat hoc verũ quo ad hoc, vt possit recuperare debitum ex bonis debitoris, non vero quoad hoc, vt possit capere ipsum debitorem, si fideiussor est solnendo, & nondum fuit excussus. Sed responderi quòd practica non seruat, vt debitor capi non possit, nisi fideiussore excusso, ita notat *Cass. in cons. Burg. Rubr. 5. §. 2. num. 13. Hippol. in practica crimi. §. attingam numer.* 56. Imò, vbicunque agitur ex sententia, vel instrumento, ex quo quis possit duci in carcerem: debitor ducitur, etiamsi fideiussor soluendo sit. Imò etiamsi ipse debitor soluendo sit, nisi statim de eo doceat, dando fideiussorem de euictione inualuit enim vsus vt persona & bona simul capiantur, vt docui *cap. 1. num. 27. vers. sed quæret aliquis.* Illud pro perfecta declaratione huius articuli non omittendum, quod cum de veritate huius articuli agitur semota recepta praxi, & Regni consuetudine (cui est hac in re, de capiendo debitore standum) vt per *Paul. l. 1. C. qui bon. ced poss. & docui cap.* 1. Cum inquam tractatur, an debitor capi possit non excusso fideiussore intelligendum est, quod de Iure communi non potest capi, nisi fideiussore excusso. Sed quæret quispiam, an hoc verum, etiamsi fideiussor non renũtiauerit, *Auth. præsente* Et reperio quod *Aymon in consuetu. Aluerniæ, titulo de executione, articulo. 59. nu. 3. versic. & circaillud docet.* quod tunc debitor non potest capi nisi excusso fideiussore, quando fideiussor renuntianit *Auth. præsente*, sed si non renuntiauit dicit debitorem capi posse, etiam non excusso fideiussore, quoniam tunc: cum debitor sit primo excutiẽdus, debet excuti primo in bonis: deinde in persona, antequam fideiussor conueniri possit; quoniam excussio non dicitur perfectè facta aduersus debitorem nisi

nisi persona eius capiatur. Et dicit quod hæc est sua noua declaratio. Sed certè etiam si fideiusserit, & nõ renũtiauerit *Auth. præsente*, excuti potest, & debet antequam debitor capiatur. Primò, quia excusio est legitimè facta, cum excussa sunt bona, etiam si persona excussa non sit, vt docui supra hoc ipso capite, *num.* 36. Deinde, quia capere debitorem non est res quæ parit pecuniam, & ideò non minus dicetur debitor excussus, quod captus non sit: nam, qui est captus, non ideò dicitur soluisse, *vt dixi supra num.* 39. præsertim Iure Ciuili, quo debitor inops non traditur in seruitium creditori, sed cedendo bonis, liberatur. Rursus neque Iure Regio captus dicitur soluisse, imò, neque addictus quoniam non statim quod addicitur soluit, sed labente tempore, & recursum operarũ quotidiano. Et cum excusio, vel solutio est difficilis, vel impossibilis, excusio habetur pro facta, vt dixi, *num.* 38. hic autem impossibilis est: operæ enim futuræ decem sequentibus annis præstandæ non sunt in bonis nostris, neque præstitum dicitur, quod in posterum præstandum est. Sed ad rem; ea opinio verissima est, vt fideiussor teneatur soluere: non obstante exceptione quod debitor, etiam si sit inops poterit soluere operis. Non obstant ex aduerso prolata. Non obstat, quod debitor potest satisfacere operis, potest enim se in futurum, & labente temporis spatio, non vero statim, vt res exigit; & quando exactio est difficilis, vel impossibilis pro tempore præsenti debitor dicitur non soluendo, & ad fideiussorem peruenìri potest, *vt dixi num.* 38. Non obstat quod debitor est apud creditorem loco pignoris; & quod quando creditor habet pignus sufficiat satisfactioni. Primò enim, hæc conclusio non caret difficultate, nam *glossa in Auth. de fideiussoribus* §. *si quis igitur. verbo sumat. col.* 1. docet creditorem posse agere aduersus fideiussorem, etiam si habeat pignus: cuius sententiam probat Dinus (si pignus in continenti, & facilè vendi non potest) & sequitur *Bald. in l. inter eos* §. *creditor ff. de fideiuss. Anchar. in c. peruenit, eo. tit. Cin. in Auth. præsente de fideius.* Debitor autem constitutus in potestate creditoris, non est pignus eius generis, vt facilè ex natura sua vendi possit: Imò vendi non potest. Itaq; debitor est loco pignoris apud creditorem: sed tamen non est propriè pignus, ex his quę dantur ad cautionem, vt scilicet vendantur, si debitum solutum non fit: sed ideò dicitur esse loco pignoris, quoniam soluto debito effugit manus creditoris; aliàs mihi placet opinio dicentium, pignus, si eius naturæ sit, vt vendi possit, debere vendi, vel creditori adiudicari æstimatione à iudice facta, *iuxta l. fi. C. de iur. domi. impe.* ante quam ad fideiussorem peruenìri possit, si non renuntiauit dispositioni *Auth. præsente*:

44 Non obstat etiam, quod fideiussor potest soluere de bonis debitoris, & quod operæ sunt bona debitoris. Nam operæ non sunt in bonis debitoris, neque pretium habent quousque præstitæ sint, præstatio autem facienda est in futurum, futura autem non sunt in præsentia; neque enim supponere debemus debitorem addicendum creditori pro duobus argenteis, & quod sic vno die satisfacere poterit.

Non obstat etiam, quod fideiussor qui non renuntiauit *Auth. præsente C. de fideius.* non potest conueniri, donec principalis sit excussus in bonis, & in persona: verior enim opinio est executionem solum faciendam in bonis, *vt dixi num.* 36. & vt verior sit opinio, quod etiam est facienda in persona, quid prodest ad solutionem capere debitorem, si soluendo non est? captura enim non habet vim solutionis, *vt dixi num* 36. quamuis fateor debitorem captum diligentius perquirere pecuniam. Deinde in casu in quo loquimur, iam debitor forsan captus, & addictus fuerat, & tamen creditor vult exigere à fideiussore diuite; quod ei licet, etiam si cœperit aduersus debitorem agere, & illum habeat in carcere, vt supra *dixi num.* 32. *in fi.* nam captura non habet vim solutionis, *vt dixi supra nu.* 39. *& infra num.* 45. *vers. Rursus confirmatur.* Nunc tractemus, quid si creditor videns debitorem, & fideiussorem inopes esse: petit ambos sibi tradi ad seruitium, an rectè petat. Nam fideiussor excipit excussionem prius faciendam in operis debitoris, quam in suis, & quod cum operæ suæ non sint statim in bonis suis, sed in futurum sint præstandæ, sicut operæ debitoris, quod in pari causa prius est facienda excussio in bonis debitoris. Hanc quæstionem intellige in casibus, in quibus fideiussor potest adddici creditori, & inops est, de quibus supra. Omissa disputatione verius est vtrumque simul tradendum creditori: nam cum debitor non dicatur satisfecisse, vbi primum addicitur, sed lapso tempore per quod iubetur seruire, certè, cum nondum eius addictione satisfactum sit creditori, poterit creditor petere, vt fideiussor etiam sibi addicatur, quia principalis soluendo non est, neque considerandæ sunt operæ futuræ, quas nondum præstitit, neque fortassè præstabit, impediente morte, vel alio casu. Confirmatur hæc opinio, ex omnibus argumentis relatis supra, *à num.* 36. *vsque ad num.* 41.

45 Rursus confirmatur, quoniam cum non satisfactum sit creditori, ex eo quòd debitor ei addictus est: fideiussor compellendus est ad solutionem; si non habeat vnde soluat, seruiet creditori simul cum principali, vt vtrinsq; operæ iunctæ breuiorem præstent solutionem. Sic *Bald. in cap. contingit, col.* 6. *de dolo. & contu.* scribit quòd captura rei principalis non liberat fideiussorem, imò, vterque potest simul capi, *citat l. hæres à debitore.*

bitore. §. *quod si seruus*, *& ibi Bart. ff. de fideiusso*. qui dicit, quod licet sit detentum ad capturam, non tamen est satisfactum. Et idem dicit è contra, quòd si est captus fideiussor, potest etiam capi reus principalis ex eo, quòd fideiussor appellauerit à captura, *vt in l. creditor in prin. & ibi gloss. ff. manda.* & vtrumque retulit inter singularia, *Hippol. sing. 398. De qua re vide Paul. in l. inter eos* §. *creditor. ff. de fideiuss. & Hippol. in repet. Rubr. de fideiusso. quaest.* 59. & in practica causarum criminalium. §. *attingam num.* 55. *Cassa. in consuet. Burg. Rub.* 5. §. 2. *verbo Des rentes num.* 13. *ad finem*.

Ex superioribus infertur, quòd si fideiu-
46 beo pro eo, quod à principali debitore exigi non poterit, qui dicitur fideiussor indemnitatis, possum conueniri, vbi primum bona debitoris sunt excussa, & reperiuntur non esse soluẽdo, absq; eo quòd expectetur quòd debitor satisfaciat seruiendo creditori. Et natura huius fideiussoris indemnitatis est, quòd etiam si renuntiauerit beneficio excussionis, non potest conueniri, nisi principali debitore excusso, quia obligatio est cõditionalis, pro eo quod à principali exigi non possit, *textus*, *est in l. fin. secundum vnã lectionem ff. si cer. peta.* & ibi notat *Aug. & omnes DD. textus iuncta glossa in verbo planè in l.* 2. *C. de fideiuss. tutor. & ibi notat Salicet. Bar. in l.* 1. *C. de conue. fisci debitor lib.* 10. *Sali in l.* 1. *in fine C. quod cum eo*, *Roder. in repet. l.* 2. *tit. De los emplazamientos* §. *quaritur vlterius*, *col.* 3. *versic. considera eleganter*. Vltimò, cum Iure nostro Regio, pœna corporalis imponatur debitori, qui soluendo non est: nam pœna corporalis reputatur addici creditori, vt dixi *cap.* 2. *num.* 36. *& cap.* 3. *num.* 6. Videtur quòd fideiussor raro interuenire deberet, præsertim in casibus, in quibus diximus fideiussorem addici posse creditori. Deinde non omittendum, quod non desunt, qui dicant fideiubentem peccare mortaliter. Citant illud, Prouerbiorum, *cap.* 20. *Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni*, *& pro extraneo aufert ab eo*. Rursus allegant, quòd qui fideiubet, confidit in hominem, & in carnem, & sanguinem instabilem, & nimium tribuit sibi pollicendo quæ ambigua sunt, & ex euentu incerto dependent. Quid dicturi, si iuxta generalem dispositionem huius legis crederent fideiussorem inopem addicendũ esse creditori? Huius opinionis fuit Pellicanus, qui nescio magis miserè, an stultè ab Ecclesiæ Catholicæ consortio discessit, spirituque superbiæ & vanitatis nouarum opinionum autor fuit. Sed verissimum est fideiussionem opus esse charitatis, qua proximo subuenitur, de quo vide, & consule *Diuum Antonin. Florentin. Archiepisc. in.* 4. *part. summæ Theologæ. cap.* 6. §. 1. *versic. tertius casus tit.* 10. vbi citat *D. Tho.* 2. 2. *quaest.* 32. dicentes, quod si quis iurat non non fideiubere talis iurans non tenetur ad implere iuramẽtum instante proximi necessitate: ergo, si peccatum esset fideiubere, nullo modo possent vires iuramenti infringi, neque etiam pro quacumq; instantissima & præcisa necessitate. Verba enim Salomonis ad œconomicam, & politicam moralis Philosophiæ partem pertinent, neq; obligant, veluti lex Diuina; neq; credendum est Salamonem dehortari ab officijs charitatis, sed à fideiussione inconsulta: nam B. Paulus in epistola ad Philemonem fideiubet pro Onesimo, & Ecclesiast. cap. 29. legimus, *Vir bonus fideiubet proximo suo*, & postea sequentibus verbis deterret ab inconsulta fideiussione.

47 Postremò, illud non omittendum, quòd etiamsi fideiussor acceperit pecuniam pro fideiussione, & soluendo non sit, non est addicendus creditori in omnibus casibus, in quibus principalis addici non potest; nam exceptiones competentes principali competunt fideiussori, & vbi principalis capi non potest, fideiussor capiendus non est, vt notant *Aug. & Imol. in l. Stichum* §. *quòd vulgo ff. de solutio. Are. in l. maritum* §. *eleganter. num.* 4. *ver. & de hoc dicam ff. solut. matrim.* Francisus *Marcus in decis. Delphinali noua.* 340. *col.* 2. *num.* 6. nisi fortè exceptio personalis sit, putà ne debitor conueniatur in plus quam facere possit, nam hæc non transit ad fideiussorem, *l. & fideiussori ff. de re indicata*. An autem fideiussor obligans bona sua sed non personam, possit duci in carcerem, *vide infra cap. De debitore ratione rei*. sed fideiussori minoris non prodest restitutio, quæ minori conceditur *l.* 1, *C. de fideiusso. mino. l. in causa* 1. *ff. de mino. l.* 25. *tit.* 4. *par.* 3. *Bart. & Alex. in d. l.* 2. *& in l. Marcellus. ff. de fideiusso. latè Curtius iun. in l. post additam num.* 5. *C. de impub. & alijs. Muritius in tractatu de restitutione in integ. c.* 14. *Hippol. in Rubr. de fideiuss. num.* 267. *Herculanus in l. & si fideiussor. ff. de re iudi.* Nisi dolus aduersarij interuenisset. *gl. in d. l.* 2. *Iacobinus in l.* 1, *num.* 7. *C. de fideius. mino.*

SVMMA.

1 *Generalis dispositio, generaliter debet intelligi. Obligatio personalis defuncti in hæredem transit. More Romano, debitor ex causa hæreditaria creditori addicebatur.*

2 *Persona hæredis, obligationis naturam non mutat.*

3 *Lex, vel statutum loquens in debitore ad eius hæredem extenditur etiam, vt executio in eius bonis, & persona possit fieri.*

Limitatur, sed declaratur num. 5.

Ille

4 *Ille dicitur debitor, à quo eo etiam inuito debitum potest extorqueri.*
6 *Filys, à creditoribus, pro paternis debitis, non potest fieri executio, nisi prius probetur illos se hæreditati prius immiscuisse.*
7 *Lex 8. tit. 4. lib. 6. Ordinat. seruanda est in hærede debitoris fisci.*
8 *Præmium debere esse par labori.*
9 *Aduersus debitorem scriptum, mandatur instrumentum execusioni, & non contra non scriptum (nisi hæres fuerit debitoris.)*
10 *Licentia capiendi debitorem propria autoritate, non ex lege, sed ex pacto: an extendatur ad hæredem debitoris, & num. 11 & 13.*
11 *Qualitas obligationis, non immutatur ex persona hæredis.*
12 *Pactum personale, ad hæredem non extenditur.*
14 *Captura est meri Imperij.*
15 *Intra nouem dies à morte defuncti hæres non potest exequutari, nec inquietari.*
16 *Hæres tenetur solum quatenus est in inuentario.*
17 *Hæredis persona ostendẽs inuentarium, & offerens bona in eo contenta, non capitur pro debito defuncti.*
18 *Hæres debitoris pro debitis defuncti capitur, & vltra vires hæreditarias, si abscondit bona contenta in inuentario.*
19 *Addictio debitoris creditori, pœna est corporalis.*
20 *Inuentarium non tenetur hæres facere, quando non sunt bona quæ in eo describantur.*
21 *Hæres eius qui bonis cessit, si non facit inuentarium, tenetur vltra virẽs hæreditarias, & num. 22.*
23 *Cedere bonis non tenetur quis, quousque perueniat ad pinguiorem fortunam.*
Et ibi de opinione Bal. in l. fin. ff. de cessio. bono.
24 *Debitor, in acquisitis post bonorum cessionem, conuenitur solum in quantum facere potest. & num. 25.*
26 *Contra hæredem non conficientem inuentarium est præsumptio iuris, & de iure, quod occultauit bona, & numer. 18.*
27 *Lex loquens de operis ab aliquo præstandis, cum sit odiosa, non extenditur ad hæredes, & in operibus obsequialibus.*
28 *Addictus debitor creditori, dicitur pati pœnam corporalem.*

An debitor non ex proprio contractu, sed ex causa hæreditaria, sit addicendus creditori, si solueudo non sit.

CAP. VI.

1 

CCVRRIT elegans quæstio: cuius æquitas postulat examen, vtrum debitor, non ex proprio contractu, sed quia successit debitori; debeat seruire creditori, si soluendo non sit? Videtur quod debeat creditori seruire, ex generali dispositione huius legis, quæ generalis cum sit, generaliter debet intelligi, *vt in l. de pretio ff. de public.* Deinde quoniam actiones ab hæredibus, & contra hæredes dantur, *vt in l. vn. C. vt actiones ab hæredibus, & contra hæred. incipi.* Et obligatio personalis transit à defuncto in hæredem. *§. hæres Instit. de oblig. quæ ex quasi contractu.* Præterea Romanorum seculo, quo maximè apud eos virtus, & grauitas floruere, debitor ex causa hæreditaria addictus fuit creditori: ita enim memoriæ prodit Liuius Decadis primæ libro octauo his verbis. *Cui cum se Caius Publius, ob æs alienum paternum nexum dedisset.* Ecce ob æs alienum à patre contractum, filius fuit nexu vinctus: debitores enim qui soluendo non erant, Romani creditoribus addicebant, & nexos, & nexu vinctos, & addictos appellabant, *vt docui cap. 1. numer. 60.*

2 Deinde hæredem esse addicendum, probatur, quoniam persona hęredis non mutat obligationis naturam, *vt in l. 2. §. ex his, ff. de verb. obligat.* Qualitas autem omnis obligationis eã est, vt, aut sit ei satisfaciendum solutione præsenti, vel seruitio si obligatus aliter soluere non possit, vt in hac lege præscribitur. Cum ergo hæc sit obligationis natura, non debet mutari ex persona hæredis in quem transit, sed addicendus creditori est, si soluendo non sit; aliàs mutabitur natura obligationis ex persona hæredis.

3 Præterea probatur, quoniam lex, vel statutum loquens in debitore, extenditur ad eius hæredem: etiam quoad hoc, vt executio in eius personam, & bonis fieri possit, & in carcerem duci, argumento *l. postulante ff. ad Trebel.*

Trebel. vbi ita notat *Bar. Ang. Imola, Alex. nu.* 6. *& Paul. & recentiores. Roder. in l. post rem. in* 1. *extensione ad leg. Reg. ff. de re iudi. Ang. in l.* 1. *num.* 4. *ff. de his qui in testa. delen. Ang. & Alex. & Ias. num.* 33. *in l. si decesserit ff. qui satisda. cogan. Ias. §. fuerat num.* 61. *Instit. de actio. & ibi Gomezius num.* 34. *Canarius in tractat. de execut. contract. numer.* 66. *Soc. cons.* 193. *præsens consultatio col.* 2. *nu.* 1. *lib.* 2. *Alex. cons.* 18. *num.* 16. *col. fin. lib.* 5. *& cons.* 188. *num.* 2. *lib.* 2. *& cons.* 96. *num.* 3. *lib.* 4. *Ang. & Alex. in l. in ratione in.* 1. *§. si filio ff. de leg. Fal.* & est communis, vti testatur *Gomezius vbi supra, & Ferdinandus Vasquius magni nominis Iureconsultus, qui pridem magna autoritate in sacro Concilio Tridentino inuictissimi Regis nostri Legatus interfuit, in contractu de successionum creatione, parte prima, lib.* 1. *§.* 6. *num.* 39. *Boer. decis.* 10. *n.* 2. *Cassan. in consuet. Burgundiæ, Rubr.* 7. *§.* 13. *verbo l'ar benefice num.* 13. *& Rubr.* 31. *tit. des censes vers. Contra le principal nu.* 2. *Petrus Pecchius in tract. de iur. sistendi. cap.* 10. *n.* 4. *Capitius decis.* 70. *num.* 1. *Roma. in l. alia. §. eleganter ff. solut. matri. Ang. in l. creditores. C. de pignor. argumento l. hæredem ff. de reg. iur.*

Mouentur vltra supradicta, quoniam debi-
4 tor dicitur ille, à quo inuito debitum extorqueri potest. *l. debitor ff. de verb. signi.* ab hærede autem inuito exigi potest: ergo statutum loquens de debitore, haud dubiè comprehendet eius hæredem, & executari, & in carcerem detrudi poterit, haud aliter quam debitor ipse qui debitum contraxit, facit *l. non erit §. dato. ff. de iure iur.* Deinde clausula guarentigia non ponitur ratione debitoris, sed fauore creditoris, vt citius recuperet debitum: ergo etiam si agat contra hæredem, executari potest.

Quod tamen intelligunt omnes, dummo-
5 do priùs hæres citetur, & liquidetur quod est hæres: nam cum ipse debitum non contraxerit, & tantum teneatur, quia hæres est: debet hæc qualitas prius constare, argumento, *l. oratione §. ff. de ferijs.* vbi probatur, quòd hæredi est danda noua dilatio, licèt data fuerit defuncto, & quòd sit liquidandum quòd est hæres, notat *Bal. in l. per diuersas quæst.* 10. *C. manda. Ang. in l. creditores. col.* 3. *C. de pigno. & in l. ex contractu per bonum textum ibi ff. de re iudi.* vbi loquitur de executione ex sententia *Paul. col.* 1. *Alex. col.* 2. *in l. postulante ff. ad Treb. idem Alex. cons.* 188. *viso processu col.* 2. *versicul. sed oporteat. lib.* 2. *& consil.* 96. *num.* 3. *lib.* 4. *Aretin. cōs.* 32. *col.* 1. *Feli. in cap. ex ratione col.* 2. *de appellatio. Faber. in l. fin. C. execut. rei indica. Barbat. cons.* 15. *lib.* 1. *Hippol. Salic. in l. per diuersas quæst.* 14. *C. manda. Socin. cons.* 103. *lib.* 3. *Alcia. in l.* 2. *§. ex his num.* 9. *ff. de verb. obligat. Roderi. in d. l. post rem. in prima extensione ad legem Regiam col.* 2. *versic. hanc tamen ff. de re iudi. Boer. decis.* 10. *nu.* 2. *Capitius decisione* 70. *num.* 1. *Socin. cons.* 120. *num.* 18. *lib.* 1. *Bald. in repet. l. tale pactum §. qui prouocauit quæst.* 10. *ff. de pact. Imola in l. intra ff. de re iudi.* Ratio est, quia hæredi non constat se debere, neque iudici quod sit hæres. facit quod scribit *Innocen. in cap. quia V. de iudic.* Quòd quando ius executiuū respectu rei potest fieri aduersus singularem successorem alienantis, prius quàm exerceatur ius executiuum, debet citari possessor, & constare quod habuit causam ab eo aduersus quem posit fieri executio, quod citauit *Alex. d. cons.* 188. *col.* 2. *lib.* 2. *Roder. in d. loco col.* 3. vbi dicit, quòd ad hoc, vt executio citius fiat, optimum est petere executionem aduersus Titium hæredem Sempronii, & offerre probationem in continenti, quòd sit hæres.

Præterea quod sit liquidandum quod est
6 hæres, probatur, quoniam licet dicatur, *Si filius, ergo hæres,* vt notant omnes *in cap. si.* 19. *quæst.* 4. tamen filius non potest conueniri à creditoribus hæreditatis, nisi probent illum se immiscuisse hæreditati. *l. ei qui se ff. de acqui. hære. gl. in l. si cum dotem. §. transgrediamur, & ibi D.D. ff. sol. matr. gloss. in l. necessarijs & ibi Bart. ff. de acquir. hæredi. Bald. & Imola in l. si filius qui patri. ff. de vulg. & ibi Aret. col.* 2. *Bal. in l.* 3. *C. ne filius pro patre. Abb. cap. quod nobis qui filij sint legit.* & est communis teste *Ias. in d. l. ei qui se col.* 1. *versi. sed prima ff. de acquir. hæred.*

7 Adeò autem hæres debitoris capi potest, vt cum Iure Regio statutum sit, vt debitor fisci detrudatur in carcerem donec soluat, etiamsi nominet bona, in quibus fiat executio, & etiamsi det fideiussorem de euictione, fideiussorem, scilicet quod bona sunt sua, & valent summam pro qua fit executio, vt statuitur *in l.* 8. *tit.* 4. *lib.* 6. *Ordinat.* hæc constitutio seruanda est etiam in hærede debitoris fisci, nam detrudendus est in carcerem, etiamsi offerat idoneum fideiussorem, ita rectè definit *Vasquius in d. tractatu de successionum creatione, parte* 1. *libro* 1. *§.* 27. Cuius opinio præter superiora probatur, quoniam ratio quare debitor fisci detruditur in carcerem, etiamsi det fideiussorem de euictione, est fauor fisci, non autem odium debitoris. Cum autem qui petit executionem aduersus hæredem, si fiscus eodem iure aduersus hæredem gaudebit, quo gaudet & aduersum debitorem qui debitum contraxit: nam ex persona hæredis qui succedit debitori, non peeditur priuilegium competens aduersus debitorem, etiamsi hæres sit priuilegiatus, vt scribit *Roderic. in l. post rem. in prima ampliat. ad leg. Regiam, col.* 4. *versic. prædicta ff. de re iud. optima l.* 67. *titul.* 6. *par.* 1. *l.* 2. *§. ex his ff. de verb. oblig.* Rursus comprobat hanc sententiam, quod in casibus in quibus debitor potest ex legis dispositione capi à creditore propria auctoritate, quos enumerat *Crotus in rep. l. nemo potest ff. de leg.* 1. *numer.* 8. eadem auctoritate, & licentia potest vti

aduee-

aduersus eius hæredem, autore *Bart. & DD. in d. l. postulante per textum ibi ff. ad Trebel. Abb. in c. fin. colum. 1. de arbit. notat Crotus in d. l. nemo potest nu. 9. Vasquius*, dicit communem in loco supracitato, *num. 36. vers. stant ergo text. l. 2. §. ex his ff. de verb. obligat.* Et quia hæres & defunctus vna, & eadem persona reputantur, & lex loquens de debitore comprehendit hæredem. *l. non erit §. dato. ff. de iureiur.* Ergo cum ex hac lege permittatur creditori habere in sua potestate debitorem inopem, eodem modo poterit habere eius hæredem, si soluendo non sit. Rursus adeò in hæredem etiam executio rigidè fieri potest, vt si statuto caueatur, vt condemnatus, aduersus quem fit executio, teneatur soluere decimam iudici, certè si fit executio contra hæredem tenetur soluere decimam, sicut debitor. ita docuit prudenter *Vasquius d. §. 6. num. 51. versiculo, hac doctrina aduersus. Bal. in l. 1. versiculo pone statutum C. de execut. rei indic. Dec. in l. hæredem n. 2. ff. de reg. iur.* quibus adde *Soc. cons. 293. num. 2. versiculo confirmatur lib. 2. Alex. l. postulante num. 7.* Vnde infert Vasquius, quod cum Iure Regio decima detur in aliquibus Regionibus *Alguazelo* executanti debitorem quod eadem decima dabitur cum exetionem facit aduersus hæredem. Mihi hæc illatio magnopere placet: nam decima datur *Alguazuelo* propter laborem executionis, eundem autem laborem sustinet, cum executat hæredem, quem cum executat debitorem, cum autem labor par sit, par debet esse præmium, præsertim, cum hæres sit debitor, & *lex Regia 1. 2. 3. & 4. & l. fin. tit. fin. lib. 5. Ordina. & l. 22. titul. De los Alguaziles lib. 5. Ordi.* Loquitur de executione, quæ fit in bonis debitoris, & hæres non soluens elapso termino culpa dignus est.

8 Quod autem attinet ad decisionem *Baldi in l. 2. C. de execut. rei iudi.* supra relatam, quam sequuntur *Decius, Soc. & Alexand.* fundamentum earum est, quod statutum loquitur cum condemnato, & hæres non fuit condemnatus, sed est hæres condemnati. Sed certè, nisi mens statuti aliud dictatet, ego potius Vasquij iudicium probarem; si decima datur iudici propter laborem executionis: cum enim par sit labor, cum executat hæredem, par debet esse præmium. Imò, est maior labor, cum executat hæredem: nam ipsum condemnatum posset executare absque alia liquidatione, quia continetur in processu, & sententia condemnatoria loquitur cum eo. At cum est executandus hæres; debet liquidare, quod est hæres, & alia dicta supra *num. 14.* Item in casu statuti supra dicti, decima non videtur dari iudici propter condemnationem, sed propter executionem: & sic licet hæres non fuerit condemnatus, sufficit quod executio fit aduersus eum.

9 Præterea adeò iuri conforme est, hæredem eodem modo cogi ad solutionem, quo defunctum; vt etiamsi statutum dicat, vt instrumentum mandetur executioni aduersus debitorem scriptum in instrumento, adhuc executandus sit hæres, nam hæres & defunctus, eadem persona reputantur, *vt in Auth. de iureiuran. à moriente præstito §. 1. Collat. 5.* & quæ latè notauit *Decius, in l. hæredem à num. 2. de reg. iur.* & latius post eum *Gomezius in §. actiones autem à numer. 3. Instit. de actio.* & ex mente, & vniformi ratione statuti hæres comprehenditur, *vt in l. non erit §. dato. ff. de iureiur.* ita docent *Paul. Imola, Ang. & Alexand. in l. postulante ff. ad Trebel. Alexand. consil. 18. num. 16. colum. pen. lib. 5. Soc. cons. 293. colum. 2. lib. 2. Cassa. in consuet. Burgum. Rub. 7. §. 13. tit. Des successiones* verbo, *Par benefice num. 14. Decius in d. l. hæredem num. 4. ff. de reg. iur. Bal. in l. 1. C. quorum lega. per text. ibi iuncta glossa in verbo Hæredi scripto. Vasquius dicit communem vbi supra num. 42.* Et est bonus textus *in l. ex contractu ff. de re iudi.* vbi ius exequendi transit aduersus hæredem: quia licet non sit ligatum cum eo, non reputatur noua persona, quia hæres, & defunctus eadem persona censentur: & hoc apud nos est manifestius, quia semper debitores promittunt pro se, & pro suis hæredibus, vt notat *Rodericus in repet. l. post rem, in prima ampliatione ad legem Regiam col. 2. ff. de re indicata.*

10 Deinde adeò sic hæres capi potest, sicut defunctus, vt etiamsi debitor defunctus capi posset propria auctoritate, non ex lege, sed ex pacto, certè vis pacti extenditur ad hæredem, & capi potest sicut defunctus, non minus quam si captura illa proueniret ex lege, vel statuto. ita nouissimè docuit *Vasquius d. par. 1. lib. 1. §. 6. num. 36. versic. vnde in iudicando*, vbi dicit, quod ita consuleret, & iudicaret.

Mouetur, quoniam hæres & defunctus, vna & eadem persona censentur, vt supra proximè dictum est. Et statuta in debitoribus, extenduntur, ad eorum hæredes, vt apparet ex superioribus. *l. postulante ff. ad Trebell. gloss. l. 1. in verbo Hæredi scripto C. quorum lega. l. 2. §. ex his ff. de verbor. obligat.* vbi probatur, quod qualitas obligationis, non immutatur ex persona hæredis. Deinde adducit, quod non est maior ratio, in hærede debitoris, qui capi potest ex lege, vel statuto, quam in hærede eius qui capi potest ex pacto. Contrariam tamen sententiam, imò quod non possit capi hæres eius, qui non ex lege, sed ex pacto capi potest, probat *Bart. in l. si decesserit ff. qui satisda. cogan. & ibi Paul. Alexand. & Ias. num. 13. versic. quinto modo Bald. & Alexand. in l. postulante ff. ad Trebel. Ang. in l. 1. C. qui bon. cede. poss. Alexand. cons. 18. num. 16. lib. 5.* & fatetur esse communem, *Vasquius d. num. 36. versiculo, stant ergo duæ communes. Cassan. in consuet.*

Burgun,

Burgun. Rubr.7. §.*t3.tit. des successions verbo Par benifice num.14.versiculo contrarium.* Mouentur ex textu *in d. l. si decesserit*, & quoniam pactum, vt debitor capi possit videtur personale, & licentia, vt se se capiant non debet ligare hæredes *l. vna.* §. *ne autem. C. de caduc.tollen.*

12 Mihi videtur distinguendū: aut enim debitor qui paciscitur in instrumento, vt possit capi, non poterat capi de iure communi, quia prohibitum est quemquam capi pro debito, nisi ex causa iudicati *dixi c. 1. n. 57.* & certè, licet ipse aliter paciscatur, hoc non debet extendi ad hæredem, quoniam hoc pactum est personale: & licèt persona aduersus iuris dispositionem patiatur se capi, hoc cum personale sit, non transit ad hæredes, nemo enim ab eis abstulit beneficium iure communi debitoribus concessum.

His accedit, quod pactum, vt debitor capiatur non seruato iuris ordine non valet, *vt docui c. t. num. 38.* neque enim iuris ordo pactis priuatorū subuerti potest, vt ibi dico.

13 Præterea Vasquius loquitur quando pactum factum fuit, non solum vt debitor capiatur, verum etiam, vt capiatur propria creditoris autoritate. Hoc autem pactum non valet etiam quoad personam paciscentis, etiamsi sit iuratum, quoniam captura est merij imperij, & quæ sunt meri imperij, non possunt renuntiari pactis priuatorum. Qua ratione tale pactum nō valere post alios docui *c.1. num. 36.* & vnus ex his qui hanc opinionem probant etiam si pactum sit iuratum, est ipse *Vasquius* in loco quem citaui. *d.c.t.n.35.* adducit enim prudenter, quod ex tali pacto, si validum esset, oriretur seditio & rixa. Inter Christianos autem pace & concordia nihil debet esse commendabilius. Quare cum pactum hoc sit odiosum, & in ipso debitore se obligāte reprobatum, verisimum est tale pactum non ligare hæredem, siue pactum fiat, vt capi debitor posit, propria autoritate, siue vt ducatur in carcerem. Neque obstat si quis obijciat, redde rationem differentiæ: quare, si debitor capi potest ex lege, potest capi eius hæres, & non quando debitor ex pacto solum, capi potest, non ex lege. Mihi magna videtur esse ratio differentiæ: nam cum ex lege conceditur captura debitoris, hæres non grauatur; nam si capiatur, patitur, quod omnes debitores patiuntur, ipse autem debitor est. At cum capitur ex pacto defuncti, queri potest se aduersus iuris dispositionem capi, neque obstare pactum debitoris: quoniam id personale fuit, & licet debitor renuntiauerit suo iuri, id non tollit ius ipsi hæredi, & omnibus debitoribus concessum ut non capiantur non facta excussione, & non constito de debito. Si tamen debitor, qui fecit pactum, vt caperetur promisit, rem iure statutario, vel communi concessam, & tunc hæres capi poterit, non ex vi pacti, sed ex vi legis: sit exemplum. Titius promittit in instrumento guarentigio se soluturum eem eum intra decem menses, & quod si non soluat, elapso termino conijciatur in carcerem, nisi det fideiussorem de euictione: certè etiam hæres conijci poterit, quoniam lex Regia dictat, vt omnis debens ex instrumēto guarentigio conijciatur in carcerem, nisi fideiussorem dederit, & potius capitur ex lege, quam ex pacto, si non det fideiussorem. Cum ergo hæres detrudatur in carcerem, & pœna carceris habeat locum aduersus eum: multo magis habebit locum dispositio huius legis quæ à carcere liberat. Quid tamen si statutum loquitur in personam, putà, vt executio fiat aduersus eum qui contraxit, an possit fieri aduersus hæredem in casibus, in quibus de iure communi captura non admittitur. *Ang. quod non, in dicta l. postulante, Socin. cons. t 20. num.* 18. *lib.* 1. *Bar. in d. l. si decesserit.* Sed redeundo ad principalem quæstionem equidem contraria sententia sua etiam habet fundamenta; quæ bonum virum nonnunquam ambigere facient: ergo omissa disputatione, quæ videntur manifestiora breuiter distinguendo proponā. Distingue igitur, aut hæres succedit debitori nondum addicto creditori, aut succedit debitori, qui iā creditori addictus, & traditus fuerat.

15 Primo casu illud est expeditum, quod hæres intra nouem dies à morte defuncti, non potest executari, neque inquietari, & per cōsequens, neq; addictio eius peti potest, *textus est in Authent. vt enim de appellatione cognoscitur.* §. *meminimus. col.* 8. Pro cuius cōcordia, *& l. fin.* §. *donec C. de iure delibe. rand.* vide *Paz in p.axi 1 tom. 4. par. c. 1. an. 40. Regia l. t 3. titul. 9. part. 7. Facit textus in l.2.* §. *penult. ff. de in ius vocan.* Et cū textus *in d.* §. *meminimus*, dicat hæredes, propinquos, affines, & fideiussores defuncti, nō inquietandos, vetat haud dubiè executionē, quo nullus est inquietandi modus vehementior. Ita *Bart. in l. fi. donec C. de iure deliberandi. notat Rodericus in repetitione ad l. post rem. in 9. limitatione ad legem regiam. ff. de re indica.* Et vide eundem, in dicta repetitione in 5. ampliatione ad legem Regiam.

16 Post nouem autem dies distinguendum est: aut enim debitor mortuus, bona relinquit, aut non. Primo casu, aut hæres fecit inuentarium, & absque dubio dispositio huius legis non habet locum aduersus eum, si facultates defuncti non sufficiunt ad solutionem.

Quoniam hæres non tenetur, nisi quatenus est in inuentario. *l. fi. t. C. de iure delibe.* & sic cum supra id deficiat obligatio aduersus eum, nullo iure capi potest, quoniam obligatus non est: ita docet *Sal. in leg. finali* §. *computatione nu. 22. ad finem C. de iure delibe. & Alex. in dict. l. fi.* §. *& si præfatam, num.11. col. pen. & ibi Ias. nu.12. Alex. in l.*

in l. postulante col. 2. num. 4. ff. ad Trebel. Bal. cons. 380. lib. 2. Soc. in cons. 120. num. 18. lib. 1. Bar. in d. §. in computatione. num. 8. propè finem. Imola in d. l. postulante, & in l. 4. §. si prætor. ff. de dam. infec. Berous q. 57. col. 2. & 3. Bal. d. l. fi. §. & si præfatam col. 2. n. 3. Quæ nota, quoniam plures ex his dicunt simpliciter instrumentũ non posse executari aduersus hæredem qui fecit inuentarium.

17 Intelligendum enim, vt non possit executari capiendo, vel detinẽdo personam postquam ostendit inuentarium, & offert bona ibi contenta: vel constat ex eo debitum esse vltra vi res hæreditarias, ne statutum sibi absque causa sit nociuum, & auferat ab eo plus quam ex hæreditate consecutus est. Et ita intelligit expressè *Sali. d. num. 22. ad finem*: vt scilicet non possit executari vltra vires hæreditarias: & omnes ita sentiunt, vt apparet ex glossa, & ratione quam citant; scilicet, quod statutum intelligi debet, iuxta eius commune, quando aliter intellectũ pareret damnum tertio, & auferret ab eo ius suũ. Quare dicunt Doctores, quod si dictet statutum, vt instrumentum, quod quãdo potest executari aduersus debitorẽ, possit executari aduersus hæredem, intelligitur, nisi hæres fecerit inuentarium, & vires hæreditatis non patiantur. Non tamen negant quin possit executari & duci in carcerem, quousque ostendat inuentarium. Nã, si illud ostẽdat, & offerat bona: relaxandus est è carcere, vt notat *Bal. in d. §. & si præfatam nu. 3. & ibi. Corn.* secus si abscondit. *Socin. in d. consil. 120 num. 18. lib. 1.* si non ostendat, capietur ex sua contumacia, *Bal. dicto num. 3. Ber. q. 57. col. 3.* quousque ostendat: idem, si abscondit bona contenta in inuentario. reperio tamen, quod *Berous d. quæst. 57.* contendit simpliciter via ordinaria agendum aduersus hæredem, qui fecit inuentarium, non verò executiuè. Citat *doctores in d. l. fin. C. de iure deliberandi.* Sed certè lapsus memoria videtur: nam doctores dicunt quod non potest executari, quãdo fecit inuentarium, & bona non sufficiunt. Et ita intellexit *Socin. in d. cons. 120. num. 18 lib. 1. Bal. in d. §. & si præfatam post Sali. d. num. 22.* alias rarissimè fieret excutio aduersus hæredem, cum rarissimi sint qui inuentarium nõ conficiant; & præsertim fiet executio, cum in termino decẽ dierum quæ dantur, vt executatus se opponat executioni, possit debitor ostẽdere inuẽtariũ, pro quo est præsũptio & probare, bona hæreditaria non sufficere.

Et reperio, quod *Ferdinandus Vasquius, in 1. part. de successio. creatio. lib. 1. §. 6. num. 46* scribit se in vsu forensi sæpissimè respondisse in casu magis dubio: scilicet, quando debitũ pro quo hæres cõuenitur, debetur fisco; nã in fisco id priuilegiũ est, vt quiuis debitor alias immunis à carcere, *vt dico c. 16. de Nobili, vel aduocato, vel aliàs eruditione, seu nobilium, vel primatorium ciuium cognatione, præstans*: dicit tamen Vasquius, quòd hæres debitoris fiscalis, si fecit inuentariũ, non debet esse in vinculis, dum liquidantur vires hæreditatis: Itaque non negat executiuè procedendum, sed negat hæredem ostendẽtem inuentarium detinendum in vinculis, neque capiendum si offerat bona: nam solũ est debitor respectu illorum bonorum; & si ea offerat, etiamsi non offerat pecuniam, nõ potest capi, quia satisfacit offerendo ipsas res hæreditarias; *vt in d. l. fi. §. & si præfatam*, & quod non sit capienda persona notat *Sali. in d. l. fi. num. 23. Bald. d. §. & si præfatam. n. 3. & Corn. ib. Alex. l. postulante n. 4. Beru. q. 57. nu. fi. Socin. consil. 120. num. 18. lib. 1.* Quod confirmatur, quoniam hæres faciens inuentarium, videtur respectu creditorum esse quidam depositarius, qui reddendo bona liberatur, & impropriè est hæres, vt notat *Cassã. in cons. Burg. Rubr. 10. §. 1. verbo son heritage num. 1.* Facit quod dico infra de actione iurium debente *ver. quod confirmatur num. 5.*

Sed ad rem: cum debitor non teneatur vltra vires hæreditarias, non est quod pro debito supra vires hęreditarias petatur addici creditori, cum debitor supra vires hæreditarias nõ sit. Quinimo, nõ solũ post factum inuentariũ, verũ neque intra tẽpus conficiẽdi inuentarij hęres executari potest; neque cõueniri, neque vllo modo inquietari. *textus est in l. fi. §. donèc C. de iure delib.* Imò, neque sẽtẽtia aduersus defunctum lata, potest intra dictũ tempus aduersus hæredem executioni mandari, vt ibi probat textus, quem *Bart.* notat *ibi*, & dicit quod ex eius dispositione practicatur quotidie, quod executio instrumenti non fit aduersus hæredem intra tempus conficiendi inuentarium: quod *Rodericus* dicat esse perpetua memoria dignum, *in repetitione l. post rem, in prima ampliatione ad legem Regiam col. 4. versic. aduerte tamen*: & dicit id procedere, etiamsi hęreditas sit locupletissima, ex sententia *Baldi*, qui dictum §. *donec*, extendit etiam in hunc casum, quoniã lex id videtur cõcedere propter occupationes hæredis, & quod hęres neque executari, neq; conueniri possit intra tempus conficiendi inuentarij. Et quod instrumẽta non sint intra illud tempus executioni mandanda, notat *Ias. in d. l. fi. §. donec. Boerius, decis. 10. num. 3. Rebuffus in Regias constitutiones. 1. Thom. art. 6. glo. 4. num. 74. Cassan. in consuetudinib. Burgundia, Rub. 7. §. 13. in ver. par benefic, nu. 43.* vbi dicit hoc quotidie practicari: *Vitalis Camban. in tract. clausularum, in clausula nihil nouari confectione inuentarij pendente col. 1.* Imo hęc exceptio: quod hęres est intra tẽpus cõficiendi inuentariũ, impedit litis ingressum, *vt notatur in decis. Tolosa. 381.* & intellige, *vt ibi in addit. & vide Cassa. vbi sup. n. 11. versic. qua autem in fine Iasõ in l. fi. § licet. n. 7. col. fi. C. de iure deliberã.*

Ex

18 Ex his apparet, hæredem non capiendū, neque inquietandum: & per consequens non addicendum intra tempus conficiendi innentarij, neque post confectum inuentarium, si bona hæreditaria non sufficiant: nō enim in plus tenetur, neque pro debitis defuncti potest duci in carcerem, nisi fortè abscondat bona contenta in inuentario: tūc enim ex propria culpa capi poterit, vt notant *Bald. in l. fin. §. & si præfatam nu. 3. ibi quoque Corneus C. de iure delibe.* quod comprobatur ex his quæ dico d. c. 16. *de nobili. & r. num. 6. & 126. c. 10.*

Sed veniamus ad secundum caput primi membri distinctionis: scilicet, quando defunctus bona relinquit, & hæres non fecit inuentarium: an tunc sit addicendus creditori si non sit soluendo. Et distinguendum est: aut enim defunctus obligatus erat ad aliquod factum personale, personæ cohærens: & certè ratione facti non præstiti, hæres nō potest conijci in carcerem, vt notant *Bar. & Ang. & Iaf. nu. 13. in l. si decesserit, per textum ibi ff. qui satisda rogan.* Si autem defunctus non ad factum, sed ad pecuniam vel quid simile præstandum obligatus erat; & certè hæres si non fecit inuentarium, & soluendo non est: debet addici creditori, etiam si excedantur vires hæreditariæ, ex omnibus iuribus allegatis supra in fauorem partis affirmatiuæ: nam hæres pro debito defuncti capi, & in carcerem deduci potest, & si non fecit innentarium, præsumitur surripuisse bona defuncti, & tenetur vltra vires hæreditarias, *vt in Auth. de hæredibus & fal. cidia. §. sciamus,* & non admittitur ad cessionem bonorum, vt notat *Bal. in l. 1. un. 5. C. qui bon. ced. poss. & in l. fi. C. de iure delib. Iaf. in §. fi. num. 8. Insti de actio. Soc. reg. 46. fallentia. 10. glos. in l. 1. C. de cessio. bono.* Malitiosus enim debitor, non liberatur cedendo bonis. *l. fi. §. fi. quæ in fraud. credi. & ibi Bal. & Ang.*

19 Hic ergo hæres addicetur creditori; nā & de iure communi sibi denegatur beneficiū cessionis bonorum: satis autem denegatur, dum addicitur creditori, & satis videtur puniri eius culpa; nam addictio habetur pro pœna corporali, *vt dixi c. 2. & 3.* & debitor ex delicto tradendus est creditori, si soluendo non sit, vt dico infra cap. de *Debitore ex delicto.* Item quamuis doctores dicant, huic non concedendum beneficium cessionis, sed quod debet esse in carcere, loquuntur de iure communi, quo non admittebatur debitorem seruire creditori. At cum admittatur Iure Regio, & traditus in seruitiam censeatur captus, satis dici potest esse in carcere, cum sit in potestate creditoris, & sequatur eius voluntatem, ideo dimitti debet è carcere: item licet maius crimen comisisset, esset addicendus creditori, vt reficeret damnum: non verò detinendus in carcere. Quin imo Iure ciuili cum denegatur beneficium cessionis, non intelligitur quod debitor debeat mori in carcere, vt docet *Ripa. in l. obligatione, num. 30. ff. de pignori.*

Sed illud non omittendum: quod si heres qui nō confecit inuentarium, vir sit vitę sāctimonia præstans, non tenetur vltra vires hæreditarias, quia cessat suspicio, quod surripuit bona: ita *Soc. in tract. fallentia. reg. 170. facit r. tum ex iniuncto. de noui oper. nuntia.* Sed contra sentit *Barba. in rubr. ff. de acquir. hæredi, & in rep. c. Raynaldus, limit. 12. de testa.* Deinde rem tetigit *Tiraquel. de pæn. temper. c. 51. num. 113.* & in medio relinquit. Ego nihil definio: tantum virtuti plurimum tribuo.

Nunc tractemus de secunda parte distinctionis: scilicet, quando defunctus nulla reliquit bona, & hęredem instituit: nam hoc etiam inopi licet, *vt in l. hæreditas ff. de pet. hæredit.* & hęres inuentarium non confecit, & soluendo non est, an sit addicendus creditori: nam si inuentarium fecisset, res esset satis manifesta. Profectò durissimum videtur, vt hęres, qui ne obolum quidem acceperit à defuncto, non solum cogatur propria bona vendere ad soluendum debita defuncti; verum etiam, vt eius persona, ratione debiti alieni cogatur seruire, cum ne in nummum quidem vnum successerit defuncto, qui debitum contraxit, & pecuniam in suos vsus conuertit: hęc res palàm est absurda, & ex diametro pugnat cum æquitate, ideò non admittenda, plura enim reijciunt eruditi, non quod aduersentur iuri scripto, sed quod absurda sunt, & abęquitate aliena, *l. nam absurdum. ff. de bonis libertor.* Rursus præstat hic ęquitatis argumentum, quod docui *cap. præcedenti:* fideiussorem inopem obligatum pro debito alieno non esse addicendum creditori: hic autem loquimur de hęrede obligato pro debito alieno, sicuti fideiussor: & cum loquamur in casu, in quo nulla pecunia ad eum ex hęreditate peruenit, æquissimum est, vt iudicemus, quod in fideiussore; ex eadem ratione. Pręterea facit, quod pluribus argumentis docui *cap. 4.* quod ille, qui absque culpa sua amittit bona, non est addicendus creditori; hic autem loquimur in hęrede, qui nihil ex hæreditate consecutus amisit, & consumpsit omnes fortunas suas in soluendo credita defuncti, cui in nihil successit pręter in inane hęredis nomen: soluit autem, quia non fecit inuentarium.

20 Neque obijciat quispiam, quòd non fecisse inuentarium, est culpa: quoniam cum nihil est, quòd in inuentariū redigatur, inuentarium faciendum nō est, cuius enim rei fiat inuētariū, si nihil est? Sic dicimus quòd licet tutor sub grauibus pœnis teneatur facere inuētariū, *vt in l. tutor qui repertoriū ff. de admi. tuto.* id nō habet locū, quādo maior esset expensa cōficiendi inuentariū, quàm res in inuentarium redigenda. Ita docet *Bar. in l. medi-*

mediterraneæ C. de ann. & tribut. lib. 11. & dixi in tractatu meo de decim. tuto cap. 2. n. 48.

21 Ex quo infero, quòd licet hæres non conficiens inuentuarium teneatur vltra vires hæreditarias, *vt in l. fin. §. fin. vero postquā. C. de iure delib.* & teneatur creditoribus satisfacere insolidum; id non habet locum, quando nihil erat, quod in inuentarium redigeretur, neque defunctus quidquam reliquit præter æs alienum: cuius enim rei fiat inuentarium, cum nihil fiat? & non entis nullæ sint qualitates, *vt in l. eius qui in prouincia. ff. si cert. peta.* Quæ opinio æquissima videtur, & probatur: quoniam *l. fi. §. & si præfatam*, dicit quòd non conficiens inuentariū tenetur vltra vires hæreditarias: ergo supponit, quod aliquæ erant vires hæreditariæ.

Neq; obstat quod *Alex. ibi num. 4. Iason num. 2.* dicunt, quod hæresrius, qui cessit bonis, tenetur vltra vires hæreditarias, si nō facit inuentarium: nam ei qui cedit bonis, vestes relinquuntur, quæ ad hæredes transeunt, & sic sunt aliquæ vires hæreditariæ: vel intelligendi sunt, quando debitor post cessionem bona acquisiuit, *vide infra n. seq. & n. 34.* vbi dico eorum opinionem esse falsam.

His ita definitis, quid iudicandum in secunda parte quæstionis principalis: scilicet an hæres eius, qui iam erat in creditoris potestate, teneatur seruire pro eo, si aliàs soluendo ex propriis bonis non sit, & inuentarium non confecit? Supponendum autem quod is qui nulla relinquit bona, potest testari, & hæredem instituere *l. hæreditas ff. de petitio. hæredita.* nam testamentum est declaratio eius, quod quis post mortem suam fieri vult, secundum adducta à *Couarruuias in Rubrica de testament. prima parte Rubricę, per totam.* Plurima autem sunt, quæ hominem significare oportet in vltimo vitæ actu, etiamsi nulla relinquat bona.

His suppositis, vt res exemplo fit dilucidior: finge debitorem addictum esse creditori, vt ei seruiat per quadriennium; mortuus autem est post biennium, instituto hærede, qui inuentarium non confecit: creditor autem petit, vt hæres, qui etiam inops est seruiat per reliquum biennium: quid iuris? Mouet quæstionem, quòd cùm debitor iussus sit seruire per quadriennium, vt satisfaciat, creditę summæ, & solum per biennium seruierit: mortuus est, ante quam debito satisfaceret, & tempore mortis debitor erat, si ergo erat debitor, videtur obligationem seruiendi pro reliquo biennio transire ad hæredem, nam actiones ab hæredibus, & contra hæredes incipiunt: *vt in l. vna. C. vt actiones ab hæredibus, & contra hęredes incipiant*; & defunctus adhuc debeat pecuniam, & in locum eius operas, & seruitium.

22 Sed tamen in hac specie ego indicarem, hæredem non teneri seruire creditori. Primò, quoniam hæres eius qui bonis cessit, etiam si non faciat inuentarium, non teneatur vltra vires hæreditarias, autore *Alex. in l. fin. §. & si præfatam col. 1. num. 4. versic. alius est casus, C. de iur deliber. Bald. in l. fin. ff. de cessio. bono.* Sed hoc argumentum tutum non est. Primò, quoniam dubium est, an hæres debitoris, qui bonis cessit, teneatur vltra vires hæreditarias, & quod teneatur vltra vires hæreditarias, probat *Iason in d. §. & si præfatam, num. 2. versic. 2. limita, & ibi Alex. num. 4.*

23 Mouetur, quoniam ratio, ex qua *Bald. in d. l. fin. ff. de cessio. bono.* docet, hæredem eius qui bonis cessit, non teneri vltra vires hæreditarias, est; quoniam hæres subrogatur in locum defuncti: defunctus autem non tenebatur: quia qui cedit bonis, non tenetur quousque pinguiorem nanciscatur fortunam *§. fi. insti. de actionibus.* ergo neque hæres tenebitur; argumento *l. sciendum ff. integ. resti.* etiamsi non fecerit inuentarium. Sed hæc ratio scrupulum habet: quod huiusmodi priuilegium non transit ad hęredem, sed est merè personale *l. sciendum ff. de re iudi. l. maritum. cum lege sequenti. ff. solu. matrim.* Qua ratione aduersus Baldum pronuntiant *Alex. & Ias. in locis supracitatis.* Sed responde, quod illæ leges loquuntur in his, qui nō tenentur vltra quam facere possunt; debitor autem, qui post cessionem aliqua acquirit, non tenetur vltra quam facere potest. *l. his qui bonis ff. d. cessio bono.* Si tamen nihil acquirit, nullo modo conueniri potest, & vis obligationis silet: cum autem debitor conueniri non possit, & obligatio sit suspensa, certè cum eadem qualitate transit aduersus hæredem: ergo hæres non tenetur. Quare opinio Baldi non videtur aliena à veritate; & confirmatur; quoniam hæres non conficiens inuentarium ideo tenetur vltra vires hereditarias, quoniam est aduersus eum præsumptio iuris, & de iure, quod res surripuit & quod non fecit inuentarium, ne furtum suum detegeretur: hic autem loquimur in hærede eius, qui bonis cessit, cessisse autem bonis probatio efficax est; quæ euincit cedentem bonis carere, vt notant *Canonistæ in c. Odoard. per illum textum de solutio. Ias. in l. si constante nu. 148. ff. solut. matrimo. Parisius consi. 80. num. 48. lib. 1. Raphael Comen. sis. in l. decem. ff. de verb. oblig. & ibi Claudius num. 10. Auf. in addit. capel. Tholos. 196.*

Sed huic argumento responderi potest, quod licet bonis cessisse sit efficax probatio, quod cedens caret bonis cessisse sit efficax probatio, quod cedens caret bonis, intelligitur pro tēpore quo cedit: nam potest post cessionem pinguiorem experiri fortunam. nam si non acquisisset noua bona, opinio Baldi est verior, vt infra dicam: præsertim, si cessit bonis in fauorem creditoris, qui agit aduersus hæredē: nam tunc cum ex eius confessione constet fuisse inopē, audiēdus est hæres, dicens defunctū nulla reliquis, se bona: etiamsi non fecerit inuentarium

neque

neque ei obstat præsumptio, quæ est aduersus non conficientem inuentarium; quoniam ea tollitur partis confessione, *vt infra dicenum.26.*

24 Sed adhuc opinio Baldi videtur confirmari ex ratione, quam ipse adducit; scilicet, Quoniam de acquisitis post cessionem non tenetur debitor satisfacere, nisi in quãtum facere potest *.l.bis qui bonis ff. de cessio. bono.* ergo neque hæres eius; argumento *l. sciendum ff. de in integ. restit.* Sed huic argumento respondent *Alexand. & Ias. in d.§. & si præfatam*, quòd priuilegium, ne quis conueniatur vltra quam facere possit, non transit ad hæredem, sed est personale. *l. maritum, cum lege sequenti ff. solut. matrimon. l. sciendum ff. de re indi.* Deinde responderi potest, quòd debitori qui bonis cessit, conceditur id priuilegium de quo supra.

25 Quoniam fortunæ acerbitatem expertus est, cum bonis cessit, & si quod postea acquirit, aufertur illi à creditoribus in solidum, non deducto quod ad alimenta est necessarium, adduceretur ad mortem, & vitam conseruare nullo modo posset: ideò de postea acquisitis non tenetur satisfacere, nisi in quantum facere potest. Hæc autem æquitas non viget in persona hæredis: nam neque miserabile cessionis bonorum remedium passus est: neque eget forsan alimentis; nam si non de hæreditate, fortè ex sua, re diues est: ideò licet defunctus non posset conueniri in plus quam facere posset, ipse conueniri posse videtur si inuentarium non confecit.

Sed certè, quidquid de Iure Ciuili verius sit, & etiamsi opinio Baldi verior esset, vt est re vera, quando debitor nihil acquisiuit post cessionem, nihil facit ad nostrum casum: nam Iure nostro Hispanico, debitor non liberatur cessione bonorum, neque cessionis bonorum beneficium apud nos in vsu est. Ideò, non licet ita arguere: debitor qui cessit bonis, non tenebatur: ergo, neque eius hæres. Namque apud nos debitor, qui soluendo non est, tenetur seruire creditori, & operis, vel seruitio satisfacere: ideò argumentum potest in contrarium retorqueri: debitor inops non liberatur cedendo bonis; ergo neque eius hæres. Ideo omisso hoc telo, quæramus aliud, quo hæredem inopem à creditore defendamus.

26 Illud autem occurrit, quod hæres non conficiens inuentarium, ideò tenetur vltra vires hæreditarias, quoniam aduersus eum est præsumptio iuris, & de iure; quod occultauit bona, *vt in Auth. de hæredibus, & Falcidia. §. sancimus.* hæc autem præsumptio tollitur confessione partis, *gloss. & DD. in Auth. Sed iam necesse. C. de donatio. ante nup.* Quare si creditores, vel legatarij confiteantur, defunctum nulla alia reliquisse bona, quam ea quæ hæres dicit; certè hæres non tenetur vltra vires hæreditarias, etiamsi inuentarium non confecerit, ita notat *Bal. in l. filium quem habentem colum. antepen. C. famil. hercis. Alexand. in d. l. fin. §. & si præfatam colum. 1. num. 3. Ias. num. 2. C. de iure delib. Paul. in l. in ratione in 1. §. quod vulgo. ff. ad leg. Falcid. Cepolla cautela 22. & sequenti.* Creditor autem, cui debitor defunctus addictus fuit, cum perijt à iudice, vt illum sibi addiceret, haud dubiè contendit illum inopem esse, neque habere bona: nam si bona haberet, vtique sibi non traderetur; cum autem ipse in iudicio affirmauerit illum inopem esse, & hoc titulo illum habeat in potestate sua, certè cum hæres dicit, defunctus nulla bona relinquit, dicit, idem quod creditor dixerat, cum petijt debitorem sibi addici.

Neque obijciat quispiam: forsan post addictionem aliquid acquisiuit: Nam si opifex erat, quotidianum quæstum reddit creditori: si opifex non erat, sed tantum creditori obsequiales operas præstabat, certè ex his operis pecuniam nullam quærit, sed tantum satisfacit paulatim, summæ, quam creditori debet. His congruit, quod *supra* docui, *nu. 20.* quod tunc demum non conficiens inuentarium conuenitur vltra vires hæreditarias, quando in hæreditate remanserunt aliqua bona: certè si nulla remanserunt non est conueniendus, nam tunc non est res de qua fieri possit inuentarium, vide quæ ibi dixi.

27 Deinde hæc opinio probatur efficaciter: quoniam lex faciens mentionem de operis ab aliquo præstandis, cum sit odiosa, non extenditur ad eius hæredes. Ita docent *Alexand. & Ias. num. 8. in l. venia, C. de in ius vocan. Specul. tit. de feudis. num. 15. Afflictus in constitutione Siciliæ, incipiente, probationum defectum, num. 18.* Quinimo neque operas obsequiales, quæ leues, & faciles sunt, non tenetur hæres præstare. *l. hæres ff. de obsequijs, à liberis, & libertis patrono præstandis. l. non solum. §. quamquam ff. de iniur. notant Albert. & Raynerius in d. l. hæres. Azo in summa. C. de libertis, & eorum liberis, colum. 1. & 2. gloss. in l. fin. C. eo. titul. Ludouicus Gomezius in §. pœnales num. 34. Insti. de action.* Quod fallit in operis libertorum: nam, & hæredes eorum illas præstare tenentur. *l. 1. §. quæ oneranda, in fin. ff. quar. rer. act. non detur l. qui libertinus. §. posthumus ff. de oper. liberto.*

Confirmatur hæc opinio: quoniam addictus creditori infamis efficitur, & dicitur pati pœnam corporalem, vt docui *cap. 2. num. 35. & cap. 3. num. 5.* pœna autem corporalis (imò neque pœnales actiones) ad hæredem transeunt. *l. si verò §. fin. ad finem. ff. de his qui deiece. vel effuder. l. 1. & per totum. C. si reus, vel accusator mortuus fuerit.*

Sed reclamabit aliquis: nonne supra docuisti, hæredem non conficientem inuentarium addicendum esse creditori? Fateor:

sed

fed hic alius eft cafus; fcilicet, quando hæres inftituitur à debitore iam propter inopiam tradito in poteftatem creditoris: fupra autem differuimus de hærede debitoris, qui creditori addictus non erat, an fi ad inopiam perueniat, fit addicendus creditori; ficuti creditor, cui fucceffit addiceretur, fi foluere non poffet? Sed an exceptio inuentarij non confecti, poffit per hæredem opponi poft fententiam, vide latè *Alexan. in. l. ex diuerfo §. fi in iudicio ff. fol. matrim.*

SVMMA.

1 *Libertus, etiam fenex, tenetur operas patrono præftare.*

2 *Valet argumentum, de operis libertorum, ad operas feruorum.*

3 *Afflictio non eft danda afflicto.*

4 *Senectutis ratione liberatur quis ab obligatione feruiendi, & operarum præftatione; etiamfi teneatur ad ea ratione delicti commiffi.*

5 *Damnatus in metallum patitur capitis diminutionem.*

6 *Capite minuitur, qui in imaginariam aliquam feruitutem adducitur.*

7 *Damnatus in metallum fit feruus pœnæ, & debet operas ratione delicti commiffi: cuius punitio ad reipublicæ vtilitatem fpectat.*

Senes monachi, ex regula Beati Benedicti, non coguntur regulæ præcepta feruare.

8 *Iure Regio, fenectus excufat a muneribus perfonalibus; & ibi de alijs excufationibus.*

9 *Senectus, eft quædam nobilitas.*

10 *Debitor infirmus, creditori non eft addicendus; neque ei feruire tenetur.*

11 *Senectus ægritudo eft.*

12 *Senex femper videtur effe in morte.*

13 *Senex delinquens mifericordiam meretur.*

14 *Perfona fenis honoranda.*

15 *Debitor inops creditori addictus poft addictionem fenex effectus, liberatur a difpofitione huius legis.*

16 *Aetas per quam quis liberatur, ne addicatur creditoribus.*

An debitor, fenectę ratione excufetur, vt non fit addicendus creditori.

CAP. VII.



1 EST quotidiana quæftio, quid iudicandum fit in debitore fene: an fcilicet addicendus fit creditori, fi folnendo non fit? Præftat argumentum quæftionis, cum difpofitio generalis huius legis, tum decretum textus *in l. eius ff. de oper. liber. iuncta lege præcedente*, vbi Iuris Confultus tractans de operis præftandis, fcribit eas etiam à fene exigi poffe. Cùm ergo libertus, de quo lex illa loquitur, non excufetur ab operarum præftatione prætextu fenectutis, idem iudicandum videtur in noftro cafu: nam cum libertus operas præftet patrono, ratione beneficij accepti; debitor verò ratione pecuniæ rei rei tranfigendæ humanæ vitæ neceffariæ.

2 Præfertim, quod valet argumentum, de operis libertorum, ad operas feruorum, autore *Bartt in l. fi non fortem. §. libertus ff. de condi. indeb. & in l. pro herede §. fi quid tamen. ff. de acquir. hæred. notat Zafius* (qui tamen videtur ambigere) *fingularium refponforum lib. 1. c. 3.* Debitor autem creditori addictus videtur quodammodò feruus eius effe, vt dico *fupra cap. 1. & 2.*

Neque obftat fi quis dicat; fateor fenem cogendum operas præftare, iuxta *textum in d. l. eius.* Sed id admittendum, fi opifex fit, vel mechanicum aliquod artificium calleat: tunc enim propriè dicetur præftare operas. Si tamen nullum calleat artificium, non eft cogendus feruire creditori. Sed refponde, quod paria habentur, feruire, vel operas præftare, vt probat textus infignis *in l. fi quē feruum. ff. de ftatu liber. cuius hæc funt verba: Nihil intereft vtro modo caueas: fi feruieris; an fi triennio operas dederis.* Deinde faeilior eft opera obfequialis, quam opera artificialis; minufque onerofa. Rurfus, fenem creditori addicendum probatur: quoniam licet de iure ętas ingrauefcens præftet immunitatem à muneribus perfonalibus: vt *infra* dico *num. 8.* hoc non admittendum cum alterius iniuria. *l. 3. §. fi quid a principe ff. ne quid in loco publico l. nec auus. C. de emancipa. libero.* Iniuria autem effet creditoris, fi propter debitoris fenectam fua pecunia fraudaretur.

3 Sed in fene, deuexæ iam ætatis homine, cariofa fenecta confracto, ego non feruabo difpofitionem huius legis, quamuis maximam

mam summã debeat. Moueor primò, quoniam æquissima ratione, senex in carcerem duci non potest, vt existimat *Cacialupus in tractatu de debitore suspecto, & fugitiuo q.5. col.2.* adducens quod non est danda afflictio afflicto, *vt in l. oratio. ff. de sponsalib.* cuius opinio suadetur ex pluribus, quæ statim dicam. Ille autem qui in carcerem duci non potest, non est addicendus creditori: vt docui *c.3. num.2.* & dico *infra*.

4 Rursus, senem non esse addicendum creditori: probatur efficaciter ex textu *in l. metallum ff. de pænis.* Vbi probatur quòd obligatus seruire, & operas præstare, etiamsi teneatur eas præstare, ratione commissi delicti, liberatur senectutis ratione. Inquit lex. *In metallum damnatis si valetudine, aut ætatis infirmitate inutiles operi faciendo deprehendãtur, ex rescripto diui Pij, à Præside dimitti poterunt.* Nota ętatis infirmitatem (hoc est senectutem) liberare, ab operarum præstatione delicti, loquitur enim lex de homine libero in metallum damnato, qui non tantum operas Cęsari pręstare tenetur, verum etiam eius seruus fiebat Iure digestorum, *vt in l. in metallum. ff. de iure fisci. l. frustra. C. de sen ten. passis.* docent *Bartol. Paul. Alex. & Ias. in l. si quis mihi bona. §. seruus municipium. ff. de acquir. hæred.* nihilominus tamen ætatis imbecillitas liberationem præstat.

5 Deinde quòd *d. l. in metallum,* expresſè adiuuet nostram sententiam, probatur, quoniam damnatus in metallum, capitis diminutionem patitur. *l. in metallum. ff. de iure fisci. l. fi. ff. de capi. diminu.* Debitor autem creditori addictus, capitis diminutionem patitur; vt in lege duodecim tabularum, quæ de hac re loquitur, expresſè definitur: nam *dixi capit.1. numer. 56.* cum lex 13. tabularum præcipit, vt debitor non soluens addicatur creditori, rem significat his verbis: *Ni iudicatum facit, capitis pæna dato.* Et ita interpretatur Zasius *in l. 1. versic. vlt. ff. de cessione bonorum.*

6 Quod etiam probatur, quoniam capite minui dicitur, qui in imaginariam aliquam seruitutem adducitur, *vt in l. liberos. §. emãcipato. ff. de cap. diminu.* cuius verba sunt. *Emancipato filio capitis diminutio manifestè accidit, cum nemo emancipari possit, nisi in imaginariam seruilem causam deductus.* Ille autẽ, qui traditur in seruitium creditori, in imaginariam quandam seruitutem deductus videtur, *vt in. l. Præses, & in. l. si liberum captum, & in. l. si is qui te. iuncta lege finali. C. de captiu. & postlim. reuers.* Ex quo vides, *l. in metallum,* loqui in nostro casu: imò, in casu magis dubio.

7 Quoniam damnatus in metallũ fit seruus pœnæ, & debet operas ratione delicti: cuius punitio ad publicam spectat vtilitatem. *leg. congruit. ff. de offi. præsid.* His accedit *text. in l. interdum. ff. de oper. liber.* Inquit lex. *Nam dum languet libertus, patrono operę, pereunt.* Idem probatur *in l. liberta. ff. de oper. lib.* Inquit lex. *Liberta, operas, si maior est quinquaginta annis, dare patrono non cogitur.* Idem probatur *in l. nec audiendus. ff. eo. tit.* Et quòd senectus ab operarũ præstatione liberationem præstet, notat *Azo in sum. C. de oper. libert. col.2. & in summa. §. sequitur. C. de vsufr. glo. in l. liberta. ff. de oper. libert. Albe. in Rub. ff. eod. tit.* & magis proximè ad nostrũ casum docet *Zasius singularium responsorum lib.1. cap.3. num. 34.* Sic Diuus Benedictus in regula monachorum *cap.37.* iubet, ne senes cogantur regulæ præcepta obseruare, his verbis: *Natura quodammodo trahitur ad misericordiam senum, & infantium: vnde districtione regulæ non teneantur.*

8 Sic Iure Regio sęnectus excusat à muneribus personalibus, generaliter omnibus in dictis. *l.17. tit.4. lib.4. Ordin.* & probatur *in l.3. §. quamuis. & §. Præses. ff. de muner. & honorib. l. munerum. §. ij quoque. versic. Camel. l. lasia. ff. de muner. & honorib.* ibi. *Solo corporis ministerio obligentur; nec vlla excusatione liberantur, nisi sola læsi, & inutilis corporis infirmitate.* Seniores enim à multis muneribus excusantur. *l.2. §. fin. ff. de decurio. l. Et qui exigenm. §. quamuis. & §. circa frumenti. ff. de muner. & honorib. l. fin. C. qui ætate se excus. lib.10. l.1. C. de his qui morbo, vel ætate. l. excusantur. ff. excusa. tuto. l. maiores. l. semper. ff. de iure immuni. §. item maior. Instit. de excus. tutor.* Sic senes à longis itineribus, quos cęteri necessario subire tenẽtur, immunes sũt. *c. magnę de voto,* vbi votum transmarinum; aliàs irremissibile, remittitur propter ætatẽ. Facit textus *in c. quamuis, de sent. excom. c. placuit. 18. distinctione,* vbi Episcopus excusatur ob ætatem, ne ad Synodum personaliter accedat.

9 Deinde, quòd debitor senex non sit addicendus creditori, probatur; quoniam debitor nobilis, etiamsi soluendo non sit, non est addicendus creditori, vt dico. *c.16. per totum;* Sęnectus autem nobilitas quædã est *l. prouidendum. C. de postul. in prin.* ibi. *Meritum, nobilissimos fecit, aut vetustas.* Vnde senes gaudent priuilegio concesso egregijs personis. *l. ad egregias. ff. de iureiur. vt nota glossa ibi. per textum in Auth. de hæredib. & Falci. §. hinc nobis,* & sequuntur omnes DD. *in d. l. ad egregias.* quamuis *Ang.* ibi scribat, quod hoc non seruatur de consuetudine. Sed d. opinionem sequitur *Anto. in c. quoniam frequenter. in princ. vt lite non contest.* vbi dicit, quòd hoc casu senex iudicandus, qui attigit annum septuagesimum secundũ, vt probatur *in c. si qui testium, & ibi glos. & DD. de testibus. not. Barba. consil.20. col.3. lib.2.* Et certè communis necessario seruanda est, si senex imbecillus sit.

10 Rursus hæc opinio probatur; quoniam debitor infirmus non est creditori addicendus, neque tenetur ei seruire. *l. cum hæres. §. Stichus. ff. de statulibe. l. in metallum. ff. de pænis.*

nis. l. prator. ff. de excusa. munc. c. 1. de clerico ægrotan. in 6. & dico infra.

12 Senectus autem ægritudo est. *l. ciuitatibus. ff. de leg. 1. c. magna de voto*, vbi ita docet *Abb.* idem *Abb. in c. quoniam frequenter. col. 6. vt lite non contestata.* vbi scribit, legem loquentem in ægro, practicandam in sene. vt etiam scribit *Archidiacon. in c. nihil. 7. q. 1. Gomezius in regula Cancellariæ, de infirmis resignantibus, q. 7.* Nam senectus, & grauis ægritudo, æquiparantur. *c. 1. de. clerico ægrotan. in 6. Ancha. consil. 279. quæst. proponitur.* Hinc Terentianum illud: *Ipsa senectus morbus est.* Et *Aristot. lib. 5. de generatione animalium*, Senectutem per se ipsam morbum esse naturalem docet, quam (vt inquit Horatius) multa circunstant incommoda.

Neque senex solum censetur ægrotare, verum etiam semper videtur esse in morte. *l. is qui. ff. de fideicommiss. libert. notant recentiores in l. senium. C. qui testam. facer. poss. Gomezius in regula Cancellariæ, de infirmis resignantibus. q. 7. Cataldinus in tractatu de translatione Concilij Basiliensis, col. 3.* Corpus autẽ mortui, non potest retineri pro debito. *l. cum sit iniustum. C. de sepul. viola. & docui. cap. 1. nu. 19.* ergo neque senex, qui vti Beroaldus ex Græcorum Prouerbio refert, *Homo est, & non est.* & doctissimus Erasmus referens senectutis incommoda, inquit.

Denique totum hominẽ paulatim surripit ipsi;
Neque de priore tandem,
Præterquã nomen, titulumq; relinquit, inanem.
Cuiusmodi tuemur
Passim marmoreis insculpta vocabula bustis.
Verum hoc senecta quæso,
An mors lenta magis dicenda est?

His suffragatur textus insignis *in l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufr. ibi. Aegrotante seruo, vel infante: cuius operæ nullæ sunt, vel defectæ senectutis homine.* Ecce senectutem ingrauescentem non posse vllas operas præstare.

His accedit prudens ratio: scilicet, quod debitor addicitur creditori, vt operis artificialibus, vel obsequialibus satisfaciat creditæ summæ; debitor autem senio confractus nullas potest præstare operas; vt *in d. §. de illo l. aboribus. ff. de vsufr. l. in metallum ff. de pœn. l. munerum. §. ij quoque versic. Camelelasia. ff. de muner. & honoribus.* Senectus enim furtim surripit hominem, epotat corporis succos, animi vigorem hebetat, vires conuellit, alacritatem aufert, autorem vitæ igniculum decerpit, & huius nutricium liquorem, vitales adimit flatus, cum sanguine corpus denique, (vt Erasmus inquit)

Totum hominem paulatim surripit ipsi;
Neque de priore tandem,
Præterquã nomen, titulumq; relinquit inanem.

Cum ergo senis cariosa ætate confracti, nullæ possint esse operæ, nullus est eius vsus; etiam si creditori addicatur: ergo non addicendus. Huic opinioni suffragatur, quod scribit *Bal. in l. vna n. 27. C. de confes. Zasius in tracta. feud. par. 8. num. 68.* Postremò, senem eximẽdum à duro huius legis decreto, probatur: quoniam addictio hæc, qua debitor addicitur creditori, censetur pœna corporalis, *vt dixi. c. 2. num. 35. & c. 3. nu. 6.*

13 Senex autem, etiamsi crimen committat, misericordiam promeretur, & senectuti ingrauescenti venia datur. *l. si quis in graui. §. ignoscitur. ff. ad Sillania. glos. in l. ferè in omnibus. ff. de reg. iur. & in c. tanta nequitia. 86. distinctio. ibi, Tuis equidem canis parcimus. c. tanta. 1. q. 7. c. tempera. 26. q. 7. glos. Bar. & DD. in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infam. Gandinus in tract. maleficiorum tit. de pœn. col. 15. versic. item in sene. Bal. in. c. 1. de maiori. & obedi. Platea in. l. fin. C. qui ætate se excusant. lib. 10.* Quare senex decrepitus non est torquendus, *ita arg. dict. §. ignoscitur, notat Gandinus in Rub. de quæstio. Hippol. in. l. edictum, & in. §. expedita. ff. de quæstio. Brunus in tractatu iudiciorum. 4. q. princ. col. 28. Carrerius in practica criminali, in princ. num. 180. versic. item excipitur senex decrepitus.* Senectus enim est probabilis causa dispensandi. *glossa in Clement. 1. §. pen. verbo necessitate, de priuileg.*

14 Deferamus ergo honorem senectuti: nãque, vt Ouidius testatur;

Magna fuit semper capitis reuerentia cani.

Et Calistratus Iure-Consultus *in. l. semper. ff. de iure immuni.* inquit. *Semper apud maiores nostros senectus venerabilis fuit.* Hoc autem Hispani diligentius facere debemus: quoniam, vt est autor Philostratus *in vita Apollonij, post initium libri quinti*: apud Gades templum erat Senectuti dicatum, quod ætatem rerum magistram maximè, vt Aetianus inquit, venerarentur.

Rursus Concilium Carthaginense quartum. c. 84. præcipit pauperes & senes præ cæteris honorari. Item Leuitici 19. legimus: *Coram cano capite consurge; & honora personam senis.* Et B. Paulus. 1. ad Timotheum 5. Iubet iuuenes honorare seniores, vt parentes. Iudex ergo qui carcere reclusum detinet senem, repetat illud Vergilianum 2. Aeneidos: *Dauni miserere senectæ.*

Vltimò hæc opinio probatur: quoniã hæc lex non est practicanda aduersus debitores pueros, vt dico *c. sequenti.* Senex autem longæuus in infantiam quasi reuoluitur, vt autor est *Aristoteles libr. Orbicularium quæstionum. 17. cap. 3.* Vnde Plautus in Mercatore inquit:

Senex cũ extemplo est, iam nec sentit, nec sapit:
Aiunt solere eum repuerascere.

Vnde illud, & vulgi sermone iactatum habemus, *Bis pueri senes.* Et ex Catone illud, *Cum sapias animo noli irridere senectam.*

Nã quicumq; senex; sensus puerilis in illo est. Quod refert *glossa in. l. senectus, C. de donat. Odofredus, & Baldus in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infamia.*

15 Illud autem addendum: quòd non solum eximen-

eximendus à dispositione huius legis, qui senex est tempore, quo traditur creditori; verum etiam, qui postquam traditus fuit ad cariosam senectam peruenit: nam in hac specie loquitur *l. in metallum ff. de pæn.* & maiori fauore dignus est qui per aliquot annos operas præstitit, quam, qui à principio, fauore cariosæ senectutis, à dispositione huius legis exemptus fuit. Præterea hic quadrant omnes rationes supra relatæ, & notat expressè *glossa in l. liberta ff. de oper. libe. Albe. in rub. ff. de oper libe. col. 2.*

16 Quot autem annos quis agere debeat, vt eximatur à dispositione huius legis, videtur dednei ex *l. 3. ff. de mun. & bono.* & ex his quæ dixi *supra numero 9.* citando *Antoni. in cap. quoniam frequenter, in princ. vt lite non contestata.* Sed meo indicio res hæc non tam ex senecta (hoc est ex annorũ numero) quã ex senio, videtur definienda: videmus enim senes virium robore validos; & rursus videmus sexagenarium vix pedibus subsistentẽ: ideo, res hæc arbitrio iudicis videtur committenda, vt ex statu, natura, & dispositione debitoris, illum vel liberet, vel subijciat dispositioni huius legis.

Non obstant ex aduerso prolata. Non obstat, quod à liberto sene exiguntur operæ: id enim verum, nisi valde senex sit. *l liberta ff. de oper liber. & docui supra versiculo his accedit text. nu. 12.* Deinde non obstat, quod fauor debitus seni, non debet lædere creditorem; non enim lædit, cum senecta tanta est, vt operæ senis ei vsui esse non possint. Præterea, condonet senectuti seruitium, vt condonat ægritudini, velit nolit, & vt condonat morti, in qua senex semper esse dicitur. Hæc opinio est Christiana, & in hominum cõmercium admittenda; nihil enim nobis antiquius esse debet, quam quod charitatem sapit. Et iuxta vetus Prouerbium, *Homo homini Deus; non carnifex.*

SVMMA.

1 *Pupillaris ætas non excusat ab operarum præstatione.*

Lex loquens generaliter minoris personam comprehendit.

2 *Impubes in carcerem detrudi non potest.*

3 *Impubes non cedit bonis.*

4 *Bonorum cessio dicitur esse alienatio.*

5 *Aetas excusat ab operarum præstatione.*

6 *Statuta exorbitantia, minores non comprehendunt, & num. 3.*

7 *Pupilli, vt potè quibus rerum suarum administratio nõ est concessa, sunt immunes à pœnis impositis negligentibus, & res suas malè curantibus.*

8 *Minor in delictis excusatur à pœna, etiam in delictis, quorum punitio expedit respublica.*

9 *Indulgentia ratione ætatis, de delicto commisso per minorem, semel concessa durat, si postea adoleuerit, & in simili, numero 10. & 11.*

12 *Minor 25. annis pro pecuniario debito, an capiatur, & num. 13.*

14 *Captura dicitur iniuria irreparabilis, & num. 15.*

16 *Gesta ab adulto curatorem habente, sine tutoris autoritate, sunt nulla ipso iure.*

17 *Adultus, aut impubes doli capax, dolo vel malitia bona consumentes, si fiant inopes, creditori addicuntur.*

18 *Debitor ob dolum in rebus proprijs, amittit priuilegium, ne capiatur à creditoribus.*

19 *Captiosa paupertas potius nocet, quã excusat.*

20 *Ratione doli amittitur priuilegium, ne quis conueniatur vltra quam facere possit.*

21 *Minor, cuius malitia ætatem supplet, maioribus connumerandus.*

An dispositio huius legis exercenda sit in debitores Minores: & quid si postea adolescant.

CAP. VIII.

1 

Ræterea quæro, vtrũ minor fit æris alieni ratione addicendus creditori. De pupilo prius: de adulto, postea dicemus Videtur pupillũ inopem creditori addicendũ ex textu in *l. vt inuitinandi §. dabitur ff. de oper. liber.* cuius verba sunt: *Dabitur in impuberem, cum adoleuerit, operarum actio: sed & interdin; quando impubes, est nam huius quoque est ministerium, si fortè nomenclator sit.* Vides pupillarem ætatem nó excusare ab operarũ præstatione. Sic *Bart. in l. fin. C. qui ætate, vel professio. se excus.* scribit, minores ea personalia munera subire debere, quæ sine vitæ periculo suscipi possunt. Debitor autem eas tantum operas creditori præstare tenetur, quæ absque vitæ periculo præstari possunt. *l. hæc demum ff.*

de oper.liber. notat Salic. in l. 2. C. de capti.& postlim. rever. Ripa in l. obligatione generali. num.8. ff. de pignor. Zasi. lib. 1. respon. capit. 3. & dico infra.

His accedit, quod lex generaliter loquens comprehendit personam minoris.*c. constitutus de in integ.restitut.*notant *DD.in l.si sine §. Lucius ff. de admi. tutor. Bal. in l.fin. C.de in integ. resti. Ang. in l. si plures ff. de pact. idem cons. 160. Albe. in 2. part. statu.q. 36. Socin. consi.123. col.2. lib.3. Alex. consi. 49. col. 3. lib. 1. & consi. 119. num. 35. & cons. 254. lib.6.*Lex autem illa generaliter præcipit, debitorem inopem seruire creditori: ergo cōprehendetur minor, argumento *l. de pretio. ff. de publicia.* Præterea, creditor, efficax ius habet aduersus pupillum, & pro credito vendit eius bona, absque solemnitate requisita in venditione rerum minoris. *l. si pupillorum §. 1. ff. de rebus eorum. notat Bart. in l. Papinianus. §. sed nec impuberi. nu. 3. vers. probatur. ff. de inoffi. testament. Guido Papa decisione Delphinali. 30 number. 6.* quia tunc creditor non vendit nomine pupilli, sed iure suo, & virtute obligationis, quam aduersus pupillum, & eius bona habet.

2 Sed verius est, pupillum debentem non esse addicendum creditori, etiamsi soluendo non sit. Primò, quoniam impubes non potest detrudi in carcerem, argumento *l. neque impuberis ff. de in ius vocand.* vbi notāt *Bar. Bal. Rom. Paul. Alexand. Ias. & Iacobinus.Baptista Sanseuer.in tracta.de debito.susp. & fugi. in. 5. quæst. princ. Specu. titul. de.comm. §. fin. Ang. in l. nemo carcerem C.de exacto.tribu. lib. 10. Roma. consil. 120.col. 2. n.3. cum sequentibus. Boer. in repet. l. consentaneum num. 165. C. quomodo, & quan.ind.* Et dicit *Iacobinus in d. l. neque impuberis*, quòd minor vigintiquinque annis non potest pro debito pecuniario conijci in carcerem. *Castill. in l. 66. Tauri. verbo. De se arraygar. col. fin. notat Bal. in l. 1. num. 20. C. qui bon. ced. poss.* Vbi dicit, quòd pupillus non potest carcerari, quoniam satis est, quod ex debito paterno patitur secundum decretum & ex proprio primum; & sequitur ibi *Salicet col. penul. quæst. vndecima*: & ibi etiā dicit *Bald.* quòd minor vigintiquinque annis nō potest pro debito pecuniario conijci in carcerem, & sequitur *Ias. in l. 4. num. 24. ff. de re iudi.* vbi dicit hoc secundum *Ang.* ideò esse, quia captura est iniuria irretractabilis, sed mihi videtur hoc indulgeri ætati. Præterea adducit *Angel. alia l. 4. §. condemnatum*, de qua re infra dicam *num. 12. versic. nunc tractemus*. Hoc supposito, manifestum est, quod minor non est addicendus creditori; quia qui in carcerem duci non potest, non est addicendus creditori, vt probaui *cap. 3. n. 2. & c. 4. dico infra c. 16. De debitore nobili.*

Preterea hanc opinionem nominatim probat *Rodericus in repetitione l. 2. titulo De los goniernos, lib. 2. Fori. col. fin. vers. limita. sexto*, vbi dicit, quod lex illa præscribēs, vt debitor inops teneatur seruire creditori (vt etiam disponit *d. l. 2. De los gouternos*) non est practicanda aduersus impuberem, quia non potest carcerari.

Adducit etiam, quod impubes non potest cedere bonis; & cum citat *Baldum in l. fin. num. 20. C. de cessio. bono.* non recitat ex vero eius verba; quamuis hæc opinio, vt pupillus non possit cedere bonis, probetur à *Saliceto in d. l. fin. col. pen. quæst. vndecima, num. 11.* & probat *Ias. in §. fin. col. 2. Insti. de actio.* Quoniam satis est, quod ex debito paterno patitur secundum decretum, ex proprio primum tantum: de quare vide *Barba. in capit. Raynutius de testam. in sua Iuanina*, citat *Ias. in d. §. fin. col. 2. Angelum in l. neque impuberes. ff. de in ius vocand.* sed Angelus ibi de hac re, ne verbum quidem. Sed *Soc. regula. 46. fallentia decimatertia* dicit, quod minor, cum non possit incarcerari, non potest cedere bonis, quia cessat ratio, propter quam conceditur beneficium cessionis, scilicet, vt debitor effugiat carcerem. *l. 1. C. de cess. bon.*

Sed ego rem hanc, (vt scilicet debitor impubes non possit addici creditori) ex ea ratione amplector, quod impubes nō est detrudendus in carcerem: aliàs si hoc deficeret, non me magnoperè moueret, quod nō potest cedere bonis: illud enim ideo est, quoniam cessio bonorum est alienatio bonorū & ex proprio contractu non patitur nisi primum decretum, & ex paterno secundum: hic autem loquimur, de quo nulla bona habet, & sic non de alienando: sed petitur, vt soluat operis: nam opera est loco pretij, vt dixi *cap. 2.* tunc enim, nisi ratio supradicta aduersaretur, non esset iniquum, vt seruiret creditori: neque enim, si petat creditor suum debitum, recusare potest solutionem, ex eo quod impubes est; imo creditores vendunt eius bona, etiamsi fit minor. *l. fin. ff. de priui. credi.* & vendunt non seruata solemnitate, quæ in alienatione rerum minoris seruari solet, vt dixi supra *num. 1.* Cum tamen incarcerari non possit, & operæ, non sint bona præsentia, sed futura: æquum est, vt non addicatur creditori, debetur enim venia ætati.

Comprobatur hæc opinio, quoniam ætas excusat ab operarum præstatione. *l. caterũ. ff. de rei vendi. l. semper ad fi. ff. de iure immuni.* scribit *Azo in Rub. C. de oper. libe. col. 2.*

Deinde, si infans est infantiæ proximus, in quem vsum est addicendus creditori, cū eius nullæ sint operæ? *l. arboribus §. de illo ff. de vsuf. ibi, ægrotante seruo, vel infante, eius operæ nullæ sunt.*

His suffragatur *textus in l. quicumque. C. de seruis fugitiuis*, vbi fit sermo de quodam casu, in quo qui non potest soluere luit corpore: dicit tamen textus, quod minor non debet eam corporalem pœnam subire: is autem

autem qui creditori addicitur, dicitur pati pœnam corporalem: ergo ab ea immunis debet esse minor.

His accedit, quod si aliqua lex punit aliquid, quod de Iure communi non punitur, non comprehēdit minorem, licèt generaliter loquatur. ita probatur *in c. 2. de delict. puerorum* scribit *Roma.sing.816.incip. tu audisti titulum*; alias est singulare vltimum. *Bal.in.l. si ex causa.§ fin.ff.de minorib. Cremēsis, singul.30.* vbi tradunt, quod si ex statuto extrahens oleum è tali regione, puniatur, non comprehenditur pupillus. Cum autem debitorem addici creditori, sit aduersus ius commune, *vt docui cap.1.num.6.* certè licet lex generaliter loquatur in debitore, non comprehenditur pupillus.

6 His congruit, quod hæc lex est odiosa, & exorbitans, statuta autem odiosa, vel exorbitantia minores non comprehendunt, vt tradit *Bart. in.l. etiam.ff. de minor. Bald. in. l.1. C. quando Impera. inter pupi. & vidu. Hippol.singul.481.* Vbi tradit, quod licet statuto caueatur, vt filia dotata non succedat stantibus masculis: tale statutum non habet locum in filia infante, citat *Bald.in.l. si plures. col.10.vers. iuxta prædicta formatur talis quæstio.C. de condit. inser. Anchar.in repetitione c.canonum statuta. col.89. versic. pone statuto cauetur. de constit. Alex. consil.162. visis his col.1.lib.6.* de qua re alibi disseram. Cum ergo dispositio huius legis sit odiosa, & exorbitans, *vt dixi.cap.1.& c.2.per totum*: certè non comprehendit pupillum. Confirmatur hæc opinio ex traditis *supra capit.4.* vbi docui dispositionem huius legis, non habere locum aduersus eum, qui absque culpa sua ex accidenti amisit bona: impubes autem culpa vacat, tum quia lubricum est eius ætatis consilium: tum quoniam administratio rerum suarum ad tutorem pertinet, & pupillus, neque administrat, neque administrare potest, vnde si facultates eius pereant, ipsi nihil imputari potest.

Inde, pupillus immunis est à pœnis impositis negligentibus, & res suas male curantibus: quoniam rei suæ administratio sibi concessa non est, ita dicit *text. in. l.1. §. fin. C. de annali excep.* Ergo pupillus, qui propter iacturam rei suę soluere non potest, misericordiam meretur, propter inculpatam paupertatem. Nam si non ex contractu tutoris, vel patris, sed ex suo teneretur, vtique absoluendus esset; cum contractus non valeret, & ex consequenti debitor non esset. *l. præcipuum. C.de prædi. minor.*

Suffragatur huic sententiæ, quòd si ex contractu inito per tutorem aliqua pœna irroganda sit minori, certè minor excusatur, dicēdo, ego non feci hunc contractum, sed tutor. Sic Aelius Spartianus de Adriano Cæsare illud prodit memoriæ, quod decoctores bonorum suorum iubebat catamidiari (hoc est exibilandos, & irridendos exhibere) in amphitheatro; *Si suæ autoritatis essent, hoc est, si essent suæ potestatis*: habens autem tutorem, vel curatorem, sui iuris non est. Rursus Liuius Decadis primæ libr. 8. significat ętatem debitoris misericordiam promereri, ne creditoris nexu detineatur. Inquit Liuius: *Lucius Papirius is fuit, cui cum se, C. Publius, ob æs alienum paternum nexum dedisset, quæ ætas, formaque misericordiam elicere poterat, ad libidinem & contumeliam animum accenderunt, &c.*

Rursus, quòd impubes, etiamsi consumptis bonis soluendo non sit, non sit addicēdus creditori, sed inopia, & decoctio bonorum veniam promereantur, indicat Cicero in oratione pro Cælio: vbi inter alia huic tractatui apta, hæc subijcit. *Nolo cuiusquam fortis, atque illustris viri, ne minimum quidem erratū cum maxima laude coniungere; quod si facere vellem, multi à me summi, atque ornatissimi viri prædicarentur: quorū partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries magnitudo, æris alieni sumptus, libidines nominarentur: quæ multis postea virtutibus obiecta adolescentiæ qui vellet, excusatione defenderet.*

Cæterum, ad euincendam hanc opinionem, vel illud sufficeret, quod in delictis, quorum punitio publicam spectat vtilitatem, impunitas datur, teneræ ætatis ratione. *l. auxilium. §. in delictis. ff. de minorib. l. si ex causa. §. nunc in minoribus. ff. de mino. l.1.§. impubes. ff. ad Sillania. l. ferè in omnibus, & ibi glossa. ff. de reg. iur. c.2. de delict. puero, & ibi Ananias, & Abbas. Gandinus in tract. maleficiorum, titulo de pœnis. col.15. in parvis. Bal. in. l. quicunque. col.4. C. de seru. fugiti. Hippolyt. in. l.1. col.11. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Ergo, & hic impubes excusandus, cum etiamsi crimen cōmisisset, excusaretur. Cōsonat huic sentētiæ, quod diuus Benedictus in regula monachorum. c.37. præcipit, ne infantes cogantur regulæ præcepta obseruare. Eius verba hæc sunt: *Natura quodammodo trahitur ad misericordiam senū, & infātiū: vnde districtione regulę nō teneātur.* Ergo impubes immunis est à dispos. huius legis.

Non obstant ex aduerso prolata. Primò, non obstat *l. vt iurisiurandi. §. dabitur. ff. de oper. liberto.* vbi in impuberem datur operarum actio, & dum est impubes præstat, quas ætas ferre potest: & postea, quæ viro congruunt. Sed illud verum, cum operas obligatus est præstare: ibi enim supponit textus impuberem legitimè obligatum patrono fuisse ad præstandum operas: quod qualiter fiat, explicat *Zasius, Responsorum libro primo. cap.3.* In nostro autem casu impubes, neque ex pacto, neque ex lege obligatus est operas præstare. Ille enim qui non potest conijci in carcerem, non tenetur seruire creditori, etiamsi soluendo non sit, vt docui *cap.3. supra num.9.*

Rursus nō obstat quod lex generaliter lo-

uens, comprehendit minorem: id enim verum, nisi in odiosis, vel exorbitantibus, vel in his quæ aduersus dispositionem Iuris Communis puniuntur, vt dixi num. 5, num. 6.

Non obstat, quòd creditores habent ius efficax aduersus impuberem: id enim verum quoad bona, sed non quoad capiendam personam, vt dixi num. 1.

Amplia singulariter hanc limitationem; adeo enim verum est, impuberem eximendum à dispositione huius legis, vt semel facta liberatione, ratione ætatis non sit, postquam adoleuerit, addicendus creditori.

9 Moueor, quoniam cum minori non vindicanti necem patris parcatur, ne lege, statutas pœnas patiatur. Certè, etiamsi postea adoleuerit indulgentia primæ ætatis ratione concessa illum excusat, ita notat *glossa in l. 1. in verbo Vlciscatur. C. in quibus causis in integ. resti. non est necessa.* & ibi notant *Bal. Ang. & Salic. Alber. & Bald. in l. minoribus. post glossam ibi. C. de his quibus, vt indig.* Idem dispositum est in matre non petente tutorē filijs: excusatur enim, si erat minor tempore, quo petere debuit: neque ei obest, quod postea virilem ætatem ingressa, cessat etiam tutorem petere: sufficit enim, quod eo tempore quo peti debuit minoris ætatis ratione excusata fuit. Ita notat *Bald. in l. 2. C. si aduers. delict. Specul. titul. de in integ. restit. 1. par. §. quis autem versic. sed quidsi ipsa, & ibi Bald. in additione. Ang. Sali. Paul. & Fulg. in l. 2. C. si aduers. delict.*

10 Sic filius non redimens patrem à potestate hostium, excusatur ætatis ratione; neque sibi postea nocet, cum maior factus eo nomine conuenitur. Ita notat *Bald. in Authen. si captiui. C. de Episcop. & clericis, & in l. qui contra. col. 2. C. de incest. nup. Ang. in l. 1. C. in quibus caus. in integ. resti. non est necessa. Paul. & Ias. l. sciendum. §. si ille notabili 1. hic col. 1. Rom. singul. 221. Fulgo. consil. 52.* Faciunt quæ dico capit. de mulcta.

11 Sic, cùm minor ætas excuset in criminibus: non est minor cum adoleuerit, ex eo crimine plectendus: autore *Hippolyt. in. l. 1. §. infans. col. 2. ff. ad leg. Corn. de Sicar. & in. l. de minore, in principio col. fin. versic. & an minor. ff. de quæstio.*

12 Nunc tractemus, an pubes minor vigintiquinque annis sit creditori addicendus. Mouet quæstionem, quòd qui non potest pro debito in carcerem duci, non est addicendus creditori, vt docui capit. 3. num. 2. Minor autem vigintiquinque annis non potest pro pecuniario debito duci in carcerem autore *Bald. in. l. 1. numer. 20. C. de cessio. bono. & ibi Salic. num. 11. Bart. in tractat. de carceribus. quæst. 4. Ang. in. l. nemo carcerem. C. de exactio. tribu. lib. 10. Roderi. in l. 2. q. 4. tit. De los gouiernos. col. 1. Aret. §. fin. col. 2. Institu. de actio. Roman. & Alexand. col. fi. & Iacobinus in l. neque impuberes. ff. de in ius vocan. Roman. consil. 120. Ias. in l. 4. §. condemnatū, num. 24. ff. de re iudicata. Cassan. in consuetud. Burgundiæ, Rubr. 5. §. 1. verbo Son principal, nu. 14.* Et quòd minor non potest capi, scribit generaliter *Socin. regula. 46. fallentia. 14. & in. d. l. neque impuberes. col. 1.*

13 Deindè, facit, quòd cum statutum punit aliquid, quod de Iure Communi non punitur, non comprehendit personam minoris, vt dixi *supra num. 5.* Prætererea facit, quòd statuta odiosa, vel exorbitantia non comprehendunt minores, vt dixi nu. 6. Rursus adduci possunt aliqua alia producta supra in fauorem impuberis. Et illud negare nemo potest, quin pubes agens annum decimumquintum, vel decimumseptimum, sit dignus misericordia, cum in delictis mitissimè agatur cum his qui hanc agunt ætatem. Prætererea, si minor debet ex contractu paterno, & hæreditatem eius adiuit cum beneficio inuentarij, haud dubiè non addicendus creditori, licet soluendo non sit, vt docui. *c. 6.* dummodo exhibeat bona in inuentario contenta, vel eorum rationem reddat. Quod si tenetur ex contractu proprio inito à curatore, certè videtur dignus venia, cum res non eius culpa fuerit amissa, neque enim ipse administrabat, vel sui iuris erat: his autem Adrianus Cæsar parcebat, alioqui decoctorum grauissimus hostis, vt docui *supra num. 6.* & qui absque culpa sua amittit bona non addicendus creditori, vt docui *supra cap. 4.* qui autem curatorem habet, non videtur esse posse in culpa: non enim contrahit, non emit, non vendit, & omnia ab eo facta nulla sunt, si curator non interueniat, *l. si curatorem habens. C. de integ. restitut.*

Ex aduerso tamen, imò, quòd adultus sit addicendus creditori, sentit *Rodericus in repetitione l. 2. titul. De los gouiernos. propè finem:* dicens, quòd licèt pupillus non possit cedere bonis; adultus potest authoritate, & decreto iudicis, quia est alienatio vniuersorum; & per consequens valebit carceratio, & sic addicetur creditori; sed iudice non auctorante dicit, quód non carcerabitur, neque valebit cessio. Hæc mutuo sumpsit *ex Bald. in d. l. 1. num. 20. C. qui bonis cedere poss. & ex Salic. num. 11.* idem scribit *Albe. in Rub. C. qui bon. cede. poss. & glos. 4. in l. 1. tit. 15. part. 5.*

Quamquam fateor responderi posse, hos omnes dicere, quod adultus potest cedere bonis: non tamen dicunt quod cogitur, licet id videantur innuere, dum dicunt quod potest carcerari; quamquam hoc solum dicit Rodericus in loco supracitato. Reperio tamen quod *Ias. in l. neque impuberes, col. 1. & 2. ff. de in ius vocan.* docet, adultum posse conijci in carcerem pro debito pecuniario: *licet post num. 4.* significet restitui posse. idem significat *Bart. in tractatu de carceribus. q. 4. num. 6.* dum dicit pupillum doli capacem

pacem posse capi, expressius *in l. placet in 2. nu.51. C. de sacros. Ecclesijs*, vbi dicit minorem posse capi, quia lex generaliter loquens ligat minores. *l. sine harede §. Lucius. ff. de admi. tuto*. Et quod adultus capi possit, significat *Rodericus locos supracitato*. quòd si capi potest, cessat fundamentum, quo contraria sententia nititur.

Hic autem locus, an scilicet adultus capi possit pro debito pecuniarior, non est satis excussus à doctoribus: affirmantes enim, & negantes omnes rem tractant defunctoriè & quasi furtim surripiunt sese. Quod adultus capi non possit, probant *Ang. Alexand. Rom. Cassan. Iacobinus, & Ias. & cæteri relati supra proximè*. Et quod si iudex non vult autorare cessionem, quòd minor vigintiquinque annis non possit capi, scribit *Bal. n. 20. in d. l. 1. C. qui bon. cede. poss. & ibi Sali. num. 11.* ergo aliquo casu potest capi. Adducit *Ang. in l. nemo carcerem*, in comprobationem huius sententiæ, quòd adultus non potest esse contumax, *textus iuncta glossa in l. minor. etiam si quasi contumax. ff. de mino. l. qui solidum. §. etiam, & ibi Bart. ff. de legat. 2.* carcer autem non irrogatur nisi ob contumaciam *d. l. nemo carcerem*.

14 Rursus *Ias. in l. 4. §. condemnatum. nu. 24. ff. de re iudi.* allegat, quod captura est iniuria irreparabilis; quod fuit fundamentum *Angeli in d. l. nemo carcerem, & refert Rodericus in l. 2. titu. De los gomeruos q. 4. col. 1.* non est ita retractabile præiudicium capturæ, sicut primi, & secundi decreti, quod aduersus minorem interponi potest.

Mihi (saluo semper eruditorum iudicio) videtur, non satis iure probari, minorem vigintiquinque annis capi non posse: & mirandum est Doctores ita generaliter loqui. Primo, textus præcipuus, quo probatur minorem capi non posse, *est l. neque impuberes. ff. de in ius vocan.* Tamen vides legem loqui de impubere: ergo in pubere secus est, valet enim argumentum à contrario sensu; vt ex pluribus probat *Enerardus Middelburg. in Topicis legalibus loco 82. à contrario sensu*. Deinde si ratio, qua quis pro debito conijcitur in carcerem, *est* contumacia: saltem de iure communi, quo oportebat prius fieri excussionem bonorum, vt dixi: Et cum bona non sufficiunt, debitor conijcitur in carcerem, vt bona abscondita proferat; certè minor vigintiquinque annis potest esse contumax, nam est doli capax, & sic patitur secundum decretum, *vt in l. si minor vigintiquinque ann. ff. de bon. autori iudi. possi.* at secundum decretum non interponitur, nisi adsit contumacia. *l. Fulcinius §. 1. ff. de bon. autori. iudi. possiden. Sic Bald. in l. vna. C. de confe. versiculo iuxta hoc quæro an adultus*, dicit quòd si statuto caueatur, vt contumax habeatur pro confesso poni in banno, tale statutum potest practicari in adulto & ex contumacia potest banniri: quod refert *Ias. in l. neque impuberes, num. 3. ff. de in ius vocan.* qui citat eiusdem opinionis *Guidonem de Suzaris, & Ioannem Andr. in additionibus ad Specul. titulo de primo, & secundo decreto. §. restat, versiculo; sed pone pupilli cum ver. sed in additio. mag.*

Fateor tamen his omnibus responderi posse, quòd minor vigintiquinque annis restitui potest aduersus contumaciam. *l. minor etiam si quasi contumax. ff. de minorib.* notat *Ias. in d. l. neque impuberes. num. 4.* qui citat *Angelum, & Speculum titulo de contumacia §. fin. Sic Barto. in tractatu de carceribus q. 4.* dicit quòd minor captus potest restitui aduersus capturam, quod sequitur *Ias. in d. l. neque impuberes num. 4.* Item, res eius non tam venditur ex contumacia, quam quia non defenditur *l. si minor l. fin. ff. de priuil. credito.* Quare dici potest, quod Doctores, cũ dicunt minorem viginti quinque annis non posse capi pro debito, intelligendi sunt de debito procedente ex contumacia, quia restitui posse videtur, & non potest esse contumax, qui sua non administrat: *l. 1. ff. de mino.* Sed replicari potest, quod restituetur, cum ostenderit se læsum, & etiam si soluit non læditur: dic quòd qui captus est, quia non soluit, non est captus ob solam contumaciam; sed quia mihi non soluit, quod est meum; itaque hæc plus est quam contumacia.

Neque quadrat hoc casu *l. minor etiam si quasi contumax ff. de mino.* Quia non loquimur quando debitum procedit ex contumacia, sed ex pristina obligatione contracta ante contumaciam, quo casu non læditur si cogatur soluere quod alienum est. Deinde adultus etiam habens rem suam in potestate curatoris, videtur capiendus: quia, qui capitur non tam capitur in pœnam cessationis in soluendo, quam, vt promptè, & diligenter quærat pecuniam ad soluendum, quod diligentissimè faciet curator, si videat minorem suum in vinculis. Præterea nego debitorem non soluentem capi ex contumacia simpliciter, sed ex contumacia in non soluendo: quòd si hanc contumaciam potest habere minor vigintiquinque annis (præsertim si est filius familias emancipatus qui sua possidet) certè capi potest, neque clamare debet se læsum: non enim læditur qui vtitur Iure communi. Rursus si pro debito capitur vir quinquagenarius, cui ætas conciliat reuerentiam: cur non capietur iuuenis vigesimum agens annum, qui pro ætatis calore profusus, & effrons est?

Certè si aliquo casu æquitatem habet opinio doctorum, est, cum adultus non est sui iuris, sed habet curatorem, vel est in potestate patris, & nihil possidet, sed omnibus pater fruitur: tunc enim cum ipse rem suam gerere non possit, restitui potest aliquo colore aduersus legem dictantem, vt debitor non soluens conijciatur in carcerem. Neque enim

enim cessator videri potest, qui nihil omninò gerere potest, *l. 1. C. de anna. exceptio.* cui opinioni concinit, quòd *Marian. Socin. de di. latio. super Rubr. articul. 5. quæst.* 20. dicit: quòd si minor non habet bona, opinio est maximè dubia dicere quod non potest capi: & quod si ex statuto minor administret sua, vt in filio, iam marito, Galli, & Hispani obseruamus. Item si filius esset mercator, dicit quòd capi potest: nam cum rem suam gerat, iam culpa in non soluendo sibi imputari potest. Idem si possidet immobilia, & non dat ea in solutum cum decreto iudicis, & autoritate sua compellatur, & his duobus casibus limitat communem *Baptista de Sanseuer. in tractatu de debito. susp. cap. 5. Boer. in repet. l. consentaneum. num. 161. C. quomodo, & quando iud.* Denique, quod debitor non soluens conijciatur in carcerē, si debet ex re iudicata, est regula generali: ab hac non repetitur exemptus minor: ergo vtatur Iure communi; presertim cum *l. neque impuberes.* solum loquatur de impuberibus.

Ceterùm, quidquid de Iure communi verius sit, certè mihi videtur, eum qui non habet curatorem, vel sua administrat, capi posse; & hoc iure vtimur, & apud nos consuetudine receptum est, vt adultus pro debito capi possit. Habet autem hæc consuetudo nostra peculiarem rationem: scilicet, quòd apud nos debitor non solum conijcitur in carcerem, vt tædio carceris soluat, & contumacia pœna cohibeatur: verum etiam vt si soluendo non sit, tradatur in seruitium creditori. Ergo non solum in vsum puniendæ contumaciæ, & eruendæ pecuniæ conijcitur apud nos debitor in carcerem: sed vt si soluendo non sit, rem seruitio, & operis reluat. Adultus autem si debitor sit, non est iniquum, vt soluat, & vt ad hoc, vt soluat seruiat creditori: si enim non parcimus quinquagenario; (cui saltem propter ætatem debetur reuerentia) cur parcemus iuueni agenti annum vigesimum, qui robore corporis, valet, ad seruitium maximè apto? Si non parcimus ei, qui liberos habet, cur parcemus ei qui ab omni cura solutus est? et cuius calorem coerceri oportet, dum eum cessare & otiosum esse non finimus.

Deinde non obstat, quòd captura est iniuria irreparabilis: quoniam id falsum est, vt scribit *Ias. in l. 4. §. commendatum num. 24. ff. de re iudica.* iniuria quæ æstimatur iuxta vulgarem hominum opinionem: apud nos autem captura non est iniuria irreparabilis; imo nobiles capiuntur quousque ostendant se nobiles, vt dico infra *cap. 16. num. 125.* neque tamen ideò eorum nobilitas dicitur immutata.

15 Intelligo autem, adultum tradi posse creditori, quando debet ex contractu valido; quod neque ipso iure, neque restitutionis remedio rescindi possit: alioqui si rescindatur, iam obligationis vinculum cessat, & debitor non est. quod si non est debitor, quo iure eum creditor in seruitium petere potest?

16 In summa: ego adultum inopem creditori tradam; mitissimè tamen rem geram si adultus curatorem habeat, qui rem amiserit, vel si annum agat decimumquintum, vel decimum septimum. Primo enim casu nulla culpa minori imputari potest; cum adultus absque curatore nihil agere possit, & omnia ab eo gesta, sint ipso iure nulla *l. si curatorem habens C. de in integ. restitut. Regia l. 5. titul. 11. part. 5.* quare cum bona absque vlla eius culpa sint amissa, & industria sua non potuerit sibi esse vtilis, cum rem administrare non posset; videtur rigorem huius legis non exercendum aduersus minorem vigintiquinque annis: argumento eorum quæ docui *cap. 4. num. 5.* & faciunt quæ ex *Mariano, Sanseuer. & Boer.* dixi *supra proximè num. 14. propè finem.* Si tamen adultus curatorem non habeat, rem suam gerat, nam adultus non accipit inuitus curatorē. *§. item inuiti. Insti. de cura.* Certè si decimūquintum, vel decimum sextum ætatis annum agat, videtur mitissimè cum illo agendum: nam & in delictis huic ætati parcitur saltem quoad minuendam pœnam, vt est manifesti iuris, & notant Doctores in locis citatis supra numero octauo.

Illud tamen non omiserim; quòd tam adultus, quam impubes doli capax, addicetur creditori, si ex eorum dolo, vel malitia bona sua perierunt: puta, si occiderunt boues, equos, vel mulos suos, vel vestes ruperunt, vel pecuniam proiecerunt; hoc enim casu impubes, ex malitia, & dolo capi potest, vt notat *Bar. in tractatu de carceribus, d. q. 4. arg. l. fi. C. de custo. reorum. §. in summa & ibi. Aretin. Instit. de obliga. quæ ex delict. nascun.* neque eis dabitur restitutio aduersus delictum, vel aduersus damnum dolo datum *l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minoribus,* & qui dolosè facit, ne sit soluendo, potest extra ordinem puniri. *Boer. in repetitione l. consentaneum. num. 159. C. quomodo, & quando Iudex.*

Quare debitor dolum committens in rebus proprijs caret priuilegio sibi aduersus creditores concesso, ne illum possint in carcerem ducere *l. fi. ff. quæ in fraud. cred.* quem ad hoc notant *Bal. & Ang. ibi. Bal. l. 1. col. 2 vers. quæro. & ibi Ang. C. qui bonis cede. poss. & in l. is qui bonis, in prima, & ibi quoque Zasius ff. de cessio. bon. Bal. l. 1. col. 5. vers. in ea gloss. ff. de iure doti. Dinus, & Platea col. 1. in §. item si quis in fraudem, Instit. de actio. Bald. l. 1. q. 5. C. si quid in fraud. patro. & in §. fin. & ibi Faber & Zasius instit. de actionib. Barba in cap. quæ in Ecclesiarum, col. 5. de constitutio. Vitalis Cambanus in tractatu clausularum, claus. an possit renuntiari beneficio cessionis Char. penultima versic. Secundo,*

quia

quia renuntiatio. Nonell. in tractatu de dote, in 7. part. principali. priuilegio. 14. Socin. in tractatu Fallentiarum regula 46. Fallentia 5. & regula 47. Fallentia prima.

19 Idque generaliter verum est, vt captiosa paupertas non excuset, sed noceat; vt scribit *Bald. in c. sedes. col. 2. de rescripti. Ias. in Auth. res quæ col. 2. vers. tene communem C. commu. de legat. Crotus in l. frater à fratre col. fi. ff. de condi. indebit. Loazes in repe. l. filius familias. §. Dini. num. 164. ff. de lega. 1. Bar. in l. etiam §. licet ff. sol. matrim. Felin. & Deci. in c. quæ in Ecclesiarum. de constit. facit textus in l. bona. & in l. pen. ff. de iure dot.* Vbi ex dolo perditur beneficium, ne quis conueniatur vltra quam facere possit: quod procedit, etiamsi dolus intendatur aduersus tertium; autore *Bal. in cap. quæ in Ecclesiarum, col. 3. versic, quæro nunquid de constitu.*

20 Sic in criminibus pupillus doli capax punitur. *l. impunitas. C. de pœn. l. si quis te reum C. ad leg. Cornel. de sica. c. si quis cuiuslibet. 21. q. 5.*

21 Neque obijciat quispiam, quòd lex puniens quod de Iure communi non est punibile, non comprehendit minores, vt dixi *num. 5.* Respondeo enim, quòd minor, cuius malitia supplet ætatem, maioribus annumeratur. Item respondeo dolum efficere, vt quis amittat priuilegium sibi de iure competens. *l. pen. ff. de iure doti. Ias. Faber & Zasi. in §. fin. Instit. de actio. Bald. & Angel. in l. fi. ff. quæ in fraud. credi.* sibi ergo imputet qui sua malitia corrumpit beneficium, sibi de iure concessum.

Sic licet nobilitas excuset à dispositione huius legis, non excusat si paupertas malitiosa sit, vel captiosa, *vt in l. 111. condita apud Segouienses, anno à partu Virginis* 1532. de qua re infra dico. *cap. 16. num. 19.*

S V M M A.

1 *Furor est infirmitas corporis, & animi.*
2 *Furiosus habetur pro mortuo, & nu. 3.*
4 *In criminalibus executio fit in bonis furiosi, & parcitur eius personæ.*
Intellectus l. sed & si quamcunque. §. 1. ff. ad. l. Aquiliam.
5 *Damnum a furioso datum; iudicatur ac si foret à quadrupede.*
6 *Committens delictum, dum est sanæ mentis, si postea in furorem incidat, parcitur ei.*
7 *Etiamsi propria culpa quis in furorem incidat (puta medicamina accipiendo) non addicitur suo creditori.*
Etiamsi debitum descendat ex delicto.
8 *Si furor superueniat debitori postquam est addictus creditori, eximitur à manibus creditoris: sicuti ratione senectutis.*
9 *Furiosus sententia iudicis absolutus, an si redeat ad sanam mentem, possit à creditoribus peti ad seruitium.*
10 *Minor, excusatus semel à pœna ratione delicti commissi, non punitur ob id etiam effectus maior.*
11 *Mutus, surdus, furiosus, æquiparantur.*
12 *Ardor illiciti amoris, an excuset à delicto commisso.*
13 *Vnum vitium aliud non excusat.*
Libido vitium, est blanda malorum pestis, & alia de libidine.
14 *Inopia vitio prodigalitatis contracta est indigna miseratione.*

Vtrum furor excuset à dispositione huius legis, & quid si debitor sit mutus & surdus?

CAP. IX.



VRSVS quæro an furor excuset a dispositione huius legis. Hæc quæstio duo habet capita: primum, vtrum debitor incidens in furorem fit addicendus creditori iuxta dispositionem huius legis. Secundum. vtrum furor superueniens post addictionem eximat debitorem à potestate creditoris. & quid si furor desinat, an sit reuoluendus in potestatem creditoris? Quo ad primum, illud mihi manifestum videtur, decretum huius legis non exercendum aduersus furiosum.

1 Primò, negari non potest, furorem infirmitatem esse non solum corporis, verum etiam animi: vnde furiosos, malesanos & insanos appellamus; & quod furiosus censeatur esse æger, probatur *in l. 1. & in l. consilio ff. de cura furio.* Dispositio autem huius legis non exercenda aduersus debitores, qui valetudine infirma sunt. *l. in metallum ff. de pœnis l. cum hæres. § Stichus. ff. de statu lib. l. munerum versi. Camelelasia, ff. de muneribus, & honoribus.* & dico supra capit. 7. numero 4.

Vnde leges loquentes de seruitio ab aliquo præstando, non habent locum in furioso, autore *Bald. in l. vna. num. 27. C. de confess. Zasius in tractatu de foendis, part. 8. nu. 68. Bald. in l. finali, columna 1. C. de suis & legi-*

legiti. hæred bus. Lex autem ista loquitur de seruitio à debitore inope præstando: ergo non practicanda in furioso: Quid enim furiosus mentis inops agere poterit creditori vtile? Et cùm tradi debitorem creditori sit, vt operis refundat creditum, quomodo hoc poterit facere furiosus, cuius nullæ operæ vtiles sunt? Quare cum hic deficiat res, quam lex affectam voluit: deficit eius dispositio. *cap. cum cessante de appellat. l. adigere. ff. de iure patron.*

2 Rursus furiosus habetur pro mortuo. *l. qui ad certum. ff. de loca. l. bonor. ff. rem rat. habe. gloss. in l. si quis aliun ff. de acquir. hæred. scribit Bald. in l. humanitatis, fallentia 4. C. de impub. & alijs. Imol. Aretin. & Ias. in l. ex facto. ff. de vulg. & pup.* Mortuus autem retineri non potest ratione summæ debitæ, etiamsi debeat ex contractu publico, *vt dixi cap. 1. n. 21. versic. quod inuiolabiliter.*

3 Præterea, cum furiosus mortuis annumeretur: mortuo non est infligenda pœna corporalis. *l. defuncti ff. de publi. iudi.* vbi notant *Bar. & Imola. Cin. in l. 2. C. qui testam. facere poss.* addictio autem, qua debitor traditur creditori, torque indutus ferreo, censetur pœna corporalis, vt docui *c. 2. nu. 36. & c. 3. num. 6.*

4 Deinde cum in criminibus solum fiat executio in bonis furiosi, & parcatur personæ, vt notant *Bal. & Alex. in l. furiosum C. qui testam. facer. poss.* & cum generaliter in criminibus parcatur furioso, *vt in l. Diuus ff. de offic. Præsid.* & ibi notant *Bartol. & Bald. textus in l. infans ff. ad leg. Corn. de sica. l. illud §. sanè. ff. de iniur. c. indicas 3. q. 9. gloss. & DD. in l. si quis in tantam C. vnde vi:* multò magis ei parcetur, quando non debet ex crimine, sed ex credito.

5 Præterea, si furiosus sua omnia combusserit, adhuc creditori addicendus non est: quoniam res casu fortuito censetur prouenisse. *l. fi. §. de admi. tuto. l. sed, & quamcumque §. 1. ff. ad leg. Aquil.* Vbi probatur, damnum à furioso datum non aliter iudicandum quã si quadrupes illud dederit, vel regula ceciderit. Ille autem, qui casu fortuito amittit facultates, non est addicendus creditori, vt docui *c. 4. n. 6. & seq.*

6 Sed dicet quispiam, hoc verum, quando furiosus ipse furore correptus bona sua absumpsit: istud quidem, haud nego; sed tamen idem sentiendum, quando debitor post amissas facultates incidit in furorem, vt probatur ex argumentis supra propositis; & comprobatur: quoniam etiamsi aliquis in sana mente crimen commiserit, parcitur ei si incidat in furorem. *l. Diuus ff. de offi. Præsi. notant Bal. Alex. & Ias. in l. furiosum. C. qui testam. facer. poss. Aretin. in l. humanitatis col. antepe. versi. circa aliud. C. de impub. & alijs. Imola in l. ex facto, & ibi Areti. col. 15 vers. si verò. ff. de vulg. Florian. l. sed & si §. iniuria col. 2. ff. ad leg. Aquil. Angel. Aret. in tractatu maleficiorum, in verbo scienter & dolose. Cepolla cautela 8. Ias. in l. patre furioso, col. antepe. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. Loazes in repet. l. filius familias §. Diui Char. pen. vers. ex quibus ff. de leg. 1. Hippol. in l. 1. col. 7. vers. sed prædicta possent ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* hæc est opinio æquissima, & communis, à qua non est recedendum, auctore *Ias. in d. l. ex facto.* Cum ergo furor excuset furiosum à pœna merita propter crimen, multò magis à pœna, & seruitio debito, ob non solutam pecuniam.

7 Quinimò, etiamsi debitor medicamina acceperit, vt mentis alienationem pateretur adhuc non est addicendus creditori, quoniam alienata mente nullas operas præstare potest vtiles creditori. Vnde deficit ratio, & mens huius legis, quæ illud præcipuè intendit, vt pecunia salua sit creditori ex operis debitoris: debitor autem furiosus nullas operas vtiles præstare potest. Quamquam in puniendis delictis, non videtur parcendum ei, qui mentis alienationem affectauit vt pœnam effugeret, vt censet *Lapus in Clement. 1. de homicid. & sanctus Bonauentura in 2. sententiarum distinctione 22. q. 3. Marianus Socin. in cap. ad audientiam 3. quæst. 1. Alexander Alensis in tertia parte summæ. quæst. 41. membro 4. articulo 2. ante finem.*

Præterea adeò debitor furiosus non est addicẽdus creditori, vt etiamsi debeat pecuniam ex delicto, non sit ei addicendus: quoniam etiam in delictis eis parcitur: quod est notatu dignum; quoniam etiam si aliqui eximantur à dispositione huius legis, non eximuntur, quando debent ex delicto, vt dico c. 16. *De debitore nobili, & de fæmina debitrice.*

8 His definitis, quid iudicandum, quando debitor efficitur furiosus postquam est in potestate creditoris: an sit eximendus ab eius manibus? Et certè eximendus est; nam furor ægritudo est, & ægritudo superueniẽs liberat debitorem à potestate creditoris, cui præstat operas *l. in metallum ff. de poenis.* Rursus, senectus liberat debitorẽ à potestate creditoris, etiamsi superueniat postquã debitor creditori traditus fuit, *glos. in l. liberta. ff. de oper. liber. Alber. in rubrica ff. de oper. liber. col. 2. textus, qui in simili, & efficaci specie loquitur in l. si is qui te. C. de capti. & postlimin. reuer. & dixi supra capit. 7. num. 15. De debitore senectę ratione excusato. & c.* Deinde cum furor sufficiat ad hoc, vt quis nullo modo creditori addicatur; quanto magis ad hoc, vt postquam ei multo tempore operas dedit, & plurimum laboris exhausit: liberetur ab eius potestate? Rursus hic quadrãt omnes rationes allegatæ supra in fauorem primæ partis?

9 Sed est quæstionis: quid si debitor furiosus postquam iudicis sententia absoluitur, redeat ad sanam mentem, an tunc possit, à cre-

à creditoribus peti ad seruitium? distingue. aut enim furiosus, correptus insania, facultates proprias absumpsit; & certè etiam si post redeat ad sanam mentem, non est creditori addicendus, quoniam casu fortuito videtur res suas amisisse. *l. sed, & si quacunquè iniuriam. §. 1. ff. ad leg. Aquil.* vbi etiam si furiosus in re aliena damnum det, non tenetur. Et qui casu fortuito rerum suarū iacturam fecit, non est addicendus creditori, vt dixi *supra cap. 4. num. 6. cum sequentibus*. Si tamen post assumptas facultates incidat in furorem: certè non solum videtur excusandus pro tempore furoris, verum etiam, si post ad sanam mentem redeat perpetuo excusatur, si semel furoris ratione excusatus fuit: argumento eius quod notat *gl. in l. 1. in verb. Vlciscatur. C. in quib. cau. in integ. resti. non est necessaria, vbi Bal. Salice. Ang. & Paul. notant*.

10 Quòd, cum minori non vindicanti necē patris sui, parcatur, ne lege statutas pœnas patiatur; certè semel excusatus ætatis, ratione non potest eo nomine condemnari, licet postea vir factus, non vindicet patris necem: de qua re dixi. *cap. præcedenti nu. 9.* vbi probaui minorem semel excusatum ętatis ratione quominus creditori addicatur, non esse addicendum; licet post ad robur virile perueniat. Notandum autem *glossam & DD. in d. l. 1.* loqui in casu multò magis dubio: minor enim qui tempore minoris ætatis, patris necem non vindicauit, maior factus potuit negligentiam sarcire: nihilominus tamen sufficit semel ætatis ratione fuisse excusatum; neque obest si negligentia tempore virilis ætatis duret. Idem in matre, quæ si non petat filijs tutorem, excusatur, si minor est: neque ei obest si postea maior facta tutorem petere adhuc cesset. At in nostro casu est multo maior ratio, vt semel absolutus non tradatur creditori, licet ætas, vel furor cesset: nam semel amissæ facultates recuperari non possunt. Quare cum minorem, vel furiosum liberet à potestate creditoris æquitas, iure subnixa, idem sentiendum etiam, si furore cessante debitor redeat ad sanam mentem, nam sufficit semel furoris ratione fuisse absolutum: Præsertim, cum satis suo furore punitus dicatur. *l. Diuus ff. de offi. Præsid.* Sic *Decius in l. in negotijs. ff. de reg. iur.* scribit quod semel liberatus furoris misericordia, nō est amplius eo nomine conueniēdus, etiamsi ad insanā mentē redeat; quā sententiam dicit probare

11 *gl. in c. si quis insaniēs verè. sed hoc fortè 15. q. 1.*

Sed quid sentiendum in debitore muto, & surdo a natiuitate: an est addicendus creditori? Hæc res pendet ab eo; vtrum mutus & surdus simul, æquiparetur furioso, *& Ias. post alios in l. mutum col. 1. ff. de acquir. hæred. & in l. discretis. C. qui testam. facer. poss.* scribit quod mutus, & surdus simul æquiparatur furioso, videtur enim impossibile non carere sensu eum; qui, neque fari, neque quæ audire potest: ergo idem hic iudicandū quod in debitore furioso præsertim cum ipsi nulla culpa imputari possit, cum sua non administret, neque contrahere possit. Facit quod scribit *Baldus in l. vna num. 27. C. de confe. Zasius in tract. feudo. par. 8. num. 68* Si tamen debitor non à natiuitate, Sed ex accidenti mutus, & surdus factus esset: hic enim non videtur excusandus, cum intellectum habeat, viribus polleat, & artifex, vel opifex, fortè sit, quamquam cum hoc mihi videtur iudicem mitissimè agere debere; dum breuissimum tempus statuit, quo seruiendo satisfaciat debito tenetur enim quiuis Christianus misericordiam exibere fratri suo, & elemosynam elargiri in nullum autem videtur rectius collocari, quàm in eū qui & debitor est, & inops, & mutus, & surdus.

12 Sed scire oportet, quid sentiendum sit in hoc casu. Iuuenis quidam puellæ amore correptus absumpsit omnes fortunas suas, dum ei gratificari studet, magnamquè æris alienj vim contraxit: petit creditor eum sibi addici: quæro, quid iuris. Non est otiosa hæc quæstio: nam debitor splendidissimum habet aduocatum, nimirum *Oldradū, qui cons. 210. col. 2. ver. tertia consideratio.* excusat hominem, qui vt potiretur fœmina, quam misere deperibat, ad dæmonicas artes confugit; quod reputatur crimen grauissimum. *vt in c. 1. de sortilegijs* adducit *Oldraldus*, quod immodicus amoris affectus homines adigit ad insaniam, vt scribit *Aristoteles 7. Ethicorum c. 2.* quod si amans insanus est, satis suo furore punitur, vtimur enim misericordia cum furiosis. Quòd autem amantes furiosi censeantur, & sint, significat Virgilius *lib. 4. Aeneidos*.

Ardet amans Dido, trahitq; per ossa furorem.

Et alibi eodem libro.

Quid vota furentem.
Quid delubra iuuant.

Idem significat Plato in *Phædro*. Et Veneris affectum furorem vocat *textus in c. cum iuuentute de præsump. & in Auth. quibus modis natural. effici. legitimi. §. illud. & Cicero Tusculanarum, lib. 4. maximè* (inquit) *admonendus est, quantus sit furor amoris omnibus enim ex animi perturbationibus est profecto nulla vehementior*. Idem scribit *Bal. in l. præcibus col. 6. versi. quid ergo si petijt C. de impub. & alijs curtius semor. cons. 67. col. 3. ver. transeo ad secundū.* Cū ergo criminibus amoris vehemētia perpetratis indulgeatur, videtur inopi debitori indulgendū quinō ex delicto sed ratione creditæ sūmæ petitur creditori addici.

13 Sed verius est, hunc creditori tradēdum; sublato enim otio dedisceret cupidinis artes. Deinde moueor, ex eo; quod *Bal. notat in l. furiosū C. qui testā. facer. poss.* quod vnū vitiū nō excusat aliud. Libidini autem indulgere, vitium est, & blanda quædam pestis: malorum confertissimum agmen secum

trahens. Nam vt doctissimus quidam vir scribit. *Libido famam (possessionem longè pretiosissimam) eripit: nullus enim vitij rumor spurcius olet, quam libidinis: patronum exhaurit, corporis simul vires & speciem interimit, valetudinem vehementer lædit, morbos innumerabiles parit, eosque fœdos iuuenta florem, ante diē deuenustat, turpem senectam accelerat, ingenij vigorem tollit, mentis aciem hebetat, & quasi pecuniam mentem inserit. Ab omnibus honestus studijs semel auocat, hominemq. quantus est totum deno immergit, vt iam nihil nisi sordidum humile, spurcum libeat cogitare, & (quod hominis erat proprium) eripit rationis vsum, insanam, atque infamem adolescentiam odiosam ac turpem miseramque senectam facit.* Ergo tali vitio parcendum non est. In quem rectius exerceri potest dispositio huius legis, quam in eum qui luxu, & libidine, & sua & aliena profudit? Si tradimus creditori cum qui absque graui culpa facultates proprias amisit; cur parcamus ei, qui scelere & morum obscenitate sua amisit? non eo solum nomine plectendus, quòd facultates suas attriuit, verum etiam, quod inguini seruiens, & gulæ, rerum naufragium passus est. Non excusamus eum qui eleemosynis alienam pecuniam absumpsit, quoniam furari non licet, ad subueniendum egenis; & patrocinabimur ei, qui dum litat Veneri, & Baccho, facultatum suarum iacturam facit? At inquies, Venereus affectus vehementissimus est, cui vix humanus animus resistere potest, hominis enim animum adigit nonnumquam ad insaniam. Haud nego: sed eum furorem homo sibi propria culpa asciscit, nam licet ex peccato primi parentis in nos transierit procliuitas, ad peccandum, hanc mitigat gratia Dei, peccatum abolens: ita, vt vinci possit si velimus, & precibus & benefactis nobis reddiderimus Christum propitium, iuxta illud Ecclesiastici cap. 15. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, adiecit mandata & præcepta sua apposuit tibi aquam, & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominē: vita, & mors, bonum, & malum: quod placuerit dabitur illi.*

Scribit Aristoteles *Politi. lib. 2. cap.* 19. Pitthacum Mithilenensem, vnum è septem Græciæ Sapientibus, legem edidisse, vt *ebrius damnum dans grauius puniatur quam si sobrius illud dedisset, quoniam in sua potestate fuit non inebriari.* Sic DD. scribunt, quod si quis sumptis medicamentis sibi furorem adsciuerit, non excusatur furore, vt docui *supra nu.* 7. Et licèt in debitore furorem sibi adsciscente dixerim non addicendum creditori, quia eius operæ nullæ vtilitatis sunt: tamen furor ex amore proueniens non tantus est, vt tollat vtilitatem operarum, nequitiaque potius est, & otiū; quod labore cito vanescet, iuxta illud Ouidianum.

Ocia si tollas, periere Cupidinis artes.

Ex his apparet insanum omninò esse dubitare, an debitor inops ex prodigalitate sit addicendus creditori? Contendet enim quispiam, quod non; quoniam prodigus, & furiosus æquiparantur. *l. Fulcinius. §. adcò ff. quibus ex cau∫. in posse. eatur.* notant *DD. in l. si cui bonis ff. de verb. obligat.* Sed verissimum est, in nullum rectius exerceri dispositionem huius legis, quàm in eum qui inopiam ex prodigalitate contraxit. Sribit enim Plautus in Truculento: *Stultum esse misereri hominum rem suam male gerentium*, vt latè dixi c. 2

14 Deinde inopia prodigalitatis vitio contracta, non est miseratione digna, *gloss. in c. ex parte in verbo Prodigalitatis. de consuetud. notat Butr. in c. quia in Ecclesiarum, col. 1. de constitutio. lib. 6. Ias. in Auth. res quæ col. 6. vers. tene communem. C. Commu. de legat. cum alijs citatis supra num.* 4 Postremo *Bald. in l. furiosum ff. qui testam. facer. poss.* dicit quod omnis lex quæ intendit punire vitia, comprehendit prodigos, non autem furiosos non enim vnum vitium debet excusare aliud. Idem notat *Car. in l. is cui bonis, col, fi. ff. de verb. obligat.* Cum autem prodigalitas vitium sit, nemo excusatur vitio prodigalitatis; neque hoc casu allegare potest, quòd prodigus & furiosus æquiparentur. Vltimo, cum huius legis decretū exerceatur aduersus debitorem, qui absque graui culpa facultates proprias amisit; quanto magis exercebitur aduersus eum, qui suo vitio eas amisit? quæ res omnibus prudentibus visa est castigatione digna, vt latè dixi *c. 2. per totum.*

S V M M A.

1 *More Atheniensium debitores, solum obligatione personali, creditoribus addicebantur.*

2 *Lex in debitore loquens, comprehendit obligatum actione reali, & non personali.*

3 *Actio relis, authore Baldo, nullam supponit obligationem.*

4 *In legato creditorum non veniunt debita actione reali, & ideò in legatis verba sunt propriè intelligenda.*

5 *Non ducitur in carcerem ob pecuniam debitam, nisi qui personaliter est obligatus.*

6 *Qui dicantur creditores.*

7 *Is à quo inuito res potest auferri, dicitur debitor, & de eo nu.* 8.

9 *Dolo desinens possidere rem hipothecatam capitur.*

10 *Desistens dolosè à possessione rei, nihilominus habetur pro possessore.*

11 *Intellectus ad l. filii.* 134.

An

An debitor, aduersus quem non habeo actionem personalem, sed realem, quia hypothecauit rem suam, vel possedit rem meam sit addicendus creditori, si soluendo non sit?

CAP. X.

1 

RÆTEREA quæro, quid si aliquis mihi tenetur nô actione personali, sed quia possidet rē meam, vel quia res suas, sed nô personam obligauit; an si soluendo, non sit, debeat mihi addici? Videtur non addicendum, quoniam apud Athenienses, apud quos moris fuit debitorem inopem addicere creditori, ij solum addicebantur, qui oppignoratis corporibus mutuò accipiebant vt auctor est *Rohdignus antiquarum lectionum lib. 7. c. 4. & Plutarchus in libro de Politicis, ad Traianum*. Ergo obligatio personalis requiritur, alias quomodo addicendus qui obligatus non est? Comprobatur hæc opinio: quoniam lex loquens in debitore non comprehendit obligatum actione reali, & non personali: talis enim non venit appellatione debitoris *l. Aurelius §. Menia. ff. de libe. lega. l. vno §. 1. ff. de acceptilatio. §. 1. Insti. de actio. notat Bal. l. fi. num. 5. versi. quæro nunquid C. de bon. autori. indi. possiden. & in l. fi. num. 11. C. quibus ex caus. maio. Alex. in l. debitor. ff. ad Trebel. Ias. in. §. 1. in princip. nu. 98. per text. ibi Instit. de actio. & in §. omnium, num. 2. & ibi Gomes. num. 13. eo tit. Ias. in l. tale pactum. ff. de pact. Bal. cons. 485. lib. 1. & est communis autore Alex. in l. 1. nu. 50. ff. si cert. peta. Ias. in l. sub prætextu in 2. col. 2. C. de transact. Gomes. §. superest. num. 67. Insti. de actio, Bald. in l. cum necessitatem. C. de fideicom. Cor. col. 238. lit. R. lib. 4. Gozadin. in rep. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. nu. 120.*

3 Rursus *Bal. in l. si certis annis C. de pact.* dicit quod actio realis nullam supponit obligationem: cum autem nulla adsit obligatio, debitor non erit.

4 Hinc si quis legauit omnia sua credita, non veniunt quæ sibi actione reali debentur quia in legatis verba sunt propriè intelligenda. *l. non aliter ff. de legat. 3.* notat *Ludouicus Gozadinus in repe. d. l. 2. C. de pact. inter empto. & vendi nu. 120.*

Sic si creditor legat liberationem debitoribus suis, non continentur, qui proprias eius res possident, aduersus quos agendum est rei vendicatione *l. Aurelius. §. Menia. ff. de libe. lega.* ita docet *Bal. in l. cum fideicommissum. C. de fideicom. Petrus Stella in repetitione l. repetitio. num. 20. ff. de condict. indebi.* quia actio realis non præsupponit veram obligationem. Sic si quis hipotecauit rem suam pro alio, & statutum dictet, vt debitor capi possit ad instantiam creditoris, certè ille qui solum hipothecauit rem suam pro alio, non potest capi, quia contra eum nulla est personalis actio, sed hypothecaria, quæ est realis; & sic ille cui res hipothecata non potest dici creditor: nam titulus *de pignoribus*, alius est à titulo *de rebus creditis*; Ita his rationibus definit *Sali. in l. 1. ff. si cert. peta*: qui loquitur in eo, qui hypothecauit bona sua pro alio, vel passus est hypotecari. Sic qui obligatus est ratione oneris realis, liberatur relinquendo ipsam rem oneratam *c. de terris de inde.* licet in consequentiam videatur obligata persona, vt notat ibi. *Abb. num. 4.*

5 His accedit quòd ille, qui non est personaliter obligatus, non potest duci in carcerem, vt notat *Ias. in l. 4. §. si actor, num. 25. ff. de re iudicata*: qui autem non potest conijci in carcerem, non est addicendus creditori; vt docui. *cap. 3. num. 2. & c. 4.* Quinimò si actio personalis sit limitata, puta si quis non teneatur vltra quam facere possit, non est addicendus creditori, etiamsi soluendo non sit, vt docet *Rodericus in l. 2. titulo de los gouiernos, col. 4. versic. 5.* Et dico *infra cap. 17.* Item actio personalis limitata; non præstat ius capiendi debitorem, vt dixit *supra c. 6.* de hærede conficiente inuentarium quanto magis, quando nulla est personalis obligatio. Quod confirmatur *ex Sali. in l. 1. num. 7. ver. & est ratio. C. qui bono. ced. poss.* vbi dicit, quòd ideò debitor tributi non potest capi, quia tributa imponuntur rebus, vel personę propter res *l. indictiones C. de anno & tribu.* quare, cum semper sit res vnde solui possit, noluit lex, vt incarcerentur, sed vt honestè detineantur sub custodia *l. nemo C. de exact. trib. lib. 10.* Ex his videtur non esse ambigendù, quin is qui tenetur actione reali, & non personali, non sit addicendus creditori.

Contraria tamen sententia fortissimis rationibus defendi potest. Primo, illud est manifestum; debitorem inopem ideò addici creditori, vt operis satisfaciat debitori, cui pecunia satisfacere non potest. Si autem tu mihi teneris, quia possides rem meam mobilem, vel immobilem: haud dubiè si eam abscondis vel consumis, idemque si eam non restituis mihi, addicendus es: rem enim meam possides, & eo nomine mihi teneris; hoc autem debitum efficacius videtur, quam si obligationem soluendi decem non præstares.

Praterea, ei, qui rem meam non restituit mihi; si habet facultatem rei restituendæ, non conceditur beneficium cessionis bonorum, vt notatur in *l. vnica C. de aliena. indi. mut. causa facta, & in cap. examinata de iud.* etiam *l. officium ff. de rei vendi. Montal. in l. 1. titulo 15. part. 5.*

Rursus hæc opinio probatur, quoniã qui rem meam mihi non restituit, haùd dubiè debitor meus est, & ego creditor dici possum & inspecto communi vsu loquendi, eos qui res nostras nobis non restituunt; appellamus debitores nostros, & credimus, verius & & expressius esse debitores: quam eos qui ex obligatione personali (nulla sortè re accepta) nobis dare, vel facere promiserunt.

6 Quare plures eruditi nominis viri in ea sunt sententia, vt is qui rem meam possidet debitor meus dici possit, & debeat: cum enim rem meam mihi restituere debeat, haud dubiè debitor meus est. Quod comprobatur *ex l. creditores ff. de verbo. significa.* cuius verba sunt: *Creditores accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacumque actione, vel persecutione.* Nota illud verbum, *Persecutione*: nam persecutio est actio in rem *l. actio in personam ff. de actionib. & oblig.* nihilominus tamen habens persecutionem dicitur creditor.

7 Item ille à quo inuito res auferri potest, dicitur debitor. *l. debitor ff. de verb. significa.* notant *omnes in l. 1. ff. si cer. peta.* Qua ratione eum, qui actionem in rem habet, rectè dici creditorem, probat *Alciatus in d. l. creditores ff. de verb. signific. Iacobus Niger in repet. l. 1. num. 91. ff. si cer. peta. Petrus Stella in repet. l. repetitio. ff. de condict. indeb. nu. 31. Quare Faber, & Ang. in §. 1. Insti. de actio.* dicunt, quod illa actionis definitio: *Actio est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur:* comprehendit etiam eum qui actione reali conueniri potest. *Et ibi Ias. & Gomezius* notant, quod largè sumpto vocabulo, hoc nomen *debitor* comprehendit eum, qui actione reali conueniri potest; quod ante eos scripsit *Bal. in l. 2. num. 3. C. quod cum eo.*

Rursus hæc opinio probatur solida ratione: quoniam non soluens, nõ addicitur creditori, quia propriè, vel impropriè habita exacta vocabuli ratione, debitor est, sed quia non soluit quod debet: quòd si possidens rem meam, eam mihi non restituit, certè non soluit quod debet; ergo addicendus est, vt seruiendo satisfaciat rei, quam absumpsit, vel contriuit, habita ratione pretij. Et certè (vt in hanc in re meum proferam sensum) si lex Hispanicè scripta faciat mentionem debitoris, vel eorum qui nobis debent, quia res nostras tyrannicè per vim, dolum, vel furtum, vel aliàs iniustum titulum possidet quia communis vsus loquendi apud nos admittit, vt ij dicantur debitores, & ita eos vulgò appellamus: Hoc intelligo, nisi mẽs vel argumentum legis aliud suadeant. Cum enim dico: decem millia aureorum debent mihi debitores mei, quia meas sericas telas centum habent: Paulus centum, Petrus centum; hos omnes propriè, & communiter appellamus debitores nostros, quia res nostras nobis restituere tenentur: lex autem Hispanicè scripta, intelligenda est iuxta cõmunem vsum loquendi, vt notat *Bartolus in l. si quis filiabus ff. de testament. tutel.*

8 Doctores autem nostri cum dicunt, appellatione debitoris non contineri, qui solum tenetur actione reali, inspiciunt proprietatem verbi *Debitor*, & quid iuxta proprietatem Romani sermonis significet. Qua ratione, si quis Hispanica lingua leget omnia sua credita, mihi videtur, quod iuxta communem vsum loquendi veniunt ea quæ sibi actione reali debentur. Sit exemplum: *Mando a Pedro todo lo que me deuen, y quiero que sea suyo.* Certè, si testator apud aliquos habet triticum, oleum, vel aliqua immobilia, quæ ad se iure dominij pertinent, licet ab alijs possideantur, ad legatarium pertinent ex mente testatoris: quæ interpretanda est iuxta communem vsum loquendi, non iuxta proprietatem Romani sermonis. Sed de his iudicent eruditi, dum tamen fateantur, per omnia menti testatoris obsequendũ esse.

Redeundo ad propositam quæstionẽ, quod obligatus actione reali, si rem non restituat sit addicendus creditori: probatur, quoniam stante dispositione legis, vt creditor propria autoritate possit sibi ius dicere, in eo quod est sibi debitum, vt disponit *l. ait prætor. §. si debitorem ff. quæ in fraud. credito.* idem est in eo quod est suum, quoniam eadem est ratio. Ita docet *Alex. consil. 63. in princip. etsi celeberrimè Doctor, numer. 2. versiculo vnde textus, lib. 3.* quoniam licet qui potest cõueniri actione reali, non sit propriè debitor obligatus, *vt in l. pen. C. quod cum eo* tamen largo sumpto vocabulo est debitor: vt notat *Bar. in l. fin. C. de compensa.* Hæc Alexander cuius sententiam probat *Iacobus Niger in repet. l. 1. num. 91. ff. solut. matri.* Itaque Alexander dicit, quod qui tenetur actione reali, est debitor, sed non debitor obligatus; quod est candidè intelligendum; quod scilicet, nõ est debitor ex obligatione per suam promissionem contracta, sed est debitor, quia Iure Diuino, & Humano tenetur rem alienam restituere, licet verbis non promiserit.

His accedit, quod hypothecans pro alio rẽ suam, potest ratione huius hypothecæ capi, ad instantiam creditoris, cui eam hypothecauit, si dicet statutum, vt debitor possit capi ad instantiam creditoris: ita aduersus Saliceti opinionem docet *Bologninus in repetit. rubrica. ff. si cer. peta. num. 24. versi. sed in dicio meo; & Iacobus Niger in repetitione l. 1. num. 86. ff. eo titulo* Adducunt, quod cum ab eo qui rem hypothecauit possit exigi; debitor dicendus est; & quod qui hy-

hypothecam acceptauit videtur sequutus fidem eius qui hypothecauit rem, ergo dicentius est creditor: quod si est creditor, quadrant verba statuti dictantis, vt creditor possit facere capi debitorem.

Hæc Bolognini, & Nigri opinio, meo animo nunquam satisfecit, potiusque probarem opinionem Saliceti relatam supra. Moueor: quoniam qui hypothecat pro alio rem suam, & non obligat personam suam, solum est debitor respectu rei quã hypothecat, & non vltra, & nisi eam abscondat, sed exhibeat, certè capi non potest, ad instar eius, quod dixi *cap. 16. num. 18.* Quod hæres qui confecit inuentarium, non potest personaliter capi pro debitis defuncti, licet regulariter hæres debitoris capi possit; & ratio est, quoniam cum fecerit inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditarias, neque vltra bona contenta in inuentario, & sic est debitor respectu illorum bonorum contentorum in inuentario: ideò capi non potest, nisi ea abscondat, vt ibi dixi. Itaque si pro Paulo hypothecaui rem meam Hieronymo certè Hieronymus hypothecaria vti potest aduersus rem hypothecatam; sed me capere non potest, quoniam obligatus non sum, vt dixi *supra num. 4.*

Et solum me capere posset, si rem dolo desinerem possidere; & tunc non me caperet ex hypotheca, sed ex dolo. *l. pro possessore. ff. de regul. iur. l. pen. ff. de dolo.* Quod est manifestius Iure Regio, quoniam nemo ex instrumento capi potest, nisi adsit clausula guarentigia, qua obligatus dat potestatem omnibus iudicibus, vt illum capiãt, vt dixi *cap. 1.* Et licet ex re iudicata conueniatur, defendi potest, ne capiatur si rem obligauit nõ personam, vt supra dixi: quod videtur expressè probari *in l. 134. Stili.* Neque obstat argumentum Bolognini, & Nigri: quoniam creditor solum videtur sequutus fidem hypothecantis respectu rei hypothecatæ, cum enim solum obligauit non personam. Neque obstat, quòd ab eo exigi potest, quoniam exigi potest res hypothecata, non tamen eius persona exactionem, vel carceris molestiam patitur.

Quid ergo sentiẽdum in principali quæstione? & distingue: Aut enim res, quam mihi restituere teneris, extat, & eam possides: & non est tractandum de addictione, quia ex vi rei iudicatæ cogeris illam restituere. Aut non possides eam; & agendum est aduersus possessorem. *lege, in rem ff. de rei vendicatio. l. 1. C. de alien. iudicij.*

10 Si tamen rem non possides, sed dolo desisti possidere; & haberis pro possessore. *l. pro possessore. ff. de reg. iur.* & ex dolo teneris. *l. pe. ff. de dolo.* Et si soluendo non es, merito traderis in seruitiũ creditori. Quod si rem consumpsisti, attriuisti, corrupisti, vel abscondisti, & ex dolo tuo; addicendus es creditori, quia ex dolo persona tua obligata est; & sic persona seruire debet tanquã obligata: ita probatur ex *Bal. in l. fi. §. & si præfatam, num. 2. & ibi Corne. C. de iure delibe.* Vbi scribunt, quòd licet hæres conficiens inuentarium, non possit capi pro debitis defuncti, quia solum est debitor respectu bonorum contentorum in inuentario: hoc est verum, nisi abscondat ea, vel sit in mora, ea exhibendi, quia tunc ex proprio pacto capi potest: Vt dixi *supra*, & comprobatur ex his quæ dico *cap. 16. num. 17. & num. 19. & cap. 17. à num. 11.* & quoniam qui non indicat sua bona, sed ea abscondit, capitur ex contumacia, licet aliàs capi non posset, *Bartol. l. pen. ff. de cessio. bono. & dico dicto cap. 16. num. 19.* nam dolo æquiparatur talis contumacia. *l. si plures ff. de admi. tuto. Boer. in repet. l. consentaneum num. 106. C. quomodo & quando iudex.*

11 Ex hac distinctione liquet responsum ad omnia allegata in fauorem partis negatiuæ. Et iuxta hanc distinctionem intelligi debet l. 134. Stili cuius, verba sunt: *Es a saber, que el fiador no será dado por preso, maguer los sus bienes no cumplan à pagar el debdo, saluo si no obligò su persona y bienes.* Nota hæc vltima, ex quibus nominatim probatur, quòd ad hoc, vt quis (si soluendo non sit) addicatur creditori, requiritur, vt persona sua sit obligata simul cum bonis: de cuius legis intellectu dixi latè *cap. 5. num. 13.* Sed certè qui rem alienam non restituit ex dolo, vel sine dolo, vbi primum non restituit, tenetur ad interesse, & sic iam persona sua est obligata ad solutionem eius quod interest: & quòd detinens rem meam non liberetur cedendo bonis, probatur *in l. 1. C. qui ex l. Iulia bonis cedere poss. in C. Theodosiano*: cuius legis verba & sensus retuli supra cap. 1. num. 65.

S V M M A.

1 ***Si debitum ex delicto descendat, non admittitur cessio bonorum.***

2 ***Debitor ex delicto, non habens in bonis vnde soluat, pœnam luit in corpore, etiamsi sit clericus, & numer. 3.***

4 ***Debitor ex delicto habens vnde soluat volens corpore luere pecuniariam pœnam, non auditur; sed soluit pecuniam.***

5 ***Gratia, delinquenti concessa à Principe non faciente mentionem de delicto, censetur surreptitia.***

6 ***Afflicto non danda afflictio, & quomodo intelligatur.***

7 ***Aliud pro alio, inuito creditore non potest solui.***

Pœna

8 *Pœna irrogata debitori per ſtatutum, ſi intra tempus limitatum non ſoluat, ceſſat: ſi creditor cui pecunia applicatur, pœnam non petat.*

9 *Debitor creditori non addicendus, quando creditor patitur eum, è carcere ſolui.*

10 *Regula, quod in bonis non habens, luat in corpore, procedit in perſona vili, non autem ſecus.*

11 *Fur addictus creditori portat torquem ferreum.*

12 *Debitor ex delicto an veniat appellatione debitoris.*

13 *Greditor, à credito dictus.*

An debitor ex delicto addicendus ſit creditori, ſi ſoluendo non ſit: an vero corpore luere debeat?

CAP. XI.

1 VÆRO deinde, an debitor ex delicto ſit addicēdus creditori, ſi ſoluendo non ſit, vt ſeruiendo ſatisfaciat debito. Videtur hoc caſu deficere diſpoſitionē huius legis: nam ceſſio bonorum non admittitur, ſi debitum proueniat ex delicto. *l. ſi ex parte. §. quamquam ff. quod cum eo. l. ſi rerum amotarum ff. de re iudi. Capella Tholoſana 466. & ibi Aufer. in additione gloſſ. in regul. peccatum de regul. iur. in 6. & in cap. ſi res 14. quæſt. 6. notat Salic. in l. 1. C. qui bon. cede. poſſ. Gomeſ. in §. item ſi quis in fraudem num. 42. Inſti. de actio. DD. in c. Odoardus, de ſolut. Iaſ. & Faber. in §. fin. num. Inſtit. eo. titul. Zaſius in l. fin. col. fin. ff. de ceſſio. bon Felin. in c. ad liberandum col. 2. de iude. Iaſ. in l. ſi quis id quod, num. 28. ff. de iuriſdi. omni iudi. Albe. in rubrica. C. qui bon. cede. poſſ. Bar. l. 1. §. fin. ff. de pœn. per textum ibi. Bart. Ange. Platea & Rebuf. in l. nemo carcerem C. de exacto. tribu. lib. 10. Boer. deciſ. 349. n. 8. Socin. reg. 46. Fallentia. 3. Oroſius eruditi ingenij, virtute inſignis in l. ſi quis id quod ff. de iuriſd. omn. iud.*

2 Quoniam debitor ex delicto, ſi non habet in bonis, debet luere corpore *cap. 1. §. homicidium in fine verſiculo, qui verò ad prædictam pœnam, de pace tenenda, & iuramento firmanda l. 1. ff. de pœn. l. quicumque. C. de ſeru. fugit. l. fin. ff. de in ius vocan. docet latè Iaſ. in §. pœnales num. 43. Inſtit. de actio. Bal. in l. quicumque C. de ſerui fugit. Paul. in l. vltima per textum ibi ff. de in ius vocan. Iaſ. in d. l. ſi quis id quod num. 28. Feli. in c. ad liberandum de iude.* Hæc, (vt ſcilicet debens ex delicto non admittatut ad ceſſionem) intelligenda iuxta diſtinctiones *Doctorum in d. locis, & in cap. Odoardus, de ſolut. & in c. finem litibus de dolo, & contum.* vbi diſtinguunt, an pœna applicetur fiſco, an parti; & an in pœnam, an vero pro expenſis, & damnis, quæ non refero: quoniam cū Iure noſtro Regio ceſſio bonorum ſit ſublata, & ſuccedit obligatio ſeruiendi, quæ habetur pro pœna corporali; ſemper, non habens in bonis luet ſeruiendo; quia hoc eſt pati penam corporalem.

Sed redeundo ad rem, *Faber. in §. fin. col. 2. verſi. quid ſi ex delicto Inſti. de actio.* ſcribit, quod ſi quis agat actione Iniuriarum, & in concluſione petat imponi pœnam pecuniariam, quòd ſi reus condemnatus ad ſolutionem pecuniæ velit vti beneficio ceſſionis bonorum, quia laborat inopia; quòd non eſt audiendus, imò pœna pecuniaria eſt corporali pœna luenda, & idem ſcribit ibi *Platea, & Bal. quæſt. 2. & Areti. colum. 3. verſic. quæro an non tantum, & Iaſ. colum. 3. verſicul. quarto ſupradicto.* Hæc regula magnam habet rationem: qui enim debet ex delicto iniquum eſt, vt liberetur eodem modo, quo liberatur, qui debet ex contractu. Nam debens ex delicto pœnam meretur, & indignum eſt, vt iuuetur beneficio ceſſionis bonorum delinquens enim pœna dignus eſt, non beneficio.

3 Adeo autem non habens bona, debet luere corpore, ſi ex delicto debitor ſit; vt etiamſi debitor ſit clericus, debeat corpore luere, vt ſignificant *Innoc. & Barba. in c. Odoardus de ſolutio. & in c. finem litibus de dolo & contuma. per textum ibi in fine, & per c. ſi res. 14. quæſt. 6. & ibi Archidiaconus. textus cum gloſſ. in c. quia præsbyteri, verſ. caſtigari. 5. quæſt. 6. c. Epiſcopus §. libertus. 12. quæſt. 2. & in Auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis. §. Reuerendiſſimis colla. 9. & in Auth. præsbyteri. C. de Epiſc. & Cleric. Boer. deciſ. 349. num. 8. & num. 11.* Iudex enim Eccleſiaſticus poteſt ſuos flagellis afficere, vſque ad ſanguinis effuſionem excluſiuè. *c. in Archiepiſcopatu. de raptor. & ibi* notant *Abb. & Anania.*

Notandum tamen, quod licet in caſu permiſſo clericus fuerit condemnatus ad pœnam per iudicem ſecularem; tamen ſi ſoluendo non ſit, pœna corporalis ſibi infligenda eſt, non à ſeculari iudice, ſed ab eccleſiaſtico. *c. grauis de pœn. c. dilectus de appella. notat Dominicus in c. ſi clericos. de ſenten. excommu. lib. 6. & in c. 1. de clericis coniugatis. eo. libro Boer. d. deciſ. 349. colum. pen. verſic. ſed hæc detentio, num. 11.* Quinimò,

mò, si condemnatus possit soluere omnem pœnam præter vnum denarium, nihilominus debet corpore luere, autore *Bald. in l. cum sit. C. de sepul. viola. Alexand. in l. si quis id quod colum.1. Felin. in cap. ad liberandum colum.2. de fide.* Quæ res quoniam est dubia excutietur *infra cap. seq. de debitore modica summa. num.9.*

4 Meminisse tamen oportet, quòd si debitor ex delicto velit potius fustibus castigari, quam pecuniam in qua damnatur soluere, non est audiendus si habet bona. Nam regula quæ admittit pecuniam corpore lui, intelligitur si quis non habeat bona: & ita dicimus: Qui non habet in bonis luit corpore, vt probatur in locis citatis, & in *l. finali. ff. de in ius vocand.* ibi, *Si inopia dignoscitur laborare*. Et nominatim ita docet *Bald. in l. quicunque colum. pen. vers. Sed quid est si soluendo. C. de seruis fugi.* & ibi eum sequitur *Paul.* & probat *Alexand. in l. fin. ff. de in ius vocand. & ibi Ang. Aretin. colum. fin.* imò iudex non debet eum audire, sed bona sua vendere. *l. pollicitationes. ff. de pollicitation.*

5 Adeò autem debitum ex delicto est seuerè exigendum, vt si Princeps alicui concedat, vt intra quinquennium non possit inquietari à suis creditoribus, vt potest, iuxta ea quæ notant & resoluunt *Guido Papa decision.109. pag.208. Rebuffus 2. tom. ad leg. Galli. tractatu de literis dilator. artic.1. gloss.1. numer.18. Marc. Anton. Cucchus in tract. de morat. præscrip. numer.126. à versic. item secundum, cum sequent.* Certè hac gratia vti non poterit, quoad debita, quæ debet ex delicto: quoniam si Princeps gratiam concedat delinquenti, qui non fecit mentionem de delicto; gratia censetur subreptitia, quoniam si sciret eum deliquisse, non ita facilè concessisset. *c. postulasti, in verbo. Non ita de leui, de rescrip.* Ita notant *Guillelmus Cunens & Cin. in l. sed si ex parte. §. quamquam per illum textum ff. quod cum eo. Ripa in l.1. n.97. ff. si cert. peta. Roman. sing.170. Martinus Laudensis in tracta u de priuileg. & rescrip. §.14. Bald. & Albe. in dict. l. sed si ex parte §. interdum. Alexand. in l.1. colum. pen. ff. si cert. peta.* & ista opinio fuit per Curiam Parisiensem approbata teste *Boerio d. decision.349. numer.8. & colum.9. versic. nec per consequens.*

Non tamen omittendum, quòd sunt qui dicant, quod regula supradicta, quòd non habens in bonis, luit corpore, neque liberatur cedendo bonis; intelligitur quando mulcta est applicanda Fisco, non autem quando applicatur parti. Ita docet *Ioannes Paponius in consuetudines Aluernia, titulo Des successiones, col.1. citat Boer. d. decis.349. numer.8.* sed certè Boer. nihil huiusmodi dicit, & contrarium satis significat ipse Boerius, dum sequitur Fabrum, Plateam, Baldum, & Aretinum *in §. fin. Instit. de actio.* docentes, quòd si quis agat actione iniuriarum, & concludat petendo pecuniam; condemnatus non potest cedere bonis, sed pœna pecuniaria conuertenda est in corporalem. Quod probant iura, & Doctores allegati in fauorem regulæ generalis, quòd debitor ex delicto non liberatur cedendo bonis, sed debet luere corpore. Probat etiam ratio supra assignata: quod scilicet, est indignum, vt debens ex delicto, quod meretur castigationem, liberetur cedendo bonis, cum pœna pecuniaria sib imponatur in castigationem delicti. Et ita aduersus Paponium, & Rupellanam, libro 4. Forensium Institutionum, habemus autoritatem omnium ferè Doctorum, & ipsum iustitiæ, prudentiæ, & rationis robur. *Et Boerius* quem citane, loquitur de Iure Gallico, non Ciuili *d. decis.309. colum.3. num.5.* Et præsertim hoc est manifestum Iure nostro Regio, vt infra patebit: nam etiam ad satisfaciendum pœnæ applicandæ parti, debet quis seruire.

Sed audio te lector dicentem: Quid sentis in proposita quæstione, vtrum debens ex delicto, si laboret inopia, satisfaciat seruiendo creditori, an vero debeat corpore luere? Et distinguendum: Aut enim reo imponitur pœna corporalis, & etiam pena pecuniaria; vt in reo furti, qui condemnatur ad pœnam corporalem, & ad restitutionem rei furatæ: & certè si reus passus est pœnam corporalem, non debet pro pretio rei puniri in persona, sed satisfaciet seruiendo creditori. Ita Iure Regio est constitutum, in pragmatica condita apud Pinciam, & apud Arandam, cuius verba sunt: *Declaramos y mandamos, que agora, y de qui adelante, quando algunos fueren condenados por hurtos, y se executare en sus personas la pena corporal, y no tuuerien de que pagar los interresses, haziendo cession de bienes los admitayas y entreguens a los acreedores, aunque la dicha deuda deciendo de delicto, segun, y como ha lugar en las odras deudas* Nota illa verba, *y se executare en sus*

6 *personas la pena corporal.* * Hæc enim lex prius videtur requirere, vt liberetur seruiendo creditori; pro quo facit quod afflictio nô est danda afflicto. Quod tamen limita quamdo reus hostis esset, eius cui pecunia applicatur, vel illũ iniuria affecisset; tunc enim non est tradendus creditori, ne illum occidat, vt dixi *supra cap.2. num.13.* Sed si crimen atrox sit, relegabitur in Regias triremes vt ex mercede satisfaciat.

Si autem delinquenti non imponitur pœna corporalis, sed pœna pecuniaria tantum applicanda parti in satisfactionem delicti: & certè si crimen commisit, non videtur e republica, vt liberetur seruiendo creditori, nisi pecunia applicetur creditori pro danno accepto: tunc enim ne careat re sua, videtur admittendum, vt si ipse postulet tradatur ei, si crimen id admittat; aliàs si crimen iudici videa-

videatur atrox ; relegabit reum in Regias triremes, vel iubebit tali operi vacare, ex quo, & puniatur & refundat ex stipendio damnum illatum. In hanc distinctionem nos lector perducit dispositio dictæ pragmaticæ. Sed certe rectè intellecta dicta pragmatica non requirit, vt reus passus sit pœnam corporalem, ad hoc, vt liberari possit seruiendo creditori: sed ideò requirit, vt pœna corporalis sit executata; & si daretur ad seruiendum, non posset postea facile executari; & sic delicta remanerent impunita.

Et vt ingenuè proferam, quod sentio, id generaliter videtur verius, vt reus damnatus pecuniam soluere, satisfaciat seruiendo parti, cui pecunia applicatur: nisi sit eius hostis, vel crimen requirat, vt operas det in loco vbi magis torqueatur, nam his duobus casibus operabitur in Regijs triremibus relegabitur, vel in alio simili loco, vel opere publico. Moueor: quoniam, aut pars vult seuere punitum reum; magis punitur soluendo pecuniam seruiendo per longum tempus, addito torque ferreo, quam si eam solueret repræsentata statim pecunia; nam & ignominia, & miseria maior est, & pœna magis diuturna, & cruciatus acerbior, si per longum tempus addito torque ferreo seruiat, & ex sudore proprio pecuniã ignominiosè paret. Itaque si inspicimus voluntatem partis volentis vt reus seuerè puniatur, hic magis seuerè punitur. Si inspicimus publicam vtilitatẽ (nam interest reipublicæ delicta puniri) sic magis punitur parãdo pecuniam seruiendo, quã eam repræsentando. Si autem pars non vult seuerè puniri reum; accipiat quod facere potest: & cum pecuniam offerre non possit, contentus sit seruitio.

Sed obijcis, quid si enorme crimen commisit, an tunc satis est seruire creditori? Respondeo: si graue crimen commisit, ne damnet eum Iudex soluere pecuniam, sed exilium pati, vel cohertionem corporalem perferre: quòd si tantum damnat pecuniam parti, vel Fisco soluere, iam significat pecunię solutionem sufficere pro pœna; quòd si sufficit, magis punitur soluendo pecuniam operis, quam soluendo eam ære momento repræsentato. Et si constito de rei inopia, qualitas criminis, vel personarum exigat, vt non det operas creditori, sed acerbius tractetur, & iam dixi quod pro negotij qualitate potest reum relegare in Regias triremes, vt vel remigem agat, vel militem; & ex mercede, quæ pro operis soluit, satisfaciat creditori: vel potest iubere, vt alijs vacet operis pro prudentia iudicis excogitandis: Et quod cum crimen est atrox, non sit addicendus creditori, sed relegandus in Regias triremes, docet *Couarru. variarum, lib.2. cap.1.*

Hoc autem obseruandum videtur, siue reus condemnetur dare pecuniam, ratione damni parti illati; siue ratione iniuriæ. *l.2. titulo De los que acusan los mal fechores, in volumine legum Gothicarum,* inquit lex, *Peche el Iuez trezientos sueldos à los parientes del muerto en el tormento por su mal seso: y si no ouiere onde los pague, sea sieruo de los parientes del muerto.* Quod probatur ratione: nam cum Iudex iubet pro ea solui pecuniã, iam supponit iniuriam expiari pecunia; magis autem torquetur, qui reponit pecuniam seruiendo, quàm soluendo.

Sed obijcis: vera sunt hæc, tamen pars, cui pecunia applicatur, non tantum percipit vtilitatis ex seruitio, quantum si pecunia statim sibi repræsentaretur. Sed respondeo, quid si impossibile est pecuniam repręsentari, quia reus inopia laborat? Dices, vapulet. Sed quid inde tibi vtilitatis? Præterea obstat sententia, quæ iubet solui pecuniam: non irrogari pœnam. Obijcis, non soluit. Imò soluit, quia cum sit inops, sufficit quod soluat eo modo quo creditoribus ex causa ciuili soluitur, scilicet seruitio: nam hoc pro solutione habetur.

Dices: interest reipublicæ delicta puniri. Respondeo: iam Iudex declarauit delictum expiari soluta pecunia, & magis expiatur cum soluitur seruitio, quam cum soluitur pecunia. Sic *frater Alphonsus de Castro monachus eruditus, lib.2. de potesta. legis pœnalis cap:12. & cap.13.* notat, quod si Iudex ob crimen damnat soluere decem, intra decem dies, & quod si non soluat flagelletur; certè etiam si post decem dies non repræsentetur pecunia, Iudex poterit præcipere, vt pro eisdem decem fiat in eius bonis executio: quia cũ damnauit ea soluere, satis ostendit eis expiari delictum. hoc *Corneus* ante docuit, *consil.5. lib.3.* & sequitur *Couarru. vari. resolut. lib.2. cap.9. numer.8.* Dicis: non dat mihi meam pecuniam: crucietur. Sed hoc iracundi animi consilium est, & iudicis sententia obstat; & præstat, imò necesse est, vti misericordia, pro qua nobis Seruator noster misericordiam suam promittit digens. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Itaque, si animus Iudicis volentis punire delictum, vel partis volentis reum cruciari inspicitur, magis cruciatur reus qui soluit seruitio, quam qui soluit pecunia. Si consideratur animus partis volentis consequi pecuniam: quis autoritatem ei tribuit, vt ius dicat, & vel hoc concedat, vel neget, vel pœnam augeat, vel minuat, cum Iudex non sit?

Sed obijcis: animus Iudicis fuit dubitare partem, vel damnum, quod accepit resarcire: quare si hoc est impossibile statim fieri, fustibus castigetur: sed quæ hinc vtilitas parti? Sed dices: punitur grauius. Respondeo: iam Iudex pro maxima pœna damnauit soluere pecuniam: & soluere seruitio, durius est, quàm soluere pecunia. Et hæc addictio, qua debitor reponit pecuniã, habe-

habetur pro pœna corporali, & re vera est pœna corporalis, vt probaui *c.2. n.36. & c. 5. n.6.* neque enim vllo casu admittimus, vt liberetur cedendo bonis: sed vt iuxta hanc legem seruiat creditori: hæc autem lex tollit beneficium cessionis bonorum, *vt dixi c. 2. num.2.* Idem sentio in damnato soluere Fisco: nam liberabitur seruiendo Regi, vt miles, vel vt artifex pro qualitate criminis, ex rationibus supra allegatis.

Sed obijcis: quid si pars non vult vt sibi seruiat, neque vt relegetur Oranum, vel in Regias triremes, vt ex mercede sibi soluatur sed, vt sit in carcere, quousque repræsentet pecuniam: an rectè petat? Videtur rectè petere: quoniam regula, vt qui non habet in bonis, luat corpore: intelligitur si pars, cui pœna fuit applicata, hoc petat; aliàs si expectaret donec damnatus soluendo sit, debet remanere in carcere, *vt in l. fi. ibi, Ex querela patroni, ff. de in ius vocand. & notat Bal. in l. quod si minor §. si seruus. quem legit cum principio legis; ff. de mino.* nam inuita parte, aliud pro alio solui non potest *l. 2. ff. si cer. peta.* & huius opinionis autor fuit *Innocen.* & post eum *Abbas in c. Odoardus col.2 de solu.* & ibi etiam notat *Ioan. Andr. Cepolla cautela 16. Puteus in tractatu de sindicatu, in verbo pœna, Bald. per textum ibi in l. fi. ff. de in ius vocan. Purpuratus in l. imperium nu. 334. ff. de iurisdict. omn. iud. Iacobinus in d. l. fi. ff. de in ius vocan. & ibi Paul. & omnes ita tenent, teste Boer. d. decisione 349. num. 8. col. 7. versi. secundo si is. Alex. in l. fi. num. 5. ff. de in ius vocan. & in l. si quis id quod col. 2. ff. de iurisdict. omni. iudic. Ias. ibi n. 28. & in §. pœnales num. 46. Instit. de actio. Felin. in c. ad liberandum. versiculo tertio limita. de iudi. Socin. regula 46. Fallen. 17.*

8 Quibus consonat, quod stante statuto vt debitor non soluens intra certum tempus, incurrat in pœnam: certè elapso tempore pœna non est irroganda debitori, si creditor cui pecunia est applicanda, nolit pœnam pati ita docuit *Bar. in l. cum duobus §. item respondit ff. pro socio. & ibi Bald. sequitur Cremen. singul. 101. Aretin. consil. 89. Paul. in Auth. si captiui, C. de Episco. & Cleric. Alex. in l. quamuis num. 15. ff. solu. matrimo. & ibi Paul:* qui loquitur in eo, qui detinetur in carcere, ex eo quod non soluit, & sic loquitur in nostro casu.

His maximè congruit, quod dispositio huius legis non est seruanda, si creditor nolit debitorem sibi satisfacere seruitio; sed expectare, vt meliorem fortunam nanciscatur: *vt in l. 3. titulo de los gouiernos ibi, si quisiere, lib. 2. Fori. & dico latè supra.*

Sed tamen his non obstantibus, certè creditor, cui pœna applicatur, non est audiendus, si nolit reum sibi tradi in seruitium, sed vt sit in carcere. Moueor sex argumentis Primo autoritate *Pauli in l. fin. ff. de in ius vocan.* vbi scribit, quòd licet verum sit, quòd reus non habens in bonis, non debet luere corpore, si persona cui pœna est applicanda, id non vult: id intelligitur, si modo patitur reum eximi è carcere. Secundo moueor: quoniam si aliter iudicemus, præcludimus viam humanæ libertati conseruandæ concessam, quæ neque pactis, neq; iuramentis tolli potest, *vt dixi c. 1. num. 45.* Tertio moueor quoniam alias debitor esset perpetuo in carcere, si soluendo non esset: quod barbarum exemplum est, à iure reprobatum, *vt in l. incredibile C. de pœn.* Quarto moueor autoritate *Ripæ in l. obligationi generali num. 30. versic. primo, vt non procedat ff. de pigno.* Vbi licet in ea sit sententia, vt valeat pactum, vt debitor carceratus non possit cedere bonis; de quo dixi *c. 1. num. 4.* id limitat, nisi immineat periculum, ne debitor moriatur in carcere: nam tunc iudex ex officio potest debitorem soluere è carcere, quia vita morituri debet præualere cuicumque causæ pecuniariæ. *c. non satis 86. distinctione. & dixi c. 1. num. 4. vbi alios citaui.*

9 Quinto moueor, quoniam licet debitor non sit addicendus creditori inuito; id limitandum, dummodo creditor patiatur debitorem solui è carcere. Sexto, quia ad hoc vt debitor eximatur è carcere, admissum est, vt soluat aliud pro alio, etiam inuito creditore; *vt in Authen. hoc nisi. C. de solutio. & dixi c. 1. num. 46.* & sic non obstat, quod 11 tradit *Bal. in d. l. quod si minor.* quod aliud pro alio inuito creditore solui non potest: id enim verum nisi debitor sit inops, vt prolixe dixi in loco supracitato.

10 Illud prætermissum nolui, quod ea regula, vt qui non habet in bonis, luat corpore, habet locum in persona vili, non in ea, quæ vilis non est: nam minima corporalis pœna excederet omnem pœnam pecuniariam. *l. in seruo. ff. de pœn.* Et in persona honesta, & graui notat *Platea in l. nemo. nu. 3. C. de exact. tribu. lib. 10. l. 1. & 2. ff. de pœn. Felin. c. ad liberandum. col. 1. de iude. late Bologni. in repet. Auth. habita. col. 12. versi. & stante C. ne filij. pro patre. Ias. in Auth. ad hæc in fine, C. de iude.* quare ea regula solum in persona vili seruanda: non in nobili *Bar. l. 3. §. fi. ff. de pœn. Sali. in l. & si seuerior. col. 2. versic. oppono vndecimo, C. ex quib. caus. infam. irroga.* sentit *Puteus in tractatu de sindicatu, in verbo iudex, versi. Iudex qui in criminibus; & in verbo Pœna. cap. licet dicatur, in princ. Gandinus in tractatu maleficio. titulo, vtrum pœna possit augeri, in fine. Alex. & Ias. in l. si quis id quod ff. de iurisdict. omn. iudic. Aretin. & Ias. in §. pœnales num. 44. Instit. de actio. Lup. in rubr. de don. §. 9. Couar. variar. lib. 2. c. 9. num. 4.*

Hæc doctrina generaliter intellecta vera non est: id enim verum, nisi persona nobilis crimen atrox commisisset, ex quo

nobilitatem prorsus amitteret,&c. & omni dignitate spoliatus teterrimo supplicio dignus esset, & quęstioni subijciendus esset: & quod attinet ad rem de qua agimus, scilicet ad materiam nostræ legis; non est inconueniens, vt persona honesta, & non vilis relegetur Oranum in Mauritania: vt militiæ adscriptus ex stipendio, satisfaciat summæ in quam condemnatur. Neque hoc ei est dedecus, licet nobilissimi generis sit: nam licet seruire creditori censeatur pœna corporalis, vt dixi c. 2. non est ignominiosa, neque corpus ignominiosè cruciatur, pręsertim hoc casu quo dicimus nobilem non tradendum creditori, sed militiæ, vel aliæ honestæ occupationi addicendum: quæ non est, neque dici debet pœna corporalis, vt dictat sensus communis. Præterea *Gomezius in §. item si quis in fraudem num. 42. Insti de actio.* dissentit, à doctoribus, in nobili non admittendam eam regulam: Qui non habet in bonis luat corpore. Certè communis videtur æquior, nisi pœna corporalis, quæ in defectum bonorum imponitur nobili, talis sit, vt laborem potius irroget quam cruciatũ: ita vt luere sit pœna; hoc est, impositum in pœnam: non sit pœna, quæ vel cruciet corpus vel personam oneret contumelia.

11 Sed illud quæri solet: an debitor ex delicto, puta fur, qui traditur damnum passo, debeat portare torquem ferreum? Et certè iudicatum fuit, vt illud portet: maiore enim supplicio, & pœna dignus est qui debet ex delicto, quam qui debet ex contractu. Et cum qui debe ex contractu, teneatur portare torquem ferreum, idem iudicandum in debitore ex delicto. Item hic quadrant omnes rationes, quibus c. 2. n. 47. dixi, torquem ferreum imponi debitori: scilicet ne quis cum eo contrahat agnoscens addictum esse creditori vel ne aufugiat; vel vt metu tãtæ ignominiæ pecuniam quærat, vel absconditam proferat: hic autem maiore contumelia dignus est, quàm qui debet ex contractu.

Item illud dictat prudentia; vt debitor ex delicto longioribus, & magis diuturnis operis grauetur, quam debitor ex contractu: nam causa est odiosa, & fauore indigna, & supra hoc expedit reipublicæ delicta puniri: ideò hoc temperamento vti debet, iudex, vt & creditor, cui pecuniam applicat eam recipiat; & reus sentiat ius dicentis seueritatem, & reatus pœnam.

12 Rursus illud non omittendum, an debitor ex delicto dicatur debitor: et cui debet dicatur creditor; tractant *Bar. Alex. Ias. Decius & cæteri in l. 1. ff. si cer. peta.* & communis est, quod non venit appellatione creditoris, vt restatur *Ripa in d. l. 1. num. 94.* Sed mihi mens statuti, & communis vsus loquendi videntur considerandi, & res de qua tractatur, licet Ripa simpliciter teneat aduersus communem d. *num. 94.* docens, quod venit appellatione creditoris. Moueor: quoniam Doctores rem definiunt ex vi verbi latini *creditum*; & cum hic creditor non sequutus sit fidem eius, qui ex delicto debet, dicunt, non esse creditorem.

Sed quid hæc ad legem vernacula lingua conscriptam? in qua non est hæc verborum vis, neque proprietas: & mihi ridiculum videtur, si lex Hispanica lingua conscripta faciat mentionem creditoris verbo Hispanico *Acreedor* definire qui sint creditores ex proprietate verbi Latini *Creditor*, instructo hoc sillogismo: creditor dicitur à credito, quia credidit rem suam alienæ fidei: ergo qui non credidit rem suam alienæ fidei, non est creditor. Et hinc infertur, & serio definitur, incidentia negotia circa legem vulgari lingua conscriptam, quæ intelligenda est iuxta vulgatum vsum loquendi; certè is dicetur creditor, quem communis vsus appellat creditorem, licet etymologia Latina verbi *Creditum* & *Creditor*, non satis quadrent, neque enim hic curandum de proprietate Romani sermonis, sed vulgato sensu, quo Hispanica verba, & Cerdones, & Opifices interpretantur: verba enim legis vulgari lingua conscriptæ interpretanda sunt iuxta vulgatum vsum loquendi, vt inquit *Bar. in l. si quis finalibus ff. de testam. tut. l. cum de lanionis §. asinam molendinariam. ff. de fund. instructo instrumentoq. legato.* An autem statuto disponente, vt creditor possit conijcere debitorem suum in carcerem, possit conijci qui debet ex delicto, & dicatur creditor ille cui ex delicto debet; vide *Bart.* & omnes *in l. 7. ff. si cert. peta.*

SVMMA.

1 *Pro minima re, ut pro ono, datur actio furti, & pœna statuti etiam ob unius nummi non soluti, practicatur.*
2 *Cum aliqoid faciendum restat, videtur nihil factum.*
3 *Ob non solutam pensionem, reinciditur in commissum.*
4 *Etiam pro uno nummo non soluto, potest res uẽdita retineri a venditore.*
5 *Si ex forma statuti delinquens, certa summa soluta non veniat punĩẽdus, punitur tamen, si in solutione vel unius numus deficiat.*
6 *Initium est expectandum.*
7 *Debitorem modica summa non detrudi in carcerem, probatur.*
8 *Actio de dolo non datur pro modica summa.*
9 *Qualibet pœna corporalis, superat magnam pœnam pecuniariam.*
10 *Propter modicũ defectũ quis nõ punitur.*

Relin-

11 *Relinquitur arbitrio iudicis quæ sit modica summa, & idem quod sit pretium magnum, & num.* 12.

13 *Debitor aduocati, ex causa aduocationis, aduocato non addicitur.*

14 *Aduocatus tenetur pauperi gratis patrocinari, etiam si contrariũ iurasset.*

15 *Aduocatus aliquid à paupere pro patrocinio sumens, peccat.*

16 *Sub pœna peccati tenemur proximum egenum eleemosynis iuuare, authore D. Thoma.*

17 *Decima apparitori non soluitur, quando nec pecunia soluitur pro executione, quam fecit.*

18 *Tutor non habet decimam de fructibus qui pupillo non soluuntur.*

19 *Iudex in causis miserabilium personarum sportulas non debet habere, etiamsi pauper sponte offerat & numero* 20.

21 *Visitans Ecclesias, a clericis pauperibus procurationem non exigit.*

22 *Notarius nihil accipit à pauperibus pro instrumentis.*

An debitor modicæ quantitatis sit addicendus creditori, & an quis pro pecunia, quam debet aduocato, quia patrocinium ei præstitit, sit ei addicendus, si soluendo non sit: & quid in eo, qui debet Alguazelo expensas?

CAP. XII.

1 VÆRO deinde, vtrum debitor modicæ summę, sit addicendus creditoris, si soluendo non sit. Videtur addicendum esse ex *l. si proprietarius. ff. de dã. infec.* Vbi probatur, etiam pro minima quantitate agi posse. Actio autem tunc verè habet effectum, quando per executionem in personam ad effectum perducitur, & quod possit agi etiam pro minima re, probat *glossa in §. gallinarum Insti. de rer. diuis.* quę docet pro vno ouo dari actionem furti; licet inuidiosa sit, & odiosa.

Suadetur hæc sententia, quoniam si ex statuto pœna sit imponenda ei, qui non soluerit, statutum practicabitur, etiamsi vnus nummus non soluatur, quoniam non soluitur summa debita: ita seuerè admodum docet *Bald. in l. cum sit C. de sepul. viola. ex l. 5. §. si fortem ff. de verb. oblig. Alex. in l. si quis id quod col. 2. num. 5. ff. de iurisdi. omni. iudi. Felin. in c. ad liberandum num. 4. de iud. Ias. in l. 2. nu. 56. C. de iure emphit. Alex. consil. 105. num. 19. lib. 3. Ias. in Auth. qui rem col. 5. vers. venio ad primam. C. de sacrosanct. Eccles. Purpur. in l. imperium num. 335. ff. de iur. omni. iudi. Alex. in l. si seruus plurium in fi. ff. si quis cautio. & Gomezius in §. pœnales num. 18. Insti. de actio.* vbi dicit hanc cõmunem.

2 Quia nihil videtur factum, cum aliquid restat faciendum. *l. penult. in fine C. de his quib. vt indign. c. 1. de baptismo.* Et dicit *Gomezius in d. §. pœnales num.* 19. quod licet hæc opinio sit dura, est communis, & ab ea in iudicando & consulendo non est recedendum. Cum ergo pœna corporalis imponatur pro modica sũma, videtur quod debitor modicæ sũmæ sit addicẽdus creditori.

3 Suadetur hęc opinio, quoniam cum de iure res incidat in commissum, si non soluatur canon: idem dicendum, quando non est solutus vnus nummus ex canone debito, quoniam nihil videtur factum, cùm aliquid restat faciendum. *l. pen. in fine ff. de his quib. vt indig. Ita docet Bal. in l. cum allegas, num. 13. C. de vsur. & in rubr. C. de contrahen. empt. num. 11. Ias. in l. 2. num. 55. C. de iure emphit. & in Auth. qui rem num. 16. C. de Sacrosanct. Eccles.* Cum ergo propter paruam summam, non solutam res addicatur creditori, videtur quod etiam debitor est addicendus: nam valet argumentum de re ad personam. *l. miles ita ff. de testa. mili.*

4 His accedit, quòd res vendita potest retineri pro vno nummo non soluto. *glos. in l. res bona fide ff. de contrah. Bal. in l. fi. C. como & in rub. C. de contrahen. empt. nu. 10. Alex. & Ias. in l. 5. §. fin. col. fi. ff. de verb. oblig. Ias. in Auth. qui rem, num. 16. C. de Sacros. Eccles. Alex. cons. 105. num. 19. lib. 3. Bal. in l. pro hæreditarys, col. 2. C. de hæredita. actio.*

5 Rursus, si ex forma statuti delinquens non sit puniendus si certam sũmam soluerit, puniendus est, si vel vnus tantum nummus deficiat: vti scribunt *Ang. in l. si seruus §. si plurium col. 3. ff. si quis cautio. Ang. & Imola in l. in executione. §. pœn. ff. de verb. obli. Cin. & Bal. in additione ad Specul. tit. de appellationibus, & in l. eadem. C. de loca. Fabianus Montesabinus in tractatu de emptio. & vendi. col. 40. Bertachinus in tractatu Gabellarum. col. 81. Pantaleon. in repe. l. 2. col. 13. C. de rescin. vendi. Ias. in Auth. qui rem col. 6. C. de Sacrosan. Eccles. & in l. fi. ff. in ius vocati, vt eant, & in l. qui sine. ff. de condi. ob caus. col. fi.*

Vltimò, hæc ſententia comprobari poteſt ex pluribus, quæ circa minima tradiderunt. *Baldus in l. eum qui* §. *in popularibus. col. 1. de iureiu. Alex. in l. ſi ſeruus* §. *ſi plurium, col. 2. ff. ſi quis cautio. Aug. in l. qui hæredi. & in l. Meuius. ff. de condi. & demonſtra. Bald. in c. illud, de præſcrip. Iaſ. in Auth. qui rem nu. 16. cum ſequentibus. C. de Sacroſ. Eccleſ. Brunus in tractatu de ſtatuto excludente fœminas artic. 12. quæſt. 9.*

Mihi in hac quæſtione videtur diſtinguendum: aut enim debitor traditus creditori, vt ei ſeruiat per quinquennium, operas dedit per quadriennium, & decem menſes, & petit eximiè poteſtate creditoris, quoniã iam modicum debet: & certè non eſt eximendus à poteſtate creditoris.

6 Quoniam Initium eſt expectandum *arg. l. Rutillia Polla. ff. de contrahente emptione. l. ſi ita ff. de auro & argen. lega. l. ſi extraneus* §. *in extraneis. ff de minori.* & initio quantitas erat magna, & pro magna fuit legitimè addictus: & ita intelligendum, quod ſcribunt Doctores *in locis ſupracitatis*: inſpiciendum enim, quod principaliter fuit actum. Si tamen nondum eſſet creditori addictus, & allegaret pro minima ſumma neminem creditori addicendum: & certè me non haberet aduerſum, ſed fauentem, ſiue tota ſumma debita ſit modica, ſiue per ſolutionem reſidui modica reddita fuerit.

7 Moueor, quoniam qui debet modicam ſummam, non poteſt pro debito tali conijci in carcerem nam de modicis non curat Prætor *l. ſcio ff. de in integ. reſtitutio.* & huic comprobandæ opinioni eſt textus apertus *in l. Diuus Veſpeſianus* §. *fi. de iure patro.* & docet *Bald. in Auth. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nup. Iaſ. in* §. *1. num. 69. Inſtit. de actio. Ioannes Baptiſta Sanſeuerinus, in tractatu de debitore ſuſpecto, & fugitiuo, in 3. q. principali, num. 3. Bal. in l. quicunque, co. peu. C. de ſeru. fugiti. Boer. deciſ. 349. num. 6. & nu. 8. verſ. & facit Iacobinus in l. ſi ab arbitrio n. 7. ff. qui ſatiſd. cogan. Floria in l. alienationes in fi. ff. famil. hercīſ. Roma ſing. 97. incip. dic mihi.* Debitor autem qui in carcerem duci non poteſt, non eſt addicendus creditori, *vt dixi c. 3. num. 2.*

8 His ſuffragatur textus inſignis (licet vulgatus) *in l. ſi oleum* §. *fi. ff. de dolo*, vbi probatur, quod actio de dolo non datur pro modica ſumma. Inquit lex: *Neque enim hæc actio paſſim indulgenda eſt, nam ecce in primis ſi modica ſumma ſit, dari non debet.* Ergo cum actio de dolo non detur pro modica ſumma, quia eſt odioſa, & inuidioſis verbis proponitur: quanto minus pro modica ſumma homo liber addicetur creditori, & quaſi in ſeruitutem dabitur indutus torque ferreo, quò præclarè ſeruorum miſeriam ſuperat, & in profundum ignominiæ, & calamitatis detruditur? *vt dixi c. 2. nu. 34.* Adeo enim durum eſt addici creditori, vt debitor addictus cenſetur pati pœnam corporalem, *vt probaui c. 2. num. 36. & c. 3. nu. 6.* Confer opprobrium obueniens conuento actione de dolo; hoc eſt audienti inamia verbula parum honeſta, cum opprobrio addicti debitoris. Sic pro paruo debito nemo poteſt iurari, vel nominari vt ſuſpectus, autore *Bal. in Authen. ſed iam neceſſe. C. de don. ante nupt. Roman. ſing. 97. Iaſ. in l. ſciendum num. 12. ff. qui ſatiſda. cogan. Cepol. in l. 1.* §. *ſed ſciendum num. 63. ff. de ædili. edict. Rom. conſ. 320 incip. hæc iſtorum col. 1. verſ. 3. & in ſimili, vide Bal. in Authen. præterea. C. vnde vir, & vxor.*

Ex his apparet, verius eſſe, quod etiam ſi pœna ratione delicti imponatur, in caſu quo condemnatus certam pecuniam non ſoluat, talis pœna non imponenda, ſi pecunia ſit modica: quia quælibet pœna corporalis ſuperat magnã pœnam pecuniariã. *l. in ſeruorũ ff. de pœn.* Ita magis piè docet *Iaſ. in* §. *pœnales, num. fi. Inſtitu. de actio. & in l. ſi quis id quod num. 28. de iuriſdi. omni. iudi. & in l. 1.* §. *fi. col. 2. ff. de verbo obligat. Franciſcus Curtius in additionibus ad Alex. in d. l. ſi quis id quod Boer. deciſ. 349. num. 8. verſ. tamen iſtud.* Hæc opinio videtur probari *ex textu, & gloſſa, in c. ſuam de pœn.* Vbi qui ſoluit maiorem partem pecuniæ, liberatur à pœna corporali. Et certè hæc opinio eſt æqua, & videtur amplectenda: præſertim, ſi debens magnam ſummam ſoluat maiorem partem & reliquum quid deſit. Nam habenda eſt ratio, quod punitur ſoluendo tantam ſummam, & quòd hic viget maior ratio probandi hanc opinionem, quam in caſu, quo tota pœna eſt modica, & ex ea nihil ſoluere poteſt & tamen adhuc eo caſu vera eſt.

10 His accedit, quod propter modicum defectum, non eſt quis puniendus, autore *Bal. in Auth. ingreſſi, num. 19. C. de Sacroſan. Eccleſ. idem Bal. in l. quicunque num. 6. C. de ſer. fugi.* & ibi dicit, quod pro minima pœna pecuniaria, ei qui ſoluendo non eſt: non eſt imponenda pœna corporalis, argumento textus. *in l. illicitas* §. *fina. ff. de offic. Præſid. Baldus in l. quicunque, col. 2. C. de ſeru. fugi. Iaſ. in* §. *pœnales num. 80. inſtitut. de actio. Boer. deciſ. 349. num. 7.* Quæ opinio pia eſt, & Chriſtiana. Si enim delictum magnũ fuiſſet, vel caſtigatione dignũ, nõ minima, ſed magna pœna imponeretur: ergo ſi delictum fuit leue, æquũ eſt, vt propter culpam leuem nemo Chriſtianus luat corpore, ſi in bonis non habeat. Ita enim ſuadet leuitas criminis: leue enim fuiſſe oportet, pro qua minima pœna imponitur: dictat etiam humanitas, & imitatio diuinæ miſericordiæ ad quam diuinis literis reuocamur. Nam corpus hominis Chriſtiani nõ eſt torquendũ, neq; flagellandum, niſi ex cauſa graui, magna enim eſt defenſio eſſe Chriſtianum regni cœleſtis coæredẽ, & membrũ Chriſti capitis noſtri.

Quæ

Quæ opinio mihi etiam videtur verissima, quando quantitas magna esset soluenda pro pœna, & modicum quid solui non posset: non enim pro modica summa corpore luere debet, tum quia modica est; tum quia soluendo magnam summam (præter modicum quod restat) satis punitus fuit; durius enim est spoliari magna quantitate quam habes, & modicum quid soluere non posse; quàm modicum debere; & non habere vnde soluas. Magis enim acerbum nobis est spoliari his quæ habemus, quam carere his quæ numquam habuimus, præsertim si modica sint.

Confirmatur hoc efficacissimè: quoniam proximum egentem tenemur eleemosynis iuuare, *vt ex Beato Thoma, & cæteris Sacri, & Humani Iuris professoribus, probo infra numer.* 10. Nullus autem casus potest excogitari, in quo magis necessarium sit proximũ subleuari, quàm hic de quo loquimur; cum non solum egeat, verum etiam debeat, & in libertatis, & corporis periculum veniat. Remittat ergo creditor modicam summam; vel Iudex æqui & boni custos faciat diuinũ præceptum præstari, & modicam summam eleemosynæ nomine remitti, absoluatque debitorem, ne vel corpore pœnas luat, vel creditori in seruitium abdicatur.

Ex his infertur, quod regula tradita *supra num.6.* quòd pro modica summa debitor non est detinendus in carcere: procedit etiam si modicam summam debeat ex delicto. Nam licet delictum pœnam mereatur, leue fuisse oportet, pro quo modica summa erogari iubetur, & si fuit graue satis expiatum fuit, soluta summa, à lege, vel Iudice imposita; & licèt modicum quid desit non est pro eo vir Christianus carcere premendus.

Cum ergo pecunia debita ratione delicti non exigatur, vsque ad inflictionem pœnæ corporalis, si summa parua sit: quanto minus infligetur pœna corporalis debitori inopia laboranti, qui modicam summam, non ex delicto, sed ex contractu debet? addictio enim, qua debitor inops traditur creditori, habet vim pœnæ corporalis, *vt dixi, cap.2.num.36.cap.3.n.6.*

Possem hanc opinione, vt recentioribus quibusdam moris est, commune pluribus, quæ DD. in varijs locis circa *minima*, tradunt. Ego apta tantum produxi, malens pauca bona, quam multa qualiacumque referre; quòd si auidus magis, quam elegans lector velit plura circa minima videre, amplectatur *Corseti tractatum de minimis*, & euoluat quæ refert *Brunus in tractatu de statuto excludente fœminas art.9.quæst.12.Ias. in Auth.qui rem.C. de sacros. Eccles.*

Non obstant ex aduerso prolata: nam falsum est, pro vno ouo dari actionem furti. & ita *Zasius lib.2. respons. cap.26.* reprobat post alios *glosam in §. gallinarum. Instit. de rer. diuis.* Rursus, non obstant cætera argumenta, quoniam partim sunt falsa, partim non obstant, vt ex superioribus apparet.

11 Quę autem dicatur modica summa est in arbitrio prudentis iudicis, autore *Bal. in.l. vna.num.4. versic. quæ autem sit magna.C. de confe. & consil.171. incip. primo quæro, col.1. lib.3. Collectar. in. cap. cæterum. in principio de donat. Alexand. consil.131. incip. in causa vertente coram prætore. col.fin. vers. nimis autem, libr.1, Notat Corsetus in tractat. de minimis, col.3. versic.16.*

12 Sic relinquitur arbitrio iudicis, quod sit pretium magnum, vel paruum: *iuxta glosam in.§. pretium, Instit. de empio. & vendi. Cepola in tractatu de simulatione contractus, charta. pen. versic. sexta & vltima. Barba. consil.51. li.1. Bertran. consi.339.n.3.lib.1. & consi.236. num.3.lib.2. & cons.77.nu.4.* Item quod dicatur paruum seu magnum, relinquitur arbitrio iudicis, vti opinatur, *Bald. in.l.1.C. si aduer. vendi. Ioan. Andr. Barba. Imola. Collect. in.c.fi.col.fi. de donat. Salin. in.l.fi. in.1. oppositione, vers. sed adhuc restat. C. de contrahend. emptio. Imola in.c. Quintaualis. col.24. de iureiur. Alex. in.l. si arbitratu, col.fi.ff. de verbor. oblig. & cons.102. col.3. lib.2. Barba. in capit. propter sterelitatem, de loca. & consil. 21. col. pen.l.2. Corne. consil.9. col.3. li.1. Decius consil.180. incip. visa renuntiatione, col.1. Butrius in.c. cum dilecti. col.12. de empt. & vendi.*

13 Sed an debens mihi, quia aduocatus eius fui, debeat mihi addici si soluendo non sit, & certè non addicendus: *textus est expressus in.l.20. Stilli, inquit lex. El abogado por su salario, si aquel que ha de dar salario no habienes de que lo pague, ne se lo dará por preso: vaya el ayuda que le hizo, por amor de Dios.* Nota verba: *No se lo dará por preso*, quæ significat non esse addicendum creditori, vt etiam aliter probaui supra capit. 5. *De debitore & fideiussione nu.13.* Leges enim antiquæ huius Regni debitorem addictum appellant, *Preso*: nam videtur esse in carcere cum voluntatem creditoris sequatur, vt dixi in dicto loco.

14 Confirmatur hæc opinio: quoniam aduocatus tenetur proximum egenum gratis patrocinio iuuare, vt piè & eruditè scribit *Beatus Thomas.2.2. quæst.71. arti.1. Fr. Domin. Soto, de iusti. & iur. lib.5.q.8. artic.4. Alexander Halensis.3.part, sum.q.48. membro.1. Diuus Antoninus.1.part. Theolog. tit.6. cap.2. §.1. Gabriel. in.4. distinct.15.q.6. conclusione 9. dubio.4. Ang. in summa, verbo Aduocatus, ver.11.* Et ita sanxit *Benedictus XII. Romanus Pontif. in constitutione incipiente, decens, & necessarium æstimatur.* vt testatur *Ioan. Andr. ad Specul. tit. de aduocato. §.1. versic. Item quod non habet.* Et è nostris scribit *Alber. in prohemio Codicis, col.4. num.18. Bald. in.l. furiosi, per illum textum, in verbo gratis. C. de nupt. & in.l. si ad excludenda post medium. C. de iureiuran.* qui scribit, aduocatum

tum non debere in causis pauperum seruare iuramentum, quo promisit nunquam gratis patrocinium præstare,

15 Et aduocatus aliquid accipiens à paupere, peccat, vt opinatur *Alber. in l. vnica. col. fi. C. de suffra. & in l. nec quicquam. §. fin. ff. de offi. Procon. & Ias. in ea. l. §. vbi decretum, col. 2. Idem Ias. in §. tripli. col. pen. Insti. de actio. Hosti. Abb. & Felin. in c. si pro debilitate, col. fin. paulo ante fin. de offi. deleg. Aufrer. in additio. capell. Tholosanæ. q. 481. Caccialupus in tractatu de aduocatis, quæst. 3.* Sed mirum est, quòd hęc non cogitent togati vultures, quibus præclara occasio demerendi Christum semper adest, si pauperibus suis faueant. Dominus illis inserat cor nouum: nam, vt nũc sunt eorum mores, non video, quare non debeant audire illa præclara quibus eos onerat Apuleius in lib. 10. Metamorph.

16 His accedit, quod *Sub pœna peccati* tenemur proximum egenum eleemosynis iuuare, vti probat *sanctus Thomas. 2. 2. quæst. 32. artic. 5. & quodlibeto 8. artic. 12. Caietanus in opusculo de præcepto eleemosynæ. Abbas in. c. si verò. col. 4. de iureiurand. Archidiaconus in cap. 1. prima distinct. Archiepiscopus Florentinus in 2. part. tit. 1. cap. 24. in fine. Lupus in repetitione. cap. per vestras. §. 12. Tertio propter. versic. & facit num. 3. de donatio. inter virum & vxorem*, & nouissimè *Sebastianus Medices in allegatione in causa pauperum*, quam nuper edidit, *per totam*; quæ est extra tractatus eiusdem.

Ergo cliens non addicetur aduocato, etiamsi non possit ei soluere salarium, sed aduocatus libenter id remittet; centuplum in hoc mundo accepturus, & post mortem vitam ęternam. Quod intelligo verum, siue cliens à principio fuerit pauper, siue post amissis facultatibus ad inopiam perueniat. Hoc enim casu videtur loqui *d. l. 20. Stili*. Et hic vigent, & clamant omnes rationes supra allegatæ: magis enim discruciatur animo, qui diues olim, nunc paupertate premitur: quam qui semper pauper, numquam benignæ fortunæ indulgentiam sensit: ideò ille magis miseratione dignus; & faciunt ad comprobationem huius sententię quæ dico *infra numero sequenti*.

Sed quid si apparitor, quem *Alguazelum* vulgo vocamus, petat captum debitorem sibi addici, quia non soluit decimam sibi ratione executionis debitam iuxta morem aliquarum Hispanię vrbium, an rectè petat, si debitor soluendo non sit.

17 Reperio, quod *Auendagnius in suo libro de exequendis mandatis. cap. 17. num. 6.* scribit quod decima non est soluenda apparitori, quando non soluitur pecunia, pro qua fit executio; vnde infert, quod si debitor conijcitur in carcerem, & cedit bonis, decima non est danda apparitori, ex notatis per *Puteum in tractatu de Sindicatu, verbo, expensę*, & quia lex Regia iubens, vt decima detur apparitori, loquitur de decima pecuniæ quæ soluitur: hic autem debitor, quia non soluit, traditur creditori.

Mihi videtur distinguendum: Aut enim debitor non habet vnde soluat pecuniam, pro qua facta fuit executio: & certè verũ videtur; vt apparitori decimam dare non debeat: nam hoc verbum, *decima*, est relatiuũ ad quantitatem pecuniæ, quæ soluitur, vt (scilicet) iuxta eam deducatur decima: cum autem nihil soluatur, certè ex eo quod non soluitur non est deducenda decima.

18 Sic pupillus non soluit tutori decimã de fructibus, qui non soluuntur; vt pluribus argumentis probaui in tractatu de decima tutori Hispanico iure præstanda, capit. 27. numero. 9.

19 Sic Iudices in causis miserabilium personarum non debent habere sportulas, argumento *textus in Authen. de iudicibus. §. ne autem, ita docet Bald. in Authen. generaliter. colum. 1. C. de Episcop. & Clerici. Henric. in c. cum ab omni. col. 1. de vita & honestate clerico. Cardi. in Clemen. statutum, in 1. opposi. de electio. licet nutet. Sed est textus expressus in Auth. de manda. Princip. §. sit tibi quoque, notat glossa in cap. cum instantia, in verbo peregrinari, de censib.* Et probat textus *in c. statutum. §. insuper. de rescript. in 6.* vbi probatur,

20 quod Iudex non debet à paupere expẽsas accipere, etiamsi peregrè proficiscatur, & *ibi* notat *glossa*, & ampliant DD. etiamsi pauper spontè offerat expensas; ita ibi notant *Archidiã. Domini. & Ioan. Andr. argumento text. in l. C. de salgamo hospit. non præstando, lib. 12. textus in l. fi. §. vt autem ibi, Vel spontanea voluntate offerentibus. C. de re milita. eod. lib. & in c. Romana. §. pen. ibi: Qualitercunque offeratur, & in cap. exigit, ibi: Etiam à volente recipere, de censib. lib. 6. glossa in l. inuitus, & ibi Bar. & Decius ff. de regul. iur. Bald. in Auth. sed hodie. C. de Episcop. & Cleri. Ancha. cons. 271. incip. de titulis. col. 4. versic. superest videre. Feli. in c. cum M. Ferrariensis. col. 12. vers. & in proposito, de constitut. & in c. 1. in fine de simon. Hippo. in l. constitutum. col. 1. ff. de sica.*

21 Sic laborans in visitando Ecclesias; non debet à clericis pauperibus procurationem exigere; *iuxta glosam in c. instantia, in verbo Pręgrauari. de censib. citat text. in c. placuit. 1. q. 2. vbi probatur*, quod à pauperibus nil salarij nomine exigendum. *Hostien. & Ioan. Andr. in c. procurationes de censib. DD. in c. cum Apostolus, eo titulo.*

22 Sic Notarius pro instrumento nihil accipere debet à paupere. *l. tam dementis. in fin. iuxta glos. C. de Episcop. audi. Roma. in rep. l. si vero. §. de viro in. 25. fallen. ver. 6. ff. sol. matr. Ias. in §. tripli. col. pen. insti. de actio & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 2. ff. de offi. Procons. Alexan. in l. argentarius. in princ. col. fin. ff. de edeu. Decius in c. 1. col. 26. versi. restringitur. de proba.*

His

His autem omnibus salarium datur pro labore administrationis, sicut Alguazelo; cum autem ipsi salarium non auferant à paupere: idem in Alguazelo dicendum: vt si debitor nõ habeat vnde soluat, non possit petere, vt sibi addicatur, ratione pecuniæ debitæ ob executionem. Neque obstat, si quis objiciat: seruitium habetur loco pecuniæ: ergo de seruitio, vel eius valore debet præstare decimam. Sed certè hoc est summum ius persequi, & inspecta æquitate, & communi vsu loquendi, verius est, hunc non esse soluendo, & ea ratione, scilicet, quia non est soluendo, addicitur creditori: cum autem non sit soluendo, non debet decimam Alguazelo. Et licet operę habeantur loco pretij, non sunt præsentes, neque faciunt, vt in præsenti debitor inops videatur habere bona, nam & incertum est, an in posterum sit victurus.

Si tamen debitor haberet vnde solueret debitum, pro quo fit executio, & non haberet vnde solueret decimam Alguazelo: certè ille, ad cuius petitionẽ facta fuit executio, recuperabit integrè suum debitum, tanquam antiquius, neque Alguazelus poterit inde extrahere suam decimam: quia creditor, ad cuius petitionem facta fuit executio, nil sibi debet, & lege Regia cauetur ne Alguazelus possit salarium executionis accipere quousque satisfactum sit creditotori, vt probatur *in pragmatica 57. versicul. Otro si, que no lleue, quæ hodie habetur l. 7. titulo 21. lib. 4. Nouæ Recop.* Qua ratione in nullo ex his casibus debitor addicendus: & generaliter ratione expensarum nemo est detinendus in carcere, si soluendo non sit, vt rescripto nostrorum Principum æquissimè definitum est, & sic seruatur & iudicatur in Regio Senatu Granatensi, neque seruatur *l. 99. Stili.* Quis autem de Iure communi debeat soluere Alguazelo, vide *Plateam in l. cum sapè versic. vltim. C. de erogat. milita. annonæ lib. 12.*

S V M M A.

1 *Collegia, & monasteria possunt bonis cedere.*
2 *Ciuitas debere potest.*
3 *Pro debito publico, bona publica, & communia, capi debent: & non bona priuatorum.*
4 *Iure Regia senatus ciuitatis distribuit collectam inter ciues vsq. ad octo aureos, & non plus: etiam ex causa maxima & egestatis.*
5 *Non soluentes collectam post tempus constitutum, possunt capi.*
6 *Ciuitatem castigari, & pœnam pati potest.*
7 *Multitudini licet parcendum sit, tamen Rectores & Primarij sunt puniendi.*
8 *Ob ingratitudinem contra donantem commissam, Abbas & conuentus à monasterio expelluntur: & donatio non reuocatur.*
9 *Pro debito vniuersitatis, non capiuntur singula.*
10 *Ciuitas in personalibus pœnis non punitur.*
11 *In delictis multitudini parcitur.*
12 *Debitor ciuitatis, aut vniuersitatis, si soluendo non sit, an addicatur creditori.*
13 *Municipium & res publica potest habere seruos.*
14 *Seruus potest esse Tabellio.*
15 *Debitores Fisci, nisi realiter soluant, capiuntur; licet dent fideiussores.*
16 *Debitor Fisci non vtitur remedio cessionis bonorum.*
17 *Pauper contumax, an cedat bonis.*
18 *Debitor collectarum, si sit inops, potest vti cessione bonorum.*
19 *Contumax in non obediendo superiori dicitur committere crimen.*
20 *Inter Fiscum, & priuatum non inducenda differentia, nisi à iure exprimatur.*
Fiscus vtitur Iure communi.
21 *Fiscus in exigendo credita sua, melioris conditionis est, quam priuatus. Et ibi de opinione Ferdinandi Menchaqua.*
22 *Quodcumque instrumẽtum habet executionem aduersus debitores Fiscales, ad hoc, vt executiuè procedatur, dummodo sit liquidum, n. 22. & quomodo, & quando possit executari. num. 23.*
23 *Fiscus etiam ante diem exigit.*
24 *Debitor ciuitatis, quando debeat soluere.*
25 *Exactor creditorum non cedit bonis.*

An dispositio huius legis exercenda sit in vniuersitatem debentem, vel in hominem debentem ciuitati, vel vniuersitati.

CAP.

CAP. XIII.

1 
VÆRO deinde, an dispositio huius legis habeat locum in ciuitate, vel vniuersitate debẽte: an omnes de collegio, vel vniuersitate; vel aliqui ex eis, puta Rectores, vel Primarij administratores, sint creditoribus addicendi? Videtur addicendos esse: quoniam collegia, & monasteria, & qualibet vniuersitates possunt cedere bonis, vt in *Auth. vt determinatus sit numerus clericorum. §. inuestigantes: notat Albe. in Rubrica. C. qui bon. ced. poss. n. 14. Zasius in. §. fin. col. pen. Instit. de act. & ibi Nicolaus Neapolitanus. Ang. & Ias. num. 10.* vbi dicit, quod vniuersitas fabrorum, & similium potest cedere. Hanc autem addictionem, qua debitor inops traditur creditori, vulgo appellamus *Cessionem bonorum*, licet præposterè, vt docui c. 2. n. 2. & ita eam appellant leges Regiæ.

2 His accedit, quod ciuitas debere potest. *l. ciuitas, & ibi omnes DD. ff. si cert. peta. & in l. 4. §. actor. ff. de re indi. l. 13. tit. 2. part. 3.* Et si ciuitas, vel vniuersitas pecuniam publicam, vel bona publica habeat, quæ nostri vocant *Bursam communem*, ea primo excutienda sunt, vt ex eis satisfiat creditorib. *l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusq. vniuers. nomi.* Et si vniuersitas non habeat rem communem, compellentur qui sunt de vniuersitate, distribuere collectam; vti censet *glossa in l. d. 1. §. si nemo. & ibi notant Bartol. Bald. Ang. & Paul.*

Non enim debent capi bona priuatorum
3 pro debito publico, sed bona publica, & communia, *Regia l. 13. tit. 2. par. 3. notat Paulus in d. l. 1. §. quod si nemo.* Ideò deficientib. bonis ciuitatis communibus, ex quibus solui possit, ciuitas potest ratione necessitatis imponere collectam, vt notant *DD. in d. §. quod si nemo;* qui citant *glossam in Auth. quibus modis natura. effici. sui. §. si quis igitur, & ibi notat Ang. Specul. titul. de senten. excep. §. sequitur. versic. quid si vniuersitates. Bald. in l. etiam. C. de execu. rei iudi. Bartol. in d. l. 4. §. actor. ff. de re indi.* scribit, quod pro tali causa non poterunt capi aliqui in solidum; sed pro parte, quia non est debitum proprium, sed vniuersitatis. *l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nomin.*

4 Apud nos, Iure Regio nullus senatus vllius ciuitatis huius Regni, potest distribuere inter ciues collectã, quę excedat aureos octo, etiamsi egeant, & causam habeant necessariam: sed recurrendum est ad Principem. *l. 16. & 17. tit. 1. lib. 7. Ordina.* Quod rectè, & prudenter est constitutum: alias breui conciderent florentissimæ quæque vrbes, si in potestate iudicis, & decurionum esset imponere ciuibus collectam pro necessitate: quid enim non machinarentur illi? Et illi,
5 quibus imponitur collecta, possunt capi, si non soluant post tempus constitutum. *l. 1. ff. de mu. & hon.* & si aliqui non possint, pro sua parte soluere collectam, cæteri de vniuersitate tenebuntur. *l. 1. C. de omni agro deserto, lib. 11. Ang. Imola, Paul. & Alexan. in d. l. 4. §. actor. ff. de re indi. Bart. DD. in l. ab omnibus. ff. de leg. 2.*

6 Deinde ciuitas castigari potest, & pœnam pati, *l. aut facta. §. fi. ff. de pœn. l. metum. §. animaduertendum. ff. quod metus causa.* Et quando patiatur versionis, & aratri pœnam: vide *l. si vsufructus ciuitati. ff. quibus modis vsus amittat. Fr. Budæus, ibi. Cæli. Rodigi. lectio. antiq. lib. 14. c. 5.* His congruit, quod Rectores capi possunt pro debito ciuitatis, authore *Bald. in l. etiam. num. 19. C. de execu. rei indi.* addici autem creditori, instar est capturæ, *vt dixi c. 2. num. 9.*

7 Præterea, licet multitudini sit parcendum: tamen Primarij, & Rectores puniendi sunt. *l. quoniam. C. ad leg. Iul. de vi. l. fin. C. de exacto. & excus. lib. 12.* & ibi notat *Luc. Pen. col. 2. in fin. vers. & nota. Inno. in c. sane. de temp. ordin. Abb. in c. clericos. de cohabit. cler. & mulier. Bald. in sua margarita, in verbo Multitudo, & cons. 397. col. 2. lib. 3.*

8 Sic si Abbas & monachi sint ingrati, delinquẽdo aduersus donatorem, Abbas cum conuentu expellitur è monasterio, & tamen donatio nõ reuocatur, & sic puniuntur personæ, sed non Ecclesia, *glossa fin. in c. de hoc, de simo. & ibi sequitur Anania. col. pen. Felin. c. nouit. col. 8. de iudi. Domini. in c. 1. §. ad hac de relig. domib. lib. 6. Lupus in repe. Rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 66. incip. illud autem num. 23: vers. imò plus.*

Quare videtur dicendum, vt saltem ex debito, quod ciuitas contraxit ex delicto, ciues, & capi, & addici possint, vt dixi supra *cap. 11. de Debitore ex delicto.*

Sed tamen his non obstantibus contraria sententia probanda videtur.

Primò, quoniam debitum vniuersitatis, vel ciuitatis non afficit singulos ciues, ideò vniuersitas tenetur, non singuli ciues: non enim est debitum proprium, sed vniuersitatis. *l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nomi. Bartol. in l. 4. §. actor. num. 7. ff. de re iudicata, ibi Alexander & Ias. num. 23. Bartol. in l. ciuitas. num. 23. Bartol. in l. ciuitas. num. 9. ff. si certum petatur. Bald. in d. l. 1. §. quod si nemo. col. 2. ff. quod cuiusque vniuer. nomine Martinus Laudeden. in tractatu de Fisco. q. 97.*

9 Vbi dicit, quod pro debito vniuersitatis singuli capiuntur. *Angelus in l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque vniuersit. nomine. Raphael Cuman. l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obligatio.*

gatio. Franciscus Marcus decisione Delphin. 805. columna 1. & 2. Sic *Bal. in l. etiam col. 3. vers. sed nunquid Abbatissa C. de executio. rei iudica.* dicit quòd licet mulier, Iure Codicis, possit conijci in carcerem pro debito, tamen Abbatissa pro debitis monasterij nō potest personaliter capi ab Episcopo, argumento *cap. Odoardus de solutio.* & sequitur *Rodericus in. repetitione l. 2. titul. De los gouiernos, quaestiōne 5. col. 5. versic. adde etiam.* Ergo cum pro debito ciuitatis singuli ciues capi non possint, cessat hic dispositio huius legis, quæ minimè est exercenda aduersus eos, qui in carcerem duci non possunt, vt *dixi cap. 3. num. 2.*

Præterea, cum hęc lex loquatur circa personas debitorum, non est exercenda aduersus ciuitatem, vel vniuersitatem: lex enim loquens in personis, non habet locum in ciuitate, autore *Bald. in Rubr. C. ad Trebellian. Ias. in l. si quis maior. n. 10. C. de transactio. Bald. in l. omnes populi ff. de insti. & iur.*

Rursus, cum aduersos singulos ciues dispositio huius legis exerceri non potesst; manifestum est, quòd aduersus ciuitatem exerceri non poterit. Ciues enim faciunt ciuitatem, & cum singuli creditoribus addicēdi non sint, certè neq; ciuitas addicetur, nā ciuibus ipsis ciuitas constat.

Deinde ciuitas est nomen iuris, in quam dispositio huius legis exerceri non potest, & patet *ex Bar. in l. aut facta §. fina. num. 6. colum. pen. ff. de pœni.* vbi scribit, quòd licet regulariter ciuitas puniri possit, id non est possibile in pœnis personalibus; putà, si imponatur pœna capitis, ideò illa pœna commutanda in alliam: ita etiam dispositio huius legis dictans, vt debitor inops addicatur creditori, nō potest vllo modo exerceri aduersus ciuitatem, vel vniuersitatem debentem, non enim ciuitas, vel vniuersitas creditoribus tradi possunt. Hoc dictat ipse sensus communis, & satis probatur *in l. semper §. quibusdam. ff. de iure immu.* vbi probatur, collegia, & vniuersitates immunes esse a laboribus personalibus.

11 Postremò facit quod etiā in delictis parcitur multitudini. *cap. vt constitueretur 50. distinctione. cap. ordinationes in fine. cap. ipsa pietas. cap. non potest. Et ibi gloss. cap. quisque 23. quæst. 4. cap. deniquè & ibi gloss. 4. distinct. cap. commessationes 44. distinctio.* Textus optimus *in c. quoties à populis 1. quæst. 7. cap. sanè de tempo. ordina.* Ex quo versiculus ille dimanauit.

Ob populum multum crimen pertransit inultū.

Idem probatur *in cap. fin. de transact. glos. in l. aut facta §. ff. de pœn. Ang. in l. penul. ff. ad l. Cornel. de Sica. Innocen. in cap. dilectus ad finem de simo. Lucas Penna in l. fine col. 3. C. de exact. & excusat. lib. 12. Imol. in cap. 1. col. 4. de offi. deleg. Hippo. in l. 1. §. si in rixa. col. 8. vers. vlterius, adde ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Abb. in cap. dilectus de simo.* Addictio autem, qua debitor inops traditur creditori, habet vim pœnæ corporalis, vt dixi *cap. 2. num. 26. & cap. 3. num. 6.*

Non obstant quæ ex aduerso stare videntur. Non obstat, quod ciuitas & vniuersitas debere possunt: non enim sufficit debere, ad hoc, vt habeat locum dispositio huius legis, nisi is qui debet, capax natura sit, vt in eum decretum huius legis exerceatur. Sit exemplum: omnis homicidia, ex lege capite punitur, tamen ciuitas non punitur capite, quoniā capitis pœnā subire non potest.

Non obstat, quod ciuitas potest cedere bonis; nam addictio de qua agimus, nō est cessio, imò tollit prorsus hæc lex beneficium cessionis bonorum Iure Ciuili inductum. Non enim sufficit dicere, *Cedo bonis*, vt debitor molestari amplius non possit: imò eius persona capitur, & in seruitium traditur. Huius autem addictionis exercitium non est practicandum aduersus ciuitatem, vel vniuersitatem: solum cogi poterunt cedere bonis, iuxta formam Iuris Romani, vt supra probaui. Non obstat quod retuli *ex Bal. in l. etiam nu. 19. C. de execu. rei iudi.* nam ipse Baldus qui dicit Rectorem ciuitatis capi posse pro debito ciuitatis, negat personā Rectoris obligatam esse, sed ideò capi, vt solutio citius, & facilius fiat. Cum autem loquamur in casu, quo ciuitas nulla bona habet, cessat fundamentum, propter quod rector ciuitatis capi potest; neque sufficit quē capi posse, nisi etiam sit debitor, ad hoc vt creditoribus addici possit. In summa, si ciuitas casu bona amisit, non tenetur vllo modo pati addictionem, etiamsi eius capax esset: quoniam dispositio huius legis non est exercenda aduersus debitorem, qui casu bona amisit, vt probaui *c. 4. de debitore qui casu fortuito, vel sine culpa sua bona amisit, per totum.* Si autem bona ciuitatis absumpta sunt culpa rectorū, vel decurionū, vel alterius cuiusuis, qui inops est: & hoc casu ciuitas cedet actiones creditori suo; creditor autem debitorem ciuitatis sibi vendicabit, & operas, & obsequia sibi præstare coget. Si autem pro debito ciuitatis aliqui ciues obligati essent; an si neque ciuitas, neque ipsi soluendo sint, debeāt addici creditoribus: vide quæ dixi sup. c. 5. *De debit. ex causa fideiussio.*

12 Quid autem dicendum in debitore ciuitatis, vel vniuersitatis; si soluendo non sit, an est addicendus creditori? Et certè addicendus est, vt seruiendo creditum repouat; ita definitum extat *in l. 78. & in volumine antiquarum pragmaticarum,* cuius verba sunt: *Por qualesquier deudas, que deua a qualesquier Concejos, o Vniuersidades, dende luoga aya de traher vna argolla de hierro al cuello, tam gorda come vn diede* Item in debitor. Fisci: nō enim Fiscus peioris debet esse cōditionis, quā crditor priuatus: imò est priuilegiat*

13 Neque præposterum est, vt debitor ciuitatis addicatur ciuitati, nam munici-

pium, vel respublica possunt habere seruos: *vt in rubrica, & toto titulo C. de seruis reipubl. manumi. l. 1. C. de solu. & liberat. debito. ciuil. lib. 11.* neque commoda est interpretatio eorum, qui dicunt, seruos publicos esse tabelliones.

14 Nam seruus non potest esse tabellio *l. generali. C. de tabula. lib. 10. glos. in l. 2. ff. de adop. & in l. 2. C. eo titulo*: neque tabellio qui ingenuus esse debet, oportet vt manumittatur: & tamen est titulus in iure: cuius inscripto est, *De seruis reipublicæ manumittendis*. Et qui re vera fuerint serui, notant *Platea, & Penna in d. l. 1. C. de solu. & libera. debit. ciuil. lib. 11, Sic Valerius Maximus lib. 2. c. 5.* vbi de Mario inquit, Missus ad eum occidendum in priuata domo Minturnis clausum, seruus publicus natione Cimber.

Idem dicendum in Fisci debitore, si soluendo non sit: non enim Fiscus debet esse peioris conditionis, imò in multis est priuilegiatus. Sed contra facit, quod debitores Fisci non effugiunt carcerem, etiamsi dent fideiussorem de euictione: vulgo dictum; *De saneamiento*, licet cæteri debitores in carcerem duci non possint, si dent fideiussorem, *vt dixi c. 1. num. 26.*

15 Quod autem Fisci debitores sint capiendi, nisi realiter soluerint, etiamsi dent fideiussorem, probatur *in l. 8. titulo 4. lib. Ordinat. l. 130. Del quaderno de las Alcaualas.* licet enim habens fideiussorem dicatur esse soluendo. *l. si plures §. præterea. ff. de fideiussor.* tamen in Fisco, vt non capiaris, non sufficit esse soluendo, sed oportet vt soluas.

16 Confirmatur hæc opinio; quoniam debitor Fisci non potest cedere bonis, neque vti beneficio cessionis bonorum: si debitor sit ratione collectarum. *l. propter honorem C. qui bon. ced. poss. & ibi hoc notat Bal.* vel si sit contumax *l. nemo C. de exactor. trib. lib. 10.* notat *Cin. in l. 1. q. 1. C. qui bonis ced. poss. Bar. in l. cum eo num. 4. ff. ad leg. Iuliam pecula. Martin. Lauden. in tractatu de Fisco, quæstione 73. & Franciscus Lucan. eodem tractatu, in princ. nu. 46.*

17 Nam si nõ sit contumax, potest cedere si sit pauper. *l. 2. & 3. C. qui bon. ced. poss.* vt inquit *Bart. in d. l. cum eo. Platea l. nemo carcerem C. de exactio. tribu. lib. 11.* Rursus *Ang. in §. fi. nu. 3. Instit. de actio.* dicit, quod si debitor Fisci debet ex delicto, non potest cedere quia si soluendo non est debet luere corpore: ne delicta remaneant impunita. *l. quicunque C. de ser. fugi.* Aut est debitor Fisci ratione tributi, & dicit quod non debet carcerari, sed honestè sub custodia detineri. *l. nemo carcerem C. de exact. tribu. lib. 11.* vt promptius soluat: aut est debitor propter collectas, & non potest cedere bonis *l. propter honorem C. qui bon. ced. pos. Præterea Soc. reg. 46. Fallen. 8.* dicit quòd debitor Fisci non potest cedere bonis, & dicit esse casum *in l. 2. C. de exac. trib. lib. 11. l. sacrilegij §. fin. in fin. ff. ad l. Iul. pecu.* Nisi in casu, quo paupertas excusat, citat *Bal. in l. 1. in fin. 3. col. & ibi Cin. in 3. q. C. de cess. bon.* Sed certè *l. 2.* quam citat, non probat debitorem Fisci nõ posse cedere, imo lex illa subleuat debẽtes Fisco tributa; & licet iubeat, vt detineãtur sub honesta custodia, nõ negat quin possint cedere: nam cessione liberantur à carcere, qui in ea sunt *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* Rursus *Guid. decis. 211. n. 3* docet quod debitor Fisci non potest cedere, & quod ita seruatur in Delphinatu. Idem scribit simpliciter *Besia in consuet. Aluer. tit. Des cessions, artic. 2. col. pen.* Deinde *Aufrerius in additione Capella Tolosana 28. & 134.* refert varias opiniones, vel potius distinctiones adeò confusè, vt vix agnoscas quid probet. Mihi videtur quod debitor Fisci potest cedere bonis, in casibus, in quibus debitor priuati potest. Nam Fiscus vtitur Iure communi, nisi in casibus in iure expressis, *glossa in lege 1. C. de peti. heredi.* Nulla est autem lex quæ dicat debitorem Fisci non posse cedere bonis in casibus, in quibus debitor priuatus potest: nam debitor ex delicto, etiamsi debeat priuato, non liberatur cedendo bonis: vt dixi *capit. 11. Et l. sacrilegij §. fina. ff. ad leg. Iulian. pecula.* loquitur in debitore ex delicto; nam peculatus delictum est.

Item si debet ratione tributi, videtur quod etiam possit cedere bonis, & liberari, si soluendo non est. Primò, quia inops non debet tributum: vt est notissimi iuris. Deinde quia licèt propter tributum non sit quis detinendus in carcere, *vt in d. l. nemo carcerem C. de exactor. trib. lib. 11. Lup. in repet. Rub. de dona. in prin. nu. 12. vers. ex quo infert*: hoc non seruatur apud nos, & consuetudo, hac in re seruanda est, vt tenet *Lupus d. n. 12. l. nisi. C. de exact. trib. lib. 11.* Et licet solum detineretur sub honesta custodia, *vt in d. nemo carcerem*, adhuc carcer est, licet non durus sed honestus; & cũ sit carcer, oportet ad effugiendum carcerem vti beneficio cessionis non enim minus quis cõpedibus detinetur, qui detineatur compedibus aureis: & cum capto in carcere concedatur eam effugere beneficio cessionis, multo magis id concedendum ei, cui plus honoris habetur. Nam carcer nõ est solum locus squalidus, tenebris horridus, & pædore molestus; sed locus quãtumuis amænus si eum exire non possis: nam verus carcer est, non posse facere quod velis.

18 Item, licet quis debeat propter collectas, si soluendo non sit, debet liberari cedendo bonis: nam *l. propter honorem C. qui bonis cede. pos.* quam omnes citant; loquitur de eo qui per cessionem relinquit, de industria, bona, ne cogatur munus impositum suscipere, vel collectam soluere: & hanc esse legis mentem, manifestè perspiciet quisquis legem attentè legerit: ibi enim malitia punitur, quod generale est in omnibus debitoribus

mali-

malitiam committentibus, vt dico infra c. 16. *De nobili debente.*

Postremò, ne autoritate deficiamur, huius opinionis est *Salicetus, vir doctus, pariter, & ingeniosus in l. 1. num. 7. versi. aut est debitor Fisci. C. qui bon. ced. poss.* vbi dicit, quod licet debitor Fisci fuerit cōtumax, potest cedere bonis §. *itē si quis. Inst. pro socio.*

19 Quod probo: nam licet contumacia, in non obediendo superiori iudicari possit crimen, tamen contumacia in non soluendo Fisco. quod illi debeo non est crimen corpore luendum, sed culpa, vel potius mora. Non enim Rex ipse dicit, redde mihi, quod debes, sed obscurus quispiam priuatus; & etiam, si Rex ipse diceret non est crimen ei non soluere, non enim maiestatem Regiam lædit, qui Regi non soluit, nisi per seditionem rem eius occupet, vel solutionē denegetcontēptis seditiosè ius dicētis imperijs.

Hæc autem omnia intellige in eo, qui habens bona non soluit collectam, vel tributū, sed vult se eximere cedendo bonis, & liberari tempestiuè ab omni molestia: & in hoc casu intelligendi sunt doctores, nam si hi quibus imponitur collecta, vel tributum, essent inopes, non deberent collectam, neq; tributum, *Bal. in l. etiam, col. fin. C. de execu. rei indica. Rolan. consi. 66. à nu. 20. lib. 1. & dico c. 18. De debitore ratione multæ, vel tributi n. 9.*

Sed quid iudicandum hac in re, quod attinet ad nostram legem? Et quidem sicut debitores priuatorum, & reipublicæ non eludunt iudicij vim, cedendo bonis sed traduntur creditoribus ad seruitium: idem in Fisci debitoribus dicendum.

20 Primò, quia inter Fiscum, & priuatum non est inducenda differentia, nisi vbi est in iure expressum: nam Fiscus vtitur Iure communi. Deinde, quia Fiscus solet esse melioris, & nunquam peioris conditionis, quam priuatus in exigendo credita sua; Præterea in debitore Fisci est peculiaris ratio. nam ei etiam de Iure Ciuili denegant beneficium cessionis bonorum, tot eruditi nomines viri relati *supra num. 16.* Quanto magis denegabitur Iure Regio, quo beneficium cessionis bonorum generaliter est sublatum: non enim apud nos sufficit dicere, cedo bonis: sed debitor in seruitium traditur creditori. Sic intelligendum, quod scribit vir doctissimus *Ferdinandus Vasquius in tractatu de successionum creatione 1. par. lib. 1. §. 6. num. 49. vers. vnde in vsu forensi,* vbi scribit, in vsu forensi sepissime respondisse, quod debitores Fiscales, qui Iure Hispanico vinculis continentur, donec debitum persaluant: adeò, vt eis non prosit dare fideiussorem, sunt eximendi e vinculis, si bonis cesserint, non aliter quam si soluissent: & quod ita debet intelligi *lex Regia. 8. tit. 4. lib. 6. Ord. & l. 130. Del quaderno de las Alcaualas.* quę loquūtur de exactione debitorum Fiscalium: moueor quoniam stante statuto, quod debitor nō possit in carcerem detrudi, liberatur à carcere, cedendo bonis *l. 1. C. qui bonis ced. poss.* & ibi notat *Bal. Alex. in l. postulante n. 7. ff. ad Trebel.*

Hæc verba Vasquij intelligenda sunt de ea cessione, quam nostri vulgo appellant, *Cession. de bienes*, cum re vera nihil minus contineat, quam beneficium cessionis bonorum. Nam, vt iam sæpius est repetitum, beneficium cessionis bonorum, id de iure præstat, quod debitor effugit carcerem, & potestatem creditoris, & vim iudicij, dicendo: *Cedo bonis.* At ea quam nostri ineptè vocant, *Cession. de bienes*, non liberat debitorem, imò debitor traditur in seruitium creditori, & soluit operis, & personali labore; quod pecunia non potest soluere: tantum in eo similis est beneficio cessionis, quod per eam debitor liberatur à carcere, sed tamen detruditur in potestatem creditoris, quod carcer, (vel potius seruitus quædam) existimari potest. Itaque Vasquius loquitur de ea, quam nostri vulgo vocant, *Cession de bienes.* (scilicet) de addictione, per quam debitor traditur in seruitium creditori, aliàs non liberatur apud nos: quinimò, neq; de Iure Communi, si probamus tot eruditorum sententiam, eodem modo intelligendum, quod scribit *Cifontanus in l. 79. Tauri col. 1. in princip.* Intelligo hæc, nisi exigatur ab eo collecta, vel tributum: nam si est inops, non tenetur id soluere vt dixi proximè, *num. 19.*

Quod autem debitor Fiscalis sit addicendus Fisco, intelligitur operis Fiscalibus: puta operis ad Regem pertinentibus, & si debeat ex delicto, relegabitur in Regias triremes, si qualitas criminis id exposcat, vt gratis per certum tempus remigem, vel militem præstet: vt dixi *cap. 11. De debitore ex delicto.* Est autem optimo iure definitum, debitorem Fiscalem posse cedere, & addici: nam capi, & in carcerem detrudi potest & ita seruat consuetudo, & notat *Salicet. in l. 1. num. 7. C. qui bon. ced. poss. Guido Papa decis. 214. Roder. in repe. l. post rem in. 7. casu, versi. addas alium casum ff. de re. iudica. Bal. in l. prima col. 4. C. de hæredi. vel act. vendi.* Adeò autem capitur, vt non prosit ei dare fideiussorem, & nominare bona, nisi re ipsa soluat, vt supra dixi, & bona debitoris Fiscalis, citissimè venduntur, *vt d. l. 8. tit. 4. lib. 6. Ordina. l. 130. Del quaderno de las Alcaualas.*

21 Quinimo etiam de Iure Communi, quo instrumenta non habent executionem paratam, *vt dixi c. 1. nu. 31.* quodcumque instrumentum habet executionem paratam aduersus debitores Fiscales & aduersus eos proceditur executiuè *l. missi opinatores C. de exactio. tribu. lib. 10. Bal. & Sali. l. 1. C. de condic. ex lege* facit *textus in Authentic. de manda. Princip. §. coges* Imo in actionibus Fiscalibus proceditur de facto, vt inquit

Bal. in l. 1. col. 4. C. de here. vel act. vendi. Et incarcerantur debitores, vt inquit *Bal. & Rodericus in repet. ll. post rem. in dist. 7. casu versi. addas alium casum. ff. de re indi.* Quamuis, vti supra dixi, incarceratio, moribus potiùs, quam iure introducta est aduersus debentes Fisco tributa. *l. nemo. C. de exact. tribu. lib. 10.* Quamuis vt dixi supra *nu. 17*, etiam de iure Ciuili carcere premebatur, licet honesto, & non ita molesto vti carcer. Vnde scribit *Andreas Barulus in d. l. missio pinatores*, quod si Princeps committat alicui, vt exigat debita Fiscalia cum omni coactione, quod potest conijcere in carcerem debitores Fiscales, si in loco sit consuetudo, & sequitur *Lup. in repe. rub. de dona. in prin. nu. 13. vers. ex quo infert.*

22 Intelligendum autem, quod debitores Fiscales executari possunt, etiam de Iure Ciuili, ex quolibet instrumento, quando debitũ est liquidum, vel tale, quod probabilitèr negari nõ potest *vt in d. Auth. de mãda. Princip. §. coges. Bal. & Sali. in d. l. 1. C. de condic. ex lege. Roder. in d. 7. casu, vers. addas alium casum. Martinus Landen. in tractatu de Fisco, quast. 143. qui citat l. hiqui C. de conuç. Fisci debi. lib. 10.*

13 Quinimo Fiscus aliquando exigit ante diem *l. 1. C. de condict. ex leg. & ibi DD. Martin. Landen. in tractatu de Fisco. q. 146. Franciscus Lucan. in tractat u de Fisco nu. 9.* quod intellige, *vt per DD. in d. l. 1. C. de cond. ex lege.*

14 Debitor autem ciuitatis quomodo soluere debeat, vide *l. cautiones C. de solu. & libera.* Et debitor ciuitatis non soluens, an possit in ea honorem habere, vide *Plate. in l. non prius C. de debitor ciuit. lib. 10.* & an posit in ea esse Officialis, *vide Puteum in tracta. de Sindica. §. Officialium. num. 7.*

15 Item Fisci debitor, quomodo, & quando posit executari de Iure Communi, vide *Lucam Pennam in l. 1. C. de cap. debit. Fisc. lib. 10.*

Item, an exactor tributorum posit cedere bonis, & liberetur cedendo iuxta formam Iuris Ciuilis, scilicet dicendo, *cedo bonis Boer.* dicit quod non: *decis. 309. col. 9. vers. nec profectò*, Quare operis satisfacere debet iuxta decretum huius legis.

SVMMA.

1 *Per Matrimonium contractum inter creditorem, & debitorem, aut è conuerso, debitum censetur remissum.*

2 *Obligatio praestandi operas, finitur matrimonio contracto, & num. 12.*

3 *Filius, & filia per matrimonium liberantur à patria potestate.*

4 *Matrimonium liberat minorem à potestate curatoris.*

5 *Ius patroni, nuptys libertæ interrumpitur.*

6 *Debitor, aut debitrix liberati per matrimonium contractum cum creditore, vel creditrice, an soluto matrimonio redeat in potestatem heredum, & nu. 9.*

7 *Vidua, durante viduitate, adhuc dicitur esse in matrimonio.*

8 *Causa, quæ secum produxit effectum: talis effectus non cessat, licet postea cesset causa.*

10 *Quas operas marito teneatur vxor praestare.*

11 *Res facilè ad suam naturam reuertitur.*

13 *Acquisita ex matrimonio, vt lucrentur requiritur necessariò, vt matrimonium teneat.*

14 *Matrimonium debitorum non praeiudicat creditoribus, si creditores non consentiant.*

15 *Debitri inops, addicta creditori, an liberetur, si fiat concubina creditoris.*

16 *Ancilla, libera fit ex complexu domini.*

An matrimonium contractum debitore constituto in potestate creditoris, liberet illum ab eius potestate.

CAP. XIV.

1 

VÆRO deinde, an matrimoniũ contractũ à debitore constituto in potestate creditoris, liberet illum ab eius potestate. Hæc quæstio tria habet capita. Aut enim creditor, seu creditrix nupserunt debitori, vel debitrici sibi traditis (nam in aliquibus casibus etiam fœminæ sunt addicendæ creditoribus,) & hoc casu cessat dispositio huius legis, & vinculum pignoris censetur remissum textus est expressus, qui in hac specie loquitur in *l. si is qui te C. de capti. & postli. reuer.* Vbi si aliqua mulier mihi tenetur seruire, donec operis soluat pretium, quod pro eius libertate hostibus dedi, *vt in C. eo titulo.* hæc obligatio seruiendi pro debito, finitur si matrimonium contrahatur inter creditorem, & debitricem, Verba legis hæc sunt: *Si is qui te ab hostibus captam commercio redemit, & sibi matrimonio coniunxit; dignitate nuptiarum, & futura iusta sobolis, vinculo pigno-*

pignoris tibi remisso, reddi tibi narales pristinos, rationis est. Idem probatur *in l.2.C. eo tit.* & ibi notant *Bald. & Salic.* Rursus hæc opinio probatur *in l. si quis ingenuum. ff. de capti. & postlim. reuer. ibi: Exinde intelligi oportet remissum debitum, & vinculum pignoris, ex quo de ea suscipere liberos optauerat*.

2 Et quod obligatio præstandi operas, finiatur matrimonio: probatur *in l. libertæ. C. de oper. liber.* cuius verba sunt: *Libertæ tuæ, ducendo eam in vxorem, dignitatem auxisti: & ideò non est cogenda operas tibi præstare.* Idem probatur *in l.2. C. de obseq. liber. patr. præst.* & ibi notant *Bald. Salic. & Alber. sic Bald. in leg.2.C. de capti.* per illum textum notat, sponsalia contracta inter debitorem, & creditricem, inducere donationem quantitatis debitæ; quod si debitum censetur donatum, certè cessat vinculum pignoris.

Sic adscriptius qui dicitur esse in potestate domini sui, *vt in l. ne diutius. C. de agric. & censi. lib. 11.* & qui ei tenetur operas præstare iuxta verba *Bart. in l. fin. C. eo titulo*, liberatur per contractum matrimonij, *vt in Auth. de nupt. §. adscriptitio, collat. 4. text. in l. fi. C. de agricol. & censit. lib. 11.* De quare infra dicam.

3 Sic matrimonium liberat filium, & filiam à potestate patris, *vt in l.47. Tauri*, & antequam hoc iure Regio disponeretur, sunt plures eruditi, qui dicunr, idem esse, de Iure Canonico.

4 Item matrimonium liberat minorem à potestate curatoris, *vt in l.207. Stili:* quamuis aliter erat dispositum de iure Communi, *vt in l. de his. C. de admin. tuto.*

5 Item ius patroni interrumpitur nuptijs libertæ. *l. sicut. ff. de oper. liber.* & ibi hoc notant *Alber. idem notant Oldrad. Bald. & Sali. in l. libertæ tuæ. C. de oper. liber.* Quæ iura sunt notanda, quoniam loquuntur in matrimonio contracto cum tertia persona.

6 Adeò autem debitor, seu debitrix ex matrimonio cum creditore, vel creditrice contracto, liberantur ab eorum potestate, vt soluto matrimonio in potestatem hæredum creditorum non redeant; fortè enim matrimonium solutum fuit absque liberis.

Sed certè, hæc res non est perinde manifesta; & in contrarium facit, quod filius liberatus à potestate patris ex matrimonio, reincidit in eam matrimonio finito. Huius sententiæ auctor fuit *Neapodanus quidam*, quem veluti auctorem huius sententiæ citat *Afflict. in constitutio. Siciliæ*, incipiente *prosequentes in.2.q.col.4.num.12. vers. sed quamuis. eandem opinionem probat Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ, titulo Desdroyts apartenans*, verbo, *En puysance de son mari. §. & addictum, num.22. versic. sed quod per transitum Ioannes Bosqueus in tractatu de nuptijs libr.2. col. antepen. Thomas Grammaticus decis.84.*

Hæc sentẽtia nominatim probari videtur *in l. planè. ff. de oper. liber.* Vbi postquam dicitur matrimonium soluere necessitatem præstandi operas, textus subijcit hæc verba: *Planè cum nupta esse desierit, operas peti posse omnes consentiunt.* Et ita scribit *Alber, in l. sicut. ff. de oper. liber. Cinus, Bald. & Sali. in l. libertæ. C. de oper. liber.*

Sed contraria sententia verior est, imò semel ex matrimonio finita obligatione seruiendi, non reuiuiscit matrimonio soluto. Huius sententiæ autor est *Oldraldus*, quem citat, & sequitur *Bald. in l. libertæ. C. de oper. liber.* inquit Baldus, quod hæc tacita remissio debiti, quæ inducitur ex matrimouio, perpetua est, neque obligatio reuiuiscit matrimonio soluto; actio enim semel extincta non reuiuiscit, *vt in l. qui res. §. aream. ff. de solut.*

Confirmatur hæc opinio: quoniam patria potestas, soluta ex matrimonio, non redintegratur matrimonio soluto, vt rectius docet *Massuerius in sua praxi. titulo de dote, & matrimonio, vers.* Item *de consuetudine, Afflictus in constitutione Siciliæ incipiente, prosequentes. in 2.q. col.4. nu.12. Tiraquellus lib. de iure maritali, in glossa 3. in principio Boerius decis.197. col.2. num.3.*

7 Et comprobatur; quoniam vidua adhuc dicitur esse in matrimon. *l. si. C. de bon. mater. notat Ioan Andr. in c. bis qui. de sepul. li.6. Bal. in l. qui in re. C. de infirman. pen. Cæl. Tiraq. in tract. de nobil. q.17. nu.5.*

8 Item, quando causa iam produxit effectum, effectus non cessat, etiamsi causa cesset, ita notat *Ias. in l. inter stipulantem. §. sacram in 4. notabil. ff. de verb. oblig. Imola in c. fin. de offi. delegat. Antonius in c. sanè. de renuntiat. Cin. in l. generaliter. C. de Episc. & Cleric. Bart. in l.2. §. fin. ff. de donatio & in l. pluribus. §. & si placeat. ff. de verb. oblig. Decius in l.1. num.76. ff. si cer. peta. & in c. quæ in ecclesiarum. col.7. de constit.* Ergo cum matrimonium inter creditricem, & debitorem contractum induxerit remissionem debiti, hic effectus ex matrimonio productus non cessat soluto matrimonio.

Non obstat quod scripsit Neapodanus: quoniam toto (quod aiunt) cœlo aberrat.

9 Non obstat *l. planè*: quoniam ille textus non loquitur, quando matrimonium fuit contractum inter libertam & ipsum patronum, sed quando liberta nupsit tertio, quo casu soluto matrimonio reuiuiscit obligatio præstandi operas. Meminisse oportet, licet debitrix liberetur per matrimonium, cum creditore ab obligatione præstandi operas; intelligitur de operis, quas præbet veluti debitrix: nõ tamen liberabitur ab operis, quas tenetur præstare, veluti vxor: ita docet *glos. in l. sicut. ff. de oper. liberto. Bald. in d. l. libertæ. C. de oper. liber.*

10 Quas autem operas teneatur vxor præstare marito, explicat *Bald. in l. si vxor. C. de condit. inser. Ang. in §.1. Institut. ad Tertul. Bal. in l. assiduis. col.2. C. qui potio. in pign. habean.*

Abb.

Abb. in c. illud. col. 6. de præsump. & in c. literis. de testib. & in c. mulieres. de senten. excommuni.

Tractemus de secundo huius quæstionis capite, an debitor, vel debitrix nubentes ex voluntate creditoris liberentur ab eorum potestate. Et quod liberentur, probatur *in Authen. ad hoc. C. de latin. liber. tollen.* Vbi seruus domini voluntate ducens vxorem, liberatur à seruitute: quanto magis persona libera, liberabitur ab obligatione seruiendi? Cum res facilè reuertatur ad suam naturam *l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. capit. ab exordio. 35. Dist.* Idem probatur *in l. sicut. ff. de oper. liber.* cuius verba sunt. *Sicut patronus, ita etiam patroni filius, qui nuptijs consensit operarum exactionem amisit*, & ibi notant *Dinus, & Alber.* Idem probat *l. si libertus ita. & l. si duorum. ff. de oper. lib. & in liberta. C. obseq. patron. præstan.* inquit lex: *Libertę quæ voluntate. patroni nuptæ sunt, non coguntur officium patronis suis præstare.* Idem probat. *l. quod ex liberta. C. de oper. liber.* & vtrobique scribunt *Bald. & Sali.* sic ante editam. *l. 48. Tauri*, qua filius ex matrimonio recuperat aduentitia. Si pater consentiebat matrimonio filij, amittebat vsumfructum, quem in bonis filij habebat: ita notat *Boer. decis. 197. col. fi.* qui citat *Alex. in additione ad Bar. in l. placet. ff. de acquir. hæredi. Lup. in repetitione c. per vestras. §. 22. versic. sed quamuis iura ciuilia, cum præcedentibus.* Ita etiam creditor consentiens nuptijs personæ sibi subditæ, ratione debiti amittit ius, quod super illum habet ex dispositione huius legis.

Hęc opinio quatuor recipit limitationes. Prima est, quod creditor ex matrimonio, cui consentit, amittit operas futuras, non præteritas, textus est, *in l. si libertus ita iurauerit. ff. de oper. liber. ibi: in libertam quæ voluntate patroni nupsit, pręteritarum ante nuptias operarum actio datur.* Scilicet, quoniam ante nuptias cessant rationes, quibus post nuptias desinit teneri ad præstationem operarum.

12 Sic si lex, vel statutum liberat aliquem à præstatione alicuius rei, ratione matrimonij, intelligitur quoad futurum, non quoad præteritum: ita probant *Faber & Salic. in Auth. ingressi. C. de Sacrosan. Eccles. Abbas in. c. in præsentia. num. 64. de probat. Rodericus in quæstione maioratus. col. penult. Lupus in Rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 42. col. fin.*

Secundo limitatur; si matrimonium sit inualidum, à principio, vel ex post facto detegatur inualidum fuisse, textus *in l. sicut. ff. de oper. liber.* ibi: *Si autem nuptiæ quibus patronus consensit nullas habeant vires, operas exigere patronus non prohibetur.*

13 Hoc, generale est in omnibus, qui matrimonij ratione aliquid lucrantur, vt non cõsequantur lucrum, si matrimonium non valeat, ita notat *Roman. in l. insulam. §. vsuras. ff. sol. matri. Bar. Imol. Rom. & Alex. in l. si ante nuptias. ff. eo titul. Bald. Angel. & Sali. in l. 1. C. de condic. ob caus. Aug. in Auth. de nupt. §. adscriptio. col. 4. Aret. in l. si ante nuptias. col. 3. ff. sol. matr. Burba. in c. ex literis. col. fin. de pign. & cons. 46. lib. 2. Bald. cons. 184. li. 3. Paul. Roman. & Alex. in l. si cum dotem. §. fin. ff. solut. matri. Bald. Barba. & Feliu. in c. iurauit. de proba. Hippol. sing. 129.*

15 Tertio limita, quoad creditores, qui non consenserunt matrimonio: illis enim non præiudicat *textus in l. si duorum. ff. de oper. liber.* & faciunt quæ dixi *in tract. de non meliorandis filialibus dotis ratione. cap. 10. nu. 89.* Vbi probaui, meliorationem filię factam ratione dotis, præiudicare fratribus, qui consenserunt; non verò alijs, qui non consenserunt.

Quartò limita, soluto matrimonio: nam quando debitor ex consensu creditoris ducit vxorem, obligatio seruiendi videtur reuiuiscere soluto matrimonio. *l. planè. ff. de oper. liber.* Notant *Bald. & Oldral. in l. in l. liberta. col. 1. C. de oper. liber. Alber. in l. sicut. ff. eo tit. glossa in l. quod ex liberta. C. eo tit.* Neq. obstat, quod dixi *supra num. 1.* quoniam ibi, quando debitor, vel debitrix nubunt creditori, vel creditrici quamquam (vt quod sentio loquar) res non caret scrupulo: eruditis iudicium & examen relinquo.

Finem faciam si lectorem monuero: ita demum debitricem nubente consentiente creditore liberari; si modo creditor sit masculus; secus si fœmina: tunc enim, etiamsi consentiant matrimonio debitoris, vel debitricis, minimè liberâtur à necessitate præstandi operas: *textus est in l. sicut. ff. de oper. liber.* cuius verba sunt: *Patrona quæ liberta nuptijs consensu, operarum exactio non denegatur, quia ei neque ab ea quæ nupta est indecore præstantur.*

Sed reclamauit aliquis, hæc iura loqui in libertis. Verum est, tamen cum est in potestate creditoris, donec seruitio reponat creditum censetur esse libertus, vt expresse probatur *in l. si liberum captum. C. de capti. & post limit. reuers. iuncta. fin. C. eo titulo.* Et quamquam libertus non sit, iura loquentia de operis libertorum extendit *Bartolus* ad eos qui nobis ex conductione operas dant. *in l. si nõ sortem. §. liber. ff. de cond. in debit. & in l. pro hærede. §. quid tamen. ff. de acquir. hæred.* Item operas libertorum, & libertos ipsos, æquiparat clientibus *Spiegel. in lexico Iuris ciuilis in verbo Opera.*

Ex his infertur, quod debitor masculus ducens vxorem, consentiente creditore, in cuius potestate est, non liberatur ab eius potestate, hoc est ab obligatione præstandi operas, *textus est expressus in l. si quis hac lege. §. etiam. ff. de oper. liber.* & ibi glossa notat, magnam esse differentiam inter masculum, & fœminam. Fœmina enim nubens consentiente creditore, ideò non cogitur patrono, vel creditori seruire, quoniam, cum iam sit

nupta,

nupta, si sit in potestate creditoris, suspicio est aduersus eam parum honesta, quę maritum illius maximè grauat.

15 Sed est quæstionis, an liberatio præstandi operas, concedatur debitrici, si sit concubina creditoris, cui addicta est. Mouet quæstionem. *l. si qui se. C. de capti. & postlimi. reu.* vbi ex dignitate nuptiarum, & voto futuræ iustæ sobolis, hoc est, vt filij sint legitimi; lex dicit remitti vinculum quo debitrix est apud creditorem: ergo concubinatus non sufficit.

Contraria tamen sentētia probatur *in l. si quis ingenuam. ff. de captiu. & postlimi. reuer.* Vbi textus loquitur, quādo debitricem mihi retineo, ratione summæ debitæ: scribit tamen Iurisconsultus, debitricem liberari, si sit concubina. Sic ancilla fit libera ex complexu domini. *§. eadem lege. Instit. quibus ex caus. manumis. non licet.*

SVMMA.

1 *Iure Gothorum, fæmina debitrices creditoribus addicebantur.*

2 *Mulier potest cedere bonis.*

3 *Fæmina ob debitum ciuile, non incarceratur: extende.*

4 *Etiam si debeat Fisco, & nu. 5. vbi de opinione Menchaqua.*

6 *Licet cuilibet, si velit, alteri operas suas præstare.*

7 *Pro pæna pecuniaria descendēte ex delicto, mulier capitur ex consuetudine.*

8 *Etiamsi det iuratoriam cautionem mulier in criminibus, capitur pro debito pecuniario.*

9 *Priuilegiatus à iure, ne cedat bonis, si tamen dolum committat, cogitur bonis cedere.*

10 *Debens ex delicto conuenitur, etiamsi priuilegium habeat à Printipe, ne intra certam tempus conueniatur.*

11 *Maritus cōmittens dolum amittit priuilegium reuerentiale, quod habet aduersus uxorem.*

12 *Aduersus fæminas in delictis vtimur Iure communi, si detegatur dolum commisisse.*

13 *Fæmina solum potest esse tutrix filiorum.*

14 *Reuerentiale ius, renuntiatione non tollitur.*

15 *Mulier potest renūtiare suo priuilegio.*

16 *Quilibet potest renuntiare suo priuilegio.*

17 *Meretrix pro delicto ciuili capi potest, nisi sit nupta, & num. 18.*

19 *Nupta, de adulterio non accusatur.*

20 *Vxor tenetur marito operas præstare.*

21 *Viuente marito, non fit executio pro debito vxoris in bonis dotalibus, nisi debitum sit ante matrimonium, & num. 23.*

22 *Vir pro vxore non tenetur.*

24 *Pro debito procedente ex redemptione, cogitur mulier creditori redemptori seruire.*

25 *Debitrix addicta creditori, si creditor eam prostituat liberatur à potestate creditoris, & num. 34.*

26 *Fæmina, cuius pudicitia periclitatur, licitè, & impunè, a carcere fugit.*

27 *Dominus fæudi amittit fæudum, si per lasciuiam comprimat filias vassallorum.*

28 *Fructuarius malè se gerens, amittit ius obuentionis, & potest priuari, & prohiberi, ne vtatur vsufructu.*

29 *Malus tutor amittit ius decimæ.*

30 *Pater abutens patria potestate administrationem amittit, idem si cogeret filium ad precandum, & nu. 31.*

32 *Dominus amittit pactum de seruitio famuli; si seruitio abutatur.*

33 *Mulier in caupona posita, vt ministret indicatur prostituta.*

35 *Partus fæmina addicta creditori, liber est.*

An dispositio huius legis exercenda sit aduersus fœminam debitricem: & quid si debeat Fisco; vel ex delicto?

CAP. XV.

1 QVÆRO deinde, an dispositio huius legis exercēda sit aduersus fœminā. Videtur exercenda: ita enim lego inter leges Gothicas. *Si mugeres ouieren de estar presas por debdo; si e credor se quisiere fiar, o assegurar en la muger, que algo le debiere por esta razon, quel ecbe su señal, e que ande la villa por su presa.* Nota, fœminas ratione debitæ summæ addici creditoribus iure Gothico.

Con-

Consuetudo autem, qua apud nos debitor inops traditur creditori, etiam Gothorum seculo vigebat, vt probaui *supra c.2.n.9.*

Præterea hæc opinio nominatim *probatur in l. siquis ingenuam. ff. de captiu. & in l. si qui re. & in l. fœdissimè, per locum, à speciali. C. eo tit.* vbi mulier ratione debiti detinetur à creditore.

2 Rursus hæc opinio probatur: quoniam mulier potest cedere bonis. *l. pen. C. qui bon. pos. ced. Ias. in §. fin. nu. 10. Instit. de act.* Hæc autem addictio, qua inops debitor traditur creditori, vocatur apud nos *Cession de bienes*, quia per addictionem debitor soluitur è carcere.

Sed verius est, fœminam non esse addicendam creditori. Primo *ex l. 3. in prin. vers. corporalia de mun. & hono.* inquit lex: *Corporalia munera, fœminis, ipse sexus denegat.*

3 Secundo probatur, quoniam fœmina ob debitum ciuile in carcerem duci non potest. *l. 1. C. vt omnes iudices. text. in l. 62. Tauri.* Dispositio autem huius legis, non est exercenda aduersus debitores, qui in carcerem duci non possunt, vt dixi *c. 3. num. 2. & c. 4.* Notat *Rodericus in repet. l. 2. tit. De los gouernos. q. 5. col. 3. vers. 2. lib. 2. Fori.* Vbi dicit, quod fœmina non est addicenda creditori, quoniam vbi debitor est conijciendus in carcerem, quia non satisdat, *vt in l. 1. C. de exhib. reis*: id non admittitur in muliere, nam ob eam causam non est in carcerem ducenda, *vt in Authent. nouo iure. C. de custo. reo. Bald. in l. nemo deinceps. C. de Episc. audi.* Debitor autem inops ideò addicitur creditori, quia non satisdans non est addicendus. *l. 2. titul. De los gouernos. lib. 2. Fori.* Et quod hæc lex non sit practicanda aduersus mulierem, notat *Antonius Gomez in l. 62. Tauri. col. 1.* His congruit textus *in l. quisquis. §. ad filias. C. ad leg. Iul. maiest.* inquit lex: *Mitior enim circa eas debet esse sententia: quas pro infirmitate sexus est.* Et generaliter in delictis mitius agitur cum fœminis. *l. sacrilegij pœnam. C. ad leg. Iul. pecul. l. si adulterium. §. stuprum. & §. fratres. & §. incestum. ff. ad leg. Iul. de adulter. c. indignantur. 32. q. 6. c. sicut dignum de homic. scribit Bald. in l. quicunq. col. 3. ver. & in summa. C. de seru. fugi.* quanto magis, quando non ex delicto, sed ex contractu aduersus eam agitur?

4 Amplianda hæc opinio est, etiamsi mulier debeat Fisco; nam etiam pro debito Fiscali mulier capi non potest. Textus est expressus *in Auth. sed hodie. in princ. C. de offic. diuers. iudi. & in Auth. hodie. C. de custo. reo. Boer. decis. 349. col. 3. num. 5. vers. & maximè, & col. pen. & omnes Doctores vbique. Cifontanus in l. 62. Tauri. Salic. in l. c. num. 6. C. qui bon. ced. poss.*

Bartolus in l. nemo carcerem num. 4. C. de exact. trib. dicit quod mulier etiam pro debito publico in carcere detineri non potest. Cum ergo pro debito Fiscali capi non possit, non est Fisco addicenda, vt dixi *c. 3. n. 3. & c. 4.* Reperio tamen *Ferdinand. Vasquium de Menchaca virum doctissimum, in tractatu de successionum creatione par. 1. li. 1. §. 6. n. 38.* accuratè & anxiè disputare, an mulier quæ succedit debitori Fiscali, sit detinenda in vinculis, sicut detineretur debitor masculus, cui succedit: adducit quod mulier non potest capi pro debito, non descendente ex delicto.

Rursus ex aduerso adducit, quod Fiscus id habet priuilegium, vt eius debitores sint detinendi in vinculis donec debitum persoluant, vnde priuilegium mulieris, pugnat cum priuilegio Fisci: quare definit, quod cum priuilegiatus, non debeat gaudere priuilegio aduersus priuilegiatum, vt in *Auth. quas actiones. C. de Sacros. Eccles.* quod ea opinio est sequenda, per quam reducimur ad ius commune, & quod ideò cum de Iure communi, nemo sit capiendus, si habet bona ex quibus soluat, *vt dixi. c. 1. num. 26.* quod, vel priuilegium mulieris, vel fisci vincat, secundum casus contingentiam, vt scilicet is vtatur priuilegio, qui habet pro se Ius commune: ideò, si mulier ea habet bona, quæ etiamsi vendantur, non sufficiant ad soluendum Fisco, & hoc casu dicit mulierem detinēdam in vinculis, nisi velit bonis cedere: si autem, ex mulieris bonis venditis Fisco satisfieri possit; & hoc casu dicit fœminam non detinendam in vinculis: & quod iuxta hanc interpretationem nemo aduersus alterum vtitur priuilegio, sed vterque vtitur Iure communi. Addit tamen, quod Iure Regio, mulier etiam pro debito Fiscali capi non potest. citat *l. 62. Tauri.* quę de debito Fiscali nullam mentionem facit, *& l. 2. tit. 10. lib. 5. Ordinat. & l. 4. titu. 2. li. 5. Ordinat.*

5 Equidem, etiam de Iure communi, hac interpretatione, & temperamento opus non est, nam, & de Iure communi, fœmina pro debito Fiscali capi non potest, *vt in Auth. sed hodie. C. de offi. diuers. iudi. & in Auth. hodie. C. de cust. reo.* ex quorum dispositione generaliter verum est, fœminam pro debito Fiscali capi non posse; etiam antequam hoc Iure Regio esset definitum. Et ipse *Vasquius* memoria lapsus videtur, quod sibi cū doctissimis quibusque viris commune est; nam Homer. quanddoque bonus dormitauit. Præterea dum dicit, fœminam posse cedere bonis, verum dicit de Iure communi, *vt in l. pen. C. qui bon. cede. poss.* De Iure enim Digestorum, & Codicis mulier capi poterat, vt notat *Bal. in l. 1. col. 2. vers. quaro cum ciuitatibus, & ibi Sali. vers. quaro nunc quarto. Boer. decis. 349. col. pen. C. qui bon. ced. pos. Abb. in c. petitionem de accus. Ias. in l. neque impuberes, col. 1. vers. aduerte si teneas ff. de in ius voc.* Horum fundamentum est *d. l. pen. C. qui bon. ced. pos.* vbi mulieri permittitur

titur cedere bonis: cessio autem bonorum inuenta est ad effugiendum carcerem *l. 1. C. qui bon. ced. pos.* Ergo mulier poterat conijci in carcerem: & quod possit conijci in carcerem, si non vult cedere, scribit *Bal. in l. 1. num. 13. C. qui bon. ced. pos.* cuius opinio videtur vera de iure Codicis, quo mulier capi poterat; de iure verò Authenticorum, cum mulier pro debito priuato, vel Fiscali capi non possit, vt supra dixi, videtur quod possit cogi cedere bonis: nam qui non potest conijci in carcerem, non potest cogi cedere bonis, etiam iuxta formam Iuris Ciuilis, vt dixi *cap. 3. num. 2.* Itaque si Vasquius loquitur de cessione inuenta à Iure ciuili, mulier potest cedere bonis, si velit, non tamen cogitur, quia eo nomine, neque nomine debiti in carcerem duci non potest Iure authenticorum; vt notat Sali. *in d. l. pe. C. qui bon. ced. poss.* Si autē loquitur de addictione, certè mulier recusans, nō est addicēda creditori, neq. cogenda seruire, ex supradictis.

6 Si autem velit seruire, cuiliber liberum est operas præstare, si velit. *l. qui operas ff. loca.* Meminisse tamen oportet, quod mulier debens ex delicto addicetur creditori, si soluendo non sit in casibus, in quibus *supra capit. 11. De debitore ex delicto*, dixi debitorem ex delicto addicendum creditori. Moueor, quoniam pro debitis descendentibus ex delicto, mulier capi potest, saltem Iure Regio, *vt in l. 62. Tauri*, & ita seruat consuetudo, teste *Alex. in additione ad Bald. in Auth. hodie. C. de custo. reum.*

7 Nam licet de Iure ciuili mulier non possit capi pro crimine, nisi sit graue, sed audiatur dato fideiussore, vel data iuratoria cautione, si fideiussorem non habeat, *vt in d. Auth. hodie. C. de custo. reor.* & ibi notat *Cin. Bal. in l. consentaneum, & ibi Boer. in repet. fol. 28. vers. nunc expediamus. C. quomodo & quan. iud. Barba. in c. lator. post princ. versic. adde primo de pigno. Alber. in l. sed & is. in fine. ff. de in ius vocan.* Tamen consuetudine receptum est, vt mulier capi possit pro pœna pecuniaria descendente ex delicto, & ita seruatur apud Gallos, teste *Boerio d. decis. 349. col. pen.* quæ consuetudo est generalis, autore *Bal. in l. 1. vers. in ea glos. ibi autem generaliter. nu. 2. col. 1. ff. qui satisda. cogan.* vbi dicit seruanda statuta locorum.

8 Et quod mulier in criminibus nō audiatur ex consuetudine, cum iuratoria cautione, docent *Imola, & Barb. in d. c. lator.* Rursus quod mulier debens ex delicto sit addicenda creditori, probatur expressè *in l. capitalium. §. & vt generaliter. ff. de pæn.* vbi probatur quod mulier potest damnari ad opus metallicum, hoc est ad seruiendum in cruendo metalla. Rursus, quod ratione debiti descendentis ex delicto, mulier sit addicenda creditori, probatur.

9 Quoniam qui ex priuilegio, à iure concesso, non coguntur cedere bonis, coguntur, si dolum committunt. *text. in l. fi. §. ff. quæ in fraud. credi. & ibi notant Bal. & Ang. idem Bal. in l. 1. col. 2. C. qui bon. ced. poss. Angel. & Zasius in l. is qui bonis. ff. de cess. bon. & in l. 1. col. 4. vers. in ea glos. ibi maritus. C. de iur. dot. Bart. in l. alia. §. eleganter. col. fin. ff. solu. matr. Bald. in l. 2. nu. 8. C. qui bon. ced. poss.* & dico *cap. 16. De debitore nobili. num. 7. & 19.*

10 Sic, si aliquis ex priuilegio Principis non possit conueniri intra certum tēpus, potest cōueniri, & cogi ad solutionem, si debet ex delicto: nam debitū ex delicto, est odiosum, & rigidè exigendum: ita docuerunt *Guillelmus Cuneus, & Cin. Bal. & Alb. in l. sed si ex parte. §. quamquam, per illum textum, & §. interdum. ff. quod cum eo. Alex. in l. 1. col. pen. ibi Ripa num. 97. ff. si cert. peta. Martinus Lauden. in tractatu de priuil. & rescrip. §. 14. Roman. sing. 170.* & dico supra *c. 5. nu. 27.* Ergo licèt mulieri concedatur, ne propter debitum addicatur creditori, id non procedit in debito descendente ex delicto.

11 Sic maritus committens dolum, non gaudet priuilegio reuerentiali, quod habet aduersus vxorem, vt sentit *Aret. in l. alia. §. eleganter. col. 2. in prin. ff. sol. matr. facit l. penult. de iur. dot.* Ergo, licet fœminco sexui hic habeatur honos, non gaudebit, eo si delictum committit.

12 Præterea facit, quod licet in delictis mitius agendum sit cum fœminis, quia præsumitur eas errasse ignorantia: tamen si dolus detegatur, vtuntur Iure communi, neq; cū eis mitius agitur, vt scribit *Bal. in l. qui contra. C. de incest. nupt. in 1. lect. & l. error facti. col. 3. in 1. q. C. de iuris & facti. igno.*

Vltimo facit, quod nobilis est addicendus creditori pro pecunia debita ex delicto, vt dico cap. seq. *De debitore nobili.* Deinde mulier addici potest, & debet creditori: si debet ratione administratæ tutelæ: quoniā, cum renunciet Velleiano, & omni legū auxilio, cum assumit tutelam, videtur quod potest capi, quia censetur renuntiasse priuilegio legis, quæ sibi concedit, ne capiatur: ita docuit *Bar. in Auth. matr. & auiæ. C. quando mulier tutel. offi. fung. pos.*

Ego hunc locum prolixè tractaui in meo tractatu de decima tutori Hispanico iure præstanda *cap. 4. nu. 46. & nu. 78.* nunc nihil occurrit addendum: tantum in ea adhuc sum sententia, quam ibi probaui.

13 Scilicet, quod mulier etiam ratione tutelæ capi non potest. Nam fœmina non potest esse tutrix, nisi filiorū, *vt in d. Auth. matri & auiæ.* Filius autem, & nepos debet matri & auiæ reuerentiam; & ius reuerentiale remitti non potest: nam est aduersus sanctam naturæ legem, vt filius ex pacto, vel renuntiatione facta à patre possit illum malè tractare, & naturæ legem interrumpere.

14 Ideò ius reuerentiale non tollitur renuntiatione: *vt in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matrim.* Ideò filius, vel nepos non possunt ma-

trem, vel auiam conijcere in carcerem, ex eo, quod in assumptione tutelæ renuntiauerint omni legum auxilio, vt ibi dixi adducēs alia plura.

Item occurrit addendum, quod *Rodericus in l. 2. titul. De los goniernos. q. 5. col. 4. versic. secundus casus & versi. addictio,* videtur pro grauitate ingenij sui, eam probare sententiam, quod mulier non potest capi, etiamsi debitum descendat ex administratioṅe tutelæ; mouetur *ex l. 62. Tauri,* ibi *Muger por ninguna deuda, non pueda ser presa,* notat illam vniuersalem, *Por ninguna deuda.* Sed meo iudicio non satis aptè adducit illam legem nam doctores, qui affirmant mulierem capi posse ex debito ratione administratę tutelæ, non mouentur ex eo quod debitum procedit ex tutela; sed quoniam, in assumptione tutelæ mulier renuntiat omni legum auxilio, vt dixi *in d. tractatu de decima tutoris c. 4. nu. 46.* ideò nihil faciunt ad rem, illa verba legis Taurinæ, *Por ninguna deuda,* quoniam non ex qualitate debiti, sed ex renutiatione censent doctores fœminam hoc casu capi posse.

15 Tertium occurrit addendum, quod verū videtur, fœminam posse ex pacto duci in carcerem pro debito, ex pacto (inquam) per quod renuntiauit priuilegio legis, per quam capi non potest. Liberum est enim mulieri renuntiare priuilegio suo *l. si quis in conscribendo C. de pact.* Et quod mulier possit renuntiare priuilegio ne carceretur, probant omnes doctores, qui sentiunt fœminam posse capi pro administratione tutelę; quoniam cum ea suscipit renuntiat omni legum auxilio, & hæc generalis renunciatio videtur illis sufficere, vt mulier capi possit. Quia quilibet potest renuntiare priuilegio sibi competenti.

16 Quæres qui sint isti huius opinionis autores? Ego eos bona fide retuli *in d. tractatu de decima tutoris c. 4.* Et quamuis discessi ab eorum opinione, in hoc, quod mulier non potest capi pro administratione tutelæ, quia nulla mulier potest esse nutrix, nisi mater vel auia, & his debetur reuerentia, & ius reuerentiale non potest remitti: Tamen eorum ratio, & generalis doctrina scilicet quod mulier potest renuntiare priuilegio, ne capiatur mihi placet; ex rationibus & argumentis ab eis adductis: & quia cum ex debito, ex delicto, mulier capi possit, multò magis ex debito ex ea contractu conditione inito, vt mulier capi possit.

Non obstat textus, qui contrarium probare videtur *in c. 2. §. fi. ibi. Etiamsi voluntas accenderet earundem, de iudi. in 6.* Quoniam loquitur in monialibus, quæ non possunt per seipsas venire ad iudicium, etiamsi velint; quoniam est aduersus professionem clausuræ; & vide quæ dico infra capite sequenti: sed fateor absurdum videri, & aduersus fœminarum pudicitiam, & publicam honestatem; sed si hoc sufficeret etiā propter delictum, non conijceretur in carcerem; ideo mihi placet, quod renunciatio valet. Item mulier capi poterit, si bona occultauit, nam dolus est delictum: vide tamen circa hoc, *quæ dico capitulo sequenti num. 19.*

17 Rursus vt ad rem redeamus, mulier capi potest si est meretrix, vel luxuriosè viuit, quoniam luxuria est indigna fauore *textus in Auth. de restit. & ea quæ parit. §. fi. collat. 4.* cuius argumento ita docet *Bal. in l. consentaneum nu. 46. C. quomodo & quando Iudex. & ibi Barb. & Alex. in additione. Idem Alex. in additione ab Bart. in Authen. matri. & auia. C. quando mul. tutel. offi. fung. pote. Petrus & Cin. in Authen. hodie. C. de custo reor. Roderi. in repe. l. 2. tit. de los gouiernos q. 5. col. 3. versic. secundo limita, Platea in l. nemo carcerem. col. 6. ante finem. C. de exact. tribu. lib. 11. Boerius decis. 349. col. pen. vers. respectu. Lupus in repet. c. per vestras §. 21. num. 22. de dona int. vir. & vxor. idem Lupus, Cifontanus, & Antonius Gomezius in l. 62. Tauri.* vbi de hac re est textus expressus. Et hoc casu mulier addici potest creditori, si soluendo non sit, quoniam capi potest, & sic cessat fundamentum quo fœmina honesta defenditur. Et quod hoc casu, fœmina sit addicendi creditori, notat *Rodericus in d. 5. q. col. 3. ver. 2. limita. Antonius Gomezius in d. l. 62. Tauri. nu. 1.* Quæ opinio, & de iure vera est, & prudentiæ conuenit, vt saltèm luxuriosa, seruiendo occupata, mollitiem, & libidinem (non alia ex re magis quam ex otio prouenientem) dediscat, & castitatem amplectatur.

Limitandum tamen hoc in luxuriosa, quæ nupta est. Primò, quoniam hoc casu luxuriosa capi non potest; non enim in opprobrium mariti tacentis, vel dissimulantis luxuria coniugis propalanda est; quam necessarium est probare ad hoc, vt capi possit. Comprobatur hoc *ex text. in l. si vxor. §. Diuus Seruus. ff. ad leg. Falci.* vbi probatur, quod meretrix nupta non potest accusari de adulterio: & sic licet meretrix possit capi, meretrix vxorata non potest: vti docet in simili *Ioan. Andr. in additio. Ad specul. tit. de iniurijs, in prima additione,* & in specie notat. *Alex. in additione, ad Bar. in Auth. matri. & auiæ C. quando mul. tutel. offic. fung. pot. Roma. l. si verò. §. de viro. in 2. Falletia ff. sol. matr. Alexā in l. plerique ff. de in ius vocan. Angel. in tractatu de maleficijs in parte Fama publica, in materia capturæ. Lupus in repet. c. per vestras §. 21. n. 22. de donat. int. vir. & vxor. Barba in c. Pastoralis col. 6. versic. sed ergo quæro de iudi. Cifontanus, & Gomezius in d. l. 62. Tauri Rodericus in repet. l. 2. tit. De los gouiernos q. 5. col. 3. versi. secundo limita.* Faciūt quæ dixi in tractatu de decima tutori Hispanico iure præstanda. *c. 14. col. fin.* vbi docui, quod etiamsi fœminæ luxuriosæ viuenti, esset

dan-

dandus curator,(vt plures sentiunt) id non procedit,quando fœmina esset nupta.

20 Confirmatur hęc opinio: quoniam vxor tenetur marito operas præstare, vt notatur *per Bal. & omnes in l. si vxorem. C. de condit. inser.* vt dixi latè in tractatu de decima tutori Hispanico iure præstanda. *cap. 2. nu. 12. & dico infra c. sequenti. De nobili debitore, num. 11.* quem vide. Cùm autem debitum mariti sit antiquius, præferetur maritus cæteris creditoribus, vxorem ad seruitium petentibus argumento. *l. qui prior. ff. de regul. iur. l. Balneum. l. potior. ff. qui potio.* Et hæc opinio esset æquior, si maritus inops esset; tunc enim vxor tenetur ei præstare operas artificiales ad parandum victum familiæ, vt dico. cap. 16. *De debitore nobili num. 13.*

21 Quod confirmatur: quoniam aduersus bona dotalia viuente marito, non fiet executio pro debito vxoris. *l. 1. §. si à socero. ff. quæ in fraud. credito text. in l. quamuis mulier. & ibi Alex. & omnes. ff. sol. matr. glos. in l. quinque legibus. in glossa magna in fine. ff. de bon. damna. Guido decis. 447. incipien. pone vxor. quoniam dos est viri. l. in rebus versic. Iure naturali. C. de iure doti.*

22 Vir autem non tenetur pro vxore, vt in *Rubr. C. ne vxor pro marito*; operæ autem, præsertim obsequiales, debentur marito, & quasi dotales censentur.

23 Si tamen vxor ante matrimonium, debitum contraxisset, executio in dote fieri potest, ne in manu fœminæ sit, nubendo eludere creditores. *l. mulier. ff. de iur. doti. Guido d. decis. 447.* Nam licet mulier dederit omnia bona sua in dotem, bona dicuntur deducto ære alieno. *l. subsignatum. §. bona. ff. de verb. signif. l. mulier bona. ff. de iure doti. l. bonorũ. l. 1. ff. de verbo. signif. l. fin. de vsufr. legat.*

24 Rursus, mulier quæ soluendo non est debet seruire creditori, si debitum processit ex eo, quod creditor illam reddemit ab hostibus, suis nũmis: hoc enim casu creditor potest illã retinere, donec pecunia, vel operis satisfaciat pretio, quod pro eius libertate hostibus dedit: ita est expresse definitum *in l. si quis ingenuam. ff. de capti. & postlim. reuer. & in l. fœdissimè per locum à speciali. & in l. si is qui te innoca. l. fin. C. eodem titulo.* Et hoc casu, etiam de iure ciuili, debitor inops tenetur seruire creditori, si soluendo non sit, vt scripsi *cap. 1. num. 65.* & sic non obstant hæ leges, principali conclusioni supra traditæ: quod fœmina non debet seruire creditori, id enim fallit, quando debet ex causa redemptionis; eo enim casu, etiam de iure Ciuili, quo nemo debitor seruiebat, tenetur seruire.

Sed obijciet quispiam, fœminam redemptam ab hostibus posse à redemptore detineri de Iure Digestorum & Codicis, quo fœmina pro debito capi poterat: non autem Iure Authenticorum, quo fœmina pro debito capi non potest.

Sed adhuc verum est, fœminam posse detineri ab eo qui eam reddemit, etiam Iure Digestorũ, non enim permittitur redẽptori detinere fęminam, quia pro debito capi potest. Nam de Iure Digestorum, & Codicis, debitor qui soluendo non est, capi potest. Et tamen non potest detineri à creditore, neque tenetur ei seruire. Ergo detentio, vel seruitium non procedunt de Iure Ciuili ex eo quod quis capi possit. Sed propter magnum beneficium, quod Redemptor confert, in redemptum masculum, vel fęminam, nam, vt cum hostibus seruiret, non est absurdum, vel iniquum, vt seruiat ei, qui tanto collato beneficio, eos à dura seruitute liberauit, & inæstimabili libertatis dono gaudere facit. Præsertim, quod hoc solum est, donec soluant pretium redemptori. Ex quo notabiliter infero, quod si seruæ meæ libertatem dedi, vt soluat aureos centum, certè, si non soluat, non ideò est premenda carcere, imò seruanda lex, quæ vetat feminam capi pro ære alieno.

Neq; obstat, quod de iure Ciuili, fœmina redempta poterat ratione pretij redẽptionis detineri à creditore, quoniam hic non est redempta ab hostibus. Deinde, etiam hodie volo dari creditori in seruitium: sed negó detinendam in carcere: nam detentio qua fęmina redempta potest detineri de Iure Ciuili in seruitium, non nascitur, ex eo quod quis possit carcerare.

An autem id admittendum, quando solui pro debitrice fœmina constituta in potestate creditoris, & illam ab eius manu exemi, dicam infra. Mouet enim quæstionem, quod constituta in potestate creditoris, dicitur esse in carcere. *l. 2. ff. de liber. homi. exhib. & dixi cap. 1.* Ex supradictis apparet, nõ obstare quæ protuli *num. 1.* ad probandum, quod fœmina est addicenda creditori. Lex enim Gothorum non est in vsu, neque habet vim legis, & Iure ciuili, & noua Regia constitutione Taurinensi. 62. Fœmina ex nullo contractu potest capi. Non tamen ex generalitate verborum legis Tauri. 62. Ibi; *Por niguna deuda* corrigitur *l. si quis ingenuam.* de qua supra. Quia hic non tractamus de carcere, sed de seruitio.

25 Meminisse tamen oportet, quòd in omnibus casibus, in quibus dixi, fœminam esse addicendam creditori, liberatur ab eius potestate, si creditor illam prostituat, vel aliàs turpi quæstui supponat, & ius debiti perit: textus est expressus, qui nominatim in hac specie loquitur *in l. fœdissimè C. de capt. & postlim. reuer.* cuius verba quoniam ad bonos mores pertinent, subnectere placuit, inquit lex. *Cum igitur filiam tuam ab hostibus captam, ac prostitutam ab ea, quæ eam reddemerat, ad te confugisse proponas: Præses prouincię, si filiæ tuæ supradictam iniuriam, ab ea quæ sciebat ingenuam esse, infiictam cognouerit, cum huiusmodi persona indigna*

digna sit pretium recipere, propter odium detestabilis quæstus, etiam si pretium compensatum non est, aduersus flagitiosa mulieris turpitudinem, tutam eam, defensamque præstabis. Hæc lex loquitur in fœmina, quæ tenetur seruire, quia fuit redempta ab hostibus, & non habet vnde refundat pretium redemptoris vt dixi *supra numer.* 24. & tamen dicitur, quod liberatur ab eius potestate, si prostituatur.

Idem probatur ferè in specie *in l. fin. C. de spectacul. lib.* 11. ibi. *Lenones patres, & dominos, qui suis filiabus, & ancillis peccandi necessitatem imponunt, potestatis iure frui non valeant, ne ve quid eis ita possit acquiri: sed ancillis, filiabusque, conductisue, propter paupertatem personis iudicium licet, implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolui.* Nota legem illam loqui, quando fœmina propter paupertatem cogitur seruire, liberatur tamen, si turpi quæstui supponatur. Idem probatur *in l. si lenones. C. de Episc. audi.*

His aptissimè annecti possunt quę scribit prudenter *Vlpianus in l. eleganter. §. fin. ff. de pigno. actio. in hęc verba. Si prostituit ancillam, vel aliud improbatum facere cogit, pignus illud ancillæ soluitur.* Nota hęc verba vltima, *Pignus illud ancillæ soluitur:* quoniam debitor qui est in potestate creditoris, censetur esse apud illum loco pignoris, vt docui *c. 1. num.* 71. pignus autem ancillæ soluitur, si dominus eam prostituit.

26 Sic *Bald. in l. 1. num. 11. versic. sed pone. C. de ædil. edicto.* scribit, quod fœmina, cuius pudicitia periclitatur, potest aufugere, à carcere, neque in ea detinenda est. *Sic Paulus in d. l. eleganter. §. fin. per illum textum. ff. de pignor. actio. notat,* quod si quis habeat feudi nomine, aliquod opidum, priuatur feudo, si ciuium filias per lasciuiam comprimat, citat *l. 1. C. de iure emphit.* vbi emphiteota amittit rem, si ea malè vtatur.

27 Sic fructuarius, qui non fruitur arbitrio viri boni, sed malè se gerit, non percipit obuentiones, nec fructus, & potest prohiberi vti frui. *l. item si fundi. in princ. ff. de vsufruc. l. hoc amplius. §. fi. de damn. infect.*

28 Facit *l. cognouimus. C. de manci. & colon libr. 11. l. eos. C. de aquæductu. eodem libr. Angel. Paul. & Ias. in Auth. qui rem. C. de Sacrosf. Eccles.*

29 Sic malus tutor amittit ius percipiendi decimam, vt pluribus argumentis probaui in tractatu de decima tutoris. *capit. per totum.*

30 Sic pater abutens potestate sibi à lege commissa, super filium, amittit administrationem personæ filij. *l. fin. cum glossa ff. si quis à parem. fuer. manumi.* Sic curator abutens officio suo, & non defendens minorem amittit administrationem. *l. fin. §. 1. ff. de administra. tuto.*

31 Sic si pater cogeret filium ad peccandum, vel filiam cogeret peccare in corpus suum, amitteret administrationem, quam habet super eorum personas. *l. si lenones. C. de Episc. audi. l. fin. de spectacul. libr. 12. notat Lupus in repetitione. c. per vestras. §. 17. num. 4. de donatio inter vir. & vxor.* Sic Diuus Hieronymus ad Oceanum scribens epitaphium Fabiolæ, excusat eam, quod maritum reliquerit, his verbis: *Quod secundum sortita matrimonium prius reliquerit, non laudabo conuersam, nisi prius ream absoluero. Tanta prior maritus vitia habuisse narratur: vt ne scortum quidem, & vile mancipiũ ea sustinere posset.* Hactenus Hieronymus.

Hæc autem limitatio huius legis vera etiam est masculo creditori tradito: nam si turpi quæstui supponatur, vel inhonesta patiatur, creditor ius suum amittet ex omnibus supradictis.

32 Item infertur, quod si quis filium vel filiam in seruitium tradat (inopia forsan oppressus) vel, vt filius discat opificium; quod non obstante pacto, & consuetudine generali seruandi talia pacta, de quo dixi *cap. 1. nu. 60.* non est pactum seruandum, si dominus talium seruitio abutatur, vt ex supradictis manifestè deducitur.

33 Sed an videatur prostitui quæ in caupona ponitur, vt ministret *Bald. & Salic. dicũt, quod sic in l. fin. C. si mancip. ita veneat, ne prostitu. per textum ibi.* Sed certè ille textus id non probat, & meo iudicio falsum est. Non enim lex dicit quod, quæ ponitur in caupona, videtur prostitui: sed quod si serua venit, sub conditione ne prostituatur, quòd non debet prostitui sub specie ministrandi in caupona ne conuentio eludatur per fraudem. Itaque lex loquitur de ea quæ re vera prostituitur sub specie ministrandi in caupona; non tamen dicit quod censetur prostituta ex eo quod in caupona ministret. Sed præstat ipsa legis verba subijcere inquit lex: *Eam, quæ ita venij, ne corpore quæstum faceret nec in caupona sub specie ministrandi prostitui, ne status legi dicta fiat oportet.*

Postremò non omittendum, quod in casibus, in quibus mulier patitur decretũ huius legis, operabitur, iuxta sexus fœminei fragilitatẽ: nõ enim eædem delicatæ fœminæ operæ imponẽdæ sunt, quæ viris robustis imponantur, *vt in l. pen. C. de his qui nu. lib. lib. 10. l. eius in fine. ff. de ope liber.*

34 Præterea, illud est memoria dignũ, quòd etiamsi fœmina, antequam traderetur creditori, corpore quæstum faceret, non potest creditor eam cogere, vt eadem turpitudine quæstum faciat. *l. hæ demum. versic. si meretrix. ff. de oper. liberto.*

35 Illud autem est manifestum, quod fœmina pariens in potestate creditoris, parit liberum. *l. capitalium. §. & vt generaliter, versic. Diuus. ff. de pœn.* Vbi probatur, quod mulier damnata in metallicum opus, liberum parit: neque enim debitor creditori addictus efficitur seruus.

SVM-

SVMMA.

1 *Paupertas appellatur vilitas: Et ignobilitas, & vtilitas idem sunt.*

2 *Nobilitas paupertate, an amittatur, & num. 17.*

3 *Pauper nobilis ludibrio est, & nu. 18.*

5 *Nobilis exercendo artem vilem, amittit nobilitatem, & 32. & 33. 34. 35.*

6 *Princeps per priuilegium nunquam censetur velle preiudicare alicui.*

7 *Nobilis ob as alienum in carcerem non detruditur.*

8 *Debitor nobilis non conuenitur, nisi in quantum facere potest, & sibi relinquitur tantum quantum satis est, ad vitam transigendam, & nu. 9.*

10 *Iure regio, non solum, non capiuntur pro debito personæ nobilium: sed nec eorum arma, & equi, & domus.*

11 *Nobiles sunt liberi à prastatione operarum, & ideò vxor nobilis libera à lauatione pedum, & aparando cibos, & similia, & nu. 12. & 13.*

14 *De iure Regio vxor acquirit sibi, & non marito, quæ acquirit ex operis artificialibus.*

15 *In impositione pœnarum, habetur ratio nobilitatis & nu. 29.*

16 *Nobilis non torquetur.*

19 *Nobilis, qui ficta inopia bona abscondit, amittit priuilegium nobilitatis, & ideo ducitur in carcerem, & nu. 21.*

20 *Abscondentes bona, & fingentes inopiam, velut latrones puniendi: etiam si non fugiant, & nu. 21.*

22 *Falliti, cedendo bonis non effugiunt capturam personarum.*

23 *Nobilis, qui malitiose bona attriuit, ne creditoribus satisfaciat, potest capi.*

24 *Debitores, qui ex causa à carcere excusantur, nihilominus iudex eos capere potest, si viderit eos dolose fuisse versatos.*

25 *Paupertas captiose proueniens, non excusat.*

26 *Mulier pro debito descendente ex delicto, capi potest.*

27 *Nobilis licet ex delicto capi possit, non tamen ea facilitate neque rigorositate, sicut plebeius, & num. 28.*

30 *Limitatio regula, Qui non habet in bonis, luat in corpore.*

31 *Nobilis officium est militando, religionem, & plebem defendere.*

35 *An per monachatum amittatur nobilitas.*

36 *Consuetudo inspicienda.*

37 *Facit consuetudo quem ignobilem, aut nobilem.*

38 *Renuntiatio nobilitatis à nobili, an teneat, & num. 47. & 54.*

39 *Clerici negotiatores amittunt immunitatem, & libertatem.*

40 *Generalis renuntiatio legum, an preiudicet.*

41 *Priuilegium egregiarum personarum, ne cogantur coram iudice personaliter comparere, potest ab eis renuntiari, n. 61. & 62.*

42 *Valet pactum inter creditores & debitores, vt debitor gaudeat priuilegio nobilitatis.*

43 *Differentia nobilitatis à genere, & nobilitatis à priuilegio.*

44 *Nobilis proprio vocabulo dicitur* Fijodalgo, *idest nobilis sanguine, & num. 48. & 49.*

45 *Aliquando nobilis appellatur ille qui est diues.*

46 Fijodalgo *significat, id est, Gothi filium.*

50 *Hereditas patris, naturali iure pertinet ad filium.*

51 *Nec pacto, nec renuntiatione, possunt tolli quæ sunt naturalia.*

52 *Hæreditas est ius, quod propter sanguinem defertur.*

53 *Priuilegia propter sanguinem concessa, pacto tolli possunt.*

55 *Beneficio cessionis bonorum, an per pactum renuntietur.*

56 *Nemo est dominus mēbrorum suorum.*

57 *Pactum inter debitorem, & creditorem ut debitor inuitus detineatur, non tenet.*

58 *Mater nutrix non capitur à filio, etiā pacta expresse, vt capiatur.*

59 *Nobilibus maior honor, quam plebeis, deferendus.*

60 *Oportet in republica omnia esse politicè disposita, & vt plebei, & opifices cedant nobilibus.*

61 *Intellectus l. ad egregias ff. de iureiuran.*

62 *Monialium priuilegium, ne ad iudicium venire cogātur, est ratione clausuræ.*

63 *Gerens vicem Regis, omni honore (etiam à nobilissimis) afficitur.*

Intel-

64 Intellectus c. si diligenti, de for. comp.
65 Præcipua utilitatis pars reipublicæ, consistit in religione.
66 Ratione propriæ renuntiationis, nobilem in carcerem detrudi, & non ex ordinis in dignitate, non sit iniuria ordini nobilium.
67 Intellectus. l. fin. C. de pact. pigno.
68 Qualibet molestia personalis, durior est rerum amissione, & nu. 70.
69 Pactum legis commissoriæ, non solum asperum, sed impium, & iniquum indicatur.
71 Intellectus l. si quando §. generaliter. C. de inop. testa.
72 Intellectus l. ut vim ff. de iust. & iur.
73 Intellectus l. patre §. quæ onerandæ ff. quar. rer. act. non det.
74 Emancipare cogitur pater filium, quem contra pietatem tractat.
75 Intellectus l. libertas C. de obsequijs.
76 Intellectus l. fi. C. de non numerata pecunia.
77 Nobilis per conductionem Regij vectigalis amittit privilegium: & ibi. de intellectu. l. 4. titulo 2. lib. 4. ordin. & num. 78.
79 Sacerdos artem turpem exercens, coertione, & fori amissione plectitur.
80 Mercatura, aut exercitium artis vilissima, non tollit nobilitatem.
81 Nobilis conductor Regij vectigalis, solum amittit privilegium ne possit in carcerem conijci.
82 Immunitas Fidalguia privilegium est personale & ideò non renuntiatur, & num. 87. & 88.
83 Donator, privilegio ne conveniatur ultra quam facere possit, non potest renuntiare.
84 Militibus prohibetur conductio, ne impediatur exercitium militare.
85 More Romanorum, milites, in otio, & negotio, semper in armis erant.
86 Aliud est esse nobilem; aliud esse militem & Fidalgus est nobilis, sed non miles.
89 Carcer est causa prava ad addicendum debitorem creditori.
90 Beneficio Velleiani, aut minoris ætatis renuntiare non est fœmina, aut minori dedecorsum, etiam si Principes sint.
91 Renuntiatio nobilitatis cum iuramento valet, & tenet.
92 Iuramentum est servando quādo servari potest absque interitu salutis æternæ.
93 Debitor iurans, licet liberetur præstando interesse, secus si iurabit factum, quoniam ad id compellitur.
94 Dolus excludit privilegium nobilitatis.
95 Assertio, nobilis quod sit ignobilis, non suffragatur creditori.
96 Nobilis qui tempore contractus, negavit se esse nobilem. an possit in carcerem duci.
97 Valet renuntiatio nobilitatis ab eo qui est nobilis ratione privilegij, & numero 98.
99 Nobiles ex privilegio, à Rege concesso: ne ob æs alienum capiantur, idque fuit ut ex reditibus militarent non potest privilegio renuntiare.
100 Immunitas ecclesiastica, nec servo nec alijs obsequium præstare obligatis prodest.
101 Menti contrahentium, & voluntati expressæ aut tacitæ, est standum.
102 Pecunia Principis, peculiari celeritate exigitur.
103 Nobilis in renuntiatione generali de omni legum auxilio, non censetur renuntiasse privilegijs nobilitatis: ideoque ex tali renuntiatione, non potest in carcerem duci.
104 Dux, aut Comes, si renuntiet nobilitati, & obliget personam suam an ob debitum possit in carcerem detrudi?
105 Habentibus iurisdictionem est honor differendus.
106 Ob æs alienum licitum est fructus rerū primogenij vendere, pro tempore vitæ possessoris.
107 Nobiles exteri, & non naturales, an gaudeant prærogativis, & privilegijs naturalium.
108 Nobilis in una provincia, non est necessario habendus nobilis, in alia, & num. 115.
109 Iure regio, in regno Castellæ exteri beneficia, neque dignitates habere non possunt, & 116.
Fidalguia (quæ est nobilitas sanguinis) acquiritur præscriptione immemoriali.
110 Nobilitas sanguinis non datur à natura.
111 Præscriptio solum necessitis, adver-

uersus quos est praescriptum.

112 Priuilegia Fidalgorum, sunt concessa Fidalgnis totius Hispaniae, & numero 17.

113 Fidalgui Hispani descendunt ab eisdẽ parentibus videlicet à Gothorũ gente.

114 Immemorialis probatio referenda ad tempus, quod est magis vtile ei, qui probat & allegat, & 118.

119 L. 3. & 5. tit. 2. lib. 4. Ordin. disponens ob as alienum executionem nõ debere fieri in armis, domo, aut equis Fidalgorum, sit recepta, nec ne, & numero. 121.

120 Nobilitas nõ debet esse occasio vt, quis rem suam perdat.

122 Nobilis captus ob as alienum, vt soluatur è vinculis, an sufficiat quòd summarie probat nobilitatem: an verò necessario debeat constare per sententiam de nobilitate, & numer. 124. & 125.

123 Si ad impediendam executionem allegetur ius personale, sufficit quasi possessio illius iuris.

126 Clericus abscondens bona, potest duci in carcerem pro are alieno.

127 Doctor, pro are alieno, an in carcerẽ possit detrudi, & creditori addici, & an debeat legere, & docere, & numero 128. & numero 132. & 133. & 136. 146.

129 Defenditur Bartolus, ab impugnationibus Guidonis Papae. & num. 130.

131 Professor dicitur qui publicè scientiam aliquam praelegit.

134 Doctor etiam non legens, non est cogẽdus hospites suscipere.

135 Lex continens priuilegium aduersus ius commune, cẽsetur nominasse omnes personas priuilegiatas.

137 Consuetudine seruatur, vt doctor, etiam non legens, non capiatur.

138 Idem de Iure ciuili.

139 Iure Regio, Bartoli opinio approbata.

140 Professio, sine gradu, an sufficiat.

141 Doctor legens, vel non legens, si dolum committat aut corrumpat, seu abscondat bona, amittit priuilegium.

142 Idem si de industria legeret, vt euitaret capturam ob debitum aris alieni

143 De inani titulo non curatur, putà de Doctore circulari.

144 Doctor legens, est immunis in propria patria, ab omnibus muneribus realibus, & personalibus, Autore Paulo de Castro: & ibi de eius opinione.

145 Defendens se sub praetextu Doctoratus aut professionis, cum neutrum sit, exploditur.

147 Aduocatus, an pro are alieno sit capiendus, & creditori addicendus.

148 Requisitum in bono, & perfecto aduocato.

149 Aduocati non minus censetur vtiles reipublicae, quam milites.

150 Aduocati militibus aequiparantur.

151 Aduocatus gaudet priuilegijs l. medicos. C. de profess. & medi. lib. 11.

152 Aduocatus est immunis à solutione munerum & tributorum.

153 Aduocatus an possit renuntiare priuilegio aduocationis, & eo renuntiato, an possit capi ob as alienum.

154 Vir excellenti virtute praeditus, an creditori addicatur.

155 Virtus, nobilitati anteponenda & numero 168.

156 In criminibus habetur ratio eximiae virtutis eius qui delinquit, & cum eo mitius agitur, & 173.

157 Assertioni boni viri est credendum.

158 Boni viri licet facultatibus non polleant, pollent tamen fide, & ideo tam patrimonio quã fide aestimatur.

159 Pauper, probatae vitae, & si non possideat immobilia, dicitur idoneus fideiussor & num. 169.

160 Cum bonis viris, ferèsemper dispensatur, & num. 170.

161 Propter excellentiam hominis, recéditur ab omni iure. & num. 171.

162 Creditor inuitus, non cogitur parcere bono viro.

163 Non cogitur quis facere beneficium, neque propter personam est recedendum à legis decreto.

164 Non est quis (licet idoneus) ante legitimam aetatem ordinandus.

165 Quando de simplici iustitia tractatur, non est curandum de meritis personarum.

166 Virtus excellentiis viri in causa graui, non operatur in alterius praeiudiciũ.

167 De generali praesumptione, quod quis sit bonus, non curatur, si agitur de praeiudicio tertij.

168 Probibitus torqueri, an possit in carcerem detrudi.

An

An dispositio huius legis exercenda sit aduersus debitorem inopem, si nobilis sit, vel aduocatus, vel aliàs eruditione, seu nobilium, vel primariorum ciuium cognatione prestans. Et quid si nobilis renuntiet nobilitati, quam Hidalguiam vocamus; vel aduocatus priuilegio aduocatis concesso?

CAP. XVI.

1 VÆRO deinde, an nobilis, quem Hispani, *Hidalgum* vocamus, sit addicendus creditori, si debet, & soluendo non sit. Mouet quęstionem *textus in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars debea.* vbi paupertas appellatur vilitas: ignobilitas autem, & vilitas idem sunt, *vt in Authen. Præsides in princip. C. de Episcop. aud l. ingenuæ. C. de murileg. lib. 11. scribit Lucas Penna in l. 1. col. 2. in prin. C. de condi. in publi. horre. lib. 10.* Quare, quod nobilitas amittatur papertate, significat *Bartol. in l. 1. à n. 47 & ibi Platea col. 1. C. de digni. lib. 10. Socin. consi. 246. incip. eleganter col. 2. versi. prima ratio. Cepol. in tractatu nobilitatis col. 7. versic. & ideò, sic Afflict. in constitutio. Siciliæ incip. intentionis in 6. notab. col 9.* Quod si paupertate amittitur nobilitas, vel saltem nobilitatis priuilegia, certè licet nobilis in carcerem duci non possit, & ad operas cogendus non sit (vt statim dicam id non procedit in nobili, qui soluendo non est.

2 Nam, qui soluendo non est, pauper est, & paupertate amittitur nobilitas. Rursus, licèt verius sit, nobilitatem non amitti paupertate, vt statim dicam; tamen negari non potest, quin sicut fides sine operibus mortua est, ita etiam nobilitas absque diuitijs, si non mortua, certè inter mortua, vel interrupta, vel obscurata dici potest, vel saltèm est manca, & mutila, *vt notat Bonus Curtilius in tractatu de nobilitate col. 2. vers. tertius & vltimus.*

3 Et pauper nobilis ludibrio est, vt experientia quotidiana docet & scribit *Iacobinus de sancto Georgio, in tracta. feudorum char. 29. Afflic. in constitut. quam plurimum. col. 2. versic. quid autem si dominus.* Deindè, quod dedecus irrogatur nobili, si militando aduersus Mauros, vel Turcas ex stipendio satisfaciat creditori, etiam quod ei non tradatur?

4 Rursùs, hæc opinio verior, vel certè minùs inuidiosa videtur, quando nobilis diues natus, & educatus patrimonij versuram fecit. Solon enim huiusmodi legem edidit. *Qui patrimonij vorsuram fecerit, is ignobilis obscurusque esto.* Vt auctor est Laertius is eius vita. Præterea Cicero Philippica secunda, his verbis inuehitur in Antonium; *Tenesnè in memoria prætextatum te decoxisse? Patris (inquies) ista culpa est: concedo: etenim est pietatis plena defensio. Illud tamen audaciæ tuæ, quod sedisti in quatuordecim ordinibus, cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus.* Apud Abderitas, qui facultates proprias amittebat, non poterat sepulchrum habere cum patre, sed pœnæ nomine carebat paterno sepulchro; vt memoriæ prodit Laertius in Democrito. Et apud Stobæum sermone. 68. ex traductione Gesneri: sic legimus.

Scisne, quod nobiles quidem mortalium,
Dum pauperes sunt, non amplius clari existant?

5 His congruit, quod nobilis, si inops est non potest nobiliter viuere. Nobilis autem, qui non viuit nobiliter; non gaudet priuilegijs nobilitatis, vt auctor est *Isernia in constitu. Siciliæ incipiente, vt dignatum, post glossam ibi*, & sequitur *Afflict. ibi in 1. notabili.* Vnde qui vilem artem, vel opificium exercet, nobilitatem perdit, *vt in l. nobiliores, & ibi notat Bal. C. de commer. & merca. l. ne quis C. de dignitat. libr. 12. Bar. in l. 1. ad finem, & ibi Plat. col. 1. C. de digni. lib. 12. Socin. consil. 246. incip. eleganter col. 2. versic. prima ratio lib. 2. Feli. in c. super eo in 2. col. 2. de testib. Corse. in repet. c. grandi. col. 12. de supplen. neglig. prælato libr. 6. Latè Tiraquell. in tractatu de nobilitate c. 33. & c. 27. facit l. 2. C, negotia. ne mili. l. milites. in 2. cum l. sequ. C. de re milit. lib. 11. Platea in l. ne quis C. de pign. lib. 22. Cifontanus in l. 79 Tauri col. 2. vers. septimo fallit. Aymon. cos. 173. Cassan. conclus. 84. viso processu nu. 35.* & dico infra, vbi dico quid apud nos hac in re iudicetur.

6 Deinde, Princeps nunquam per priuilegium censetur velle præiudicare alicui *l. nec auus C. de emanci. libe.* Ergo licet Princeps te nobilem fecerit (omnis enim nobilitas ciuilis à Principe descendit) & licet nobilibus tribuerit, ne pro debito ciuili possint in carcerem conijci; certè id non debet esse damnosum creditori, qui non vult nobilem conijcere in carcerem, sed vt sibi ex operis quotidianis satisfaciat, & ita in proprio casu sentit *Barba in addit. ad Bald. in l. si vxor C. de condi. inser.*

Rursus, nobilitas amittitur ex delicto; vel saltem nobilitatis priuilegium *l. 1. C. vbi sena. vel clarissi. l. senatoris filia. et ibi Bal. ff. de ritu nupt.* & dico infra: rem autem familia-

liárem delabi finere, flagitiosum est, vt dixi *cap. 2.* & apud antiquos puniebatur, vt ibi dixi. Deindè per ingluuiem, & turpitudinem amittere bona fœudalia, infame est: nobilitas autem amittitur turpitudine vitæ *l. si qua & ibi Bal. C. de secun. nupt. Bal. in l. cum antiquioribus in princ. q. 8. C. de iure delibe. Lucas Penna in l. mulieres colum. 5. versi. vlt. nota. C. de dignit. lib. 12.*

Postremò, illud prudentem maximè mouebit, quod plures nobiles paupertare, à fortuna malè mulctati mechanicas artes exercent. Cur ergo qui vltro calceariam, vel sutoriam exercet, non exercebit eam, si pecuniam debeat, & solnendo non sit, & rem alienam dara solutionis fide acceperit?

Vltimo, eo seculo, quo apud Romanos moris erat debitorem inopem creditori addicere, addicebatur nobilis, si soluendo non erat, vt liquet *ex Liuio Decadis 1. lib. 2. & ex Suetonio in Othone cap. 5.*

Quid verius? distingue: aut nobilis, re vera absque dolo nocendi creditori amisit bona sua: aut dolo abscondit ea, cum re vera ea non amiserit: aut amisit ea, sed debet ex delicto, vel mechanicam artem exercet. Primo casu, nobilis non est addicendus creditori: quoniam qui ob debitum in carcerem duci non potest, non est addicendus creditori, vt docui *cap. 3. n. 2. & c. 4.*

7 Nobilis autem ob æs alienum in carcerē detrudi non potest, argumento *l. medicos. C. de profe. & medic. lib. 10. l. miles. ff. de re iud.*

Ex cuius decreto ita docuit *Ias. ibi. col. 2. Alexand. in l. Centurio. nu. 25. ff. de vulga. & pupil. Bald. in l. 1. propè fin. C. qui bon. cede. poss.* qui tantum dicunt, quod milites nostri temporis non possunt carcerari; sicut milites temporis antiqui; non tamen habēt beneficium, ne conueniantur vltra quam facere possunt, neque id habet nobilis, vel hidalgus. *Ripa lib. 2. respons. c. 20. Ioannes Baptista Sanseuerinus in tract. de debitore suspecto, & fugitiuo. in 5. q. principali. quæst. 5. Guillelmus Cunens in l. pen. ff. quibus ex can. maio.* Facit textus *in l. medicos. C. de professo & medicis, li. 10.* Et hāc opinionē ferè communem esse de Iure communi, testatur doctissimus *Ferdinandus Vasquius, in tractatu de successio. creatio. 1. part. lib. 3. §. 22. nu. 75.* Quamuis, (vt ingenuè loquar) de Iure Ciuili nulla est lex, quæ nobili immunitatem à carcere, ob æs alienum, tribuat; sed apud nos id est lege Regia definitum in *l. 4. & 5. tit. 2. li. 4. Ordin. l. 79. inter constitutiones Taurinenses.* Ergo nobilis, qui per horulæ spatium non debet ob debitum esse in carcere, multò minus ob debitum addicetur creditori, quod carceris, imò seruitutis species quædam est, & obligationem seruiendi secum trahit: forsan in longum tempus.

8 Quinimò, si debitor nobilis miles sit, non potest conueniri vltra quam facere possit. *l. miles. ff. de re iudi.* ille autem, qui non potest conueniri vltra quā facere possit, non potest conijci in carcerem, *vt probaui cap. 9. nu. 2. & in milite notat Bald. in l. 1. num. 21. C. qui bon. ced. poss. Ias. in d. l. miles. nu. 10.* Immò habenda est ratio, an miles egeat, habita ratione nobilitatis: licet enim rustico satis esset cepis vesci, certè ille nobilis qui conueniri non potest vltra quam facere possit (scilicet militi, nam fidalgus vltra quam facere potest conuenitur) tantum
9 relinquendum, quantum satis est ad transigendum vitam, habita prudenter, & humaniter ratione nobilitatis. Ita docuit *Cepolla in tractatu nobilitatis in 22. priuileg. Ias. in §. item si de dote, col. 1. Instit. de actiq. Hippol. in rep. rub. de probat. col. 5. Corse. in repe. c. grandi. char. pen. de supplem. negli. præla.* Nobilis enim, similis est, vel vnus ex his qui non conueniuntur, vltra quam facere possit: videtur relinquendum, vt possit viuere habita ratione nobilitatis, neq; cogatur miserorum, & pauperum cibis vesci, *c. non cogantur. 41. distinct. Bald. in l. 2. in prin. ff. quod cum eo, qui citat textum in l. sed si quid inædificauerit. §. sufficienter. ff. de vsufr. & in l. cum vnus. §. alimentis. ff. de alim. & ciba. lega. Ang. & Imol in l. Nesennius. §. fi. ff. de re iud. Imol. Raph. & Alex. in l. si maritus. ff. solu. matr. Qui citant gloss. in l. nepos Proculo. in verb. Dignit. ff. de verb. signif. & l. tutor secundū dignitatem. ff. de admi. tuto. Aretin. cons. 17. col. pen.*

Hæc opinio, vt consona misericordiæ, ita non est aliena à prudentia. Nobilis enim inter diuitias educatus, magis discruciatur animo, cum ad egestatem venit, quam rusticus, ab incunabulis inter rei familiaris angustias natus, & educatus, neque oportet eum qui olim fœlix fuit, & iuris fauore in plus quam facere potest conueniri non potest, ita premere, vt ad vitæ desperationem adducatur: ideò ciuilis, & prudens est opinio supradicta: hoc tamen non admittendū in eis nobilibus, quos vernacula lingua appellamus *hidalgos*; non enim sunt milites, nec gaudent militum priuilegio, vt statim dicam, notat *Cuman. & alij in d. l. miles, Zas. in tracta. substit. col. 630. Corar. varia. lib. 2. cap. 1. nu. 4.* standum enim regulæ, nisi reperiatur correcta.

10 Præterea Iure Regio, ita clementer agendum est cum nobili; vt executio non possit fieri, non solum in sua persona, capiendo eum, verum neque in suis armis, vel equis, vel domo. *l. 3. & 4. & 5. titul. 2. lib. 4. Ordinationum. l. 23. & l. 12. tit. 1. libr. 4. Recop.* Quanto minus eius persona tradetur in seruitium? Sic, licet de iure, qui non habet in bonis, luit corpore, *vt in l. 1. ff. de pœnis.* id non procedit in nobili, *autore Feli. in c. ad liberandum. de iud. Gome. in §. item si quis in fraudem. nu. 42. Institut. de actio.* cum alijs citatis *supra. c. 6. De debitore ex delicto.*

11 His consonat, quod qui generaliter tenentur operas præstare, liberantur, si no-

ſint; putà vxor tenetur operas obſequiales marito præſtare, tenetur ſcilicet lauare pedes, & caput, parare cibos, & ſimilia, vt putà lectum facere, & coquinariam exercere; notant *DD. in l. ſi vxorem. C. de condi. inſer.* Et nominatim *Ioan. Andr. in c. litteras, in verbo Incertis, de reſtit. ſpolia. Benedictus Capra conſ. 72. col. 4. verſ. circa quod.* Id tamen non procedit in muliere nobili, argumento *l. interdum. ff. de oper. liber.* cuius argumento, ita docet *Abb. in d. c. litteras col. pen. Feli. in c. illud. col. 4. de præſump. Dec. conſ. 202 incip. vt præſens conſultatio. col. 4. verſ. Nec obſtat, quod talia. Corſetus in tractatu de poteſtate, & excellentia Regia. q. 30. in fine Lupus in Rub. de dona. inter vir. & vxor. char. 29, & fol. 17. col. 2. in paruis.*

13 Et generaliter quod vxor nobilis non teneatur operari viro, ſcribunt *Petrus, Cinus, Bal. & Sali. in l. ſi vxorem. C. de condi. inſer. Tiraquel. in l. connubiali 1. num. 26.* ergo licet generaliter debitor inops debeat operas creditori, id non procedit in debitore nobili.

Sed ne quid diſſimulem, non eſt prætermittendum, quod præcedentem concluſionẽ (ſcilicet, quod vxor nobilis non tenetur operari viro) carpit *Barbatius, in additio. ad Bald. in l. ſi vxorem. C. de condi. inſer. col. 2,* Quoniam creditoris conditio non debet fieri deterior propter nobilitatem debitoris: de iure autem vxor tenetur operas præſtare marito, & ei ſeruire, *c. hæc imago. 33. q. 5. l. ſicut. ff. de oper. liber. l. ſed ſi vir ex lana. ff. de donatio. inter vir. & vxor.* Neque aliter reperitur cautum in vxore nobili.

Hæc Barbatij ratio mihi non ſatisfacit, quamuis ſupra eam adduxerim aduerſus debitorem nobilem, *nu. 1.* ſed moueor, quoniam falſum eſt nobilitatem debitoris non facere deteriorem conditionẽ creditoris, vt liquet ex ſupradictis, *n. 8.* Et licet non reperiatur expreſsè cautum in iure, quod vxor nobilis nõ teneatur ſeruire marito, ſatis videtur quod generaliter definitum eſt, ne nobilibus imponãtur onera turpia; exemptiq; ſunt ab his, quæ dedecus adferre poſſunt; ideò non poſſunt conijci in carcerem, quod multò minus eſt, quã ſeruire, vel operas præſtare. Hęc quoad Barbatij rationem: opinio tamen eius, mihi valde Chriſtiana, ac proinde veriſſima videtur, ſi modò maritus nõ ſit relautus, vel opulentus, ſed egeſtate prematur, ita, quod famulas non habeat, quæ coquinariam exerceant, lectum ſternant, & ſimilia faciant: tunc enim ea præſtare tenetur vxor quamtumuis nobiliſſima.

Primò ex ſacris litteras: ad mulierem enim dixit Dominus: *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Et beatus Petrus in epiſt. cano cap. 1.* iubet fœminas ſubditas eſſe viris. Secundo moueor ex textu *in l. interdum. ff. de oper. liber.* in illis verbis, quæ doctores contra ſententẽs proferunt pro ſe, inquit lex: *Sed ſi liberta, quæ operas promiſit ad eam dignitatẽ perueniat. vt inconueniens ſit præſtare patrono operas, ipſo iure hæ intercident.* Nota illa verba, *Ad eam dignitatem perueniat, vt inconueniens ſit præſtare patrono operas:* Nam quæ maritum habet adeò egenum, vt egeat eius operis, certè non peruenit ad eam dignitatem, vt inconueniens ſit, eam præſtare operas, immò eſt conuenientiſſimum, ſanctum, prudens, & iuſtiſſimum, vt eas præſtet, licet nobiliſſima ſit.

13 Niſi fortè placeat, virum aduerſus ſexus naturam, domum verrere, cibos parare, lectos ſternere, vel vocare vicinas, quæ hoc faciant; quod vxori longè turpiſſimum eſt, neq; bonis, vel honeſtis fœminis annumerari poteſt, quę domeſticum officiũ detrectat. His congruit, quod vxor nobilis, quæ nubit ignobili (qui ferè ſemper inopes ſunt) amittit nobilitatem; & ſic, ſi vir egeſtate prematur, non eſt quod vxor oſtentet nobilitatẽ. Et in totũ mihi ęquiſſimũ videtur, vt cum cõiugati duo ſint in carne vna, alter alterius onera portẽt; & quod vxor putet ſibi tributũ quidquid ſeruiendo marito tribuit. Si tamẽ maritus opes haberet ſufficientes, iuxta regionis morẽ: non videtur mihi præpoſtera opinio docentium vxorem nobilem non teneri coquinariam exercere. Si tamen operæ pertinerent ad fouendam perſonam ipſius mariti, vt eſt lauare caput, & ſimilia, & nõ rectè vxoris; certè, & officium implet, quæ ea detrectat, quod nobilis ſit. Aut enim maritus eſt nobilis, & ex officio ipſa nihil honoris ſui amittit: aut eſt ignobilis, & ipſa quoque efficitur ignobilis; & ſiue vxor nobilis ſit, ſiue ignobilis: certè iuxta diuinam inſtitutionem, & naturæ legem, vir caput eſt mulieris. Non omittendum, quod aliqui tenent ſimpliciter, vxorem nobilem non teneri operam præſtare, niſi mariti valetudo id exigat, vel cauſa honorandorum hoſpitum: *ita Lupus in repet. rubr. de dona. fol. 17. col. 2. in paruis. Bonus Curtil. in tract. de nobil. 38. piinil.* An autem vxor teneatur operas artificiales marito præſtare, dixi in meo tractatu *de decima tutori Hiſpanico iure præſtanda. cap. 2. num. 12.*

14 Vnum tantum addendum: quod licet de Iure Regio, vxor acquirat ſibi, non marito, quæ acquirit ex operis artificialibus, vt ibi dixi: tamen Iure Regio videtur, quod dimidium talium operarum pertineat ad maritum, cum generaliter omnia acquiſita conſtante matrimonio diuidantur inter virum & vxorem. ita docuit *Lupus in Rubrica de dona. inter vir. & vxor. §. 62. num. 9. verſic. hodie tamen.*

Poſtremo, quod nobilis non ſit addicendus creditori, & quod hoc caſu deficiat diſpoſitio huius legis: notant *Rodericus in repe. l. 2. tit. De los gouiernos. q. 5. col. 6. Anton. Gome. in l. 79. Tauri. col. 2.* Et comprobatur:

batur:

batur: quoniam debitor addictus creditori dicitur pati pœnam corporalem, *vt dixi cap.3.nu.2. & cap.4.* In imponendis autem pœnis, habetur ratio nobilitatis, vt pœna mitior sit, vel certe magis honesta. *l. nostris. §. sed etiam. ff. de pen. l. sacrilegi pænam ff. ad leg. Iul. pecul. l. Pedius. ff. de incend. ruin. nauf. l. fin. ff. de sepul. viola. glo. in l. 3. §. 1. ff. de re mili. & ibi notat Bartol. & in l. capitalium. §. serui. §. de pæn. Abb. in c. pastoralis, in princ. de offic. delega. Sali. in l. 2. C. vt nemo priuatus, textus in c. qui contra. 24. q. 1. Alber. in l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. Praesi. glossa in l. aut damnum. ff. de pæn. l. 24. tit. 21.*
16 *part. 2.* Quare neque torqueri potest. *leg. 4. & 5. titul. 2. lib. 4. ordi. & in d. l. 24.* nisi fuerit accusatus de proditione, *vt in d. l. 24. Grammaticus voto 32. Hippol. in l. edictum, ff. de quæstio. Bal. & Feli. in c. cum quidam, col. 3. quos citat, & sequitur Couarru. var. li. 2. cap. 9. nu. 4.* Qui tamen notat, quod nobilis etiam proditionis reus, decapitatur in Hispania, & non suspenditur: benè tamen torquetur, vt dixi; & quod in Hispania nobilis reus lesæ Maiestatis non suspendatur furca, sed decapitetur, est verissimum. Sicut vidimus in Ducibus sediciosorum plebeiorum qui aduersus Carolum Regem, & Imperatorem Christianissimum arma sumpserunt, abscissis enim ceruicibus iacuerunt in foro, laqueo tamen pœnas non dederunt, nobilitatis ergo causa: sed id Gallia in proditoribus non seruat, imo altiori pendent furca. Non obstant ex aduerso prolata.

17 Primò non obstat, quod paupertate amittitur nobilitas. Id enim falsum, & apud nos prouerbij vice illud vsurpatur. *La pobreza no es vileza*, & expressè probatur *in l. humilem. C. de incest. nupt.* Et ita quod nobilitas non amittatur paupertate, significat *Bar. in l. 1. col. 3. C. de dignita. lib. 12. d. nu. 49. Ioan. Blan. in sum. feud. tit. quibus mod. feud. amitta. §. erunt etiam. q. 1. Ioan. Rain. in c. 1. §. firmiter. char. 20. in parues. versic. quaero, quid de sumptibus, tit. de probib. feud. aliena. per Fred. & in tract. nobilitatis, col. 5. Petrus Belopertica in l. humilem. C. de incest. nupt. hoc Tiraquellus de nobil. c. 25. nu. 5. cum sequentibus.* Quinimo paupertas non reddit hominem vilem, autore *Bald. in lege humilem. Codic. de incest. nupt. Calcan. consil. Rincip. in causa, colum. 7. vers. etc. ex supradictis.*

18 Non obstat, quod nobilis pauper habetur contemptui: id enim non lex, sed præpostere hominum iudicium facit: & boni viri odio & contemptui habentur, neque tamen ideò virtus suas desinit habere vires.

Deinde non obstat, quod non est dedecus nobili militare aduersus Turcas, & ex stipendio satisfacere creditori, iam quod ei propter nobilitatem non tradatur ad seruitium: fateor, non est nobili dedecus militare aduersus impios pro dignitate Christiani nominis, imò est longè honorificum; sed nos non liberamus potissimũ eũ à debitore, quia est ignominia ei seruire, sed quia à lege liberatur ab ea obligatione, propter priuilegium nobilitati concessum, quia non admittitur, vt nobilis sit in carcere ob æs alienum.

Non obstat, quod ex lege Solonis, qui patrimonij versuram facit, amittit nobilitatem: ea enim lex admittetur quoad hoc, vt eius authoritas minor sit apud bonos, & graues, qui detestabuntur hominem, qui luxu, vel profusione, vel alea patrimonium amisit.

Rursus non obstat, quod nobilis, non viuens nobiliter, non gaudet priuilegijs nobilitatis: statim enim dicam, an nobilis exercens vilem artem, sit addicendus creditori.

Non obstat, quod priuilegium Principis non debet operari in præiudicium tertij: neque enim, quod debitor nobilis sit, & in carcerem, vel seruitium duci non possit, ideo creditor amittet ius suum: solum limitatur vis obligationis, vt ex ea nobilis in carcerem duci non possit. Deinde, cum antequam contractus fieret, iure constitutum sit ne nobilis pro debito capiatur; certè creditor qui non debuit ignorare ius, videtur cum contrahit, ea conditione, & qualitate contrahere, ne creditorem ob debitum possit perducere in carcerem.

Non obstat, quod rem familiarem debitis finire, flagitiosum est, & quod nobilitatis priuilegium amittitur ex delicto: quoniam amittere bona, etiamsi per ingluuiem & luxum ea amittas, culpa est, non crimen, quod iure pœna puniatur.
19 Si tamen nobilis ficta inopia, abscondat bona, certè duci potest in carcerem: & priuilegio nobilitatis non gaudet: tum quia ex delicto amittitur nobilitatis priuilegium (vt dico infra:) tum quia Iure Regio hoc nominatim definitum extat, *in l. 11. condi. in conuentu Segouiensi anno à partu Virginis 1532.* quæ habetur *in l. 4. tit. 19. lib. 5. Recop. & l. 6. titulo 2. lib. 6. Recop.* cuius verba sunt: *Suplicamos a V. M. que el mercader, que se alzare de aqui adelante, no pueda gozar, ni goze de la hidalguia.* Quibus Princeps respondit: *A esto vos respondemos, que mandamos que de aqui adelante se haga assi.* & ita tenuit per illum tex. *Matienzo in Stilo Cancellariæ, titulo 1. praeminen. 17. casu 20. declaratione 9. legis Tolet. §. 2. glos. 1. & glos. 44.* vbi videas.

20 Quinimò qui abscondunt bona, & fingunt inopiam; sunt veluti latrones puniendi, *vt in l. 5. tit. 8. lib. 5. Ordina.*

21 Quod habet locum, etiamsi debitor non aufugiat, sed præsens sit; vt in conuentu Madritensi, rectè & optimè definitum fuit, *anno 1528. petitione 24.* Itaq; nobilis abscondens bona est carcere reprimendus. De qua

re dico infra hoc cap. & hanc opinionem sequitur *Oldrad. in tractat. de nobil. in 3. par. prin. c. 10. col. antepen.* & facit quod dixi *c. 16. De herede nu. 18. & cap. De debitore ratione rei, nu. 10.* Ex crimine autem, & delicto, nobilis duci potest in carcerem, vt statim dicam.

22 Sic licet Iure ciuili generaliter concessum sit debitoribus, vt effugiant carcerem cedendo bonis; id non admittendum in decoctoribus (quos fallitos vocant) auctore *Bal. cons. 400. col. 2. lib. 1.* delictum enim pœnam meretur.

Præterea licet cessio bonorum liberet cedentem à carceribus, id non procedit, si alienauit bona sua in fraudem: textus est secundum primum intellectum, quem ibi approbat *Bar. in l. fi. §. quæ in fraud. credi Bar. in l. alia §. elegãter in fi. ff. sol. mat. Soc. reg. 46. & 47. cum fallent Plat. in l. 1. in fi. C. de iure fisc. lib. 10. Barb. in c. quæ in ecclesiarum col. 5. de consti. Gom. in §. item si quis in fraud. nu. 43. Insti. de act. Lup. in rep. c. per vestras. §. 24. incip. an autem n. 7. de donat. int. vir. & vxor.* Sic maritus, qui malitiosè dissipauit bona, amittit beneficium, ne conueniatur vltra quam facere possit. *l. etiam §. licet ff. de sol. matr. & ibi DD.* sic in cæteris dolũ committentibus probatur *in l. sed bonita §. fin. ff. de iudi.*

23 Præterea, si nobilis malitiosè contriuisset, vel fraudulenter alienasset bona sua, ne creditor ius suum consequatur, certè non excusabitur nobilitatis priuilegio, sed capi potest, argumento *l. pe. ff. de iur. doti.* vbi debitor habens priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere potest, non vtitur eo, si dolum committat. Dolus enim est delictum, & pro debito ex delicto nobilis capi potest, vt statim dicam.

24 Præterea illud est ab eruditis receptum, vt debitores, qui ex aliqua causa excusantur à pœna carceris, non excusentur si iudex videat eos dolosè fuisse versatos, vel malitiosè alienasse bona. *l. si ff. de in ius voc. in glos. Bal. & Ang. in l. fi. ff. de his quæ in frau. credit. Din. Plat. & Ias. in §. item si quis in fraudem Insti. de act. & ibi Gom. n. 24. Ias. in l. si idem cum eodem col. 5. ff. de iurisd. omni iudi. Bal. in l. 1. col. fi. C. qui bon. ced. poss. Ang. in l. is qui bonis & ibi Zas. ff. de cess. bono. Platea in l. 1. de iur. fis. lib. 10. Bal. in l. 1. in 5. q. C. si quid in frau. patro. & cons. 400. incip. in libris thesaurariæ. col. 2. lib. 5. in c. quæ in Ecclesiarum. col. 5. de constit. Soc. reg. 46. fal. 5. & reg. 46. fal. 1. Vitalis Cambal. in tracta. clausularum, tit. an possit renuntiari beneficio cessionis bonorum. Nouel. in tract. de dotat. 7. par. primi. 14. Cappel. Tolosana. 466. & ibi Aufrer. in additione.*

25 Paupertas enim captiosè proueniens, nõ excusat eos qui alias excusarentur, autore *Bal. in c. sedes. col. 2. de rescrip. & in c. quæ in Ecclesiarum. col. 1. de consti. Ias. in Auth. res quæ. col. 6. vers. tene communem. C. commu. de legat. Crotus in l. frater fratre. ad finem. ff. de condi. indebit. Loazes in repetit. l. filius familiâs. §. Diui. num. 164. ff. de lega. 1.* Sic licet mulier pro debito capi non possit, tamen pro debito proueniente ex delicto capi potest, vt dixi *cap. præcedenti, nu. 7.* Itaque nobilis abscondens bona capiendus est (*vt infra*) dolus etiam existimari debet, si nobilis induxit creditorem ad contrahendum, affirmans se nobilem non esse; de qua re, vide quæ dico infra.

26 Restat tertius casus: scilicet, an nobilis debens ex delicto, sit addicendus creditori in casibus, in quibus supra cap. 11. *De debitore ex delicto*, vbi docui debitorem ex delicto esse addicendum creditori. Monet quæstionem, quòd etiamsi de iure non habens in bonis, luat in corpore, id non procedit in nobili, vt docui supra num. 10. & cap. 11. *De debitore ex delicto, nu. 2.* qui est casus magis fortis, quoniam debens ex delicto, magis est cogendus, & astringendus, quàm debens ex contractu. Cum autem debens ex delicto, non luat corpore, si est nobilis: quantò magis, debens ex contractu excusabitur nobilitate, ne addicatur creditori: quæ addictio habet vim pœnæ corporalis, vt dixi *cap. 3. nu. 2. & c. 4.* Mouet etiam quæstionẽ, quod nobilis pro delicto non debet esse in carcere, vt tradit *Lucas Penna in l. mulieres. col. 3. versic. 8. C. de digni. libr. 12.* Qui autem non potest esse in carcere, non est creditori addicendus, *vt docui c. 3. nu. 2.*

27 Sed ex aduerso vrget, quòd nobilis potest capi ex debito descendente ex delicto, vt in *l. 79. Tauri*: sicut in fœmina docui supra *cap. 15. nu. 7.* quod potest capi ex debito descendente ex delicto. Id enim generale est, quod nobilis ex delicto, capi potest; licet nõ sit ea facilitate capiendus, qua plebeius, neque eo rigore premendus, neque eodem in carcere detinendus, quo plebeius. *Regia l. 4. tit. 29. part. 7. c. quisquis. 2. q. 8. & ibi notat Archidia. Bal. in l. 2. col. 2. C. de exhib. reis. Aretin. in l. si quis post accusationem. col. fi. ff. de testa.* Cum autem magis sit iustum detineri in carcere hominem, de cuius delicto constat, & propter quod jam est condemnatus, quam eum, de cuius delicto non constat per sententiam, quæ facit rem notoriam, iustissimum est, nobilem detineri propter pecuniam, quam per sententiam debet ex delicto: [illegible] pecunia, & [illegible] pro pecunia quam debet ex delicto, videtur captus pro ipso delicto, & hæc est ratio *Taurinæ legis 79.* [illegible]

Illud tamen admonere visum est, quod hoc argumentum protuli ad probandum, hic deficere præcipuum fundamentum, quo supra docui, nobilem non esse addicendum creditori; scilicet, quod non potest ob debitum in carcerem duci; nam si debet ex delicto, potest ob debitum duci in carcerem;

Quan-

Quanquam agnosco hoc argumentum quod attinet, ad nostram legem, valere negatiuè, non tamen affirmatiuè: hoc scilicet modo: qui non potest ob debitum duci in carcerem, non est creditori addicendus: quod *docui c.3. nu.2.* non tamen est bona collectio: potest duci in carcerem, ergo potest addici creditori: nam plures possunt ob debitum capi, qui non sunt addicendi creditori, vt ex toto hoc opere manifestè colligitur.

Deinde, quod debens ex delicto debeat seruire, etiamsi nobilis sit; probatur, quoniam sunt aliqua crimina, ex quibus, si non nobilitas, certè priuilegia nobilitatis amittuntur, vt dixi supra nu.19. & declarat *Lucas Pen. in l. mulieres. col.5. C. de dign. lib.12. Tiraq. de nobil. c.24. nu.2. & 5. l.24. tit.21. partita.2.* vbi ex proditione amittitur priuilegium nobilitatis. *Gramma. voto 3.*

Deinde, quod nobilis debeat seruire, si debet ex delicto, probatur, quoniam fœmina immunis est à dispositione huius legis: Tamen si debet ex delicto, & soluendo non est, tenetur seruire, vt dixi c. præcedenti. num.7,

Postremo quod nobilis debeat seruire, si debet ex delicto, scribit *Antonius Gomezius in l.79. Tauri. nu.2. vers. hodiè tamen. & n.3. vers. & licet.* Hoc enim casu videtur quod nobilis, non excusetur a dispositione huius legis: Nam propter delictum nobilis puniendus, & seuerè adstringendus est. Videtur tamen quod iudex ratione nobilitatis, non iubebit nobilem seruire ei, cui pecuniam ex delicto debet: Sed iubebit, vt triremibus Regijs militet, vel in opere simili, vt stipẽdio satisfiat creditori, vt docui *c.11. de debitore ex delicto nu.6.* Neque enim, qui me delicto offendit, commodè potest me seruire, cum eum forsan, vel videre nolim, vel malè tractaturus sim, vt dixi. *in d.c.11. nu.6.* neq; est æquum, neque admittendum malè tractare debitorem, imò, qui malè tractat debitorem sibi addictum, amittit debitum, *vt dixi cap.14.*

28 Deinde, non solum hac causa, vbi ex debita pecunia agitur, verum etiam, vbi pœna imponitur ratione delicti, habetur ratio nobilitatis; neque enim eodem modo puniendus nobilis, quo plebeius, etiamsi idem delictum commiserint. Nobili enim non imponitur, vel irrogatur pœna ignominiosa, *auct. Bald. in Rubr. de offic. delega. Platea in l. omnes. C. de delato. lib.12. Angel. in Auth. sed nouo iure. in fi. C. de seru. fugit. facit l. moris. §. sed etiam. ff. de pœn. glossa. in l.3. in verbo Torquentur. ff. de re milit. Bart. ibi Alex. in additione ad Bart. in l. capitalium. §. serui. ff. de pœn. Bald. in l. data. C. de his qui accus. non pos. Bald. Abb. & Felin. in c. cum quidam. de iureiur. Abb. in c. pastoralis. de offic. delega. Lucas Penna in l. quamuis. C. de decurio. libr.11. Roman. in l. si vero §. de viro. in 4. fallentia. ff. sol. matri. Anania in c. fin. de collus. detegen.* Quare nobilis etiam ex delicto, non damnandus, vt in triremibus regimem agat, vt in senatu Neapolitano iudicatum testatur *Gramma. decis.32. Couar. vari. resolut. lib.2. c.9. n.4. vers.5.*

29 Non obstat, quod ex aduerso protuli: scilicet, quod regula, Qui non habet in bonis luat corpore, non habet locum in nobili: id enim verum est, quando imponẽda est pœna, in defectum bonorum, hic autem non est imponenda pœna, quæ cruciet nobilem, sed adscriberur militiæ, vel alicui alij honestæ occupationi, & ex stipendio soluetur creditori, cui ex delicto debet, vt docui *supra cap.11. De debitore ex delicto.* vbi latius respondi huic argumentto: eum locum lector consulat, si plenius rem hanc placeat
30 cognoscere. Quamuis enim hæc addictio habeat vim pœnæ corporalis, intelligitur cum debitor addicitur creditori, torque indutus ferreo: hic autem non est addicendus creditori, sed adscribendus militiæ nauali, vel terrestri: neque enim debitor inops semper tenetur seruire creditori, imò, si opifex, vel artifex sit, artem suam exercendo, paulatim ex lucro satisfacit creditori, & hoc satis est absque eo quod ei seruiat. *l.2. tit. de los goviernos, lib.3.* Fori, officium autem nobilis est, militando religionem, & plebem defendere.

31 Præterea, etiamsi hoc non esset nobilis proprium officium, iudex potest ex causa moderari dispositionem legis. Si enim quis condemnatus fuit centum Petro dare, quia colaphum ei impegit; certè si soluere centum non potest, non debet seruire Petro, quia forsan ipsum interficere vt latè docuit, *d.c.11. De debitore ex delicto.*

Restat excutiendus tertius casus, scilicet, an nobilis qui artem vilem exercet (puta) si sit faber ferrarius, debeat, si soluendo nõ est, addici creditori, vt exercendo artem, & lucrum faciendo reponat creditum. Mouet quæstionem, quod nobilis qui non viuit nobiliter, non gaudet priuilegijs nobilitatis, *vt supra num.5.* nobilis autem, ferrariam, vel carpentariam exercens non viuit nobiliter.

32 Deinde, qui vilem artẽ, vel officium exercet, amittit nobilitatem, vt dixi *supra n.5.* & è nostris Hispanis docet *Cifontanus in l.79. Tauri, col.2. versic.7. fallit. Auendañus in suo dictionario,* & videtur expressè Iure Regio definitum, in *l.4. & 9. tit.2. libr.4. Ordina.* & probatur Iure communi *in Auth. de testibus. §.1. vers. sancimus, ibi artifices ignobiles,* & dixi supra. & docet *Tiraquel. in in tractatu de nobilitate. c.28. & c.33.* Neque obstat, si quis dicat nobilitatem esse ius sanguinis, & ideò non amitti, etiamsi nobilis exerceat artem vilem.

33 Respondeo enim, non extingui nobilitatem, sed interrumpi: vnde si nobilis desinat

exer-

exercere artem vilem, recuperat nobilitatem, vel nobilitatis priuilegia, hæc enim solum videntur amissa, argumento, *l. ingenuum cum glossa C. de ingen. & manu.* vt docet *Guido Papa decis. 196. column. fin. & decis. 217. ex textu in c. fin. de vita, & honesta cleric. & in Clem. 1. eodem titulo: Massuarius titulo de tallys, seu collectis. §. si autem illi qui sunt nobiles. Cassan. consil. 64. viso processu. num. 35.*

De inde, vrget efficax ratio: scilicet, quod plures nobiles præ rei familiaris angustia, mechanicas artes exercent. Cur ego qui vltro calceariam exercebit, non exercebit eam, vt soluat quod debet? cum non dimittatur peccatum, nisi soluas quod à fratre accepisti. Et vtra obsecro magis iusta causa exercendi calceariam voluntas, an obligatio soluendi, quod Iure Diuino, & Humano debes? Deinde, nisi hoc admittamus, nobilitas videtur esse fucus ad rapiendum aliena, quod Deo ingratum est.

Vltimo, si nobilem qui calceariam exercet, potest creditor cogere, vt sibi soluat, quod quotidie lucratur, cur hoc iudicario ordine non iubebit iudex?

Sed respondebis, primum verum esse, quando nobilis sponte sua laborat, & suam artem exercet, neque tamen ad id cogendum esse à iudice, id enim præstat priuilegium nobilitatis: ex aduerso vrget, quod consuetudine in Bethieæ regione receptum est, vt nobilis, quem *Hidalgo* vocamus, non amittat nobilitatem, neque nobilitatis priuilegia: etiamsi vilem artem exerceat: & cum in iudicijs disputatur, an quis sit nobilis sanguine; certè si opifex probet se nobilem, creditur verè nobilis esse, nam, cum egeat, & nobilitatem probet, creditur non fauore, neque diuitijs nobilitatem acquisisse, vel testes subornasse, sed quod verè generè nobilis sit.

Deinde *Bal. in l. fin. in fine C. de seru. reipu. manu. per illum textum* docet, quod licet quis gerat vile officium, non ideò perdit status sui beneficium: & huius opinionis est *Cald. consil. 8. incip. in causa pendente.* Vbi dicit, quod licet mercatura sit ars vilis, vt statim dicam, non amittitur nobilitas generis per eius exercitium: & licet eius opinionem improbet *Tiraquel. in tracta. de nobil. cap. 33. num. 18.* quoniam mercatura censetur ars vilis, & ex eius exercitio amittitur nobilitas, teste *Fabro in l. falso C. de diuers. rescrip. Anton. in Rub. ne cler. vel mona. Afflict. in constit. Sicil. incip. intentionis col. 9. in 6. notabili. Lucas Penna in l. fin. col. 3. C. de fund. limit. lib. 11.* Vbi dicit, quod, nobiles mercaturam exercentes, fiunt plebeij & debent soluere tributa; nihilominus tamen, licet mercatura apud nos vilior censeatur, quam apud omnes nationes, hidalguia non amittitur, ex mercaturæ exercitio, neque hidalguiæ priuilegia, *vt in l. 11. condita apud Segouiam, anno 1532.* cuius verba retuli, & habetur *d. l. 4. titulo 19. lib. 5. Recopil.* Et illa pragmatica probat hidalguiam quæ ex genere descendit, non amitti, etiam si Hidalgus exerceat vilem artem; Hidalguia enim non orta est in persona Hidalgui, sed descendit à maioribus haud aliter quam domus, vel prædium *l. 2. tit. 21. par. 2.* Ideò peculiares quædam nobilitates differunt à nobilitate, militis, vel doctoris, quibus nobilitas propter propriam virtutem conceditur, & ita quod Hidalguia non amittatur ex exercitio artis vilis, notat *Auendan. in dictionario, verbo Cauallero, vnico verbo.*

34 Sic licet quidam scribant, quod per monachatum amittitur nobilitas. *Abb. c. dudum in 14. notab. de elect. Fran. in c. fin. in prin. de offi. delega. in 6. Feli. c. super literis. col. 7. in 2. reg. de rescrip. Ias. in l. 2. col. 3. C. si contra Ius vel vti. publi. Decius in Auth. ingressi. col. 1. C. de sacros. Eccles. & ibi Bologni. in primis interpretationibus de quo latè Tiraquel. de nobil. c. 26.* tamen nobilitas sanguinis non perditur ex monachatu. *Bal. c. cum in magistrum post medi. de elect. Roma. singu. 37. Tiraq. vbi sup. num. 5. Ripa tu c. ad aures col. 5. & ibi Berous num. 24. de rescrip. Cagnol. in l. cum quadam puella, nu. 17. Boerius decis. 260. nu. 30.*

35 His congruit, quod cum tractatur, an exercitium artis vilis faciat amitti nobilitatem, inspicienda est consuetudo, & quid de ea re iudicet populus; nobilitas enim nihil aliud videtur esse quam opinio, nisi eam virtute, & rebus præclarè gestis metiaris.

36 Itaque quod hoc iure inspicienda sit consuetudo, docet *Alciatus in l. mercis ff. de verbor. significa. Tiraq. in tractatu de nobilitate c. 27. nu. 5. vbi* vbi proposita quæstione, an amittat nobilitatem, qui exercet artem vilem per aliam; definiunt inspiciendam esse consuetudinem.

37 Consuetudo enim facit nobilem, vel ignobilem, & qui hic nobilis est, alibi ignobilis reputatur, mutato scilicet iure mutatione regionum, & morum. ita probatur *in l. fin. §. 1. ff. de muner. & honor.* & docet *Bar. in l. 1. col. 9. versic. examinemus ista verba, & iterum. col. 9. versic. tertio ex prædictis. & col. pen. & ibi Plat. col. 2. vers. ex his infertur. C. de digni. lib. 12. Bal. consil. 387. col. 2. lib. 1. Paul. consi. 125. incip. dubitatur primo in 4. dubi. lib. Rayne. 2. in tract. de nobilitate, in 4. q. in prin. Soc. consil. 2. 246. col. 1. lib. 2. Decius in c. nouit. col. 6. de de iudi. Ruinus consil. 66. num. 23. lib. 3. Ripa lib. 2. respon. c. 26.*

Deinde, iniquum videtur, & parum congruens misericordiæ, vt detur afflictio afflicto: cur ergo qui præ inopia maiorum suorum, dignitatem in domo sua amissam luget, noua miseria enecabitur? & si priuilegia nobilitatis sibi à maioribus per manus tradita, videat interrupta: & se ad solutio-

tionem tributorum cogi ad instrumentum egestatis, & diminutionem honoris, quæ sibi amissis facultatibus, tantum ex omni maiorum substantia reliquum erat? Cur nobilis paupertatem (durum telum patiens) eo etiam onere grauandus, vt ad lucrum creditoris artem vilem exerceat: cum fortè militiam, vel aliàs vberiores fortunæ spes sequi velit (omisso opificio) an etiam spoliandus priuilegio nobilitatis, quo sibi, & suis (quondam diuitijs florentibus) concessum generali lege fuit, ne ducerentur in carcerem, ac per consequens, ne cogerentur eam cessionem bonorum subire, quam præscribunt iura ciuilia, etiamsi facilis sit, minimeque onerosa.

Equidem, quod attinet ad soluendum Principi tributa, arbitror nobilem, qui exercet officium vile, non esse spoliandum suo priuilegio, quo immunis est à tributis, ex rationibus supra dictis: ne scilicet duplici miseria grauetur, honoremque & pecuniam sentiat amissam. Idem sentio, quod ad materiam nostræ legis attinet: nam licet spontè sua exerceat officium vile, durum, & aduersus priuilegia nobilitatis est cogere illum vt illud exerceat, ad vtilitatem creditoris, cum minor ignominia sit esse in carcere pro debito, & id non amittatur, siue sit soluendo, siue non. In hanc sententiam me satis perinclinatum adducit Christiana charitas, & quod rigor huius legis (quoad saluo iure fieri potest) excludendus est, & limitandus, vix enim habet Hispania duriorem constitutionem: nam rigoris plena, sæuitiæ, & inhumanitati proxima est, & nostris sufficit esse iuris communis correctoriam, vel restringi debeat. Cum tamen Princeps vt statutum faceret mentionem nobilium, per hoc verbũ, *Nobilis* in materia in qua designarentur, qui personæ dignitate præstant, & nominis autoritate præcellunt: certè meo iudicio non venit Fidalgus, si opifex sit, vel aliàs valde egenus: idem si Princeps loquatur per hæc verba: *Los Caualleros*: ita enim interpretatur communis vsus loquendi: dicimus enim, *Pedro no es Cauallero, sino vn Hidalgo pobre.*

Sed est quæstionis, quid si nobilis in contractu renuntiauit nobilitati, vel priuilegijs nobilitatis, an pro debito capi possit, & in carcerem duci, non secus ac plebeius? *Didacus Couar.* eruditionis laude, & vitæ integritate venerabilis, *in repe. c. quamuis pactum in 2. part. num. 5. versic. hinc sanè de pact. in 6.* sentit renuntiationem valere, & nobilem ex ea capi posse; scribitque ita fuisse iudicatum in Granatensi Senatu, à viris vtriusque iuris consultissimis, & hanc opinionem obtinuisse notat *Oroscius senator in l. huius agnationis col. 1. ff. de pact. Gregorius in l. 34. titul. 5. part. 7. Sebolio de sangre* & aliquando in Pinciano Senatu, ita iudicatum scribit *Otalora in tract. de nobil. 2. par. §. 9. nu. 18*, qui rem indefinitam reliquit.

38 Contrarium tamen sententiam, imò, quod renuntiatio non valeat, & quod ex ea nobilis capi nō potest, porbat *Antonius Gomezius antiquæ simplicitatis, & aurei pectoris vir integerrimus in l. 79. Taur. n. 3. vers. & in tantum, & ibi Cifontanus columm. 1.* quia nemo est dominus membrorum suorum, & *Auendañus in dictionario, verbo Canallero, columm. pen. & Didacus Perezius in l. 1. tit. 2. lib. 4. Ordinat. & Ferdinandus Vasquius* optimorum studiorum laude, & generis nobilitate illustris, *in tractatu de successionum creatione, prima parte, lib. 3. §. 22. num. 75. versic. huic ergo priuilegio*, vbi rem latissimè tractat: quamuis idem ipse *in eo tractatu par. 1. lib. 1. §. 6. num. 34. in fine versi. contra hac facis*, dicat, quod Iure Regio, quis potest priuilegijs suæ libertatis, & nobilitatis renuntiare tacitè; ne dum expressè, *vt in l. 4. tit. 2. lib. 4. Ordina. ibi, Porque en tal caso el mismo quebranta su libertad.* Adducit etiam quod Iure Regio clerici miscentes se mercimonijs laicorum, amittunt suam immunitatem, & libertatem, vt l. 3. *Del quaderno de las Alcaualas.* Hæc Vasquius *d. §. 6. nu. 34.*

39 Sed rem diligentiùs tractauit §. 22. & videtur ibi mutasse sententiam: nam dicit se procliuiorem esse in eam sententiam, vt renuntiatio nobilitatis non valeat: ac proinde, quod eius virtute Fidalgus capi non possit: meæ partes erunt omnium argumenta bona fide referre, & quid mihi probabilius videatur, paucis explicabo.

Vt autem hoc cōmodius, & breuius fiat, illud statim præfari visum est, me vnum esse ex eorum numero, quibus placet, posse nobilem renuntiare nobilitati, & virtute renuntiationis posse capi. Primo *ex l. 4. tit. 2. lib. 3. Ordinatio.* vbi textus postquam dicit nobilem posse in carcerem duci, si conducit Regia vectigalia, subijcit generalem rationem, *Porque el mismo quebranta su libertad.* Ergo permissum est ei suæ immunitati renuntiare.

Secundo, si hoc potest facere tacitè conducendo Regia vectigalia, vt ibi dicitur, & patiendo se scribi in catalogo plebeiorum, & soluendo Principi tributa, vt in pragmatica, vt notat *Vasquius de success. §. 5. num. 22. & Otalora in tractatu de nobilitate. 2. par. num. 7.* quantò magis hoc licebit, quando disertè, & expressè renuntiat nobilitati, hoc est, priuilegijs nobilitatis, ita, quod si non renuntiaret, contrahens abstineret à contractu: an est decipiendus is cum quo nobilis contrahit?

Tertio moueor, quoniam fœmina habet priuilegium, ne pro debito capi possit: & tamen si renuntiet legum auxilio, & priuilegijs sibi à iure concessis, satis est, vt capi possit pro debito, vt sentiunt omnes doctores, quos citaui cap. 6. *De fœmina debitrice, num. 15.* Quamuis nihil videtur, quod generalis legum renuntiatio non sufficiat, vt sce-

fœmina pro debito capi possit: illa enim generalis renuntiatio videtur se referre ad remedium Senatusconsulti Velleiani: alias, cùm tabelliones in omnibus contractibus factis à fœmina addant (ex more) generalem renuntiationem omnium legum, & quod fœmina non vult eis vti; certe omnes fœminæ possent capi pro debito, quod est perniciosum, & absurdum, & ab ipsis minimè cogitatũ: si enim tabellio declararet, quod ex tali renuntiatione sunt ducendæ in carcerem, haud dubiè, quæ honestæ, & pudicæ sunt, recusarent contractum; neque renuntiatio extenditur ad incogitata *l. tres fratres. ff. de pact.* Neque actus agentium operantur vltra intentionem eorum: neque verba ex more posita, si aliquid rigidum, aut insolens inducant, aliquid operantur apud bonos & graues viros, vt per *Abb. in c. cùm contingat. nu. 23. & 24. de iureiurand.* qui æquissimè & prudentissimè loquitur. Et quod generalis legum renuntiatio, & iurium, quæ in fauorem fœminarum aliquid disponunt, non tollat remedium fœminis concessum, ne in carcerem ducantur, significat *Couarr. in repe. c. quamuis pactum, in initio secundæ partis, num. 7. versic. sed tamen:* licet postea subijciat hoc non esse satis tutum: sed mihi verissimum videtur, neque vspiam vidi, aut audiui fœminam coniectã in carcerem ex tali renuntiatione: nam, nemo videtur renuntiare suo priuilegio, *Ripa resp. lib. 2. c. 19.*

41 Præterea, quod priuilegium, ne nobilis ducatur in carcerem, possit ab eo renuntiari, probatur, quoniam dispositio *l. ad egregias ff. de iureiur.* qua cauetur, ne egregiæ personæ cogantur ad iudicem accedere, potest ab eis renuntiari, ex regula generali dictante, quilibet potest fauori suo renuntiare: ita probatur *in l. quamuis vers. inuitus ff. de in ius vocand. iuncta l. vni. C. eo titulo,* ita docet *Cinus in l. nec honore. C. de Episc. & cleric. Ias. in d. l. ad egregias nu. 1. & ibi Rom. Feli. in c. si diligenti. nu. 24. de foro compet. Ludouicus Gomezius in c. 2. num. 51. de iudi. lib. 6, Ang. in l. alia §. eleganter ff. solu. matrim.*

42 Deinde, vt plebeius potest cum creditore pacisci, vt gaudeat priuilegijs nobilis *l. si quis crediderit ff. de pact.* ita & nobilis potest pacisci, ne suis priuilegijs gaudeat.

Postremò, vt ex superioribus liquet, nobilis potest esse faber lingarius, & faber ferrarius, potest pati se vendi ad pretium participandum, & fit seruus ementis ex consensu suo, *vt dixi c. 1. num. 71.* Item potest se conducere ad quascunque operas vilissimas licet hoc incongruum sit nobilitati, & maiorum suorum gloria indignum, & cognatis probrosum. Cur ergo, qui hoc vltro, nulla iusta causa suadente, facere potest, non poterit accipiendo pecuniam mutuantis? (hoc est subsidium humanæ vitæ) obligare se ad eius solutionem, renuntiando priuilegium generaliter nobilibus concessum, ne in carcerem ducantur?

Quid obsecro, est hidalgo magis dedecorosum facere, vt repurget viam publicam, an esse in carcere, donec det fideiussorem de soluendo quod à fratre accepit, & forsan luxu vel alea perdidit, & ita accepit vt mutuans pecuniã non esset daturis, nisi nobilitatis priuilegio renuntiasset? Ecce vides pactum expressum, nobilitati, & toti nobilis familię infame, valere, neque reijci, quod sit aduersus nobilitatis dignitatem: an, obsecro, hidalgus, si velit, non poterit ex pacto obligare se, ad seruiendum proprio famulo? Hæc inculco, quoniam *Vasquius ipse, & Auendanius* respondent *ad l. 4. titul. 2. lib. 4. Ordina.* hidalgum posse tacitè renuntiare priuilegijs hidalguiæ, non tamen expressè: quorum opinionem satis refellit *ipsa lex 4.* in ratione generali, quam subijcit ibi, *Ca el mismo quebranta su libertad.*

Deinde durius, & magis nociuum est fidalgo, & eius liberis, se scribi in catalogo plebeiorum, & soluere Principi tributum, quam esse in carcere, donec det fideiussorem vel soluat. Primum enim ipsam nobilitatis radicem obscurat, & deinceps dubiam reddit, deinde rem hidalgui tributi nomine aufert: at qui est in carcere, ex propria renuntiatione non obscurat dignitatem familiæ suæ, quoniam pactum expressum apertè significat id factum ex renuntiatione, & non ex nobilitate.

43 Deinde aliud est nobilitas, quam nobilitatis priuilegia: item prius fuerunt nobiles, quàm nobiliũ priuilegia, quæ paulatim creuerunt: sit exemplum: Nobiles apud exteros soluunt Principi tributa, apud Hispanos nõ soluunt, & tamen omnes sunt nobiles: item apud Hispanos prius fuerunt nobiles, quos *Hidalgos* appellamus, postea Sanctius Fernandus Comes Castellę trecentis eorum immunitatem à tributis per tres annos concessit, vt auctor est Rodericus Toletanus. Itaque nobilitas priuilegia nobilitati præcessit, quæ paulatim aucta sunt, & præsertim hidalguia præcessit priuilegia hidalguis concessa; non enim absurdum est suspicari, fidalgum, vel vt Hispanice dicimus, *Hijodalgo* significare *Gothi filium*, quasi ij qui erãt filij Gothorum, tempore quo Hispania à Mauris occupata fuit, & Gothorum Imperium funditus concidit, maximè essent in omnium oculis, & nobilissimi haberentur, quasi filij eorum, qui Hispaniæ Imperium proximè tenuerant: quod ipsa vis nominis satis significat. Primum enim hoc nomen *Fijo* significat, & refert se ad patrem, cuius ille est filius, quasi ex patre velit mutuari vel ostentare nobilitatem: sicut diximus, *Pedro es hijo del Rey.* Et in diuinis libris legimus: filij Cam, filij Sem, & similia, vt ex relatione ad patrem filius agnoscatur, vel nobilitetur.

Vn-

Vnde nos cum aliquem ſignificamus eſſe nobilem, ex antiquiſſimo loquendi vſu, dicimus, *Es Hijodalgo*: ergo ad patrem referimus hanc nobilitatem, dicimus enim: *Es Hijodalgo*, ſignificamuſque eſſe Gothi filiũ, licet hoc iam obliuio deleuerit, & tot ſeculorum calamitas, qua Hiſpania Punicis armis occupata, ſeruitutem paſſa eſt, per annos plus ſeptingentos, vnde mira bonarum artium ignorantia, & antiquitatis obliuio: non hoc eſt capitis mei ſomnium. Nam Laurentius Padilla Rondenſis Archidiaconus, diligens potiùs, quam fœlix noſtrarum rerum indagaror, narrare mihi ſolebat vidiſſe ſe in Bibliotheca Malacenſis Eccleſiæ venerandæ antiquitatis volumen, vbi quotieſcunque Fidalgui mentio fiebat, non his litteris erat ſcriptum, *Fijodalgo*: ſed *Fijodalgod*, addita d. in fine, quaſi Gothi filius apertè deſignaretur. Ego librum non vidi (neque enim falſa obtrudam) ſed Laurentius Sacerdos erat nobilis, multæ ætatis ſenex, & etiam Regius Hiſtoriographus appellari volebat: quare non eſt fide indignus: ſed mihi vnus pro multis ſufficit *Rodericus Archiepiſcopus Toletanus, non aſpernandus noſtrarum rerum ſcriptor, qui lib. 4. c. 1. & c. 4* ſcribens (quod apud nos receptiſſimum, à maioribuſque per manus traditum, & in generali Hiſpaniæ hiſtoria legitur) quod occupata à Mauris Hiſpania. Fidalgui, cum Pelagio ex Gothorum gente nobiliſſimo ſe receperunt in montuoſa Aſturicæ loca, quæ vulgò appellamus, *Las Aſturias de Ouiedo*: his verbis ea Rodericus ſignificat: *Pelagius cum reliquijs Gothorum ſeſe recepit*. Ecce, quod eos, quos hiſtoria generalis, & communis conſuetudo appellat *Hyoſdalgo*, Rodericus appellat reliquias Gothorum, quaſi Fidalgui filij Gothorum ſint: cui rei indicium maximum preſtat. quod receptiſſimũ eſt apud nos & quaſi prouerbium vulgi ſermone iactatur, *Que no es Hidalgo el que no tiene ſolar en montañas*, qui eſt locus, quo reliquiæ Gothorum fugerunt. Sic cum aliquem ſignificamus eſſe nobiliſſimum, dicimus, *Viene de los Godos*: certè probabile eſt, Pelagium, & eius ſucceſſores, qui à Gothis deſcendebant, eos reputaſſe nobiliſſimos, auxiſſeque honoribus, qui ſuæ gentis eſſent, reliquiaſq; Gothorum fuiſſe eo tẽpore nobiliſſimos, cum Regem ex Gothica ſtirpe elegerint (nimirum Pelagium.) Illi autem, qui tunc nobiliſſimi erant, in noſtris annalibus appellantur *Los Hidalgos*.

Neque mihi fit veriſimile, quod Geneſius Sepulueda, de bonis litteris, & Philoſophiæ ſtudijs optimè meritus, ſcribit: *Fidalgum* corrupto vocabulo *Italicum*, ſignificare, immunemque eſſe, ſicuti immunes erant à tributis, qui in Hiſpania Italici cenſebantur, quales erant Pacenſes, Emeritenſes, Valentini, & Barcinonenſes, quorum meminit Iuriſconſultus *in l. in Luſitania ff. de cenſibus*. Nam hoc tolerabile vtcumque eſſet, niſi nomen *Fidalgod* decurtatum eſſet, & niſi pro *Fidalgo* feruida pronuntiatione *Fidalgum* *diceremus* ſicuti dicimus *Hi de puta*, *hi de ruin* pro *hijo de puta*, *hijo de ruin*. Si enim *Fidalgo* nomen integrũ eſſet, fortè admitti poſſet, vt nomen *Italicus* tranſiſſet in *Fidalgus*; & tamen Fidalgus ſignificat *Fijodalgo*: & ad patrem aliquẽ refert. Deinde cũ hoc nomen *Fidalgo*, ab ipſis Gothorum temporibus, ad nos videatur deriuatum (præſertim ab eo tempore, quo colloniæ Hiſpanicarum gentium in Aſturicam, Maurorum metu compreſſæ, qui Gothorum filij erant, quaſi nobiliſſimi, quod pridem Hiſpaniæ Imperium tenuiſſent) notabantur, & colebantur eo nomine, quòd eſſent Gothorum Filij: tunc autem nullam arbitror fuiſſe inter nos memoriam Italici, neque Romani nominis. Et ſi euoluas veteres huius temporis annales, nullum in nobilium nominibus inuenies veſtigium Romanæ, vel Italicæ gentis, immò, omnes præ ſe ferunt nomen Gothicum, Sueuum, Vandalicum, vel Alanicum: hæ enim omnes gentes, concidente Romano Imperio, in Hiſpaniam penetrantes, pulſis indigenis, ſedes ibi beatiores fixerant. Sed fingamus hoc verbum *Fidalgo* eo ſeculo natum, quo Gothorum Imperium in Hiſpania florebat: an eſt credendum Gothos Italici nominis diros hoſtes, Hiſpaniæ nobilitatem odioſo ſibi nomine deſignaſſe? eoſq; cenſuiſſe nobiliſſimos, qui Italici iuris eſſent, quos ipſi pro maximis hoſtibus ducerent, cum plerique eorum Romani ſanguinis cenſerentur, nimirum in colonijs Romanis nati? quinimo Gothi pro gentis ferocitate, & infito Romani nominis odio, illud videntur lege cauiſſe, ne Gothici, & Romani nominis gentes matrimonio iungerentur, & ne matrimonium valeret inter Gothum hominem, & Romanam fœminam; neque è conuerſo; reddebaturque in lege ratio: quod ſcilicet, maxima eſſet diſparitas inter Gothos, & Romanos; nimirũ Romani (Italicæ gentis Principes) viliſſimi apud Gothos habebantur, ideo inter eos prohibebatur matrimoniũ, etiamſi iam olim vtraque gens ad coruſcantem Euangelij lucem, Chriſti religionem induiſſet: hanc autem legem aliquando inter Gothos latam indicat legũ Gothicarum volumen. Deinde, ſi fidalgui erant Italici, cur deleto Gothorum Imperio elegerunt Regem ex Gothica ſtirpe ſibi inimiciſſima, quę Italicę, & Romanæ genti, in Hiſpania exitium pepererat? Equidem, niſi in re obſcuriſſima temerarium videri poſſet ſententiam ferre, me præſertim plus quam tenuiſſimę eruditionis hominem, minimè dubitarem affirmare, noſtram opinionem cæteris omnibus eſſe veriſimiliorem, magiſque probabilem.

Sunt qui dicant, *Fyedalgo*, hominem diuitem ſignificare, vt Alphonſus Rex

in ſeptem partitis conſtitutionibus ſignificat l. 2. *verſ. E por eſto ſobre todas las coſas*, titulo 21. part. 2. vbi vide Gregor. Lopez, gloſ. 8. verbo, *Qua mueſtra tanto*. Nam rem familiarem, veteres Hiſpani appellabant *Algo*: vt ex hiſtorijs & antiquis conſtitutionibus apparet. Et Beatus Paulus appellans à ſententia, volenſque exterrere iudicem, allegauit ſe eſſe *Aliquid*, hoc eſt nobilem: & vetus Poeta dixit.

Aude aliquid breuibus giaris, & carcere dignum, Si vis eſſe aliquid.

Et vulgo, qui ſe non omnino ſpernendum ſignificare vult, dicit: *Yo Algo ſoy*. Sed primum non placet: cur enim, ſi in nomine algo ſignificaret diuitias: & ex diuitijs oriatur nobilitas, non potius nobilis diceretur, *Padre de algo*: quam *hijodalgo*? Deinde, cur qui diuitijs florentiſſimi ſunt, ante annos octingentos appellantur *Los ricos omes, y no los hijoſdalgo*: imò plus eſt, *Ser rico ome, que hijodalgo*, nam, *Ricos omes* vocabantur Comites. l. 10. *tit. 25. part. 4. l. 23. titul. 6. par. 1. & l. 5. tit. 26. parti. 6.*

Sed huic argumento doctiſſimus quidam mihi reſpondit: *Rico ome* appellari ditiſſimum, ac proinde eſſe nobiliſſimum: at *Fyodalgo* appellari, qui minoris pretij erat, quoniam non tantas poſſidebat diuitas. Sed hac ſanè via innumeri, ac propè infiniti eſſet nobiles; quoniam nemo non habebat aliquid.

Deinde, ſecundum non placet: ſi enim *Algo* ſignificaret, quem nobilem eſſe, quorſum adicitur *Fyo*? Niſi dicas: ſignificare eſſe filium nobilis, qui aliquid fuerit in republica: quaſi ex patre augeatur nobilitas, tanquam vetuſtior, & à maioribus proueniens: cui rei indicium præſtat, quod ex contrario cum aliquem ignobilem volumus ſignificare, dicimus, *No es nada*; quaſi *algo* ſignificet nobilitatem.

46 Sed certè probabilius eſt, *Fyodalgo* Gothi filium ſignificare: nam ex Gothorum ſanguine deſcendentes, apud nos nobiliſſimi reputantur, & nulla eſt in Hiſpania nobilitas, quæ maior cenſeatur, quam Fidalgom eſſe: quamquam hoc ſanè ridemur ab exteris, Italiſque præſertim, qui Gothos gentem omnium viliſſimam fuiſſe cêſent, quod ab eis præter Romani Imperij faſtigium bonæ litteræ, & omnes honeſtæ diſciplinæ interitus ſui cauſam, & originem, ſumpſerint; vt nihil dicam, de veterum ingeniorum monumentis, quæ Gothorum omnia vaſtantium rabie perierunt. Sed negari non poteſt, Gothorum res, maxime fuiſſe illuſtres, belloque præſertim. Primi enim omnium hominum de victore gentium populo triumpharunt.

Vnum obſtat, ſcilicet, quod inter leges Gothicas vna eſt, quæ de eligendo Rege loquens, inquit: *El Rey deue ſer de la gente de los Godos, y Fidalgo*. Quaſi non ſi ſatis eſſe de Gente Gothorum, *vt quis ſit fidalgus*; neque enim poſſibile eſt omnes Gothos fuiſſe nobiles, ſicut neque Romanos: quod indicat Flauius Voſpicus in Bonoſo *Fæmina*, (inquit) *ſingularis exempli, & familia nobilis gentis Gothicæ*.

Sed reſponde, quod leges Gothicæ, latinè primo conſcriptæ ſunt, & poſt liber traductus fuit in Hiſpanicâ linguam. Quare licet in volumine Hiſpanica lingua conſcripto, quod appellamus *fueroiuzgo*, dicat *fidalgo*, nô ſequitur quod verbû latinû id ſignificet.

Quod autem leges Gothicæ latinè primo conſcriptæ fuerint, nemo ex eruditioribus negat, & volumen latinum habebat Franciſcus Mendocius, Cardinalis Burgenſis, ſtudiorum, & ſtudioſorum omnium fautor egregius. Deinde, licet tempore, quo Gothorum Imperium in Hiſpania vigebat, non omnes Gothi eſſent nobiles; tamen deleta in Hiſpania Gothorum potentia: quiuis ex eâ gente, quæ pridem regni imperium tenuerat, nobiliſſimus habebatur. Quare, ſi quis hodie probare poſſet, ſe ex Gothorum gente deſcendere, non dubito quin ei à noſtris maximus haberetur honos. Ea enim opinionem apud nos iam olim vulgus imbibit, vt à Gothis deſcendêtes, omniû hominû nobiliſſimi cenſeantur.

47 Nunc ad id vnde digreſſi ſumus reuertamur. Et quidem, quod fidalguia renunciari poſsit, probatur expreſsè; & lege, & conſuetudine Hiſpaniæ: nam in vetuſto volumine, quod appellamus *Tabulas Alphonſi*, ſeu *Forum Alphonſi*; quod editum fuerit ab Alfonſo Rege huius nominis decimo, hæc verba legimus. *Qualquier ome fidalgo que es tenudo de yr a las batallas, ſi ende quiſiere dexar la ſu hidalguia, lo puede hazer en eſta guiſa. Vaya a la ygreja, y diga a los omes buenos del Concejo, que ende quiere dexar la ſu hidalguia, y los omes buenos tomê ende en las manos tres varas de auellano, y paſſe tres vegadas por debaxo dellas; & diga aſſi, Villanos dexo mi fidalguia, y tomo vueſtra villania. Y fecho eſto, nô vaya mas adelante a las nueſtras batallas con nuſco, y no deuengue mas nueſtros ſueld.* Quæ verba vltima ad ſolidos referuntur verus enim fidalgus dicitur de *Deuengar quinientos ſueldos*.

Deinde, hac noſtra tempeſtate in oppido quod vulgò dicitur. *Melgar de herramenſal*, incolæ, non ferunt fidalgum quemquam viuere, niſi renuntiet fidalguiæ. Renuntiatio autem fœdo, aſtu, & turpi ſtratagemate fit: erigitur ſcilicet ingens ſtercoris cumulus, arreptamq; lanceam fidalgus in ſterquilinium contorquet, addito elogio, *Yo renuncio la hydalguia*. Neque hæc renuntiatio à ſenatoribus huius grauiſsimi prætorij improbatur, licet Barbaricum ſtratagema non placeat.

Deinde, quod ad honorem fidalgorum pertinet; illud conſiderandum, quod ea

que

quæ ſpontanea animi voluntate quis ſubit, non coactus, ſed volens, ſibi minimè ſunt dedecoroſa: objicit enim, hoc propria voluntate patior, non legis decreto, nec generis ignobilitate: non couciuis; ſed ego ipſe mihi iſtud peperi.

48 Non obſtat, quod ex aduerſo adduci poteſt. Primo non obſtat, quod contra iudicat Senatus Pincianus, vt narrare nobis ſolet Petrus Deça Senatus Granatenſis Præſes meritiſſimus, ſteminatis quidem illuſtris, ſed multò animi ornamentis illuſtrior. Quoniam non eſt exemplis iudicandum, & aliter ſentit Senatus Granatēſis, qui Pinciano, neque auctoritate, neque doctorum virorum præſtantia vlla ex parre cedit.

Deinde non obſtat, quod fidalguia eſt ius ſanguinis. *l. 2. §. quæ omnia. C. de vete. iur. enucle. l. ſtemmata. ff. de gradibus.* ius autem ſauguinis non tollitur pacto, vel renuntia-
49 tione. *l. ius agnationi. ff. de pact.* Nam reſponde, quod nobilitas non eſt ſanguiuis; ſed ſanguiuis priuilegium, & qualitas: quãuis enim fidalguia, à progenitoribus deſcēdat, tamen fidalguia non fuit eis à natura data, vt datur cognatio & filiatio, ſed data illi fuit à Principe; & ſic fidalguia non eſt naturalis, hoc eſt, non eſt res quam ipſa rerum natura inuenit, & ſanguini hominis infudit, ſed eſt priuilegium Principis, quod ad poſteros tranſit, haud aliter quam domus, vel prædium: non tamen quod domus, vel prædium tranſeat ad filios meos, quia ex meo ſanguine progeniti ſunt: ideo, appellari poſſunt, ius ſauguinis, ſed ius quod ad filios tranſit propter ſanguinem.

50 Deinde hæreditas patris, naturali iure pertinet ad filium. *l. ſcripto. ff. vnde liber. l. fi. C. quor. bono.* vnde ſophiſta quiſpiam poſſit deducere: ergo, cum naturali iure pertineat
51 ad filium, non poteſt renũtiari à filio. Quoniam quæ naturalia ſunt, pacto, vel renuntiatione tolli non poſſunt. *l. abdicatio. C. de patria poteſt.*

Contrariam tamen iure definitur: nam poteſt filius hæreditati paternæ renuntiare. *l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffi. teſtam.*
52 *c. quamuis pactum, de pact. in 6.* Quoniam hæreditas eſt ius quod defertur propter ſanguinem; non tamen eſt ius ſanguiuis, de quo loquitur *l. ius agnationis. ff. de pact.* nam lex illa intelligenda de iuribus ab ipſa natura inuentis: puta, non valebit pactum inter patrem & filium, quod filius non ſit filius; non enim ideò minus deſinet eſſe filius: valebit tamen pactum ne filius gaudeat iure, & priuilegio filijs conceſſo, vt ſuccedant patri in portione legitima: & ſic valebit pactum, ne fidalgus gaudeat priuilegio nobilitatis.

53 Item natura inuenit, vt pater diligat filium, cognatus cognatum: valebitnè pactum, quod hoc à natura inductum ius interrumpat? vtique non valebit, quoniam iura ſanguinis tolli pactis non poſſunt. Priuilegia tamen conceſſa propter ſauguinem pacto tolli poſſunt, vt iam demonſtraui, & *notat gloſſa in. §. quod autem. verſiculo cognationis. Inſtit. de capi. dimin. Decius in l. iura ſanguinis, col. 1. ff. de reg. iur. Roman. conſil. 82. Bald. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iur. Couarru. in repet. capit. quamuis pactum, in initio ſecundæ partis, num. 5. de pact. in 6.*

54 Ex quo ſequitur, quod licet quis cenſeatur fidalgus, quia eſt filius, & nepos fidalgui, non interrumpitur ius ſanguinis (hoc eſt, eſſe filium illorum hominum) ex eo, quod renuntiet priuilegio. quod propter illos (hoc eſt propter ſanguinem) ſibi conceditur.

Præterea reſpondeo, quod hic non credimus fidalgum deſinere eſſe fidalgum, ex renuntiatione fidalguiæ; ſed quod ex renuntiatione non gaudet priuilegijs fidalguis conceſſis, vt probat *l. 4. tit. 2. lib. 4. Ordin. l. 4. tit. 2. li. 6. Recop.* ibi: *El quebranta ſu libertad,* non autem dicit, *El ſe quebrātò ſu hidalguia.* Sicut filius renuntiatione hæreditatis paternæ, non deſinit eſſe filius, tantum non gaudet iure filijs conceſſo. Itaq; fidalgus qui ob debitum capitur, nõ deſinit eſſe fidalgus, tantum non gaudet in ea ſolum re priuilegio fidalgui: & aliud eſt nobilitas, aliud nobilitatis priuilegium, vt ſupra dixi.

Deinde nõ obſtat, quod beneficium ceſſionis bonorum, pacto, vel renuntiatione tolli non poteſt, vt docui ſupra *c. 1. num. 41.* Quia nemo poteſt ſe perpetuo obligare ad
55 carcerem: ergo ſic fidalgus, licet renuntiet fidalguiæ, effugiet carcerem.

Sed reſponde, primum verum, quãdo debitor qui ceſſioni renuntiat, non habet vllũ remedium ordinarium ad effugiẽdum carcerem: ſecus ſi habeat aliquod aliud ordinarium remedium à lege inductũ, vt eſt cedere bonis, vel ſeruire creditori, vel operas in eius vtilitatem præſtare. vt latè docui *ſupra c. 2. nu. 28. verſ. non obſtat ſecundum*: vnde videmus, quod beneficium ceſſionis bonorum, à iure inductũ, eſt lege Hiſpanica ſublatum; quoniam licet DD. ſentiant, quod non valet lex, vel conſuetudo, per quam tollitur ceſſionis bonorum beneficium; intelligendi ſunt, quando beneficium ceſſionis ita tollitur, vt debitor qui ſoluendo non eſt, non habeat aliud remedium, quo effugiat carcerem, vt latè dixi *capitulo. 2. num. 6. verſiculo, Itaque vt ad rem.* Ergo, cum fidalgus cedendo bonis (more noſtro, hoc eſt patiendo ſe tradi creditori) poſſit effugere carcerem, ceſſat ratio, propter quam DD. dicunt, quòd beneficium ceſſionis bonorum pacto, vel renuntiatione tolli non poteſt. Alioqui cum tam in plebeio, quam in nobili, verum ſit, quod non poteſt pacto priuare ſe beneficio ceſſionis bonorum, ſequeretur, quod neq; nobilis, neque plebeius,

propter debitum capi posset: ita quod non effugiat carcerem cedendo bonis, iuxta cessionem Romanam: contrarium tamen est iure Hispanico inductum.

Deinde, nihil ad rem quod adsert *Cifontanus in l.79. Tauri. col.1. vers.4. dubitatur*, scilicet, quod nemo est dominus membrorum suorum, & quod ideò fidalgus, cum non sit dominus membrorum suorum, non potest se obligare ad carcerem: cum nemo possit obligare, quæ sua non sunt. *l. pen. C. de reb. alien. non alien.* Quoniam hac ratione etiam plebeius non posset ex obligatione duci in carcerem; non enim magis est dominus membrorum suorum, quam fidalgus: nam generaliter loquitur *l. liber homo. ff. ad l. Aquil.*

Hic notandum, quod *Gregorius in l.34. tit.fin. part.7. verbo. De sangre.* dicit, quod licet nobilis possit renūtiare priuilegio nobilitatis, & conijci in carcerem, tamen quod non potest renuntiare nobilitati quoad hoc, vt torqueatur: puto eius sententiam veram: licet *Otalora* eam sugillet *in tractatu de nobil. par.2. §.9. nu.8.* dicens, non esse maiorē rationem in vno casu, quam in alio. Sed videtur esse disparem rationem: nam cū fidalgus conijcitur in carcerem nō torquetur, neq. laniantur eius membra; at cum torquetur, corporis compages dissoluitur, & nemo est dominus membrorum suorum.

Neque obstat, quod plebeius torquetur, & etiam nō est dominus membrorum suorum: nam plebeius subditus est legi imponenti torturam: at nobilis, liber est ab ea, & sic eius membra magis libera sunt; neq; potest ab ea subijcere per pactum, cum infamia familiæ suæ. At puto generalem renuntiationem nobilitatis, non tollere priuilegium, ne torqueatur: verba enim, & obligationes non extenduntur ad incogitata: vt in renuntiatione fœminæ dixi *supra num.4.*

Sed ad rem redeundo, & respondendo argumentis, quæ videntur probare nobilem non posse renūtiare priuilegio nobilitatis. Non obstat, quod non valet pactum inter debitorem, & creditorem, vt debitor inuitus detineri possit pro debito, *vt dixi* r.r. *n.42.* id enim verum, vt non possit detineri à debitore in carcere priuato, non autem, vt nō possit conijci in carcerem publicum: de iure enim permissum est, debitorem facta bonorum excussione capere; *vt docui capit.1. num. 26.*

Præterea non obstat, quod fœmina, quæ in assumptione tutelæ, renuntiat omni legum auxilio, nihilominus capi non potest, etiamsi renuntiatio deberet operari, vt censeretur renuntiasse legi, quæ vetat fœminam capi, *vt latè dixi cap. præcedenti, & in tractatu de decima tutori Hispanico iure præ-*
58 *standa. cap.4. num.78.* Id enim, ideò amittitur, quoniam nulla fœmina potest esse tutrix, nisi mater, vel auia, *vt in Auth. matri & auiæ. C. quando mul. tut. offi. fungi potest.* matrem autem capi à filio (etiamsi expresse in contractu consensisset, se carceri mancipari) esset exemplum execrabile aduersus sanctam naturæ legem, quæ omnes homines, quantumuis barbaros, docet venerari patrem, & matrem; hoc autem naturale ius non interrumpitur, neque tollitur renuntiatione, *vt in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matri. vbi Alex. num. 16. vers. habeo*, scribit, quod pater, patronus, & alij enumerati *in l. sunt qui putant. ff. de re iudi.* non possunt renuntiare beneficio, ne conueniantur vltra quam facere possunt; quod inter alia præstat, ne in carcerem ducantur, *vt dixi* r.3. *nu.2.* at capi fidalgum, non est aduersus sanctam naturæ legem, neq; aduersus bonos mores, cum ad obsequia vilissima se obligare possit: quod multò magis dedecorosum est sui ordinis hominibus, quam duci in carcerem. Præterea priuilegia concedūtur fidalguis, non tam propter dignitatem, quam propter fidem animi sinceram. *l.2. tit.2. lib.4. Ordi. quæ habetur l.2. tit.2. libr. 6. Recop. ibi. Por la gran lealtad, que Dios puso en ellos: mandamos, que les sean guardadas sus franquezas y libertades.*

59 Præterea, non obstat, quod nobilibus maior sit deferendus honos, quam plebeijs *c. de multa. de præbend.* Et quod honor reuerentiam præmittit. *l. honori. ff. de oper. liber.* & quod iuri reuerentiæ causa concesso, renuntiare nemo potest. *l. fi. C. de bon. liber. Ias. in l. si quis in conscribendo. col.5. C. de pact. Decius in l. venia. col. fin. C. de ius vocand.* Vnde eruditissimi viri sentiunt, quod egregiæ personæ non possunt renuntiare priuilegio *l. ad egregias. ff. de iure iurand.* Ita docet *Cin. in l. nec honorem. C. de Episc. & cleric. Alber. & Alex. in d. l. ad egregias. Gomezius in c.2. nu.45. de iudi. in 6. Roman. singula.169. ex textu, in c.2. ad finem, de iudi. in 6.* vbi definitum extat non posse moniales renuntiare priuilegio sibi à iure concesso ne teneantur ad iudicem ire ad ferendum testimonium.

Hæc argumenta non vrgent. Primo, *l. fi. C. de bon. liber.* solum dicit, quod non censetur remissum ius reuerentiale: deinde *l. alia. §. eleganter ff. solu. matr.* dicit ius reuerentiale pacto non tolli, loquitur tamen de reuerentia, quam iure naturæ vxor debet marito, & filius patri; quam pacto velle interrūpere, esset summè barbaricum, esset enim interrumpere præceptū Dei, priuatis pactio-
60 nibus, reuerentia autem quæ nobili debetur, non procedit ex iure naturali: sed ex quadā ordinis congruentia: oportet enim in republica omnia esse politicè disposita, & vt plebeij, & opifices, in quibusdam cedant nobilibus, & vt nobilis (qui vt plurimū diues est) si à fortuna bonis spolietur, non sentiat, vsque ad carcerem, fortunæ iniquitatem: cum

etiam

etiam inops vtilis esse possit reipublicæ: neque quisquam qui sensu non careat, dicet reuerentiam quæ fidalgo debetur esse similem reuerentiæ quę debetur patri: debetur quidem senibus honos, & reuerentia, eamque natura ipsa docet: tamen potest creditor iuuenis conijcere in carcerem debitorum senem, præsertim, quod nobiles nonnunquam ab inuitis plebejis, per tyrannidē honorem extorquent: neque plebeius, vel fidalgus, qui petit pecuniam, tantum honorem debet fidalgo debitori, quantum patri, aliàs non posset eum conuenire in plus quā facere potest, sicut neque patrem, quod est falsum.

61 Non obstat quod beneficium *l. ad egregias ff. de iureiur.* quod reuerentiæ, vel dignitatis causa conceditur nobilibus, non potest renūntiari: quoniam verius est renuntiari posse, & posse nobilem, vel ex pacto, & renuntiatione expressa *d. l. ad egregias*, vel ex renuntiatione tacita, venire ad iudicem ad ferendum testimonium: autore *Cyno. in l. nec honorem C. de obseq. Feli. in c. si diligenti 24. de foro compet. Ias. in d. l. ad egregias num. 1. Gomezius in c. 2. nu. fi. de iudi. in 6.* vt aptissimè probatur *in d. c. 2. de iudi.* vbi probatur personas ibi contentas, non esse cogendas venire ad iudicem inuitas, ad ferendum testimonium: ergo si velint venire poterunt. Quod etiam probatur, *in l. quamuis versi. inuitus ff. de in ius vocan.* iuncta *l. vna. C. eo titulo.*

62 Deinde; quod attinet ad moniales, ideò ad iudicem venire non coguntur, quoniam illarum pleręque clausuram vouent, iniquū que esset fœminas religiosas (quorum conuersatio in cœlis esse debet) misceri hominum turbis, & fori clamoribus: & licet quidam sentiant beneficio legis, *ad egregias*, posse renuntiari in vno quopiam casu: mihi tamen verissimum videtur posse hominem quantumuis nobilissimum promittere se generaliter (quotiescunq; opus fuerit) ad iudicem accessurum, ad ferendum testimonium: quod pro sua prudentia probat *D. Conarruuias in d. relectione c. quamuis pactum in initio 2. partis nu. 8. ver. quinimò.* Neque enim video probabilem dubitandi causam, quo minus vir (quantumuis nobilissimus) possit generaliter renuntiare se accessurum ad iudicem, qui principis sui vices gerens, publicam tranquillitatem tuetur. Quid enim hic fit, quod non maximè fit honorificum?

63 Nam Regis vices gerens omni honore (etiam à nobilissimis) afficitur, & nobilis, nobilitatis priuilegio modestè renuntians, eat ad iudicem, vt hoc sit exemplum: & accedere volens omni laude, propter Christianam modestiam prosequēdus est: Christiana autem virtus, omnes mundi inanes honores, vera gloria, & bonorum virorum æstimatione longissimè superat.

64 Præterea non obstat nostrę opinioni textus in *c. si diligenti de foro competen.* vbi probatur clericum non posse etiam cum iuramento renuntiare priuilegio fori ecclesiastici: & redditur ratio, quoniam id priuilegium concessum fuit ordini sacerdotali, & status ecclesiastici dignitati, sicut beneficium *c. Odoardus de solut.* secundum *Hostiens. & Ioan. And. in d. c. Odoardus. Conarru. lib. 2. varia. c. 1. num. 19. Menoch. lib. 2. de arbitr. centur. 2. casu 183. num. 30. Ioan. Gutierr. de iuram. confirmat. 1. part. c. 17. num. 4.* Ex quo videtur inferri, nobilem non posse renuntiare priuilegio nobilibus concesso, ne in carcerem pro ære alieno trahantur; quoniam id ordini nobilium videtur concessum, vt latissimè post *Baezam, Ioan. Gutierrez d. 1. part. de iuram. confirm. c. 16. à nu. 37. vsq; ad nu. 74.*

65 Sed responde, quod cum præcipua pars publicæ vtilitatis consistat in religione, & in his quæ religionem concernunt, *vt in l. veluti ff. de insti. & iure*; certè ad publicam vtilitatem spectat vt sacerdotes religionis sacri ministri, & diuinæ legis interpretes verè religiosi sint, profanisque turbis, & fori clamoribus non misceantur: vt notat *Felin. in d. c. si diligenti. num. 24. Couarr. in rep. c. quamuis pactum in initio 2. partis col. pen.* B. Paulus inquit. *Seruus Dei non litiget.* Quare cum hoc prophani non seruent, & Sacerdotes à litibus non abstineant: saltem illud videtur omninò concedendum sacerdotalis ordinis dignitati, vt suum habeant sacerdotes peculiarem, & quasi sacrum iudicem; neque in foro publico prophani videant sacerdotem litigantem, cum iuxta verbum diuinum, *Arma sacerdotum preces & lacrymæ sint c. non pila quærant c. conuenior. ante medium 23. quæst. 8. c. vltim. 36. distin.* Habent iure optimo sacerdotes suum peculiarem iudicem, qui lites inter eos paterna charitate componat, & deficiat: hoc autem rectissimè dicitur spectare ad publicam vtilitatem, cum ad religionem spectet: at non est aduersus publicam vtilitatem, vt nobilis detrudatur in carcerem, alioqui nunquam nobilis carcere premeretur vlla ex causa. Neque obstat si quis dicat, quod nobiles militiæ assueti, Regnum ab hostium iniuria, pugnaci manu defendunt; nam hac sanè via neque plebei, qui multò plures militant in tanta exercitus multitudine, possent ob æs alienum detrudi in carcerem.

Neque vlla fit iniuria ordini nobilium,
66 ex eo quod vnus nobilis ex propria renuntiatione, non vero ex ordinis indignitate detrudatur in carcerem: nam si velit, etiam potest esse faber ferrarius, neq; hoc prohibetur, etiamsi videatur esse aduersus nobilium dignitatem.

Præterea non obstāt duodecim argumen
67 ta, quæ protulit *Ferdinandus Vasquius illust. lib. 3. §. 22. numer. 75.* Primo non obstat *l. fin.*

l. fi. C. de pact. pign. vbi pactum legis commissoriæ prohibetur à lege, quia asperum: qua ratione ei legi non posse renũtiari, scribit *Bart. & DD. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor.* vnde infert Vasquius, quod cum esse in carcere, sit durissimum, quod fidalgus non poterit renuntiare priuilegio, ne ducatur in carcerem. Sed responde, quod esse in carcere, non minus durum est fidalgo, quam plebeio, nam *l. in seru. ff. de pœnis.*

68 Quæ dicit, quod quælibet molestia personalis durior est, quam rerum amissio, non magis loquitur in fidalgo, quam in plebeio, vterque enim ex ossibus, & mollissima carne compositus est. Deinde, quid si is qui non est fidalgus, mercator est, vmbræ, & molli otio assuetus, an huic non longè durior est carcer, quam fidalgo? Vtique est, attamen in carcerem ducitur pro ære alieno, non obstante argumento *l. fin. C. de pactis pignorum*. Deinde, quid si plebeius tenuissima valetudine vtitur? an ideò non poterit duci in carcerem, quod corpus delicatum acerbius feret carceris molestiam: quis hoc affirmare ausit?

69 Deinde pactum legis commissoriæ, non ideò solum reijcitur, quia asperum est, sed quia est impium, & iniquum, & prorsus iniustum, cumque summa fraude coniunctum, vt dicitur *in d. l. finali. C. de pact. pigno.* ibi. *Quoniam inter alias captiones præcipuè commissoriæ pignorum legis, crescit asperitas.* Quare æquissimum est, vt renuntiatio eius legis non sufficiat ad hoc, vt dans pignus cum pacto legis commissoriæ, amittat rem suam, pro vili pretio: esset enim æquissimũ: sicut esset iniquum, vt promittens vsuras cogeretur ad earum solutionem, ex eo quod renunciet legi vetanti vsuras.

Rursus adfert *Vasquius textum in cap. si diligenti, de foro competent.* & quod cum ibi renuntiatio iurata, non tollat priuilegium fori, multo magis simplex renuntiatio non tollet priuilegium, ne nobilis in carcerem ducatur, cum amissio priuilegij huius, sit nobili longè calamitosior, quam clerico amissio fori; cum carcer æquiparetur captiuitati.

70 Sed responde, quod hac sanè ratione, neque nobilis renuntians suo priuilegio cum iuramento, posset conijci in carcerem: contrarium tamen docet ipse Vasquius, vt infra dicam.

Deinde responde, quod ideò *in cap. si diligenti*, renũtiatio fori non valet, quia tolleretur sua iurisdictio Pontifici, & iudici ecclesiastico, & læderetur puritas, & dignitas sacerdotalis, si clericus, diuinæ contemplationi destinatus, misceretur prophani fori clamoribus, vt dixi *supra num. 39.* At non læditur religio, nec publica vtilitas (quæ in religione præcipuè consistit) ex eo quod nobilis pro ære alieno denotato, ducatur in carcerem.

71 Deinde adducit *l. si quando. §. & generaliter. C. de in offi. testam. ibi, quam pactionibus adstringendos,* iunctis illis verbis, *minimè prægrauari.* Ergo, cum ibi pactum improbetur, quia plus æquo renuntians adstringitur, ita, & hic renuntiatio improbanda, quia fidalgus arctissimè adstringetur, & carceris molestia grauabitur. Sed responde, quod *l. si quando* loquitur in patre, qui aduersus naturæ legem, qua docetur diligere filium, ei grauissimam legem iniquis pactis imponit: hoc autem optimo iure improbatur, vt dixi vers. Præterea, non obstat, quod fœmina & violator legis naturæ, pactis vim allegare aduersus filium non potest, quem pro iure suo videtur ad quiduis faciendum impellere posse. Deinde, hic non fit pactum, vt conijciatur in carcerem, sed quod in defectum non solutæ pecuniæ, cogatur spreto nobilitatis priuilegio.

72 Præterea adducit *l. vt vim. ff. de iusti. & iur. ibi. Et cum cognationem quandam inter nos natura constituerit, hominem homini insidiari nefas est.* Et quod tollere homini libertatem, est ei insidiari. Sed hoc non magis quadrat fidalgo, quam plebeio: vtique enim insidiari nefas est; nihilominus tamen admissum est, vt plebeius ex pacto possit conijci in carcerem publicum. Deinde hic non fit pactum vt fidalgus conijciatur in carcerem, sed vt soluat rem alienam, & quod non soluendo, carcere cogatur ad reponendum alienum.

73 Quinto adfert *l. 1. §. qua onerandæ. ff. quar. rerum act. non det. ibi. Semperque sit metu exactionis subiectus, propter quod, quiduis sustineat patrono præcipiente.* Et quod, cum hæc subiectio non toleretur fauore patroni, qui libertatem (donum inæstimabile) dedit liberto, multo minus tolerandum in fidalgo, qui nullum beneficium accepit. Sed responde, quod immò accepit plus quam beneficium, scilicet pecuniam, quæ ad transigendam miseram huius caducæ vitæ fragilitatem, non minus confert quam sanguis.

Deinde, responde, quod lex illa loquitur, quando libertus cupiditate consequendi libertatem, durissima promisit domino, vt eum manumitteret, & dominus voluit illum metu exactionis semper habere subiectum, ideò durissima imposuit. At hic fidalgus liber erat, neque metu renuntiationis erit subiectus, cum solutione liberetur; soluere autem quod debes, sanctissimum est; neque dimittitur peccatum, nisi reponas quod à fratre accepisti.

Neque obstat, si quis obijciat, quod §. *qua onerandæ.* habet etiam locum, quando accepta iam libertate, libertus onerosa promisit. Id enim verum non est, nisi constet libertum metu solo, vel nimia patroni reuerentia, ira se subiecisse, vt pœnali stipulationi se subijceret, vt ibi probatur expressè:

at

at hic fidalgus,neq; metu,neq;patroni reuerentia se submisit, neque creditor patronus est,imò neque creditor, quousq; contractus sit absolutus perfectus, & celebratus.

74 Rursus allegat, quod pater contra pietatem tractans filium, cogitur illum emancipare.*l. fin. ff. si quis à pat. fuer. manu.* & quod cum asperitas patris, non toleretur in filios, qui patribus tantum debent: multò minus tolerabitur hæc asperitas ab eo, cui nihil debemus. Sed hoc argumentum parum habet roboris; nam hac ratione nullus, neque nobilis, neque ignobilis pateretur carcerem pro ære alieno; nam *l. fi.* non minus loquitur in nobili, quam in plebeio. Deinde, hic non conijcitur quis in carcerem directè, neque simpliciter, sed in defectum alieni æris non soluti.

75 Preterea adfert *l. libertos. C. de obseq.* ibi, *Cum nobis cordis est ingenuis magis hominibus, quam libertis rempublicam frequentari*. Sed hac ratione nullus nobilis pateretur carcerem: nam, & ignobiles ingenui sunt; & ingenuis hominibus præstat rempublicam frequentari.

Deinde notat eam legem ibi, *Neque vincula perpeti*, & ibi, *potius obsequium, quam seruile ministerium*. Sed quid hoc ad rem, de qua agimus? alioquin ex eo textu nullus patietur vincula pro ære alieno,quod est simpliciter falsum. Deinde, illa lex in alio casu loquitur, scilicet in liberto qui operas non promisit: & dicit textus, quod cum operas non promiserit, nón est pro eis conijciendus in vincula. Quid hoc ad nostrum tractatum, vbi nobilis promittens solutionem rei quam accepit, renuntiat priuilegijs fidalguiæ, aliàs rem non accepturus?

76 Rursus profert *l. fin. C. de non num. pecu.* quæ nihil in eo iudicio euincit: nam licet confessio iurata, de numerata pecunia, non impediat exceptionem non numeratæ pecuniæ, quia mutua pecunia egentes, facilè sese ad quiuis obligant: tamen hic fidalgus pecuniam accipit; quod si non accipiat, renuntiatio fidalguiæ nihil nocebit; & exceptione non numeratæ pecuniæ tutus erit iuxta *dict. l. fin.*

Postremò allegat, quod si nobilis posset priuilegio hidalguiæ renuntiare: iam olim tabelliones eam clausulam suis scripturis adiecissent. Sed hęc coniectura ad iuris, & institiæ lucem parum facit: nam quotidie tabelliones nouas addunt clausulas, & renuntiationes maioribus nostris inauditas, vt patet conferenti instrumentum emptionis, factum ante centum annos cum his quæ hodie fiunt, non tamen inde infertur, quod nouæ clausulæ non habent firmitatis robur.

77 Deinde *Vasquius* non euacuat vim *l. 4. tit. 2. lib. 4. Ordinat.* quæ habetur *l. 4. titul. 2. lib. 6. Recop.* dicens, quod nobilis, per conductionem Regij vectigalis amittit priuilegium nobilitatis: tamen, quod id expressè facere non posset: sicuti videmus in clerico, qui expressè non potest abdicare à se priuilegium fori sacerdotalis, vt supra vidisti *nu. 64.* tacitè tamen bene potest, videlicet exercendo artem turpem. *c. vniuersalis de senten. excom. iuncto c. 1. de cleric. coniuga. in 6. Alex. conf. 8. nu. 2. lib. 1.* Quare dicit, quod nobilis conducendo Regia vectigalia, amittit priuilegium nobilitatis; non tamen id expressè facere posset, vt insinuat *d. l. 4. Ordina. & d. l. 4. Recop.* ibi: *Saluo sino fuere arrendador de nuestros pechos, y derechos: porque en tal caso, el mesmo quebranta su libertad.*

Deinde adducit, quod cum nobilis amittit priuilegium nobilitatis ex conductione Regij vectigalis, vel clericus priuilegium fori, potius videntur eis adimi, tanquam indignis, quam amittere ea, ex remissione. Sed certè *l. 1. Ordinam. & Recopil.* non tam vrget, dum disponit, quod nobilis conducens Regia vectigalia potest capi, quam in ratione generali, quam statim subiicit ibi, *Porque el mismo quebranta su libertad*. Nam de iure, cum ratio est generalior lege, extenditur vltra casum legis. *l. 1. §. sexum, & ibi Bart. ff. de postu. Bal. in l. generali. C. de Episc. & cler. Ias. in auth. quas actiones. nu. 17. C. de Sacros. Eccles.* Rursus, non potest videri adimi in *d. l. 4. Ordi. & Recop.* priuilegium ob indignitatem, non enim admittitur: sed dicit, quod non gaudet priuilegio nobilitatis.

78 Non enim conducere Regia vectigalia, res est indigna, ea indignitate, quæ pœnam (hoc est priuilegij amissionem) promereatur; sed nobilis non gaudet priuilegio fauore census Regij.

79 Eequod adfert de sacerdote, dissimile est: nam sacerdotem exercere artem turpem, (pura histrionicam) res est indigna, quæ coherciouem, & amissionem fori meretur: at nobilem conducere Regia vectigalia, non est res indigna, hoc est impia, criminosa, vel turpis, sed forsan est minus honorifica, quam nobilem deceat: alioqui conductor Regij vectigalis amitteret omnia priuilegia nobilitatis, sed non amittit.

80 Nam neq; mercatura, neque exercitium artis vilissimæ, tollit Fidalgo priuilegium nobilitatis, licet harum rerum exercitium multò vilius sit, quam conducere Regia vectigalia: vt dixi *supra nu. 34.* Cur ergo tollat conductio Regij vectigalis ea ratione, quod est res indigna, hoc est minus dedecorosa, quam exercitium mercaturæ, aut artis vilis?

81 Certè nobilis conductor Regij vectigalis non amittit priuilegium nobilitatis, nisi solum quoad hoc, vt possit duci in carcerem, vt in *d. l.* probatur, quod non ob aliud statuitur, nisi vt Regius census, ad defensionem communis patriæ necessarius, incolumis sit, non autem ob indignitatem, alioqui omnia

omnia priuilegia nobilitatis amitteret. Et quod illud non disponatur ob indignitatem conductionis, probatur: quoniam vbicumque quis debet pecuniam Regi, ex quacumque causa debeat, non gaudet priuilegio nobilitatis, *vt in d.l.4.Ordina.& Recopila.*

Non omittendum, quod Celsus verbo *hidalgo,vers.7.* inquit, hidalgum conducentem Regia vectigalia amittere priuilegium immunitatis à carcere, ex ratione, quam reddit in verbo *arrendador*, *vers.7.* scilicet quoniam Iure Regio prohibitum est, *que el cauallero* non conducat Regia vectigalia. *leg.6.titul.1.lib.6.Ordi.* Sed errat, quoniam ibi *cauallero* significat hominem potentem, à quo non facilè exigeretur Regium vectigal: alioqui si ob transgressionem illius legis fidalgus amitteret priuilegiũ, non amitteret illud conducendo redditus Ecclesiæ, vel gymnasij Salmãticensis. Vtrumq; enim prohibetur *al cauallero,in d.l.6.* manifestum autem est, quod si conducat redditus gymnasij Salmãticensis, quod non ideò amisso priuilegio nobilitatis poterit ratione redditus conijci in carcerem: cum de ea re non sit lex, neque inducenda sit priuatio, nisi in casibus à iure expressis, *vt in Auth.de non eligen. secun.nuben.§.cum igitur. Bal. in auth. ex testamento, num.5. C. de secu. nupt. Ias. in l.cum quidam.ff.de libe.& posthu.& in l.quod te mihi, col. antepen. ff. si cert. peta. & in l.2. num.39.ff. de vulg. & in l. ab hostibus.ff. solu. matrimon.*

Non videtur prætereundum, ne quis labatur imprudens, quod disposita *d.l.6.* non descendunt à dispositione *l.milites.C.de loca.* nam ibi ideo militibus Romanis, qui semper in armis erant, prohibebatur esse conductores (etiam ruris) ne omisso armorum vsu fierent agricolæ. At quid hoc *al cauallero*? alioquin etiam non poterit conducere rus, sicut miles non poterat; quod est falsum. *Cauallero,in d.l.6.* significat virum nobilem, diuitiarum splẽdore potentem, quod receptus vsus loquendi satis probat.

82 Hactenus aliena argumenta retuli: & profectò mirum videri potest, quod qui hanc tuentur opinionem, non adduxerint illud, quod magis vrget: scilicet quod miles (cui iure conceditur priuilegium, ne teneatur vltra quam facere potest *l.miles.ff. de re indi.* quod inter alia præstat, ne pro ære alieno in carcerem ducatur, vt dixi *cap.3.nu.2.*) non potest suo priuilegio renuntiare, ita docuit *Iacobus Rauen. in l. si crediderit. ff. de pact. quod putat verum Alex. in l. alia.§.1. elegan-ter nu.16.vers. in milite. ff. solut. matr. Ias. in l.miles. col.1.ff. de re iudi. Butrius cons.41. incip. satis puto:* quoniam id priuilegium cõpetit personæ: ergo cum immunitas à carcere cõpetat personę fidalgui, videtur, quod ei non possit renuntiari.

83 Deinde donator non potest renuntiare suo priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere potest; quod docuit *Iacobus Ray.* in loco supra citato: quoniam non minus est priuilegiatus donator, quam maritus *l. & exhæredatum.ff.de re iudi. & idem videtur tacitè sensisse Imola in l.ex diuerso.§.fin.ff.solut. matr.* dum docet, quod maritus, & donator, possunt etiam latæ sententiæ opponere suũ priuilegium, licet alij habentes idem priuilegium, non possent; & subijcit rationem: quoniam cum expressè possint suo priuilegio renuntiare, multò minus tacitè, omittẽdo oppositionem exceptionis, argum. *l.qui ad certum.ff. locati.& l.si sponsus.§.si maritus. ff. de donatio. inter virum, & vxorem.* Sed certè idem dicendum in alijs idem priuilegium habentibus, quoniam hæc exceptio moderatur sententiam, & non conuellit eã: neque repugnat eius decreto, ideò generaliter opponi potest, etiam post sententiam. *l.Nesennius. ff. de re iudicata. DD. in d.l. ex diuerso.§. fin. Alexander in d.§.eleganter.*

Hæc argumẽta me non cogunt à sententia discedere, si cuiusque rei vera ratio expendatur. Primo, donatorem non posse suo priuilegio renuntiare, falsum est; docet *Alexander in d.§. eleganter,num.16.vers.reperio. & Bart. ibidem, col.1.* quia priuilegium non datur personæ, sed contractui. Deinde, quod attinet ad militem, puto, non posse suo priuilegio renuntiare, ne ducatur in carcerem, quoniam si posset duci in carcerem, respublica, à qua alitur, & quæ eius opera defenditur, periclitaretur: hæc ratio colligitur *ex l.milites. C. de locato.* Vbi postquam lex dixit, militem non posse conducere, neque fideiubere pro conductore: subijcit rationem. *Ne omisso armorum vsu ad opus rusticum se conferant, & vicinis graues præsumptione militaris cinguli existant. Armis autem non priuatis negotijs occupentur, vt numeris & signis suis iugiter inhærentes, rempublicam, à qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendant.*

84 Ergo cum miles prohibeatur conducere, quia esset impedimentum militaris exercitij, vt significat *Alexander in l.miles ita, de re iudicata, & Gabriel Sarai. in addit.ad Matthe silanum. sing. 61.* Certè menti legis videtur conforme, ne possit renuntiare beneficio, ne conueniatur vltra quam facere possit: quoniam si valeret renuntiatio, posset duci in carcerem, deinde spoliaretur facultatibus ad alimenta necessarijs, si deberet Regi ex alia causa, quam conductionis, & tamen vbicumque debet Regi, non gaudet priuilegio, vt supra. Item, si ideo esset, quod si careret alimentis, non posset militare, nam absque alimentis non viuitur, quod intellige, iuxta *l.6. tit.5. part.3.* Sed quid hoc ad temporarios milites nostri Regni? nam de his qui equestri militiæ apud Neapolim dant operam, aliud sentio, *vt per Zasium in tracta. Substitutionum. col. 630. l.29. tit.14. part.5. Alexand.l.Centurio. nu.23. de vulg.*

l.6.

l.6.tit.29. part.3. Deinde, quid hoc ad fidalgos, qui non militant more Romanorum militum?

Illi enim in bello, & pace, in otio, & in negotio, semper in armis erant, & à republica (dato stipendio) alebantur, eisque propter vsum armorum tribuebatur priuilegiũ, non vero propter nobilitatem: alioqui nimes nobiles Romani gaudebant militari priuilegio, quod est ridiculum, aliud enim est militia, aliud nobilitas.

86 Ergo cum aliud sit, esse militem, aliud esse fidalgum; fidalgus enim est nobilis, sed non est miles; certè non sequitur, miles non potest renunciare suo priuilegio, ergo neque fidalgus: alioqui, neque fidalgus poterit rem conducere, quoniam miles non potest, *vt in d.l. milites. C. de locato.* quod est simpliciter falsum. Deinde sequeretur, quod fidalgus, vel nobilis, non teneretur in plus quam facere posset; quod est falsum. Deinde, in eis est dispar ratio: nam, fidalguia est priuilegium, à maioribus iure sanguinis deriuatum: miles, non iure sanguinis, sed propter militare exercitium, reipublicæ, bellorum tempore vtile, armatur priuilegio, cui posse renunciare, esset rempublicam perdere, nimirum periclitaretur suis defensoribus orbata.

87 Non obstat si quis ineptè argutus exaggeret rationem Alexandri *dicto numero.16. & Iasonis in l. miles col.1. ff. de re iudi.* vbi dicit, quod miles non potest suo priuilegio renunciare, quia priuilegium competit personæ: vnde videtur, quod idem in fidalgo, quia competit personæ. Respondetur quod priuilegium militare, non datur personæ simpliciter, sed militari exercitio; quod liquido constat, quia miles non militans, non gaudet priuilegio, nisi sit in seruitio Regis. *l.pen.C. de testa. milit. & Bart. & Doctores in l. miles. ff. de iudi. l.29. titulo 14. partita 3. l.6. tit.5. partita 3. l.31. tit.4. partita 4. l.15. tit.1. partita 1.* Quare verba Alexandri, & Iasonis candidè sunt interpretanda, non ineptè exaggeranda: nam priuilegium militare, cõpetit personæ propter exercitium militare, quod deserere nõ potest, sed non simpliciter propter personam; at priuilegium fidalgui, non datur propter personam, neque propter exercitiũ personæ, sed quoniam descendũt à maioribus, eo priuilegio ornatis. Itaque est ius quod competit propter sanguinem, nõ propter personam: immò, ius & priuilegiũ datum propter personam, & propter eruditionem, vel professionem scientiæ, potest renunciari, *vt iure Regio probatur in l.8. in finalibus verbis tit.fin. parti.2.*

88 Priuilegium autem militare seruandum in militibus Diui Ioannis, qui perpetuo reipublicæ militant; & in militibus, qui hodie Neapoli Regi militant, *vt per Zasium, in tractatu subst. col.630. latè Alexand. in l. Centurio. num.23. ff. de vulga.* An autem miles debeat esse armatus, vt gaudeat priuilegio militari, *vide lib.4. Ordina. tit. De los caualleros, & tit.1. lib.6. Recopil. Antendum. in dictionario, verbo: Cauallero.* Et an milites nostri temporis gaudeant priuilegio militari, *vide Rip. in l. Centurio. ff. de vulg. Afflic. in constitutionibus Sicil. Rubr. 9. lib.1. num.28. & lib.2. Rubr. 31. numero 28. Doctores in l. miles. ff. de re iud. & in l.1. C. de iur. & fact. ignor. Ias. in l. miles. ff. de re iudi. & ibi Alexand. nu.23. & melius nu. 24.* qui referunt alios, & tractant, an milites vacantes otio, & mercaturæ, & non armis, possint torqueri, vel pro ære alieno capi. Sed ego, cum loquantur aduersus legem, certè si non militent, eos non excusabo, nisi aliud admittat consuetudo.

Redeundo ad quæstionem, quod nobilis non possit renunciare priuilegio nobilitatis: illud aliquẽ mouere posset, quod si hoc admittatur, breui tabelliones, in addendis nouis clausulis vsq; ad iniquitatem curiosi, hanc nouam clausulã perpetuo inserẽt scripturis suis, priuilegiumq; hoc, rectâ ratione nobilitati concessum, in æternum exulabit. Quod autem hoc priuilegium (quod ob æs alienum nobiles non detruduntur in carcerem) non sit iniquum, patet; quoniam maximè discedit à rigidissima dispositione

89 huius legis. Carcer enim videtur esse causa prænia ad addicendum inopem debitorem creditori, quod durissimum est, & pœnæ corporali prorsus par.

Sed neque hoc argumentum me trahit in eam sententiam: nam hac sanè ratione statuendũ esset, ne fœminæ renunciare possent Velleiano: & ne minores priuilegio minoribus concesso iureiurando renunciarent, quoniam tabelliones in omnibus scripturis à fœminis factis addunt renunciationem Velleiani, atq; item minoris ætatis beneficia addito iureiurando inania prorsus efficiũt, Hæc autem beneficia, rectissima naturæ ratione subsistunt (oportet enim fœminarum, & minorum imbecilli ingenio succurri) nihilominus tamen, res æquissima, naturæ conformis, & tot legibus constituta, tollitur renunciatione, quę tam familiaris est tabellionibus, vt nulla magis: atque adeo bonus tabellio non haberetur, qui eam non adderet. Credoq; prorsus, ideò hactenus nõ inferri nobilitatis renunciationem, quoniam probrosum quiddam continet, videturque cotrahenti malè ominari. Quare illi qui sunt ferociori ingenio, renunciationem indignissimè ferrent, nisi de ea re pactum cum contrahente factum fuisset.

90 Nam renunciare minoris ætatis, & Velleiani beneficio, non est dedecorosum fœminæ, neque minori, etiamsi Principes sint: ideò tabellio sponte sua, (etiam à parte non admonitus) addit renunciationem. At renunciare nobilitati, nescio quid continet,

 quod

quod fidalgum contrahentem & premit, & deprimit, tristemque euentum pollicetur: ideò tabellio renuntiationem nunquam audebit addere, nisi à partibus admonitus: alioqui oportet eum parare manus; quod videatur ad duriores conditiones virum nobilem insolentibus clausulis adigere; quod omnibus nobilibus bilem mouebit. Itaque non est periculum, ne hæc clausula addatur ex more omnibus scripturis: nullus enim tabellio tale quippiam audebit facere, nisi disertè à partibus admonitus, & vix ipsa pars audebit dicere nobili, vt renunriet nobilitatem. Denunciet enim ei carcerem, & quod non erit soluendo: oporteatq; qui tale quippiam petierit, esse probè loricatum. Mihi hæc opinio verior videtur.

91 Est autem res manifestior, cum nobilis iurat renuntiationem: nam, & ipse Vasquius qui rem, tot telis, tot argumentis communiuit, dicit, renuntiationem indubitanter valere, si adsit iuramentum: ita docet *in tractatu de successio. 1. part. lib. 3. §. 28. limitatione. 32. numero 19. versic. & sic hanc partem.*

92 Quoniam iuramentum seruandum vbicumque seruari potest absque interitu salutis æternæ. *c. cum contingat, de iure iuran.*

Confirmatur hæc opinio: quoniam beneficium *Auth. hoc nisi. C. de solut.* inductum in fauorem debitorum, non potest renuntiari: vti scripserunt nonnulli, quos retuli, *capit. 1. num. 49. versic. adeò autem hoc remedium*; tamen addito iuramento renuntiatio valida est, autore *Ripa in l. 2. §. mutui datio, num. 28. vers. item. ff. si certum petat.* de quare dixi *dicto c. 1. num. 56.*

93 Quod confirmatur: quoniam licet debitor facti, liberetur præstando interesse, non liberatur offerendo interesse, si factum iureiurando promisit, vt docui *c. 1. num. 6. vers. præterea qui promisit.*

Rursus hæc opinio esset magis expedita, si nobilis tempore contractus, vel tempore, quo de eo ineundo agebatur, affirmauit se nobilem non esse: tunc enim, renuntiatio facta ex abundantia, valida erit dolusque nocebit nobili, ita, vt renuntiationem imputare non possit. Decepit enim contrahentem, qui à contractu abstineret, nisi crederet eum nobilem non esse: dolo autem alterius nemo prægrauari debet *c. nemo debet, de regul. iur. in 6.* & hoc casu non ex sola renuntiatione, sed ex affirmatione inductus sum, ad contrahendum, & dolus ei nocere debet, non minus quam renuntiatio.

94 Quinimò, etiamsi non renuntiaret priuilegio nobilitatis, videtur quod solus dolus excludet eum, si alleget priuilegium nobilitatis: minor enim, qui se maiorem asserit, non restituitur *l. 2. C. si minor, se maior dixe. l. 6. tit. 19. par. 6. l. 1. in fin. titul. 10. par. 5. facit. l. 115. titul. 18. par. 3.* & fœmina simulans se virum, non iuuatur Velleiano *l. fœminis. C. ad Velleian. l. si decipiendi. ff. eo titul.* & filius familias asserens se sui iuris esse, non iuuatur Macedoniano. *l. eum qui ff. ad Macedo. DD. l. 1. C. eo titul.* Sic mulier asserens, rem quæ venditur, non esse dotalem, non potest alienationem impugnare: vti scripsi in Tractatu de non meliorandis dotis nomine filiabus *capit. 30. vers. sic mulier. vbi alia similia protuli.*

93 Illud tamē oportet animaduerteret, quòd asseueratio nobilis, dicentis se ignobilem esse, non suffragabitur creditori, si sciebat asseuerationem falsam esse, & contrahentem esse nobilem; tunc enim non decipitur, & sibi ipsi præcipitium parat.

Hæc limitatio suadetur: quoniam non fit fraus scienti *l. cum donationis. C. de transactio.* Quare filius familias mutuum accipiēs asseuerando se sui iuris esse, potest nihilominus vti beneficio Macedoniani, si creditor sciebat illud esse falsum: quod prudenter docuit *Dinus cons. incip. iure municipali cauetur. Alex. cons. 122. col. 2. lib. 6. & alij quos citaui dict. cap. 30. num. 12. vers. quod tamen limitandum.*

96 Facit quod scribit *Antonius Gomezius in l. 79. Tauri, num. 4.* quod nobilis tempore contractus negans se nobilem, potest duci in carcerem, *arg. l. qui cum se. ff. de re iudic.* quod limitat, nisi mutuans sciebat negationem esse falsam: addit tamen, quod nobilis negans per ignorantiam se nobilem esse, non amitteret priuilegium nobilitatis, *argum. c. 1. §. vassal. el. 1. si de feud. defuncti fuerit contron. inter domi. & agna. & ibi Bald.*

Confirmatur: quoniam hic non est dolus, neque renuntiatio tacita, neque expressa: nemo enim videtur renuntiare iuri, quod nescit sibi competere *l. mater decedens. C. de inoffi. testamen.* Nam pœna negantis, cessat cessante dolo: *Ias. in l. 1. num. 15. C. de transact. Aluarottus & Prepo. in dict. §. vassallus. Iacobinus sancti Georgi. in tract. feud. verbo dictique vassalli promiserunt, non committere feloniam. col. 8. vers. vndecima causa. Zasius in epitom. feud. par. 10. col. 7. Angel. & Rapha. Comens. in l. sed hoc ita. §. quod autem. ff. de re indi.*

97 Rursus, renuntiatio nobilitatis facta ab eo, qui nobilis est priuilegio, non verò iure sanguinis, nō poterit vllo modo impugnari: hic enim non quadrant illa argumēta, quæ pertinaciter indoctis, & arroganter pertinacib. placent, non posse (scilicet) renūtiari ius sanguinis, &c. quæ vulgò proferuntur.

Præterea, hic non est nobilis, sed habet priuilegia nobilium: priuilegio autem suo quilibet renuntiare potest *l. penult. C. de pactis.* Neque enim pecunia emi potest virtus, vel generositas vera, *vt inquit Euripides apud Stobæum sermone 85.* & in prouerbium apud nos abijt, *El Rey no puede hazer hidalgo.*

Deinde, neque absurdum, neq; iniquum est, vt priuilegium nobilitatis adeptus (data

forsan

stoniam pecunia) illo careat, accepta pecunia à creditore ea conditione, vt non gaudeat priuilegio nobilitatis.

Postremo res venalis, non maiorum recte factis, sed opibus parta, non est eius dignitatis, vt absurdum sit renuntiationem eius admitti; cum tota hæc nobilitas, non alias habeat radices, quam crumenam egenti Principi oblatam: satis est quod hic gaudeat priuilegijs nobilitatis: sed iniquum, & stultum est iudicare, quod volens, non possit eam renuntiare, cum res de facili redeat ad suam naturam. *c. ab exordio. dist. 75. l. si vnus §. pactus ne peteret. ff. de pact. l. 1. qui alias Attilicinus. ff. de seru. rusti. prædi.* Idem sentio, de his qui muneris ratione, nobilium priuilegijs gaudent, puta monetarij, & similes, de quibus *in l. 1. tit. 20. De la casa de la moneda, y sus officiales, essenciones, priuilegios, y jurisdicion. lib. 5. Recopil.*

Illud tamen longo indice notandũ: quod si quis à Principe habeat priuilegium nobilitatis, quo ad hoc, vt ob æs alienum non conijciatur in carcerem: certè si Princeps id concessit, vt expeditius sibi militaret, non poterit ei priuilegio renuntiare, neq; renuntiatio valebit; ne Princeps, cuius nomen potius est, spolietur suo milite, quem ad Regni defensionem parauit. Quod intelligo pro tempore ad bellum necessario, non vero cum absoluto tempore belli domi sedet. *l. 6. tit. 5. part. 6.* Sit exemplum: Philippus Rex Catholicus, salubri consilio (vt Ducum suorum rapinas auerteret) militiam nauralem instituit, datoq; in pace, & bello stipendio milites conduxit, vt primo statim mitescente vere, classis ad maritimæ oræ præsidium educatur; illudq. priuilegij nomine concessit, ne ob æs alienum in carcerem ducantur. Finge militem huic priuilegio renuntiasse, an poterit duci in carcerem? Certè, tempore, quo bellica expeditio facienda est, non poterit; ne Princeps careat obsequio sibi debito, cuius obligatio antiquior est quam nomen creditoris. Hæc opinio probatur *in l. milites. C. de loca.* vbi miles conducens prædium, non obligatur, ne respublica eius opera careat. Rursus probatur, quoniam ratio, quare antiquitus milites non conueniebantur vltra quam facere possent, erat, ne pre inopia cogerētur deserere militiam, *vt per Alexandrum in l. miles ità ff. de re iud.* ergo creditorum consensus sufficere non debet. Rursus probatur *in l. præsenti. §. sane. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt.* Vbi

100 immunitas Ecclesiastica non prodest seruo, neque alteri obsequium præstare obligato, ne dominus eius obsequio fraudetur.

Sic, licet quis ex suo facto amittat priuilegium nobilitatis, tenetur tamen subire onus nobilitati impositum, quatenus separabilia sunt *Bart. l. 1. col. pen. ver. ex quo infero. C. de dignit. lib. 12. Facit l. 3. §. fin. ff. de interd. & releg. Notant Pla. & Ang. in d. l. 1.* *Feli. & Deci. in c. intelleximus de iudi. Ripa in l. fin. quæst. 50. C. de reuoc. donat. Ias. in rubr. ff. de iust. & iure. vers. 5. facit col. final. Ang. Aretin. in tract. malefi. verbo Sempronium. col. final.* Si tamen debitor destinato consilio, vt priorum creditorum manus effugeret, huic militiæ se adscripsit, certè affectata militia ei prodesse non debet: textus est expressus *in l. si quis decurio. C. de decurio. ibi: Si quis decurio, aut subiectus curiæ ausus fuerit vllam affectare militiam, nulla temporis præscriptione muniatur*: idem probatur *in l. si maritus in 2. §. legis. ff. ad l. Iul. de adult. ibi. Cæterum si euitandi criminis sui causa id egit vt reip. causa abesset, nihil illi commentum hoc proficiat*: optimus textus *in l. semper. §. Diuis quoq. Plus. ff. de iure immun. ibi. Illud exortiatur, an effugiendorum munerum causa imaginem nauicularij induat.* Sic; si quis in fraudem ingrediatur religionem, vel suscipiat sacros ordines, nõ potest opponere priuilegium sacerdotale *Bal. in Auth. cassa, quæ fit cum monacho. col. 1. C. de Episc. & cler. Bar. in l. 1. col. 3. ff. de pæn. Abb. c. col. pen. obli. ad ratiocin.* Sic corrumpẽs consanguineam, vt Pontifex procliuior sit ad dispẽsandum, vt cum ea contrahat matrimonium, indignus est dispensatione.

Sed vidi quæstionem hanc apud Senatores huius grauissimi Granatensis Prætorij agitari. Quidam nobilis à Paulo centum mutuatus promisit soluere, ac si esset pecunia Regis, his verbis apud nos maximè vsitatis: *Prometo de pagarlos, como marauedis y auer de su Mageſtad.* Quærebatur, an videretur renuntiasse priuilegio nobilitatis, nam nobilis debens Regi non potest aduersus eũ opponere priuilegium nobilitatis, vt in carcerem non ducatur si non soluat. *l. 4. tit. 2. lib. 4. Ordina. l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopilat.*

101 Equidem si tacitè, vel expressè constet de voluntate, & mente contrahentium, ei stabo: nam contractus ex conuentione legem accipit, & in contractibus mens contrahentium spectanda, & per omnia seruanda *l. fin. C. quæ res pig. oblig. poss. & in l. sed Celsus. §. si fundus. ff. de contrahend. empt. glos. pen. in l. si in venditione. ff. com. prædi. & in l. ita stipulatus, la grande, cum glos. in ver. ex sententia. ff. de verb. oblig. Ias. in l. 3. col. 2. C. de lib. præte. vel exhære.* Si autem de voluntate non constet, nihilque proferatur, præter hec verba, in instrumento descripta, profectò non credam voluisse renuntiare priuilegio nobilitatis, sed retulisse se ad breuem

102 soluendi diem. Nam Princeps pecuniam suã peculiari celeritate exigit: neq. admittendum est, vt ex verbis generalibus congruum sensum iuxta superiorẽ interpretationẽ habentibus inducatur tanti priuilegij amissio: hic enim, nullum est verbum renũtiationis priuilegij, nisi per relationem ad aliud, scilicet ad Regiam pecuniam, & quod Regia pecunia seuerè nullo obstante

priuilegio exigitur. Hæc autem verborum inductio sufficere nō debet; nam renuntiatio, vt noceat, debet esse specialis, expressa, & diserta, vt prudentissimè scribit *Abbas post alios in c. cum contingat nu. 23. & 24. de iur. iur.* Et nemo videtur renuntiare suo priuilegio *Ripa respons. lib. 2. c. 19. nu. 26.*

103 Rursus, illud maximè notandum, quòd licet nobilis in contractu renunciet generaliter omni legum auxilio; non ideo censendus renunciasse priuilegijs nobilitatis, neq; ex tali renuntiatione poterit duci in carcerem; renuntiatio enim debet esse specialis, neq. extenditur ad incogitata, vt dixi supra.

Neque obstat, quod fœmina renuntians omni legum auxilio in assumptione tutelæ, potest capi; quia videtur renuntiasse priuilegio fœminis concesso, ne capiautur, vt notant plures citati *n. 57.* Quoniam ea opinio falsa est, & perniciosa, *vt dixi nu. 40.*

104 Sed quid, si quispiam nobilissimus puta Dux, vel Comes, renunciet nobilitati, & obliget personam suam? Quæro, an æris alieni ratione duci possit in carcerem. Videtur posse: quoniam potest renuntiari priuilegium nobilitatis, vt dixi.

Sed contra verius. Primò, quoniam Duces, & Comites sunt membra Regni, quibus respublica defenditur, & Regis comitatus ornatur *l. 6. tit. 9. part. 2.* Quare cum creati sint, vt Regnum defendant, Regisq. curas adiuuēt (vt vbi dicitur) videtur quod etiamsi renuntient, respublica non debet eorum opera carcere mancipari, argu. *dict. l. milites. C. de loca.* & eorum quæ dixi sup. deinde scandalum, & absurdissimū quiddā continet, Comitem, vel Ducem capi ob æs alienum; non minus autem improbanda, quæ absurda sunt, quā quæ legi nominatim aduersantur *l. nam absurd. ff. de bon. liber.*

Præterea, dedecorosum est toti reipublicæ, Principes viros carceris squalore, ex priuata renuntiatione, premi: esset enim, sublatis canibus, rempublicam exponere lupis (hoc est hostibus.) Quāquam nonnulli istorū plus quam hostes sunt reipublicæ; nimirum praua educatio, ex diuitiarum affluentia, & fortunæ indulgentia contracta, prorumpit in fastum plusquā tyrannicum: quare veris animi bonis carentes, sua cito absumunt deuorantes aliena titulo nobilitatis rapta defendunt: eoq; impudentiæ res processit, vt malè feriati quidam, magnificum cum primis, & illustre putent, premi multo ære alieno, quod sibi cum Regibus, & Monarchis commune sit. Nihilominus tamen autoritas, qua in republica præcellunt, induxit morem, vt etiamsi centum auri myriades debeant, relinquatur eis quantum satis est, ad alimenta cum dignitate, vt dico *cap. seq.* Hic mos iure non probatur, sed cōsuetudine non absurda defenditur: si enim res definitur quòd nobiles sunt, certè nobilis Iure Regio solum gaudet priuilegio, ne ducatur in carcerem, at non relinquuntur ei alimenta, neque gaudet beneficio, ne conueniatur in plus quam facere possit: vt supra dixi: neque enim est lex, quæ hoc dicat. Quod si definitur ex eo quod miles non potest conueniri in plus quā facere possit *l. miles. ff. de re iudi.* certè ij milites non sunt: alius enim est nobilis, alius miles. Præterea non militant, sed in Regali otio degunt; & miles qui non militat, non gaudet priuilegio militari, vt docui supra. Itaque hæc res potius cōsuetudine perpetuo recepta, quam iure defenditur. Neque mihi displicet deferri illustribus viris, præsertim si, vt splendore generis, ita & animi bonis, illustres sint, si que rem non scortis, non alea, non luxu, non commessationibus contriuerunt.

Quid tamen si non alendis egenis, neq; elocandis virginibus, neque Regijs obsequijs, sua absumpserunt, & aliena deuorarunt: sed fœde profusi, soluendo non sunt? Certè me haberēt iudicem parum æquum: neque enim fauendum luxui, gulæ, aut fastui, suspirante creditore, qui forte suis malis nominibus satisfacere non potest: certè non ex hoc, nimirum, non premerem carcere Principem virum, neque alimenta negarem, sed alimenta iuxta familiæ dignitatem non concederem; sed rem strictè moderarem: argumento eius, quod de filio prodigente legitimam, scripsi in tractatu de non meliorandis filiabus, *cap. 5. num. 19.* & eorum quæ dixi *cap. 2. nu. 46.* Sed enim aduertendum, quod hic mos tantum admittendus in viris vitæ splendore, & illustris familiæ dignitate præcellentibus, neque sufficeret descendere ex Mendocina familia: etiamsi genus referre possis ad ipsum familiæ conditorem: sed oportet illustris vitæ splendore florere, vel floruisse: in qua re statuenda oportet elucere indicis prudentiam, sed ei non licebit arbitrari, cum nobilis oppidi alicuius Principatu cum iurisdictione potitur, à Principe concessa.

105 Huic enim alimenta, ex generali consuetudine relinqui solent: his enim certus deferendus honos, eam enim habet vim iurisdictio opidi, concessa à Principe, vt etiamsi ignobilis sit is cui conceditur, nobilis deinceps censendus sit, vti opinatur *Bar. in l. 1. col. fin. versi. ciuitas. C. de digni. lib. 12. Isernia cap. 1. §. persona, circa med. Per quos fiat inuesti. Guido sing. 486. & decisione. 385. Cassan. consf. 64. col. 2. latè Tiraquel. de nobilitate cap. 7.* reliquos tamen fructus, qui deductis iustis alimentis supersunt, accipient creditores. Cum enim ferè omnes illustres viri bona habeāt, alienari prohibita, & perpetuo fideicommisso subiecta, non possunt bona vendi, ob æs alienum. sed tantum fructus rerum venduntur, vel creditoribus adiudicantur.

106 Permissum est enim rerum primogenij fructus ob æs alienum vēdere pro tempore

vitæ

vitæ possessoris: vt scribit *Bald. in* Authent. *ei qui iurat nu.60. versic. quæro nunquid in rebus prohibitis. C. de bon. auctor.iudi. possiden. argum. l. peto §. prædium.ff. de leg. 2.& arg. l. fi. §. sin autem C. commu. de leg. vbi vide Bal. in §.sed quia, & ibi Salic. versi. sed quia Barb. in rub. de reb. Ecclesi. non alie. fo: 5. col.3. Bald. in c.col.3.versi. quæro nunquid de probibi.feud. aliena Lup. in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 12. incip. aduertendum tamen nu.1. versi. secus. & §. 62. incip. vnde lucra num.10. versi. & binc est, & in rep.cap. per vestras §. 38. incip. ampliabis num. 7. versi. & inde est. De qua re prolixè, prudenter, & doctè scripsit D. Ludouicus Molina vir* Iure consultissimus in summo Regnorum Senatu Castellæ gratiæ, & iustitiæ Consiliarius integerrimus; & nostri Regis Philippi II. potentissimi legatus pro regni Portugalliæ successione, *lib.4. de Hispan. primog. c. 1.* vbi singulariter probat per totum caput, primogeniorum alienationem atque extinctionem, pluribus vinculis, & legibus, prohibitam esse.

107 Sed, an hic honos deferendus nobilibus, si exteri sint, & non Castellani? nimirum Castellano Regno contributæ sunt Bethica Oretania, Carpentania, & ferè omnis Lusitania (exigua deducta parte, qua Rex Portugalliæ potitur) rectaque in Septentrionem Cantabriam complectitur, bonam citerioris Hispaniæ partem. Denique à mari Mediterraneo, vsque ad Cantabricum Oceanum, quidquid terrarum in Hispania parte iacet, Castellani Regni censetur. Cætera, quæ sub Hispaniæ nomine veniunt, in Aragoniæ, Portugalliæ, & Nauarræ Regnum concesserunt: Et vnumquodque horum Regnorum suis legibus viuit. Est autem Castellana lege concessum, ne in carcerem ducantur nobiles dicta *l. 4. tit. 2.lib. 4. Ordinam. l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopil.* Quæro quid si hoc hoc iure vti vult nobilis Nauarrus, aut apud Aragonios natus, qui citerioris Hispaniæ vrbes incolit, vel in Lusitania natus est, ad vltimum Occidentem, an vti possit priuilegijs nobilibus apud Castellam concessis? Hæc est quotidiana quæstio.

108 Non enim qui est nobilis in vna prouincia, est necessario habendus nobilis in alia, vti notat *Bart. in l. 1. col. 7. versi. examinemus, & col. 9. versi. tertio expeditis, & col. pen. & ibi Platea col. 2. versi. & ex bis infertur C. de dignit. lib. 12. Paul. consi. 125. in 4. dubio lib. 2. Bald. consi. 387. col. 1. lib. 1.* Solet enim nobilitatis opinio variari, ex varietate regionum: vbique suis vigent moribus, vt scribit *Decius in cap. nouit. de iudi. Bald. in c. eum ab ecclesiaram col. 2. versi. vnde si statutum de offi. ordi.* cui rei adstipulatur quod scribit *Arist. lib. 1. c. 4.*

109 Deinde exteri non possunt habere beneficia, neque dignitates in Regno Castellano, *vt in l. 18. tit. 3. lib. 1. Ordinam. l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopil. Didac. Perez in dict. l. 18. scbolio: Que ningun estrangero:* vbi adducit illud *Deuteron. c. 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, suscitauit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies. facit l. in Ecclesijs, ibi, In vico natus. C. de Episc. & cleric. l. vni. C. non licere habita. Metrop. col. lib 11. c. bonæ el. 2. de postulat prælat. c. nullus inuitus 61. distinct. c. neminem 70. distinct.*

Tertio facit quoniam hidalguia, quæ est nobilitas sanguinis, acquiritur præscriptione immemoriali, autore Ripa *resp. lib. 2. c. 26. col. 4. versi. non obstat* quod dicens citat *Roman. in sing. 289. Ioan. Andr. in c. abbates de priuil. in 6. Bart. in l. si. publicanus §. in omnibus. ff. de public. & vectig. Innocen. in c. bonæ. in 2. col. 2. in verbo requisitus. de postula. præla. Bald. in c. 1. ad fin. de consit. Aret in l. more col. 2. ff. de acqui. here.* Iure Regio est costitutum, vt dixisti, proximè.

110 Nobilitas enim sanguinis non datur à natura: omnes enim homines natura sunt æquales, ideò nemo præsumitur nobilis, nisi probet se nobilem, autore *Bal. in l. non ignorat col. 1. C. de bis qui accu. non poss. Socin. consi. 49. col. 1. lib. 2. Ripa d. c. 26. colum. 1. Corseius in c. grandi. col. 12. de supplen. negli. prælat.* Quod si nobilitas acquiritur præscriptione, quomodo aduersus Castellanum Regem, potuit præscribere Lusitanus, qui ei non subest? Vel Aragonius, aut Nauarrus, cum non ita pridem suis peculiaribus Re-

111 gibus parerent? Præscriptio enim, solum nocet his, aduersus, quos est præscriptum *Alex. consil. 161. col. 6. lib. 5. Cald. in tracta. de præscrip. 2. par. col. 2. vers. & si quæratur* & præscriptio nascitur ex scientia, & patientia.

Denique, quod solum Castellani, qui sunt Vassalli Regis Castellæ, gaudeant hoc priuilegio, significat *l. 24. tit. 21. par. 2. ibi: Al Rey cuio netural, o vassallo fuesse.*

Sed his non obstantibus, certè exterus nobilis, apud Lusitanos, vel Aragonios, vel vbiuis terrarum, dum tamen in Hispania natus, non est ob æs alienum premendus carcere, neque ad solutionem tributorum

112 cogendus. Nam priuilegia, quibus fidalgui gaudent, non sunt concessa fidalguis totius Hispaniæ: Lusitani autem, & Aragonij, & Nauarri, Hispani sunt: ita probatur *in l. 2. tit. 6. lib. 6. Recop. inquit lex: Queriendo guardar la franqueza, que ban los fyosdalgo de Castilla, y de las Españas.*

Neque obstat quod in aliquibus codicibus deficit. Y. Quoniam sunt corrupti, & in omnibus codicibus Ordinationum antiquis legitur. Y. Vt patet in in impressis Salamãt. apud Dominicum de Portonarijs Catholicum Typographum, Anno 1575. cum cõmento Doctoris Didaci Perez. Rursus probatur hæc opinio in *l. 1. tit. 4. par. 7. ibi Tuuieron por mejor los fidalgos de españa.* Prætere rea,

rea, probatur in principio *tit.3. par. 7. ibi Ricptanse los hombres Fyosdalgo segun costumbre de España.* Deindè, ita legimus *in l. 1. tit. 2. lib. 4. Ordinat. ibi Porende el Emperador don Alonso. enlas Cortes de Najara, ordenò los fijosdalgo de España.* Postremò, in pragmaticis *fol.* 187. & in pluribus legibus Stili legimus, *Hidalgo de devengar quinientos sueldos segun fuero de España.* Ex quo infertur hos nobiles, qui *fidalgui* appellantur, diffeminatos esse per totam Hispaniam. *& l. 2. tit. 2. lib. 4. Ordi. dicit*, vt feruentur immunitates, non solum fidalguis Castellanis, sed fidalguis Hispaniarum, scilicet incolentibus vlteriorem, & citeriorem Hispaniam: Et licet ea lex sit condita à Castellano Rege; potuit Rex Castellanus immunitate donare fidalgos, qui extra Castellam sunt: sed verba eius legis videntur omninò hic inserenda. *Establecemos, y mandamos, queriendo guardar la franqueza, que han los fijosdalgo de Castilla, y de las Españas, que les sean guardadas todas sus libertades, franquezas, y essenciones.*

113 Præterea fidalgui, qui sunt in vniuersa Hispania, omnes descendunt ab eisdem parentibus: nimirum à Gothorum gente, & ab his, qui cum Pelagio Maurorum impetum fugientes, sese receperunt in Austuriam, neque enim legimus Gallos, aut Italos aut Germanos, subsidio venisse Hispanis, vt barbarorum iugum excuterent, & si qui venerunt, pauci erant, & in patriam redierunt: sed reliquiæ Gothorum, quæ cum Pelagio euaserunt, post annos septingentos pulsis barbaris, Hispaniam receperunt.

114 Præterea, cum hidalguia probetur, probando immemorialem, certè, immemorialis referenda est ad tempus, quod est magis vtile ei qui eam allegat: hæc est opinio communis: vt quamplurimis probat *Alex. cons. 6. num. 5. lib. 1. Ioan. And. & DD. in c. cum Apostolicam, de his, quæ fiunt à Prælat. Ias. consil. 156. col. 1. lib. 2. Iacobinus de sancto Georgio in* tractatu feudorum *in verbo Cum mero, & mixto imperio,* in fine *Balbus, in tracta. præscriptionum, in 1. par. 5. partis princ. q. 6. col. fin. Aufrer. in decis. Tholos. 439.* iuxta quam opinionem hidalgus, qui immemorialem probauit, potest dicere, quod cum Rodericus Rex Gothorum, & cæteri eius gentis Principes fuerint Reges totius Hispaniæ, & postea Ferdinandus Magnus, pater Regis Sancij, vulgo dictus *Don Sancho el Brauo* fuerit non solum Rex Castellæ, verum etiam Nauarræ, & Aragonum: ac præterea Reges Castellæ fuerint Reges Portugalliæ, & supremam in eo Regno iurisdictionem tenuerint, sequitur, quod fidalgus, qui probat immemorialem, potest, etiamsi sit Nauarrus, vel Aragonius, dicere: progenitores mei præscripserunt aduersus Regem Castellæ tempore, quo Rex Castellæ erat Rex totius Hispaniæ: & licet postea Regna fuerint diuisa, hoc mihi nocere non debet, *vt in l. id quod nostrum ff. de reg. iur. & in l. 2. tit. 2. lib. 4. Ordi. l. 2. tit. 2. lib. 6. Recop. vbi cautum extat, quod etiamsi Rex alienet* oppidum, semper fidalguis seruandæ sunt suæ immunitates, & priuilegia.

115 Non obstant ex aduerso prolata. Primò, non obstat, quod nobilis in vna prouincia, non est nobilis in alia: non enim ita simpliciter loquuntur Doctores; sed dicunt, quod cum varij sint gentium mores, nonnunquam, qui apud Italos habetur nobilis, non habetur nobilis apud Gallos: nimirum mercatores, in aliquibus Italiæ regionibus non habentur ignobiles, & apud Hispanos habentur ignobiles: nimirum, mos regionis tribuit, vel adimit nobilitatem: at fidalgui nobiles habentur, non solum Castellæ, verùm etiam Lusitaniæ, Aragoniæ, & Nauarræ, denique per vniuersam Hispaniam hæc vera, & solida nobilitas habetur.

116 Non obstat, quod exteri non possunt habere dignitates, & beneficia apud nos: quoniam fidalgui Lusitani, & exteri, qui in vniuersa Hispania sunt, possunt probata immemoriali, dicere se præscripsisse, cùm Castellanus Princeps Rex erat totius Hispaniæ: & quod diuisio Regnorum sibi præiudicare non debet. *Præterea d. lex Regia. 18. tit. 3. lib. 1. Ordi. l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopilation.* est intelligenda de beneficijs ecclesiasticis, & de dignitatibus habentibus iurisdictionem. Deinde responde quod Rex Castellæ voluit, vt fidalguis totius Hispaniæ seruaretur sua immunitas, vt probatur *in d. l. 2.* itaque fidalgui totius Hispaniæ, à carcere, & à tributis Castellæ, immunes sunt, omnibusque honoribus fidalguis concessis gaudere debent.

Non obstat *l. 24. tit. 21. part. 2.* quoniam ibi illa verba: *Al Rey, cuyo natural vassallo fuesse*, significant, quod non committitur crimen læsæ Maiestatis, nisi à subdito, vel *Vassallo*, vt ibi probat textus.

117 Sed quid si nobilis Italus sit, vel Gallus? qui licet præscripserint nobilitatē, præscripto nō nocet, nisi Principi suo, aduersus quem præscripsit, vt probaui supra. Sed adhuc Italus & Gallus, potest dicere se præscripsisse aduersus Romanos Cæsares, qui totius Europæ, Asiæ, & Africæ Imperium tenuerunt & ex cōsequenti Hispaniæ vtriusque domini fuere.

118 Et quod nobilis, probata immemoriali, potest referre eam ad tempus sibi magis vtile, scilicet, ad tempus Romanorum Cæsarum, nobilitas enim ab antiquissimo tempore fuit inter homines, vt probat Dionysius Halycarnasseus *lib. 2. antiquitatum Romanarum*, & probatur *Deuteronomii c. 1.* Sed obstat, quod Reges Hispaniæ, tam Gothi, quam recentiores, non sunt successores Romanorum Cæsarum, sed bello sibi Regnum pararunt. Hæc quæstio altiorem indaginem expostulat. Nunc ea opinio videtur probabilior, vt nobilis, apud Italos lo-

locum habeat inter nobiles, in Hispania: immunisque sit à carcere, sed non à tributis, imò, neque apud Gallos; cur ergo, quod Principi suo pendent, non pendent Hispaniæ Regi? Præsertim cum tributum, quod ipsi non soluunt, soluturi sint agricolę, & viduę. Hoc limitarem, nisi exterus nobilis esset Hispaniæ stirpis, tunc enim ei suffragabitur maiorum pręscriptio.

119 Illud non prætereundum, quod *dicit l. 3. & 6. tit. 2. lib. 4. Ordinationum. l. 3. 5. & 6. titul. 2. lib. 6.* Recopilat. Quod non potest fieri executio in domo, neque in equis, vel armis fidalgui: quęro, an hęc lex seruetur, moribusque sit recepta. Equidem quod ad domum attinet, nunquam vidi, vel audiui eam seruari: Sed tantum quoad equos, & arma. Tu autem in actu practico, vide *Ioan. Arce de Otalora, in tract. de nobilitate 5. par. c. vlt. nu. 2.* Sed est quęstionis, quid si facta executione liquet fidalgum non alia habere bona, quam arma, vel ęquos? quęro, an ij capi, & pro ęre alieno vendi possint? & magis est, vt vendi possint, ex textu in *l. stipendia. C. de execu. rei indi. & ex notatis per Rober. Marant. in speculo aureo, titulo de executione, num. 5. & ex l. 3. tit. 27. par. 3. ibi: E non deuen entregar., por razon de debda, sobre que fue dado juyzio, en cauallos, ni en armas de caualleros, ni en bueyes de arada, cuyosquier que sean, fallando otros bienes del vencido, en que se pueda cũplir el juyzio.* Nota hęc vltima verba ibi, *Fallando otros bienes* exquibus, à contrario sensu elicitur, quod si alia non reperiãtur bona, executio fieri potest in armis, vel equis fidalgui. Sed respondẽt quidam, quod lex illa nõ loquitur in fidalgo, sed in milite. Sed responde, quod immò, in milite maior erat ratio, cur statueretur, ne arma, vel equi eius venirẽt, etiãsi aliunde solui non posset: nam miles militat, & in expeditione bellica occupatus, semper est in armis ad Regni præsidium: puniendus tamen esset nisi arma haberet: quare æquum videbatur, vt eius arma, & equi vendi non possent etiamsi alia non haberet bona: nihilominus tamen aliter statuitur *in d. l. titul. 27. par. 3.* Multò magis idem admittendum in hidalgo, qui domi in pace quiescit, neq. semper militat, vt miles, qui est in bello. Denique tantam æquitatem præ se fert, hæc vox, *Redde quod debes*, vt optimo iure, si aliunde solui non possit, priuilegium hidalgui silere debeat.

120 Neque enim nobilitas debet esse occasio, vt quis rem alienam rapiat, & creditor suã perdat: tantum ministri iudicum, æquum est, vt ex domo viri nobilis, neque equum, neque arma extrahant, in principio executionis: quod si appareat aliter soluendo nõ esse, satisfaciendum ex quibuscunque rebus ei qui pecuniam suam petit. & hanc opinionem probat Auendanius in dictionario, verbo, *Cauallero*. Quæ essent manifestissima, & cum rigore exercenda, si nobilis industria plures equos emisset, vt maiorem summam, nobilitatis titulo retineret: vel bona absconderet: argumento eius, quod dixi supra de eo, qui de industria militiæ nomen dat.

121 Præterea, quod equi, & arma hidalgui vendi possent, si nõ sint alia bona, probatur; quoniam *l. 4. & 5. tit. 2. lib. 6. Recopilat.* solum dicunt, quod in vestibus, equis, & armis hidalgui, non possit fieri executio; executionem autem vulgo appellamus primum rigoris actum, quo apparitor exequendo præceptum iudicis, extrahit è domo debitoris res quas inuenit; sententia autem, qua iudex præcipit solutionem venditis bonis fieri, non appellatur apud nos vernacula lingua *execucion*, sed *sententia*: & post sententiam fit venditio: & iuxta hanc interpretationem, certè æquissimum videtur, vt non existentibus alijs rebus, executio vlterius procedat, & equi, & arma hidalgui capiantur, & vendantur: priuilegium autem fidalgui vel militis silet, si debet. *Regi. l. 4. tit. 2. lib. 4. Ordi. l. 4. tit. 2. liber. 6. Recopilatio.*

122 Sed quid si debitor captus allegat se nobilem esse, & quod non est ob æs alienum premendus carcere? Quæro, an sufficiat, quod summariè probet se hidalgum, vt soluatur è vinculis? Mouet quæstionem, quod per negationem efficitur res dubia; & quod *6. titul. 2. lib. 4.* Ordina. quæ habetur *l. 9. tit. 11. lib. 2. Recopilat. & l. 7. & 8. eod. titulo, libr.* Henricus Rex constituit, vt nobilis, cuius nobilitas non apparet per sententiam, quæ in rem iudicatam transierit, teneatur tributa soluere. Quare videtur necessarium, ad hoc, vt nobilis gaudeat priuilegijs nobilitatis, quod nobilitas appareat per sententiam, quæ in rem iudicatam transierit. Sed distingue: aut enim nobilis habet pro se sententiam in possessione, & proprietate, & transiuit in rem iudicatam, & res est plus quam manifesta: aut sententia quæ transiuit in rem iudicatam, est solum in possessione; sed non in proprietate, & hoc etiam est manifestissimum: inutilis enim est res iudicata in possessione (imò etiam inutilis esset ipsa possessio) imò possessionem non haberet, si in hoc casu, & similibus res iudicata sibi non suffragaretur, etiamsi pendeat iudicium proprietatis; sic *Baldus in l. non ignorat, col. 3. & 4. C. de his qui accus. non poss.* docet, quod si existens in possessione clericatus, petat rem, quæ est pleni præiudicij, puta decimas, quasi possessio non sufficit, nisi ostendatur titulus, si pars aduersa allegat, illum non esse clericum: si tamen quasi possessio allegetur ad defensionem, vel ad rem quæ non est pleni præiudicij, & tunc quasi possessio sufficiet, etsi non ostendat titulum.

123 Sed res efficacius probatur ex *Bald. ibi. col. 4. vers. in tertio casu*: vbi scribit, quod si

ius

lus personæ allegerat, ad impediendam executionem, quasi possessio illius iuris sufficit, ad illam impediendam, & ad consequendum priuilegium: puta, si aliquis damnatus ad pœnam laquei, alleget se clericum, & petat se remitti ad suum iudicem, certè sola quasi possessio clericatus sufficiet: sic quasi possessio alicuius qualitatis, sufficit, quādo tractatur de ea, nō principaliter, neq; ad plenum eius præiudicium, sed incidenter *Bald. in l. eam quam col. 3. vers. sed nunquid C. de fideicom. & in d. l. non ignorat col. 2. C. de his qui accus. non poss. & hāc. opinion. probat Otalora, in tracta. de nobilit. in 2. part. 3. par. princ. c. 10.*

Si tamen nobilis non haberet confirmatam possessionem, per sententiam, quæ transierit in rem iudicatam, & non pendet lis super eius nobilitate, sed videns se captum, allegat priuilegium nobilitatis, prolatisque testibus docet se nobilem, an hoc satis sit, si creditor id neget: hic non quadrat pragmatica Regis Henrici, de qua supra proximè *numero* 122. nam loquitur, cum mouetur principaliter lis super nobilitate, hic autem venit incidenter. Deinde *Baldus in lege non ignorat, columna* 5. dicit, quasi possessionem militiæ non sufficere, vt allegans se militem, remittatur ad militum magistrum. Præterea facit, quod innumeri se falso nobilitatis titulo venditant, præualidique diuitijs, vel amicis, quiduis prolatis testibus probabunt; quare si hæc aperiatur ianua, pauci pro ære alieno constringentur carcere, vel pro crimine torquebuntur; cum infinitus fit in numerus plebeiorum, qui patria in catalogo nobilium sunt descripti, cū nemo non sciat eos esse ignobiles, & hæc possessio sufficere non debet, cum vbique terrarum adulatione, vel metu extorqueatur.

Quare libenter eam sententiam probo,
125 vt si captus certò sit illustris, vel aliàs nobilissimo genere prognatus, soluatur è vinculis: vbi primum de parentibus, & genere docet: nisi creditor neget non esse ex eo patre ortum. Moueor, quoniam notorium, & sententia æquiparantur. *l. emptorem, vbi notant. Bartol. & omnes ff. de actio. empti. &* super filiatione proceditur summariè. Quod si nobilitas posset aliquo modo esse dubia, quoniam non omnis populus credit eum nobilem, certè iudex qui debitorem eximit à carcere, reus est peccati, & facit creditorem rem suam perdere, & pessimè agit, & ita sentit *Otalora d. c. 10. col. pen.* Sed est illud perpetuo notandū quod si probaretur virū quantumuis nobilē, & illustrē, abscondisse bona, certè etiāsi eius nobilitas esset plusquam manifesta, & re iudicata confirmata capi potest: tunc enim non capitur ex defectu nobilitatis, sed ex dolo: quo casu nobilitas nō prodest, vt dixi hoc ipso *cap. n. 96. & c. 10. De debitore obligato ratione rei nu. 10. & probaui cap. 6. de harede, numer. 26.* vbi debitor, qui fecit inuentarium, conueniri potest vltra vires hæreditarias, & in carcerē detrudi, si probetur abscondisse bona: licet, si hoc non probaretur, aliter esset statuendum. Facit etiam, quod licet, qui obligauit bona sua pro alio, non possit capi, si non obligauit personam, id fallit, si probetur illum abscondisse bona, vel aliàs dolum cōmisisse, vt docui supra hoc *cap. n. 6.*

126 Item, licet clericus pro ære alieno non possit duci in carcerem, fallit, si exportauit, & abscondit bona: vt scribit Sanseuerinus in tractatu de debitore *suspecto, & fugitiuo quæst. 6. quinta quæstio. princ. Couar. varia. resol. lib. 2. c. 1. num. 9.* Idem sentio, si maliciosè corrupit, vel contriuit bona sua, vt in fortioribus terminis probatur *in. l. etiā §. licèt ff. solution. matrim. & ibi Doctores.*

Postremò illud addendum, quod si in quæstionem veniat an quis sit nobilis, ille qui creditori traditus fuit non præsumetur esse nobilis. Eaque re probata, videtur probatus actus quidam positiuus ignobilitatis; sed non statim censeri debet notoriè ignobilis: quid enim, si ex delicto iussus est operis satisfacere creditori? Quid si non opposuit priuilegium nobilitatis? Quid si absentibus testibus rem probare non potuit? in dubio tamen ignobilis præsumetur.

127 Sed disputatur quotidie, an doctor possit pro ære alieno capi, & an sit addicendus creditori. Certè, quod doctor non legens, possit æris alieni ratione capi, *docet Bar. in l. medicos C. de profess. & medi. lib. 10. fin. & ibi Platea & Rebuffus, Pau. in probemio C. nu. 9. Cardin. in Cle. 2. in 4. q. de magistris.* quamquam solum dicit, quod est immunis à muneribus realibus, & personalibus, & in non legentibus reliquit cogitandum.

Sed opinionem *Bar. sequitur Ias. in §. poenales nu. 80. Instit. de actio. Maranta in praetica 6. pars. 3. & vltimo actu, numer 56. &* in doctore, qui exercitio est doctor, hoc admisit *Alex. in l. centurio. num. 17. ff. de vulg. pro qua opinione facit textus in d. l. medicos,* ibi *Professores*: professores enim dicuntur, qui publicè elegunt: vt in *prohem. ff. in fine & probatur ex Plinio epist. 76.* Deinde faciūt illa verba, *Doctores legum*, posita *in d. l. medicos*, non enim eo tempore cogniti erant, ij, quos appellamus doctores, quoniam eis pileus, & annulus solemni cerimonia oblatus non erat, tamē prius pecunia tradūtur: sed quia iuuentutem docebant, ita probatur *in l. vnica C. de emend. Codi.* Ibi: *Et Beritensium doctorem Dorotheum*: dicitur enim *Beritensiū doctor*: quoniā apud Berytēses iure prælegebat, nō enim, vt dicimus *Doctor Theologiæ, et Medicinæ, & reliquiarū scientiar.* dicimus etiā *Doctor Berytensium est*, Sed locus prælegēdo

iuti

iuri destinatus, vt dicitur *in probemio ff. §. hæc autem*. Idem probatur *in l. 1. C. de Iusti. Codi. confir.* ibi: *Iuris Doctor in hac alma vrbe Theophilus*. Nota, quod dicitur *Doctor*, non simpliciter, neque otiose, ad significādum inanis superbiæ titulum: sed dicitur *Doctor in hac alma vrbe*, quoniam in ea vrbe prælegebat: idem efficacius colligitur ex Ælio Lampridio in vita Alexandri Seueri, vbi de his, quos Alexander audisset, loquens, inquit, *Romæ grammaticos Scaurinum, Scaurini filium, Doctorem celeberrimū*. Nota quod grammaticum appellat Doctorem; titulus autem doctoralis non datur grammatico, sed dicitur doctor, quia publicè docebat: sic Hieronymum, & Augustinum, appellamus Doctores Ecclesiæ, quoniam docendo, & scribendo Ecclesiam suis scriptis illustrarunt.

128 Ex quo deducitur, quod hoc nomen *Doctor*, cuius fit mentio in *d. l. medicos*, non significat titularem doctorem, sed docentē: quare, qui doctoris titulo vult effugere, ne ob æs alienum ducatur in carcerem, debet docere: quod ipsa vis verbi, satis significat, ridiculumq; videtur proferre dispositionem *d. l. medicos*, ad defensionem Doctorum nostri temporis: cum tempore, quo ea lex condita fuit, Doctores dicerentur, qui docebant, neque alij cogniti essent: immò, ipsa lex, non dicit solum *Doctores*, sed addit *Doctores legū*, hoc est, *Professores*: hoc liquidius probatur ex fine eius legis, ibi: *Multos instituant*, quasi ratione institutionis detur priuilegiū. Comprobatur Bartoli opinio, ex *l. si duas. in fin.* ibi: *Qui publicè iuuenibus prosunt. ff. de excus. tuto.* datur enim priuilegiū, ob vtilitatem iuuentutis, quæ docetur, non ad augendam pœnam doctoris.

129 Quare non rectè accusat Bartolum, Guido Papa *decis. 88. & d. decis.* 388. vbi aduersus eum profert quatuor argumēta. Primò, quod *d. l. medicos*, loquitur indistinctè in doctoribus. Sed errat: nam si ibi lex vellet deuotare hos, qui nunc appellantur doctores, titulo magis, quam re, non enarraret tot scientiarum professores Medicinæ; ferè omnium scientiarum professores sunt doctores: at lex secus fecit, imò, postquam nominauit medicos, & grammaticos, & archiatros, addidit, *Et professores alios litterarum, & doctores legum*: hoc est, qui docent leges: nam eo seculo titularij doctores nostri temporis, cogniti non erant, imò, neque Bacchalaurei, vt testatur Alciatus & doctissimus Erasmus in libello de pronuntiatione. Alioqui, si ea lex non requireret, vt ibi contenti actu profiterentur, certè medicus, etiamsi neque legat, neque doctor sit, gaudebit priuilegijs ibi contentis. Nam lex cum fecit mentionem medici, non addidit doctorem: quare ergo Guido & cæteri, qui cum eo sentiunt, requirunt, vt medicus sit doctor?

130 Certè vera ratio, quare in medico requirimus, vt publicè iuuenibus medicinam profiteatur, est, quoniam lex id significat ibi. *Et alios professores litterarum*. Nam verbum *alios*, ad similes est referendum: est enim huiusmodi dictio alius, repetitiua similium, ex *glos. in l. si fugitiui. verb. alia. C. de seru. fugitiu. tradit Felin. in cap. sedes. n. 6. de rescript. Ruin. cons. 8. num. 3. lib. 5. Alex. cons. 204. incip. consideratis. num. 4. vol. 2.* & post infinitos, quos refert *Soc. iun. cons. 170. incip. circa præsentem, à num. 3. vol. 2. Corn. cons. 187. num. 6. vol. 2. Paul. Paris. cons. 20. num. 54. lib. 3. Menoch. cons. 328. num. 12.* & seq. *lib. 4. & verbum Professores, eos significat*, quos appellamus *Lectores*, est manifestissimum eis, qui vel summis labijs bonas litteras attigerunt; & liquet ex *Plinio lib. 3. c. 53 & epist. 79*.

Rursus, Guido adducit, quod si Imperator aliud sensisset, exponeret mentem suam. Sed certè satis exprimit, cum dicit *Doctores*. quod verbum *Docentes* significat.

Tertiò adducit, quod pro opinione Bart. nulla est lex. Sed, & hoc ridiculum: nam ipsum verbum *Doctores*, opinionem Bartoli probat.

Quartò adducit, quod Doctoribus aduocantibus conceditur idem priuilegium. Sed errat; quoniā aduocato non cōceditur priuilegium, quod doctor sit; sed quoniā exercet officium aduocationis: aliàs non sufficeret esse aduocatum. Sed quod vera sit doctrina Bartoli, probatur ex textu singulari *in l. fin. C. de professo. & med.* vbi textus dicit, quod Medici, & Grāmatici, & Philosophiæ præceptores (prẹter priuilegia sibi concessa *in d. l. medicos*, & in alijs legibus eius tituli) non sunt cogendi hospites suscipere, dum tamē sint professores: sed verba legis subijcere præstat, inquit lex. *Hæc autem professoribus memoratis, eorumq; liberis deferenda mādamus*. Nota illud nomē *Professoribus*, quod omnē tollit ambiguitatem. Nam *Professor*

131 dicitur, qui publicè scientiā aliquam prælegit, & priuilegia data *in l. medicos*, declarat. *l. fin.* dari, quia sunt professores, non quia sunt professores doctores (loquor de his, quos nostrum seculum vocat Doctores.)

Deniq; quod *in d. l. medicos*, verbum: *Doctor* significet docentem, & non doctorali titulo insignitum, probatur *in l. magistros. C. eo. titulo*, cuius verba sunt. *Magistros studiorum, doctoresq; excellere oportet moribus primū, deinde facundia. Sed quia singulis ciuitatibus adesse ipsi non possunt, iubeo quisquis docere vult, non repente, nec temere prosiliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis probatus decretum curialium mereatur, optimorum conspi-*

132 *rante consensu*. Nota *Doctores* dici eos, qui docent, nec de alijs sensisse *l. medicos*, quod dupliciter probatur in *d. l. magistros*, Primò, quoniam postquam dixit *Doctores*, facit mentionem de eis qui docent cū facundia.

Deinde, quoniam dicit, vt Doctores non legant, absque facultate decurionum: ergo illi Doctores, non erant similes his, quos hodie Doctores, vocamus: nam ij, illud habent priuilegium, quod in actu doctorali, statim sibi conceditur, vt propria auctoritate (non habita ab aliquo facultate) docere possint: ergo de his non loquitur. *l. medicos*. Reperio tamen, quod *Mathesilanus singulari* 59. scribit generaliter, quod doctor non potest ob æs alienum capi: sed non aperit, an debeat legere, vel non; & cum citet *l. medicos*, videtur intelligendus de doctore legente, nam id significant verba legis. Eodem modo loquitur *Roder. in l. 2. tit. De los gouiernos. §. 5. vers. 3.*

133 Præterea Guido Papæ in locis supra citatis, intelligit *dictam l. medicos*, etiam in doctore non legente, & dicit, quod iuxta eam, etiam non legens, non debet soluere tributa. Præterea *Anchar. in Clement. 2. de magistris* dicit generaliter, quod doctor non potest capi, neque distinguit inter legentem, & non legentem. Idem fecit *Ias. in l. miles num. 10. ff. de re iudi. & rem tractat Hippol. in practica, verb. Attingam, num. 69.*

Aretinus autem consi. 95. incipit respondeo breuiter, col. 1. in princ. non videtur probare opinionem Bartoli, requirentis, vt doctor

134 actu legat: quamquam, vt ex eius verbis liquet, nihil asseuerat, tantum se refert ad consuetudinem, dicens seruari, quod simplex doctor non potest capi, maximè si sit aduocatus: quod ego non nego, imò est verum, si sit aduocatus, & sic vir ille non profert sententiam suam aduersus *Bartolum*.

Ripa verò in l. 1. num. 133. ff. sol. matrim. dicit quod doctor etiam non legens, non est cogendus suscipere hospites; allegat aduersus *Bartolum, quod si l. medicos*, vellet, vt doctor deberet legere, satis ei fuisset eximere professores litterarum: cum ergo addiderit doctores legum, necessariò censetur exemisse Doctores non legentes, aliàs illa verba, *Et doctores legum*, superflua essent. Deinde allegat *l. fin. in fine. ff. de mune. & hono.* Postremò adducit, quod medici (etiam non legentes) habent illa priuilegia, *vti n Rub. C. de profess. & medi. lib.* 10. ergo etiam doctores legum. Sed certè Rubrica, nihil aliud continet, quam hæc verba, *De professoribus & medicis*, quid hinc colligit *Ripa*?

Deindè, qui arguit verba illa, *Doctores legum* esse superflua, si intelligantur de actu legente, cum sufficeret dixisse, *Professo-*

135 *res litterarum*. Certè, cum lex illa contineat priuilegium aduersus Ius commune, oportuit nominare omnes personas priuilegiatas; neque superflua dici debent, quæ ad maiorem declarationem adijciuntur *l. non codicillum. C. de testamen. Bartol. in l. 1. §. si quis ita. num. 5. ff. de verb. obligat. vide Ripam num. 22. Connanum lib. 4. Comment. c. 6. nu. Alciat. regul. 3. præsumptione 34. num. 10. Molinaum in rub. ff. de verb. obligat. numer. 22.*

Deinde, interrogare velim Ripam, cur in medico requirit, vt profiteatur medicinam, cum lex non dixerit doctorem medicinæ, sed tantum medicum; & cur hoc non requirit in legum doctore, cum lex dixerit, doctorem legum, hoc est, docentem leges? At in medico, nihil tale dixit: nihilominus tamen requiritur, vt legat, cum positus sit ante illa verba. *Et alios professores litterarum*. Nam dictio *aliud*, est repetitiua similium, vt vidisti supra proximè *num. 130.* quamquam Ripa negat necessarium esse, vt medicus doceat.

136 Postremò, non obstar *l. fin. §. fin. ff. de mune. & hono.* quoniam videtur intelligenda de docentibus, & legentibus, *vt in l. si duas. §. fin. ff. de excusa. tuto. vbi est textus expressus, & in l. 4. C. de profe. & medi. lib. 10. ibi Oratione Diui Pij liberalium studiorum professores, non etiam calculatores continentur*. Nota illa verba, *Professores*, hoc est, publicitus prælegentes: & quod ita sit intelligenda *dicta l. fin. §. fin.* probatur; quoniam facit mētionem Diui Pij (neque enim arbitror esse cognomen Vespasiani) rescriptū autem Pij, solum tauet professoribus, *vt in d. l. 4.*

Sed nouissimè aduersus Bartolum pronuntiant esse magis communem opinionē recentiorum, *Alciatus in l. 1. num. 17. ff. solu. matrim. Caguolus in prohemio. ff. vete. §. nos verò num. 215. Parpallius in l. placet. num. 108. & 112. de Sacrosanct. Eccl. Sanseuerinus in tracta. de debitore suspecto & fugitiuo quæst. 5. princ. ver. 4. quæro. Roland. consi. 66. nu. 37. lib. 1.* Quibus videtur sufficere, vt quis sit doctor ad hoc, vt gaudeat priuilegio *d. l. medicos*, etiamsi non legat. Equidem de Parpallio, Cagnolo, & Rolando nihil dicam: existimo tamen Alciatum pro sua puriori eruditione, & exacta cognitione linguarum recessurum ab his, qui *dictam l. medicos*, intelligunt loqui etiam in doctore non legente: cum eo tempore, quo lex illa condita fuit, non alij dicerentur Doctores, nisi qui legebant. Tu autem notabis *d. l. medicos. C. de profess. & medi. lib. 10. in Codicibus Florentinis, falsò esse ascriptam Constantino A.* ad Volusianum, vt constat etiam *lib. 13. titul. 3. Codic. Theodosian.* à quo desumpta fuit. Quia, si credimus Antonio Contio in chronographia constitutionum Imperatoriarū, quæ in Codicibus Theodosianis, Hermogonianis, & Gregorianis, referuntur, & seruata Consulum, mensium, ac dierum ratione, condita fuit temporibus Imperatorum Valentiniani, & Valentis, Diuo Iouiano, & Varroniano Consul. mense Ianuar. 3. Idus; Theodosianus autem Codex (à quo desumpta est) habet in data. PP. Kal. Aug. Sirmio Crispio, & Constantino Cæs. Coss.

Neque enim erant orta nomina hæc solemnia Doctorum & Licentiatorum, non pro-

professione, vel eruditione, sed pecunia quæsita: nemo enim offert pecuniam, cui nõ detur doctoris titulus: at non omnes eruditionem habent ad prælegendum publicè. Quare rectius dicuntur Doctores, qui doctrinæ validis præsidijs suffulti docent, quã qui annulo, & pileo accepto doctoralis dignitatis codicillos ostendunt, & nihil sunt minus quam Doctores.

137 Sed ad Alciatum redeo: is *num.* 47. dicit, consuetudinem seruare, vt doctor non capiatur, etiamsi non legat: adducit: quod cum in aduocato non requiratur, vt legat: idem dicendum in doctore. Sed dic, quod aduocato datur priuilegium: quoniam aduocationis officium laudabile est, & fauore dignum, neque minus censentur prodesse reipublicæ, quam milites: at doctor, qui neque legit, neque aduocationis officiũ exercet, inutilis reipublicæ eius eruditio esse videtur; quare non est tanto fauore, neque priuilegio dignus. Neque, sic licet arguere huic datur priuilegium, & non legit: ergo & doctori etiamsi non legat: alioqui proferet quis hoc argumentum: Monetarijs datur priuilegium, *ex d. l.* 1. *tit.* 20. *lib.* 5. *Recop.* & non legunt: ergo in doctore, & medico non requiritur, vt legat: etiam, non debet requiri in Iuris doctore. Sed hac sanè via cum *l. medicos*, non requirat, vt medicus doctor sit, cur omnes nostri requirũt, vt medicus sit doctor? lex enim solũ dixit *Medicos*: & quia addit *Doctores legum*, dicunt nõ intelligendo verba, quod etiã medicus debet esse doctor, cum eo seculo nulli fuerint huiusmodi doctores, qui solemni dato epulo, oblataq; pecunia doctores appellantur.

Deinde falsum est, non requiri vt medicus legat: imò requiritur, vt in ea lege probatur; si quidem postquam dixit *Medicos* subiecit, *Et alios litterarũ professores*: & relatiuum *alind* est repetitiuum similium, vt vidisti supra proximè *num.* 130. Præterea id probatur *in l. fin. & in l.* 2. *eo titulo*, vt supra latè probaui. Postremo, si lex illa dat priuilegium ob titulum doctorale, non ob professionem; quomodo non requirit, vt medici, & archyatri, grammatici, & cæteri litterarum possessores sint doctores? Sed de his hæc dixisse sufficiat: nunc, quid sententiam accipe.

138 Et certè de Iure Ciuili, ne per somnium quidem requirebatur, vt Medicus, aut Iureconsultus essent doctores titularij: sed vt profiterentur: & ita verissimum credo, quod de Iure Ciuili Medici, & Iurisconsulti, & Philosophi, & cæteri profitentes honesta studia, non possunt duci in carcerem, & gaudent priuilegijs *d. l. medicos*: si autem non profiteantur (hoc est publicitus disciplinas doceant) non prodest quidquam titulus doctoralis, quoniam non est lex, quæ tale quidquam definiat: tantum veteres doctores suã agentes causam promiscuè asserunt, quod titulus doctoralis sufficit, vt quis gaudeat priuilegijs dictæ legis *medicos*. Quæ opinio si admitteretur in tanta doctorum multitudine, cui titulus minimo paretur (præsertim apud Italos) innumeri essent immunes, qui accepto titulo, & studia, & libros abiecerunt,

139 Iure autem nostro Regio approbata videtur opinio Bartoli, vt non gaudeat dictis priuilegijs, nisi is qui profitetur. Ita significat *l.* 8. *tit.* 31. *par.* 2. *ibi, Otorgaron priuilegio à los maestros de las escuelas*, & ibi *que muestrã los saberes en los estudios*: & ita ibi notat Gregor. *glos.* 7. *scholo. Que muestran los saberes*, & vidi iudicari in hoc Regio Senatu Granatensi. Neque lex Regia requirit, vt sit doctor & verbum, *Maestros*, significat docentes.

Sed obijciet quispiam, quod non sufficit
140 professio, nisi quis gradum comprobatæ dignitatis accipiat in gymnasio Salamanticensi, vel Pintiano, *correcta l.* 8. *in fine titul. fi. part.* 2. *& d. l. medicos ex l.* 18. *titu.* 7. *lib.* 6. *Recop. & quod dicit Guido decis.* 88. *&* 138. *Paul. in prohemio C. nu.* 9. & ita videtur definitum in pragmat. 126. *condita anno* 1534. Sed lex illa solum loquitur de immunitate tributorum, qua non gaudent nisi ij, quorũ eruditio concesso titulo approbata est, in illis gymnasijs: cætera tamen priuilegia professoribus à Iure concessa nõ sunt correcta. Neque enim est discedendum à verbis, & peculiari decreto eius legis, & solum in eo casu, in quo loquitur, admittenda est correctio, quæ semper fugienda vbicunque possibile est. Leges enim sunt (vel esse debent) tanto consilio proditæ, vt nunquam credẽdum sit, esse, quod abrogetur: quare in tributis solum intelligo quod corrigit dictam *l.* 8. *in fi. tit. fin. par.* 2. *& d. l. medicos*.

141 Sed illud palam, est quod si doctor legẽs, vel non legens, dolum commisisset in contrahendo, vel abscondendo, vel corrumpẽdo bona, vel ex delicto deberet; posset duci in carcerem, ex his, quę docui *nu.* 6. & 19.

142 Rursus si doctor de industria publicè prælegeret, ne in carcerem ob contractum æs alienum ducatur certè hoc illi prodesse nõ debet, vt dixi supra.

143 Postremò, si doctor, indoctus, quispiam circulator sit, non curandum de inani titulo doctoratus, neq; de opinione, quam tot eruditi probant aduersus *Bartolum*. nam doctor indoctus non gaudet priuilegijs doctoralibus, autore *Cardi. in clemen.* 2. *in* 1. *quæst. de magistris, et is, qui scholia adiecit Guidoni decisione* 88. Item non curandũ de communi opinione, quando quis ex rescripto consequutus esset titulum doctoralem, *argum. l. si ita quis* §. *fi. ff. de leg.* 2. *notat Guid. d. decis.* 88. *col.* 3. *et decis.* 388. *n.* 7. *Faber in* §. *fi. Instit. de iure natu. genti. et ciuili.*

Vltimo illud non prætereundum, quod
144 Paul. *in prima constitut. C. nu.* 9. dicit, quod quilibet doctor legens, est immunis in pro-

pria patria ab omnibus oneribus realibus, & personalibus; quasi extra patriam, immunis non sit. Sed certè si Paulus id sensit (neque enim suspicor tantum virum id sensisse) errauit; nam & extra patriam non potest vllo munere reali, vel personali premi, nec in carcerem duci, *vt in d.l. medicos,* ibi. *Rebus quas in ciuitatibus suis possident:* & ibi. *& neque in prouincijs hospites recipere, nec vllo fungi munere, nec ad iudicium deduci, nec eximi, vel exhiberi, vel iniuriam pati.* Idem probatur *in l. Grāmaticos. C. de profe. & medi. lib.* 10. ibi. *Nec eorum domus vbicumque posita militem, seu iudicem suscipiant hospitandum.*

145 Is autem, qui se defendit, sub prætextu quod doctor sit, vel professor, cum neutrum sit verum, explodendus est *l. qui sub prætextu C. de Sacros. Eccl. l. quidam ignauia. C. de decurio. lib.* 10. *Alexand. in l. Centurio. num.* 17. *ff. de vulg.*

146 Ex his apparet, doctorem legentem, vel quemlibet alium honestissimorum studiorum professorem, non esse pro ære alieno addicendum creditori. Illa enim certissima regula est, quod qui non potest duci in carcerem, non est addicendus creditori, vt probaui *c.* 3. *nu.* 2. Meminisse tamen oportet quod *di cta l. medicos,* non seruatur in professoribus grammatices.

147 Sed quid sentiendum in aduocato? an est pro ære alieno capiendus, & addicendus creditori? Certè aduocatus, præsertim indocti quidam rabulæ, canibus, quam hominibus propiores, per fas & nefas luccellum parantes, indigni videntur omni fauore: patrocinium enim, non æquitate, sed pecunia metiuntur: quare *Apuleius, lib.* 10. *Metamor. appellat eos capita vilissima,* forensia pecora, ac togatos vultures. Et Seneca, *Iuridici* (inquit) *velut canes acerrimi, non nisi oblato cibo, mansuescunt.* Et *Columella* in præfatione conqueritur latrocinium aduocatorum pro nocentibus, ac innocentibus aduocantium permitti intra mœnia, & in ipso foro: & quidem (vt iam testatus sum) aduocati, qui huiusmodi sunt moribus, latrones publicis nocentiores existimādi sunt; impunè enim, & cum imperitæ plebis laude in medio foro latrocinantur.

148 Si tamen aduocatus vir sit grauis, moribus Christianis, aduocatum præstans non calumniatorem; dignus est omni fauore: veritatem enim diligenter scrutatur, iuris decreta conquirit, iudicis aurem vellicat, ingenium acuit, antiquorum lucubrationes ad eruēdam veritatem diligenter euoluit; denique assiduis lucubrationibus cliētibus suis, honorem, rem, vitam, & posteros defendit; non proferens somnia, non sophismata, non verba detorta, sed veritatem ipsam, prudentiæ, & eloquentiæ lumine relucentem; vixque arbitror, bono aduocato parem gratiam referri posse: hunc ego libenter, & à dispositione huius legis, & à carcerem eximam, & inter viros nobilissimos collocabo. Hos enim, quos eruditio, & virtus commendant rectè, & prudenter appellat *nobilissimos* Gratianus Cesar *in l. prouidendum. C. de postul. ibi. Quos meritum aut vetustas nobilissimos fecerit.* Et deposito etiam officio dicuntur clarissimi. *l.* 1. *C. de aduo. diuer. iud. quare torqueri non possunt Bartol. l.* 1. *§. est & alius. ff. si quis à par. fue. manu. Alexand. in l. Centurio. ff. de testamen. milit. Roder. in l.* 2. *tit. De los gouiernos. §.* 5. *quæritur. col.* 4.

149 Neque minus vtiles reipublicæ cēsentur, quam milites: ideò, & ipsi militare dicuntur *in l. aduocati. C. de aduoc. diuer. iudic.* Neque minus prouident humano generi, quàm si prælijs, atque vulneribus patriam, parentesque saluarent, *vt in dict. l. aduocati dicitur.*

150 Quare eos æquiparari militibus scribit *Bald. ibi.* & quod gaudent priuilegio militari, in hoc quod non possint capi, neque torqueri, sicut milites notat *glos. in l. miles. ff. de re iudi. & ibi Alexand. & Ias. nu.* 8. *&* 9. *glos. in l.* 1. *§. est, & alius in verbo Cæperit. ff. si quis à paren. fuer. manumi. & ibi Bart. Cin. & Sali. in l.* 1. *C. de iur. & fact. igno. Alexan. in dict. l. miles. Rapha. cons.* 21. *in fine.* Aduocatorum enim exercitium videtur esse litterata militia. *l. proximos. C. de proxim. sacro scrinio. lib.* 12. & quod aduocatus non potest ob æs alienum capi scribit *Alexand. in dict. l. Centurio. num.* 25 *ff. de vulg. Roderi. in l.* 2. *tit. De los gouiernos. §. quæritur. col.* 4. *vers.*
151 *ter limita.* Et quod gaudet priuilegijs textus *in l. medicos. C. de profe. & medi. lib.* 10. *notat Guido Pap. d. decis.* 88. *& deciss.* 388. *Ripa, & Alciat. nu.* 47. *in l.* 1. *ff. solu. matrim. Aretin. cons.* 95. *col.* 1.

Respondeo breuiter. vbi dicit ita seruari consuetudine, & ita iudicatur in hoc Regio Senatu Granatensis & est moribus receptū vt neque in libris aduocati possit fieri executio; sunt enim veluti arma, & sicut arma militis non capiuntur, ita neque libri aduocati, qui litterariam militiam exercet, & quod aduocatus non capiatur ob æs alienū, & est opinio prudens (cessante dolo, vel opinione fraudis in abscondendis bonis, vt in nobili dixi) eamque inuiolabiliter obseruarem nisi aduocatus rabula sit, circumforaneus aduocati nomine indignus; vt in doctore indocto docui *nu.* 143. & in aduocato scribit, qui scholia addidit *Guidoni Papæ dicta decisione* 88.

152 Quod tamen attinet ad tributa, certè *Guido* in dictis locis, pronuntiat aduocatum immunem esse à solutione tributorum, ex *d. l. medicos,* & eius opinionem sequitur *Marcus Mantua obseruationum lib.* 2. *c.* 17. *in princ. Tiraque l. in tract. de nobilit. c.* 29. *n.* 14.

Sed

Sed consuetudo non admittit, apud nos, vt aduocatus immunis sit à solutione Regiorum tributorum, erit tamen immunis à muneribus personalibus, *vt in l. sancimus. C. de aduo. diuer. iudi. l. 8. tit. fin. part. 2.* hoc enim nō arbitror esse consuetudine abolitū. Notandum tamen, quod cōsuetudo apud nos, non admittit, vt aduocatus non exigatur in plus quam facere possit. Item aduocatus nō gaudet priuilegio militari, in his quæ militibus propter iuris ignorantiam conceduntur. *ita Paul. Alexand. & Ias. in dict. miles ita.*

153 Sed fuit aliquando in hoc Regio Senatu Grauaten. maximè controuersum: An aduocatus, in contractu, renuntiās priuilegio aduocationis, possit capi ob æs alienum, & an valeat priuilegij huius renuntiatio; ac tādem cum itum esset, in varias sententias, id obtinuit, vt renuntiatio non valeret: sed quādoq; vt Liuius inquit, *Maior pars vincit meliorem.* Scio doctis plurimum deferendū honoris, vnusq; sum, ex eorum numero, quibus maximè placet studiosos, perpetuis extolli honoribus: sed falsum reputo, aduocatum non posse renuntiare suo priuilegio, de qua re (vt omittam tot argumenta relata in quęstione de nobili) est textus expressus *in l. 8. tit. fin. par. 2.* Vbi lex de priuilegijs eruditorum loquens inquit: *No son tenidos de ir en hueste, nin en caualgada sin su plazer.* Nota hæc verba vltima *Sin su plazer,* ex quibus à contrario sensu elicitur, quod si velint, possunt suo priuilegio renuntiare. Meminisse tamen oportet, quod *licet glos. & DD. in d. l. miles tribuant* aduocato priuilegia militū, id non non habet locum quo ad hoc, vt in acquisitis nō conueniatur vltra quam facere possit, neq; id admisit consuetudo, neq; seruaretur, vt inquit *Paulus, in dict. l. miles.*

154 Sed quid si debitor vir sit, excellenti virtute præditus, an hic addicendus erit creditori? Mouet quæstionem, quod excellens virtus est vera, & solida nobilitas *cap. nos qui 40. dist. & ibi Domi. & Cardin. Alexan. cap. pen. de praben. & ibi Hostien. Ioan. Andr. Anton. & Imola. Hostiens. in summa titul. de restitut. §. quis institui. circa prin. Ioan. Andr. & Collectar. in cap. 1. de donat. Din. Abb. & Angel. in l. si quis stipulatus sit Stichum. §. si quis ita. ff. de verbo. obligat. Alber. in rubr. ff. de Senato. Angel. & Platea in l. 1. C. de condi. in publi. horre. lib. 10.*

155 Et quidquid sit, certè omnes admittunt virtutem nobilitati anteponendam, *Bald. in cap. pen. in fin. de probatio.* citat textum *in l. pronuntiatio. §. matrem familias, in fin. ff. de verb. signif. latè Tiraqu. de nobilit. c. 4. n. 16.* ergo cum nobilis immunis sit à dispositione huius legis, idem videtur dicendum in viro, cuius virtus omnibus conspicua, suo exemplo alios allicit ad bene viuendum.

156 Deinde, cum in criminibus habeatur ratio eximiæ virtutis eius qui deliquit, vt clementius cum eo agatur, *vt in l. non omnes in princ. ff. de re milit. Alexan. cons. 121. viso processu col. 2. ver. concurrit lib. 7. Couarru. varia. resol. lib. 2. cap. 9. num. 7. ad fin. & n. 8.* multo magis idem dicendum in non soluente æs alienum, vt habeatur ratio virtutis eius, cum cessatio solutionis possit vacare culpa: at delictum non potest comitti absq; malitia, & vehementior debet esse iudex in puniendis criminibus, quam in exigendis debitis; & nihilominus in puniendis criminibus, habetur virtutis, & ante actæ vitæ ratio: *vt notatur in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infam. Bal. in l. data opera. col. 1. C. de his qui accusar. non poss.* sic mitius agitur cum simoniaco, quem antè actæ vitæ probitas commendat. *cap. eos, qui. 1. 1. quæst. 7. Abb. in cap. nisi speciali, per textum ibi. de offi. de legat. Barba. in l. Titius col. 9. ff. de verbo. oblig.* In Senatu, & apud populum apud Principem, & vbicumq; iuris clementia, est; habere locum deprecationem, in qua plurimum valent ex ipso qui reus est, hæc tria in vita præcedente; si innocens; si bene meritus; si spes in futurum innocenter victuri. Rursus *Quintilian. declamat. 310.* inquit in fine, *Quod qualecumq, crimen potest donari meritis, donari virtuti.*

157 Sic assertioni boni viri standum, iuxta glossam celebrem *in l. Titio fundus. ff. de condit. & demonst. & ibi Bart. Paul. & Angel. Bart. in l. non solum. §. morte. col. 19. ff. de noui ope. nuntia. Bald. in l. indicia. q. 4. C. de rei vendica. Abb. col. 1. & Felin. col. 3. in c. cum contingat. de rescrip.*

158 Deinde boni viri, etsi non polleant facultatibus, pollent fide; plerumq; autem homines æstimantur idonei, non tam patrimonio, quam fide, *vt in l. si quis stipulatus sit Stichum. §. fin. ff. de verb. oblig.*

159 Quare Paulus ibi docet quod pauper, etsi non possideat immobilia, est idoneus fideiussor, si est vir probatæ fidei, solitus seruare promissa: cuius opinionem probat *Hippol. in l. 1. §. ad quæstionem col. 3. ff. de quæst. Alexand. in l. 2. vers. item limita. ff. qui satisda. cog. & ibi Ias. fallen. 2. sic Bal. in l. præsentibus, col. 6. C. de impub. & ali.* dicit illum esse idoneū, quem virtus probat: ergo si debitor, vir bonus est, semper dicetur idoneus; quod si est idoneus, non est addicendus creditori, neque conijciendus in carcerem.

Sic ferè semper dispensatur cum bonis viris, *vt in c. Lugdunensis. 9. q. 2. & in c. tali. 1. q. 7. c. ordinat. 9. quæst. 1. c. si qui à simoniacis. 1. quæst. 1. cap. innotuit de electio. & ibi Abb. in 7. notabili. text. in c. de monachis 77. distin.* Sic propter excellentiam hominis receditur ab omni iure. *ita Bald. in l. sed, & reprobari. §. amplius. ff. de execu. tut.* ibi. *Maxime disciplinatus. Roma. Alex. & Ias. in l. cum quid ff. si cert. pet. Barba in proæm. Clemēti, verb. salutem,*

salutem, *col.* 11. *vers.* 8. *Ias. in l.* 1. *col.* 2. *ff. de legibus. Felin. in rub. de maiorit. & obedien. col.* 3.

162 Verùntamen, vt fateor, mitissimè, & honorificè agendum cum bonis viris: itaque negn creditorem inuitum cogendum parcere bono viro sibi debenti, licet æquum esset, & maximè Christianum, cum eo mitissimè agere, iuxta Domini verbum *Matth. capit.* 18. dicentis: *Serue nequam, omne debitũ dimisi tibi, quia rogasti me; nonne ergo oportuit & te misereri cõserui tui, sicut ego tui misertus sum?* Non enim quis cogitur facere beneficium, neque propter personam est recedendum à legis decreto, nisi cum magna, & probabili causa *cap. miramur.* 61. *distinct. ibi. Non enim in cuiusquam persona, praetermittendum est, quod institutis generalibus continetur*. & ibi glosa notat non esse recedendum à iure communi, propter personam.

164 Quare nemo est ante ætatem legitimam presbyter ordinandus, etiamsi sit valde idoneus. *cap.* 1. *distinct.* 78. *& Bald. per textum ibi. in ca.* 1. *in vltimo notabili, vt lite penden.* dicit, quod propter vitæ meritum, non est discedendum à dispositione iuris communis, idem tradit *Barba. cons.* 18. *incip. praeclare col.* 16. *lib.* 2. *Ias. in l. qui iurisdictioni. col. fin. vers. pro ista limitatione. ff. de iurisd. omn. iud. Dec. in cap. postremò in fin. de appel. & in cap. at si clerici col.* 4. *de iudic.*

165 Nam vbi tractatur de simplici iustitia, non curamus de meritis personarum. *Bald. cap. sedes paulò ante fin. de rescript. arg. l. cum pater*, §. *rogo. ff. de leg.* 2. *capit. mulier verbo sancta.* 23. *dist.* sic vitium illegitimationis, nõ suppletur probitate, vel virtute illegitimi, imo prorsus necessaria est dispẽsatio *Roma cons.* 216. *incip. electio dicti Domini col.* 2. *vers caeterum argum. cap. innotuit de electio.*

166 Præterea, viri excellens virtus, vel sanctimonia, non operatur in alterius præiudicium, quando est causa grauis, vel magni momenti *Ba d. in l. vna col.* 3. *in* 2. *opposit. vers. quid ergo est. C. de praesumpt.*

167 Et rem affirmat Decius in *cap. causam, quæ in fin. de offic. deleg.* vbi dicit, quod quando tractatur de præiudicio tertij, non curatur de generali præsumptione, qua quis præsumitur bonus *Abb. in cap. cum in iure in prin. de offic. deleg.* ut habemus verbum Domini dicentis, *Ne respexeris in faciem pauperis.* ad quod expẽdes illud *D. Augustini super Psal. mos* 33. *dicentis, Ne amisso iudicio sis pauperi in mala causa misericors, cuius si partis fas celo (idest paupertati) percutis cor, & tanto nequiorem reddis, quantum iniusto sibi fauere videt:* licet alioqui pauperes tantum nobis cõmendatur, vt dixerit *Quod huic dedisti mihi dedisti*. Quare si bonus vir, ære alieno prematur, non soluam eum è vinculis, inuito creditore, sed rogabo, & interpellabo creditorem; pecuniam ab his quibus charitas cordi est, efflagitabo, vt vir optimus exemplo, & optimis vitæ actionibus reipublicæ prosit. Neque si iudex sim, aliter cum eo agam, quam si frater sit, non tamen spoliabo creditorem actione sua: nam excellens virtus rapit in amorem, & admirationem sui, sed non rapit ab inuito actionem suam, neque est lege cautum, vt quis teneatur dare, vel remittere creditum ei, qui excellentis virtutis nomine clarus est.

168 Non obstat quod virtus est vera nobilitas: fateor, est apud cœlites: sed tamen crassum vulgus, cui humanæ leges sunt præcipuè conscriptæ, virtutem, vel spernit, vel parui in pretio habet: bonos viros laudamus tantum, sed tamen non ornamus peculiaribus honoribus, neque defendimus peculiaribus priuilegijs, præsertim, vt non cogatur debita satisfacere. Deinde vir christianæ integritatis non debet recusare satisfactionem æris alieni: cum non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum: satisfactio autem deficiente pecunia debet fieri operis, & obsequio, vt in hac lege dicitur.

Rursus non obstat, quod in criminibus habetur ratio eximiæ virtutis: id enim quo ad hoc, vt pœna mitior sit, vel honestior, sed non quo ad hoc, vt delicta remaneant impunita, contra *l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. & vectig. cap. vt famae de sentent. excommun. vbi glos. & Abb. Ferrara de appellat. c.* 12. *n.* 176. *tom.* 5. *tract. Doctor. nouiter impress. Ascbanius de patria potest. effectu.* 8. *num.* 16. *tom.* 8. *par.* 2. *eorumdem tractatuum*. Et si iudex quantum poterit aget mitissime cũ debitore, qui vitæ probitate excellit: nam, & in præfinitione temporis, & in omnibus ei fauebit quantum patietur æquitas.

169 Deinde non obstat, quod vir bonus semper censetur esse idoneus. Fateor, est idoneus fide, sed non facultatibus, quare vir bonus, & optimę fidei, non censetur idoneus, si est pauper, *Alexand. in l.* 2. *ff. qui satisdare cog. Aret. & Ias. in l. si quis stipulatus sit Stichum. §. fin. ff. de verb. oblig. Tiraquel. de temperan. pœnis. cap.* 51. *num.* 43. quæ opinio verissima est, quando non fides, sed quãtitas patrimonij spectatur.

170 Præterea non obstat, quod dispensatur cum bonis viris: quoniam cum requiratur dispensatio, satis significatur fieri aduersus dispositionem iuris communis. Quare ad dispensandum, & derogandum dispositioni legis, requiritur authoritas Principis, qui solus potest uti clausula *Non obstante*, *glos. in cap. fin. in verbo Figura de haere. in* 6. *Ioan. Andr. & DD. in cap. fin. de offic. Arch. Alexand. in l. Centurio, nu.* 32. *ff. de vulg. vers.* & subdit: quanquam fatentur quod in his, quæ in arbitrio iudicis consistunt, potest iudex dispẽsare cum bonis viris, peculiari fauore eos prosequendo, eximendoq; virtutem ab his, quę molestiam, vel dedecus adferunt; non tamen poterit ratione virtutis debi-

debitoris mei efficere, vt ego amittam creditum, & pecuniam, quam illi mutuaui, vt dixi supra.

171 Postremò non obstat, quod propter virtutem hominis receditur ab omni iure: Cōtra enim sentiunt ij, quos citaui: & sanè receditur ab omni iure, in his quæ propter fidem exiguntur, habetur enim magna fides bono viro; & in his quę arbitraria sunt, & respiciunt honorem vel contumeliam: sed non receditur à iure in his quæ respiciunt præiuditium tertij, non enim bonus vir liberandus, nisi restituat quod accepit, tantum repræsentata virtute sua, poterit rogare creditorem, vt cum eo mitissime, & honestissimè agat, quantum clementia, & æquitas patiuntur: alias bonus vir non est, qui satisfactionem recusat. Paulus ille magnus propugnator ecclesiæ, ille (inquam) electum organum Christi, & diuinis assuetus eloquijs, consuebat coria, ne cuiquam esset grauis, & ne ab vllo quicquam acciperet, quid facturus, ne cuiquam suam rem adimeret. Et Paulinus Nolanæ vrbis episcopus, vir sanctitate, & doctrina clarus Hieronymi præconio, in seruitium se dedit barbaro viro, vt filium viduæ à captiuitate liberaret, vt autor est Paulus Diaconus in vita Martiani Cæsaris. Itaque sanctissimi viri, etiam non debentes, sese in seruitium tradiderunt vt alienis debitis satisfacerent,

Illud tamen non omittendum, quod iudex in taxatione temporis, quo debitorem seruire iusserit, respiciet personam debitoris: nam si vir bonus sit, aut excellenti aliqua parte præditus, vel primariorum ciuium cognatione clarus, vel olim diues, seu nobilis, vitæ splendore florens, dolebit hominis vicem: operasq; & tempus moderatissimè taxabit, curabitq; huiusmodi debitores in famulitium nobilissimi alicuius viri dare vel alicui simili exercitio mancipare, vt ex stipendio satisfaciat creditori: argum. eorū quæ dixi supra, & quoniam aliter vir primarius, aliter plebeius est ducendus in carcerē *l. 4. tit. 29. par. 7. Bart. & Alexand. ibi in additio. in l. 2. §. torquētur ff. de re milit.* addici autē creditori, durius est, quā in carcerē duci.

Idem sentio in casibus, in quibus nobilis non gaudet priuilegio nobilitatis. Idem in eo, qui olim fuit positus in dignitate, nā & ij, deposita dignitate, de Iure Ciuili torqueri non possunt *lege. nihil. in fi. C. de quæstione lege. final. ff. de decurio. Salicet. in leg. D. Marco C. de quæstio. Plat. in rubric. C. de decur. libr. 12. Bald. in l. de quæst. C. eodem tit. Carrerius in pract. num. 180. versi. & ampliant*, quamquam hoc non seruatur *teste Gaudino & Odofre. in loco citato per Carterium* Prohibitus autem torqueri an possit in carcerem duci, tradit *Platea in l. nemo carcerem num. fin. C. de exact. tribu. lib. 10.* Sed res iuxta priuilegij causam videtur definienda.

Et quod dixi de eo, qui in aliquo artificio excellit, probatur ab omnibus *ex l. ad bestias ff. de pœn.* quæ licet id non probet, est opinio vera etiam in criminibus, vt per *Oldr & Albe. ibi. Aleia Parerg. lib. 2. cap. 20. Roma. sing. 725. Couarr. Variar. lib. 2. c. 9. nu. 6. Ias. in lex est col. 2. ff. de legi. Cepola caute 2. Hippolit. in practica §. expedita nu. 42. & in §. opportunè col. 2. Carre. in tract. de homicid. §. 7. num. 72. Cepol. in l. mercis nu. 15. ff. de ver. signifi. Alex. in l. maritum. ff. solu. matri. Bald. in l. si quis crediderit in 2. lec. ff. de pact.*

S V M M A.

1 *Sacerdos non addicitur creditori, neque in carcerem mittitur, nisi ex delicto debeat, & num. 6.*

2 *Priuilegia militum, ne pro debito ciuili incarcerentur, ad sacerdotes extenduntur, ne religionē deserant, & num. 3.*

4 *Clericus an gaudeat priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere possit.*

5 *Clericus an gaudeat priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere possit, etiam cum iuramento & nu. 8.*

7 *Ex debito, & instrumento non liquido non solum clericus, sed nec laicus capi potest.*

9 *Clericus sacerdos non cedit bonis, neque ob debitum excommunicatur, sed satisfacit promissione iurata de soluendo, dum ad pinguiorem fortunā peruenerit.*

10 *Qui capi non potest non compellitur ad cessionem bonorum.*

11 *Curia Parisiensis capit clericum pro debito ciuili.*

12 *Clericus suspectus de fuga, aut occultās bona, capi potest pro debito ciuili.*

13 *Dolus est delictum.*

14 *Clericus in quibus casibus luit in corpore, patitur pœnam de manu iudicis ecclesiastici, licet iure permittente per iudicem sæcularem fuisset damnatus.*

15 *Iure regio hodie clericus ratione conductionis Regij vectigalis, in carcerem etiam Regiam duci, & capi potest, & ibi de intellectu l. 18. Stili.*

16 *Clericus degradatus, quia falsauit litteras, vel sigillum Romani Pontificis, potest capi, & incarcerari pro alieno debito.*

17 *Quibus casibus degradatus amittat priuilegium clericale.*

Exe-

Patro-

70 *Patrono alimenta praestanda secundum eius qualitatem, & dignitatem.*

71 *Mendicitas secundum qualitatem personarum, est consideranda.*

72 *Frater primogenitus tenetur alere fratres secundò genitos secundùm dignitatem eorum, & facultates maioratus.*

73 *Et an procedat in eo, qui cessit bonis, si postea bona acquirat.*

74 *Debitor, qui bonis cessit, & fuit sibi relicta turris, aut domus, An creditores petentes vendi domum, aut turrim dicentes sufficere debitori domum paruulam, sint audiendi.*

75 *Et quid in alijs debitoribus habentibus domum pulcherrimam, in qua habitant, quibus competit beneficium ne conueniātur vltra quam facere possint an cogantur creditoribus vendere domum.*

76 *Cum alimenta sunt praestanda non debent vendi possessiones, & ex redditibus earum alimenta sunt danda.*

77 *Priuilegiati, ne conueniantur vltra quam facere possunt, an opponant hanc exceptionem post sententiam.*

78 *Et si soluerint insolidum, an possint repetere.*

79 *Filius familias, an pro debito in carcerem mittatur.*

80 *Frater, an fratrem debitorem ob as alienum in carcerem detrudat. n.86.*

81 *Frater fratrem capere non potest autore Baldo.*

82 *Frater redimens fratrem ab hostibus praesumitur fecisse pietatis intuitu, & non animo repetendi, & nu. 87. & 88.*

83 *Frater potest habere in seruitium fratrem suum.*

84 *A fratre potest conueniri frater, vltra quam facere possit.*

85 *Priuilegium ne quis conueniatur vltra quam facere possit, datur solum inter ascendentes, & descendentes.*

86 *Stante statuto, ne frater ob ęs alienum capiatur, an eius hęres possit capi.*

Clericus maiorum, vel minorum ordinum, an possit capi, vel addici creditori: & quid, si post addictionem, vel contractum æs alienum, fit clericus vel monachus. Et an capi possit pater, vel mater, patronus, socer, filius & similes, & an possint renuntiare suo priuilegio. Et an frater capi, & addici possit pro ære alieno, quod fratri debet.

CAP. XVII.



ACERDOTES nostri temporis qui non omnino vacant celestium contemplationi, non minus rē curant quam profani, Quare, & de his quoq; dicendū, an capi & addici creditori posint. Distingue: aut sacerdos iam consecratus æs alienum contrahit, aut postquam contraxit æs alienum, sacris ordinibus initiatur.

1 Primo casu, distingue; aut sacerdos est sacris ordinibus maioribus initiatus, & hic non est addicendus creditori, imò, neque ducendus in carcerem pro ære alieno, nisi ex delicto debeat: vel sit suspectus de fuga, vel bona abscondat. Primò, quoniam clericus pro debito merè ciuili, non potest duci in carcerem, vt asseuerat *Anto. Butr. cons. 41. incip. satis puto in fine. Regia. l. 118. Stili à contrario sensu*: Quamquam fateor ei legi posse responderi, vt solum sit specialis, in hoc, quod clericus conductor Regij vectigalis ducatur in carcerem prophanum, & non in ecclesiasticum, in eo casu, quo conducit Regia vectigalia, & non in alio: tamē quod clericus non possit ob æs alienum capi, Iure Regio. refert *Celsus in indice Regiarum constitutionum ver. Desarraygar. n. 25. Castel. l. 66. Tau. num. 110. vers. ex quo infero quod pro ciuili, notat Ioan. Andr. per tex. ibi. in c. si clericus de sent. excommun. lib. 6.* dicit communem *Rode. in l. 2. titul. De los gouier. q. 5. col. 6. vers. idem dicendum scribit Matthęsila. notab. 60. incip. nota quod clerici per tex. in c. nuper & in c. vt. fama de sent. excom.* quamquam Matthesila. mihi videtur errare, dum asserit, non posse capi clericos in sacris minoribus constitutos, vt statim dicam.

Hanc tamen opinionem, quod clericus, ob ęs alienum capi nō possit, etiamsi inops sit, probat *idem Matthesil. in l. consentaneū col.2.vers.prædicta omnia fallunt.C.quomo.& quan.iud.Nicol.Mil. in repert. ver. Clericus, vers.6.DD.in d.c.dilecti.de appel.post glos.ibi Innoc.in c.vt famæ. in glo. in verb. Prælatorū. de sent. excommunic. Philip. Decius, post Perusinum in d. c. dilectis in 1. notabil. Calderin. in c.1. de offi. ord.* Non desunt qui contra sentiant: sed hęc opinio vera est, & moribus recepta, propter dignitatem ordinis sacerdotalis, cui fauere (vbi fraus abest) est è re christiana. Multò enim magis dignus est fauore sacerdos egenus, religionis, & diuini verbi minister, quam miles, rapinis, cędibus, & stupris, confundens omnia.

2 Quare optimo iure priuilegium concessum militi, *in l.miles ita.ff.de re iud.* extenditur ad sacerdotem, non solum, quoad hoc, vt non possit æris alieni ratione capi; verū etiam, quoad hoc, vt nō possit exigi in plus quam facere possit, hoc est, vt ei relinquatur necessaria substētatio. Ita rectè, & æquissimè docuit *Accur.in l. miles ita.ff. de re iud. & ibi Bart. & Ias.nu 11. Ang. Imol.Alex. & Ripa n.7.* testantur hanc esse communem sententiam. *Couar.var. resol.lib.c.1. nu.9. Sinfileus de litteris gratia, & iustitię fol.154.col.2.Gigas in tract. de pensionibus q.35. Collectarius in c.Odoardus de solu. Rebuf. in Auth. habita. priui.112.C.ne fili.pro patr. Ioan.Bapt. Sanseuer. in tract. de debit.susp. & fug.q.6. quinta q. princ. Gomez. in compen. vtriusq; signaturæ col.fi.Hippol. n pract. criminali, verb.attingam num.69. Castellus l. 66. Taur. in ver.* De *se arraygar col.11.vers. in tantum non cōpellitur, Capella Tolos. q.245. & ibi Aufrer. in additio. Lupus in repe. rub. de donat. inter vir. & vxor.§.39. incip. idem est, num.3.qui alios citat. Anch. in c. si propter, col. 6. de rescrip.lib.6.* Adducunt omnes *textum in c.Odoardus, de solut.* vbi hoc significat *Abb.col.3 Imol. & Ancha. Feli.in c.cum ex offi. de præscrip. col.2. circa prin.* adducitur efficax ratio, scilicet, quoniam militi conceditur id priuilegium, ne deserat militiam.

3 Ergo idem concedendum clerico, ne deserat religionis ministerium; neque arbitror quemquam adeò esse impium, qui neget, non esse plus honoris deferendum sacerdoti, quàm militi, vel nobili; at ij non ducuntur in carcerem, neque tenentur vltra quam facere possint: ergo, neque sacerdos; neque enim in republica Christiana admittendum, vt sacerdos Christianus omnibus facultatibus exutus cogatur mendicare inter Christianos; quod neque impij (admiratione religionis permoti) vllo modo paterentur. Cum ergo sacerdos sacris mysterijs initiatus, non possit duci in carcerem, neq; exigi vltra quam facere possit: sequitur, quod non est addicendus creditori, quod est plus quam duci in carcerem, & conueniri in plus quam facere possit: Et nominatim, quod non debet seruire creditori, notat *Castel.in d.l.66.Tauri, vers. De se arraigar, col.11.vers. hinc etiā dico:* his cōgruit, quod qui non potest duci in carcerē, non est addicendus creditori, vt docui *sup. ca.3.nu.4. c.4.* Deinde, si clericus tempore contractus erat pauper, sibi imputet, qui cum eo contraxit. *cap.quemadmodum.de iureiur. & arg. c.propter sterilitatem,* ibi: *Non imminebat, de loca.Castell.d.l.66. d.verb. De se arraygar, vers.secundo casu.*

4 Non omittēdum, quod *Mathesil. sing.61. incip.nota, quod clerici,* scribit, quod clericus non gaudet priuilegio militari quoad hoc, vt non conueniatur vltra quā facere possit; & idem significat *Paul.in d.l. miles ita in fin. principij.* Sed certè Paulus rem non asseuerat, tantum refert opinionem Canonistarū, quorum nonnulli dicunt, quod clericus tenetur cedere bonis; quę quæstio, inquit Paulus, esset superflua, si non tenerentur vltra quā facere possint. Hæc Paulus, qui potius alienam refert, quā mentē suam. Sed quidquid senserit; opinio est æquissima, & prudentissima, vt sacerdos nō teneatur in plus quam facere possit; & aduersa opinio absurda est, & prorsus aliena à dignitate, & grauitate Christianæ religionis.

5 Quinimò, in ea sum sententia, vt sacerdos non possit renuntiare priuilegio, ne cōueniatur vltra quam facere possit, *auctorè Butrio cons.41.* quoniā id conceditur sacerdotali dignitati, cuius conseruatio spectat ad publicam vtilitatem, cū ad religionem spectet, vt docui *cap.præced.n.74.* & cum ibi *nu.83.* dixerim militem non posse renuntiare priuilegio militari, quoniam deseret militiam: ita, & hic ne deserat religionis ministerium, & augmentum: & ne vir destinatus cœlestium contemplationi, in carcerem, vel in prophani cuiuspiam vile ministerium detrudatur.

Neque obstat, quod B. Paulus consuebat calceos, & laborabat proprijs manibus: id enim spontè faciebat, non coactus, & quisquis sacerdos, minister verbi diuini, magnus, & clarus habebitur, & in hoc mundo & in Regno Christi, si Pauli generosam mentem imitatus doceret gratis euangeliū, nihil interim à quoquam accipiens, sed sibi suo labore victum parans.

Non obstat, quod S. Paulinus Nolanæ vrbis Episcopus (etiamsi nihil præter mutuā charitatē deberet) sese tradidit in seruitium barbaro, vt proximū à captiuitate liberaret: quoniam id spontè fecit, & non agnitus; & vbi fuit primum agnitus in patriam dimissus, passus est redire, etiamsi cum Barbara gente ageret: vt narrat Paulus Diaconus in Martiano his verbis. *Inter has procellas, vir pijssimus Paulin. Nola. vrbis Episcopus, postquam quidquid habere potuit in captiuorū redēptionem expendit, nouissimè cū*

nibil

nihil aliud, nisi ipse sibi solummodo superesset pro cuiusdam viduæ filio, maternas non valens ferre pijs visceribus lacrymas, cum eadem ad Africam proficiscens sese Barbaro viro, vice uicaria in seruitium tradidit: cuius sanctitas cum apud eandem Barbaram gentem Dei nutu cognita fuisset; demum cum omnibus suis ciuibus ad vrbem propriam remeauit. Opus præclarum discipulo Christi dignum, omnibus libris & litteris celebrandum: quo liquidò constat, quod Christiana virtus, à bonis laudem promeretur, à malis extorquet.

6 Ideòque mihi placet, Sacerdotem non exigi in plus quam facere possit, neque capi; vt vehementer admirer *Ludouicum Gomezium in compendio vtriusque signaturæ, col. fi.* docuisse, clericum inopem, qui tribus sententijs conformibus fuerit soluere damnatus, non posse allegare beneficium clericis concessum, ex dispositione *d.c. Odoardus*; atq; idem faciendum censet, si addito iure iurando solutionem promisit. Sed eius opinionem reijcit *Couar. var. reso. lib. 2. c. 1. n. 9. ver. quoties verò*, adducens, quod nulla reddi potest iusta huius opinionis causa; equidem meo iudicio, Gomezius non rectè sensit: quid enim habent tres sententiæ conformes, nisi quod efficaci vehementia executioni sunt mandandæ, & quod debitum reddunt liquidum? quod si liquidum non esset, certè neq; clericus, neque profanus, neque quiuis abiectissimus capi posset, *vt dixi*
7 *sup. c. 1. num 31.* Vt ergo aliquid concedatur clerico, oportet vt etiamsi liquidissimum sit, non prematur carcere, religionis sacræ minister; deindè mandentur executioni tres sententiæ, sed quatenus de iure (licet alioqui etiam aliena distrahentur ex tribus sententijs, quod est absurdissimum) vbi nam reperitur, quod damnatus soluere tribus sententijs conformibus, non possit opponere priuilegium nobilitatis? Quinimo omnis exceptio, quæ non perimit, sed moderatur sententiæ effectum, poetst opponi, etiam post sententiam definitiuam *latè Ias. in l. 1. C. de iur. & facti ignor. DD. in l. Nesennius ff. de re iudi.*

8 Idem sentio, quando clericus iurauit, nam potest opponere beneficium *c. Odoardus*, quoniam iuramentum id præstat, quod præcisè quis cogitur, licet aliàs non cogeretur *vt dixi c. 1. num. 6.* Quid tamen si clerico, solutio præsens est imposibilis præ inopia? Certè sufficiet cautio iuratoria, de soluendo, vbi ad pinguiorem fortunam peruenerit *vt in d.c. Odoardus*: nam iuramentum intelligitur iuxta subiectam materiam *vt in l. fin. C. de non nume. pecu.* neque quisquam dicet, quod priuilegium fidalgui, ne ducatur in carcerem, cessat si fidalgus iurauit soluere nemo enim iuris remedium amittit, nisi expressè, & disertè ei renunciet; *vt per Abb. c. cum contingat de iure iurand. & docui c. præceden. num. 9.*

9 Postremo, quod sacerdos, pro debito nō capiendus, neque addicendus, probatur: quoniam non tenetur eam bonorum cessionem subire, quam præscribunt iura ciuilia, etiam si facilis sit, minimeq; onerosa: neq; potest ob debitum excommunicari, si soluere prę inopia non possit: tantum tenetur iure iurando promittere se, vbi ad pinguiorem fortunam peruenerit, creditori satisfacturum; ita probatur *in d. cap. Odoardus*. & licet *glos. Ioa. Andr. Henric. & Hosti.* doceant clericum teneri cedere bonis, contra rectius scripserunt *Abb. Imol. & Anchar.* & est magis communis opinio doctorum ibi, teste *Couar. d. cap. 2. num. 9. Lupus in rep. rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 39. incip. idem est dicendum. nu. 3.* Hæc cōmunis opinio humanior est, grauior, & indubitanter vera, si cessio fit ignominiosè: nā cessio ignominiosa, quod ad corpus attinet, & vulgi opinionē, molestior est, quam excōmunicatio: tamen in eo textu præcipitur, ne clericus inops excōmunicetur. Quamquā excōmunicatio videatur vnicum remedium ad cogendū ad cessionem nihilominus præcipitur ne excōmunicetur; ergo non tenetur cedere.

10 Præterea probatur; quoniam clericus æris alieni ratione capi non potest, vt dixi *nu. 1.* at qui non potest capi, non potest cogi cedere bonis, *vt docui. cap. 3. nu. 2.* ergo, cùm clericus non teneatur subire cessionē bonorum, quam pręscribunt iura ciuilia: licet facilis sit minimeq; onerosa, multò minus addicetur creditori, quod est non posse liberari cedēdo bonis, sed spoliatum bonis seruire creditori. Nam, vt supra dixi, Iure Hispanico sublatum est beneficiū cessionis bonorum: nōn enim cedendo bonis liberatur debitor à manibus creditoris, immò ei traditur in seruitium; tantum prodest addictio, quoad effugiendum carcerem.

Deinde, quod clericus, non capiēdus, neque addicendus: probatur, quoniam sacerdotium nobilitat, *Host. Ioan. Andr. Abb. Anchar. & Card. Florent. in cap. eo libentius, de seru. non ord. Cors. in repet. cap. grandi col. 13. de supplen. negli. prela. in 6. Alciat. in cap. cū non ab homine. col. 6. de iud.* nobilis autē, neq; capitur, neq; addicitur, vt dixi *ca. De nobili*.

11 Illud tamen videtur reprehendendum quod Parisiensis Curia facit capi clericum, pro debito ciuili; quod mihi videtur à recta ratione alienum: sed rem narrat *Cassaneus in consuet. Burg. rub. 5. §. 2. num. 14. vers. addictio.* Ego capi clericum ob æs alienum, tunc probabo, cū subsit suspició, quod vult fugere, & exportare res suas; tunc enim ex dolo capi poterit, vt notat *Couarru. variar. lib. 2. cap. 1. num. 6. vers. Sed; & Baptista Sanseuer. in tract. de debito. susp. fug. q. 6. quintæ. q. principalis* dicit, adeò autem capi posse, donec soluat, vt illum possit capere ipsę creditor, dummodo illum tradat proprio iudici, vt notant præfati doctores.

12 Quinimò, etiamsi non esset suspectus de fuga, sufficeret probare, quod occultat bona: nam ex dolo (qui est delictum) capi posset, argumento eorum quæ dixi. *cap. præcedenti. num. 6. & num. 19. & num. 126.* & eorum quæ dixi *cap. de harede nume.* 18. *& cap. De debitore, cuius persona non est obli-*
13 *gata num.* 10. Et comprobatur, quoniam dolus est delictum, & abscondere bona ad defraudandum creditorem, est res impijssima, seuerissima cohertione digna. Clericus autem, non solum ex delicto, verum ex pecunia debita ratione delicti, potest capi, vel quia contrectauit, depositum, *vt in cap. de deposito, & ibi DD. scribit Mathesila. sing. 60, incip. nota quod clerici, late Hippo. in pract. crimina. §. attingam num.* 70. & significat *Butr. col.* 41. dum dicit, quod pro debito merè ciuili, clericus non potest capi: ergo secus, quando descendit ex delicto. *Boer. expressè decis. 349. num 11. vers. sed quoad clericum*, vbi dicit quod clericus potest, sicut laicus, detineri in carcere, & si non possit soluere pœnam impositā pro delicto, luet corpore. *arg. c. finē litibus in fin. de dol. contu. & ibi Abb. notat idem Abb. in d. c. Odoard. in resp. ad d. c. finem litibus & probatur in c. si res. 14. q. 6. in gl. ver. castigari, & in Auth. de sanct. Epis. §. reuerendissimus*, quod procedit etiamsi pecunia, quam soluere debet sit interesse ex parte actoris & solū pœna ex parte sua, *ita Abb. in d. c. si litibus. Boer. vbi supra* secus vbi pecunia, quā clericus soluere debet, non est pœna ex parte sua; nam tunc, si inops est, spectatur donec ad pinguiorem veniat fortunam, *iuxta d. cap. Odoardus.*

14 Clericus autem in casibus, in quibus capitur, & in casibus, in quibus deficientibus bonis luit corpore; debet hęc pati de manu iudicis ecclesiastici, licet (iure permittente) fuerit per iudicem secularem dānatus ad pœnam. *c. dilectis de appel. c. granis de pœn. Io. Anania, & Domi. in c. si clericos, de senten. excom. & Domi. cap. 1. de cleri. coniu. libro* 6. Nam iudex ecclesiasticus potest clericum flagellare, vsque ad sanguinis effusionem exclusiuè. *cap. in Archiepiscopatu. & ibi Abb. & Anania de raptor.* Sic etiam fœmina, & nobilis capiuntur pro debito descendente ex delicto, *vt dixi cap. 15. num 9. & c. 16. num. 26.*

15 Meminisse tamen oportet, quod extat apud nos *Regia l. 118. in legibus Stili* præscribens, vt clericus conductor Regij vectigalis, non solum ducatur in carcerem, verum, vt ducatur in carcerem Regiam: quare lege Regia admonentur clerici, ne conducant Regia vectigalia, *leg. 4. & 45. titu. 6. part. 1.*

Sciendum tamen quod *Castellus in l. 66. Taur. verbo. de se arraygar. col. 9. versic. nisi dicas*, Intelligit eam legem, in clerico coniugato: sed errat, quod enim esset priuilegium redditus Regij, si clericus coniugatus ducatur in carcerem Regiam? Deinde dicit, quod illa lex Stili, hodie non seruabitur, quoniam *per l. 57. Del quaderno de las Alcaualas*, clerici prohibentur conducere Regia vectigalia, & fideiubere pro conductoribus. Sed responde, quid si de facto conducit, vel fideiubet: vtiq; seruabitur lex Stili. Nota tamen, quod etiam si clericatus susceptus in fraudem debitoris, non suffragetur clerico, certè suffragabitur quoad hoc, ne patiatur pœnam corporalē, nisi prius degradatus. *Baldus in Auth. causa quæ fit cum monacho. col. 1. nu. 1. C. de Episcopis & cleric. Abbas. d. capit. 1. de obligatio. ad ratio. Bart. l. 1. colum. 3. ff. de pœn.* quod nota, quoniam addici creditori, est pœna corporalis, vt dixi *cap.* c. Item, hoc nota ad eos, qui exportando facultates alienas, fugiunt; nam si fiunt clerici, non puniendi, veluti latrones, nisi degradati.

16 Rursus, clericus degradatus, quoniam falsauit litteras, vel sigillum Romani Pontificis, & capi potest, & cogi ad solutionē æris alieni (eodem modo, quo laici capiuntur) amittit enim priuilegium clericale. *c. ad falsariorum, de crimine falsi. Regia. l. 60. tit. 6. part. 1. melius in cap. nouimus. de verb. signific.*

17 Quando autem degradatus amittat priuilegium clericale, vide Doctores in dictis locis, *Abbas in cap. 1. de obligat. ad ratio. col. 3. late DD. in cap. cum non ab homine, de indi.* Quid autem de clerico, qui nō vtitur cultu sacerdotali, sed profano? vide *l. 1. 13. & 14. titul. 3. lib. 1. Ordinat. & l. 1. & 2. tit. 4. lib. 1. Recop. & l. 7.* & eiusdem tituli, & libri, quæ in parte corrigūnt, ampliant, & declarant *d. l. 13. & 14. Ordi.* Hodie obseruantur circa hoc tradita *per sanctissimum Tridentinum Concilium sess. 23. c. 6. Alexand. latè distinguentem cons. 61. lib. 4.*

18 Executio autem in bonis clerici facienda, ad imitationem executionis, quæ fit in bonis militis, in cuius stipendio non fit executio, nisi in subsidium. *l. stipendium. C. de execu. rei iud.* cuius dispositionem glossa ibi extendit ad executionem, quæ fit in bonis clerici, & eam sequitur *Bal. ibi, & Lup. in rep. rub. de dona. §. 39. incip. idē est n. 4.* vbi licet dicat, quòd stipendia clericorum, nō capiēda pro executione sētentiæ, sicut nec stipendia militū; intelligēdus est, nisi in subsidium, nam in subsidium, stipendium militis capitur, & ita intelligenda *l. 22. tit. 6. p. 1.*

19 Stipendiū autē sacerdotis intelligo fructus, vel redditus sacerdotij, quos, deficientibus alijs bonis, ex quibus satisfiat creditor, faciendo executionem, consequetur: dū tamen, si clericus aliunde viuere non potest, fructus iuxta quantitatem debitam adiudicentur creditoribus, relicta clerico cōgrua ex eis portione, ex qua viuat, *argu. c. peruenit de fideiusso.* notat *Couarru. variar. reso.*

reso.lib.2.c.1.nu.9. & ita practicari in aula Romana, refert *Collectarius in d.cap. Odoardus, Rebuf. in auth. habita priuilegio 112.C. ne fil. pro patre. Aufrerius in additione Capellæ Tholosanæ* 245. Neque enim clericus conueniendus vltra quam facere possit, neque excommunicandus, si inopia laboret, *vt in dict.cap. Odoardus.*

20 Si tamen clericus non esset sacris maioribus initiatus, vel altari, vel ecclesiæ proprio ministerio seruiret; sed tantum minoribus esset ordinibus initiatus, & hic iudicandus, & cogendus ad solutionem, veluti laicus, cessante priuilegio clericis concesso, ita docet *Conar. varia. resolu. lib.2.c.1, nu.9. vers. propter quorum*. Cuius opinioni libenter accedo, ex eius ratione, scilicet, quoniam tantus est numerus eorum, qui primis minoribus sacris sunt initiati, vt oporteat clericale priuilegium ita interpretari, Sic doctori non legenti negaui priuilegium, ne capiatur ob æs alienum, quoniam magna est eorum multitudo, ita, vt *in c. præced. num.* 131. notasti.

Præterea, his non deteritur vlla reuerentia, sicuti sacerdotibus, & laici omninò reputantur. Et licet contra scripserit *Matthæ. silan. singu.60.* errat: & non seruatur, nisi intelligas eum in diacono, & subdiacono *c. à multis de ata. quali. c. pen. de ser. non ordinan.* Nam ij clerici reputantur; cæteri autem communiter habentur laici, etiam si habeant beneficium, & eis possunt succedere *Ioan. Andr. in reg. sine culpa, in Mercu. col.5. ver. ad primum. Cardi. ibi vers. pone. fusi. epit. & Guil. col. fi. vers. qui de clericis, late Tellus in l. Taurin.35.* qui alios citat.

21 Qualiter autem cogendus clericus inops, qui non potest soluere pensionem: & an possit priuari beneficio, cuius ratione pensionem soluit, tradit *Gomezius, in regula de annali possessore, quæst.35. Conarru. d.c.1. n.9. vers. quoties,*

22 Sed quid, si quis æs alienum contraxit, antequam sacros ordines acciperet? putà, quidam, cum laicus esset, à me centum mutuo accepit: quæro, an si post sacerdos fiat, gaudeat priuilegio sacerdotali, ita, vt neq; capi, neque addici creditori debeat. Distingue: aut creditor nondum in seruitium acceperat debitorem, neque eum in carcerem coniecerat; & certè si fiat clericus, gaudet priuilegijs sacerdotalibus, & debet conueniri apud iudicem ecclesiasticum, non apud profanum; ita probat pluribus argumentis *Ioannes Andreas, & Abbas*, qui latè distinguit, *col.2. & 3. in dict. c. vnico de oblig. ad ratiocin. Alexan. optimè in l. cum quadam puella num.3. ff. de iurisd. omni. indi.* quia non solum mutatur forus, sed status: *Bald. in Auth. causam colum.1. C. de Episcop. & cleri. Bart. in l.1. col.3. ff. de pæn.* qui limitat, nisi in fraudem suscipiat sacros ordines, *argum. l. maritus. §. legis ff. de adul. & eorum quæ*

anno.

dixi cap. præcedenti, & notat Bald. in auth. causa quæ fit cum monacho col.1. C. de Epis. & cleri. num. 142. Si tamen, cum creditor illum in carcerem coniecisset, vel in seruitium accepisset, fiat clericus; certè clericatus videtur in fraudem susceptus, neque clerico suffragatur, ita liquet ex distinctione *Ioannis Andr. & Abb. in d.c.1. & ex Bar. in l.1. col.3. ff. de pæn.* & circa hanc distinctionem, *vide Doctores omnes in c. proposuisti. de foro compe. & in l. cum quadam puella. ff. de iurisdict. omn. indi. Oldrad. consi.4. Alber. in 3. part. statuto. q.41. Felin. in c. fi. col.8. de constit. Rebuff. in l. si diuina domus. C. de exactio. tribut. l.10. Feder. Senens. cons.97. incipit non est fundamentum. Bart. Brixiensis. quæst. 32. incip. aliquis litigabat. Cepolla consil.11. col.3. ver. item de delicto, & cautela. 9. Plat. in l. non sibi. C. de incol. lib.11.* in quibus locis traditur de eo qui post delictum fit clericus:

23 Facit, quod seruus, sine licentia domini ordinatus, deponitur, & domino restituitur *c.2. de ser. non ordin.* & sacerdotium non liberat à conditione seruili. *Cassan. consuet. Burgun. rubr.9. §.10. num.56.* Ideo si debitor traditus sit creditori, non liberabitur per sacerdotium, immò, neque ordinari debet *c.1. de ser. non ordi. Molin. consuet. Paris. tit.1. §.41. num.55. in fin.*

24 Et an hic ordinatus domino, creditore contradicente, debeat degradari, & reddi domino; an vero audiatur, si velit seruire per substitutum: longa rixa est inter nostros, vide *Anton. col. 2. Abb. col. 2. in c. de seruorum. de seru. non ordi. & in c. fin. eo titul. Bald. Paul. Salic. & alios in l. si seruus. C. de Epis. & cleri. Afflict. in constit. Sicil. incip. astriptitios, col.3. in princ. & vide l.3. C. de agri. & censit. lib. 11.* Sed de hac re videnda *Regia l.6. tit.23. par.4.*

25 Illud addendum, quod collegia, & monasteria, & Ecclesiæ possunt cedere bonis, vt in *Autô. vt determi. sit num. clerico. §. inuestigantes. Nicolaus Neapolit. Ang. & Ias. n.10 & Ias. col. pen. in §. fin. Instit. de actio. Albe. in rub. C. de cessio. bon.* Non tamen singuli de ecclesia patientur addictionem ob debitum ecclesiæ, vt dixi *c.4. de vniuersit. nu.8.*

26 His definitis dicamus de scholasticis, an si debeant, capi possint, & creditoribus tradi. De hac re nullum agerem verbum, nisi priuilegium, ne conueniantur vltra quã facere possunt, eis concessisset *Rebuffus in auth. habita priuil. 113. C. ne fil. pro pat.* videtur Rebuffus laborasse, vt quamplurima benignè studiosis tribueret, dignus qui ab eis omnem referret gratiam, si legislator, non iuris interpres esset: nullibi enim tale quippiam definitum extat, neq; apud nos vspiã fuit obseruatum; Rebuffiq; sententiam reiecit *Conarru. varia reso. lib. c.1. nu.9.* dicens, quod nunquam vidit opinionem hanc Salmanticæ seruari. Equidem inutilis fuisset

nostro-

nostrorum concertatio, qui litigant, an doctor non legens, sit immunis a carcere, si iuuenculus primis adhuc labris attingens grauiora studia, non solum immunis est à carcere, verum etiam non potest exigi in plus quam facere possit. Quod neque aduocato, neque doctori legenti conceditur, neque enim *l. medicos. C. de profess. & medi. lib. 10.* id sibi tribuit. & licet argumentari quis possit, ex priuilegio *l. miles. ff. de re iud.* quod extenditur ad aduocatum: certè consuetudo, vix introduxit, vt aduocatus, & doctor legens, immunes sint à carcere. Quare, si quis musaret de priuilegio, ne exigatur in plus quam facere posset, causa prorsus caderet, & cum sibilo exploderetur; ita enim dictat consuetudo (optima legum interpres) Ergo, cùm hoc non conceditur doctori, neque aduocato, cur concedatur scholastico? de doctore, & aduocato dixi capite supra proximo.

27 Nunc de monacho dicamus: & quidem monachus non potest ob debitum ciuile capi, nec in carcere detineri, auctore *Bald. in Auth. causa quæ fit cum monacho. col. 2. n. 3. vers. quartum considerandum. C. de Episc. & cler. Abb. in cap. cum I. & A. num. 27. de re iudi. Roder. in l. 2. tit. De los gouiernos, in 5. q. vers. idem dicendum in monacho.* Quare in monacho cessat prorsus dispositio huius legis, vt ibi *Rodericus* notat.

28 Illud notandum, quod si quis in fraudē creditorum ingrediatur monasterium, non est recipiendus ad monachatum: quoniam non ducitur bono spiritu, sed, vt defraudet creditores, & otio indulgeat. ita docet *Innoc. in cap. vnico. de obligat. ad ratioc.* & ibi *Abb. col. pen. vers. tertia fuit*, vbi dicit concludendo: si tamen ingrediatur in fraudem monasterium, ipsum monasterium satisfacere debet creditoribus, quatenus ex bonis monachi ad se peruenit. *capit. si qua 19. quæst. 2. §. fin. Institu. de acquir. per arrog.* notat *Bald. in d. Auth. caus. quæ fit cum monacho, col. 2. num. 3. vers. quartum. C. de Episc. & cleric. Abb. in d. cap. vno. col. pen.* vbi tractat, an sint deducendę expensæ necessariæ ad alendum monachum.

Hæc procedunt, quando debitor ingreditus religionem, antequam creditor illum capiat, vel executionem aduersus illum faciat; nam si post hæc ingrediatur monasterium, idem dicendum, quod dixi in clerico, qui post capturam suscipit sacros ordines, ita *Abb. in d. cap. vno. col. 4. vers. quæ dicta sunt, de oblig. ad ratiocin.*

29 Illud est memoria dignum, quòd si quis debitor monasterij, præ inopia non possit soluere, liberatur, si ingrediatur ipsum monasterium, *Bald. per textum ibi in l. 2. fin. de capi. dimit. Marcus Mantua sing. 3.* & dixit. 1. *num. 67.*

30 Rursus, illud notandum, quòd si monachus mutuat, vel deponit pecuniam, si ei restituatur absque facultate Abbatis, debitor, vel depositarius liberantur, *Bart. in l. si vnus. 1. respo. ff. de pact. Bart. Bald. & Salic. in l. filius, C. de pact. Bart. in l. eum qui, §. qui sibi. ff. de verb. oblig.* Quod limitandum, nisi in contractu, factum Abbatis, vel alterius superioris requiratur. *Bart. in d. §. qui sibi. decis. Tholos. 122.* An autem sacerdos possit locare operas suas, vide *Anan. in cap. sicut nobis, num. 8. de simonia.*

31 Sed quid si infidelis sacrum Baptismum recipiat, an ex hoc effugiat manus creditoris? Videtur effugere, quoniam baptizatus effugit pœnam criminis. *26. distinct. per totam. cap. quod autem. 32. quæst. 1. cap. 2. in fine. de consec. dist. 4. glos. fin. 49. distin. in summa. glos. fin. d. cap. quod autem. Anton. Imola. & Felin. in c. de his. de accusat. Thom. Ferrarius cantela 14. vers. si vis ipsam mortem. Barbat. in Clem. 1. col. pen. de Summa Trinit.* ergo multo magis effugiet manus creditoris, & pœnam imminentem ex non soluta pecunia.

Contraria tamen sententia vera est, quoniam Baptismus respicit animam, cum per id quis reddatur membrum Christi. *cap. quia passus. de pœn. dist. 2.* ideò absolutio, quæ procedit ex Baptismo, intelligitur quoad animam.

32 Quare Baptismus nihil remittit in foro iudiciali, *glos. in cap. admonere. in verb. Pœnitentia. 32. quæst. 2. glos. Innoc. & Hostien. col. fin. & Ioan. Andr. Anton. & Abb. in capit. gaudemus. per text. ibi, de diuor. Anania, qui ibi testatur communem, post Marian. & Aretin. in cap. de his. de accusat. Card. in Clement. 1. §. sanè quæst. 14. de vsur. Lucas Penna in l. si apparitor. col. penult. C. de cohor. lib. 12. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum. col. 8. vers. tertio. de constit. Alexandr. Halensis in 4. parte sua summę. quæst. 26. memb. 1. part. 2.* vbi dicit, quod in baptismo omnis culpa deletur, quoad animam. *S. Thomas in 3. par. summæ quęst. 68. artic. 1. quæst. 1. B. Antonin. Florent. in 1. par. 3. partis principalis summę theolog. tit. 14. cap. 13. post princ.* vbi dicit, quod per baptismum remittitur omnis pœna debita Dei iudicio, sed non ea quæ debetur in iudicio hominum.

33 Nunc breuiter de parentibus dicamus. Et certè, neque auia, neque socer, neque mulier, neque patronus, & omnes personæ, quæ non teneutur in plus quam facere possunt; quales sunt socij, & donatores; non possunt conijci in carcerem, à filijs, neque à socijs, vel donatarijs: tantum enim abest, vt eorum persona capi possit, vt neque bona in solidum exigantur: tantum exiguntur, quatenus facere possint; hoc est, ita vt remaneat eis vnde vitam transigere possint. *l. parentes. ff. solut. matrim. l. sunt qui in d. l. inter eos in fine. ff. de re iudic. l. rei iudicatæ. §. fin. cum duabus legibus sequentibus. ff. solut. matrim. l. 1. tit. 15. par. 5. l. in condemnatione*

tione ff. de regul. iur. Sed quoniam huius rei tractatus est quotidianus, de singulis peculialiter dicamus.

34 Parentes vtriusque sexus,& omnes ascendentes, non possunt à descendentibus ob ęs alienum conijci in carcerem: quoniam obstat reuerentia, natura inducta, & diuino præcepto confirmata: nam qui à parentibus (post Deum) accepit donum inęstimabile, vt esset, non debet eos conijcere in carcerem, neque impiè exigere, sed tantum quatenus facere possunt: quare neque eos conijcit in carcerem: nam generaliter, qui non tenetur in plus quam facere possit, non est premendus carcere. *glos. in l. liber captus. C. de capti. & ibi notat Bald. in fine. Aret. in l. alia. §. eleganter, quem legit cum l. maritum. ff. solu. matrim. col. 2. Alex. in l. Centurio, nu. 25. ff. de vulg.* item qui non tenentur in plus quam facere possunt, non tenentur cedere bonis, vt dixi latè *de vxore debitrice nu. 3.*

35 Priuilegium autem hoc, quod parentes non possunt exigi, in plus quam facere possunt, non potest ab eis renuntiari; scilicet, nec maritus, quoniam maiorem reuerentiam debet filius patri, quam vxor marito; maritus autem non potest istud priuilegiũ remittere, quoniam est aduersus bonos mores, nimirum aduersus reuerentiam, quam lege diuina, & naturali, vxor marito, & filius patri debet. *d. l. alia. §. eleganter. ff. solu. matr.* Ita in patre renuntiante, quod non valeat renuntiatio, scribit *Specul. in tit. de renuntia. et conclus. §. 1. vers. item quod beneficium. Ioan. Andr. in c. Odoardus de solutio. Alexand. in d. l. alia. §. elegante, num. 16. ff. solu. matri.* videretur enim respublica barbarica, si ob priuatorum pactiones interrumperetur sancta naturæ lex; quod est abominandum, & absurdissimum.

36 Quinimo, etiamsi parentes renuntiarent huic priuilegio, cum iuramento, adhuc nõ possent exigi in plus quam facere possint: sed relinquenda eis sunt alimenta. Primo, quoniam filij ipsi tenerentur eos alere, si viderent eos in egestate constitutos *l. fin. §. ipsum autem. C. de bon. quæ liber. l. si quis à liberis in principio, vbi Lara de Cordoua. nu. 4. ff. de lib. agnosc.* Et circuitus est euitãdus. *l. cum fundus. §. seruum tuum. ff. si cer. pet.*

Secundo, quoniam tale pactum, quod filius possit in carcerem ducere patrem, est abominandum, & prorsus execrabile: & filius, qui tale quippiam petit, impius est, & nequissimus, neque vlla res magis impia videtur conspici posse in republica, quam si hoc toleraretur: quare tale iuramentum aduersus bonos mores non est vllo modo seruandum *capit. non est obligatorim de reg. iuris in 6.*

37 Ita in marito (iuramento addito) renuntiante suo priuilegio, docet *Bar. in d. §. eleganter, num. 9.* & sequuntur *Doctores ibi*, & testatur esse communem sentẽtiam *Couarr. in repet. c. quamuis pactum in princ. 2. par. et Alciat. in cap. cum contingat. nu. 69. de iureiurand.* sed nouissimè vir doctissimus *Ferdinandus Vasquius, in tract. de success. creatio. lib. 3. §. 28. vers. teneo;* docet iuramentum mariti renuntiantis suo priuilegio in fauorem vxorum validum esse: adducit, quod *in l. si quando §. illud. C. de inoffic. testam.* dicitur quod non valet pactum, per quod filius renuntiat hæreditati paternæ; & quod illud est, quoniam tale pactum est aduersus bonos mores, quod nihilominus tale pactum valet, si sit iuratum *cap. quamuis pactum de pact. in 6.*

Deinde dicit, quod textus *in cap. non est obligatorium*, loquitur quando iuramentum est aduersus bonos mores stabilitos Iure Diuino, vel Naturali, vel Canonico, vt patet ex dispositione *d. c. quamuis pactum.* vbi pactum de non succedendo valet, licet reputetur aduersus bonos mores. Deinde adducit, quod cum hoc iuramentum seruari possit absque dispendio salutis æternæ, & absq; præiudicio cuiusquam, & nemo ex eo inuitetur ad delinquendum, quod seruandum omnino est.

Ego communem opinionẽ probo: quoniam vxorem reuereri maritum, non aliter quam dominum, vel patrem suum, institutio est diuina: *Paul. ad Ephes. c. 5. inquit. Vir caput est mulieris. Et Petrus Apostolus in epistola canonica c. 1. præcepit mulieres subditas esse viris.* Quare pactum, vel iuramentum aduersus hanc Iure Diuino, & Humano inductam reuerentiã, est aduersus bonos mores Iure Diuino, & Naturali inductos: quare non est obligatoriũ aduersus bonos momores præstitum iuramẽtum: nam hoc, vel maximè est aduersus bonos mores Iure Diuino inductos: quare quadrat regula *c. non est obligatorium*, iuxta interpretationẽ ipsius *Vasquij*, qui dicit requiri, vt sit aduersus bonos mores Iure Diuino, Naturali, vel Canonico, stabilitos: nam hic ea omnia quadrant. Ex quo apparet *Vasquium* non rectè respondere *ad d. c. non est obligatorium.*

38 Non obstat, quod non est in præiudiciũ tertij: quoniam sufficit quod iuramentum sit aduersus bonos mores, ad hoc, vt valeat, *vt in d. c. non est obligatorium.*

Deinde non obstat, quod valet pactum iuratum, de non succedendo, licet sit aduersus bonos mores: quoniam est ad uersus bonos mores, Iure Ciuili inductos: sed non aduersus sanctam naturæ legem, & diuinam institutionem. Ex his credo quod pater nõ tenetur in plus quam facere potest, etiamsi suo priuilegio renunciet cum iuramento: quoniam tale iuramentum est aduersus bonos mores Iure Naturali, & Diuino inductos, quo filius iubetur reuereri patrem. *Honora* (inquit Dominus) *patrem tuum, & matrem, et eris longęuus super terram.* Et D. Paul. inquit, *Filij, obedite parentibus vestris in Domino.*

mino. *Regia l.3. tit.24. part.* Ergo aduerſus hanc reuerentiam præſtitum iuramentum, non ſeruandum: quod enim exemplum execrabilius eſſe poſſet, quam filium ſpoliare parrem omnibus bonis, nulla re ad alimenta relicta, & illum conijcere in carcerem?

Illud tamen eſt maximè expeditũ, quod etiãſi maritus, vel parer, iuraſſent debitum ſolnere, non ex hoc videntur renuntiaſſe iuri reuerenriali. Primo, quia ius renerentiale nunquam ex generali renuntiatione videtur remiſſum *l.fin. C. de bon. liber.* Deinde quoniam renuntiatio non nocet, niſi in his quæ expreſsè, & diſertè ſunt renuntiata, *vt dixi cap. præceden. num.* 103.

39 Sed eſt quæſtionis, an pater ſpirtualis gaudeat priuilegio, nc à filio ſpirituali cõueniatur, vltra quam facere poſſit: mouet quæſtionem, quod patri ſpirituali, non videtur deberi tanta reuerentia, quanta carnali: cum filius ſpiritualis poſſit vocare illum in ius, ſine venia, quod in filio naturali non admittitur: ira in filio ſpirituali docet *Faber in* §.*pen. verſ. & in eum Inſt. de actio.*

Rurſus, iura loquentia in filijs, non verificantur in ſpiritualibus. *Anton. in c. tranſmiſſæ, qui fil. ſint leg. Capra conſ. 148. libr. 2. Bald. in Authen. niſi rogati. C. ad Trebel. Nicolaus Vvaldins in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. char. 3. verſ. ſeptima & vlt. Decius conſ. 399. Cotta in memorial. incipi. Filius ſpiritualis, Campeg. in tract. de ſtatu. exclu. fœmin. q. 40. Alexand. conſ. 125. col. 2. lib. 4. Georgius Natta in cap. quamuis pactum in 3. quæſt. 43. quæſtionis principalis de pact. in 6.*

Sed contraria, æquior eſt, & bonitati Chriſtianæ congruentior: immo pater ſpiritualis, neq; eſt capiendus, neq; addicendus filio ſpirituali, & quod magis eſt, nõ eſt ab eo exigendus in plus quam facere poſſit: ita docet *Faber in* §. *ſunt præterea verſ. ſed et ſi quis, Inſtit. de actio. Ang. & Platea ibi col. 2. Tiraquel. in l. ſi vnquam, in verbo, Suſceperit liberos, nu. 27. C. de reuoc. donatio.*

40 Rurſus, quorſum à patre ſpirituali filius auferat neceſſaria ad alimenta, cum ſi patiatur inopiam, teneatur filius eum alere: non aliter quam parrem naturalem: *ita Frãcus in c. 1. de cogna. ſpiritu. libr. 6. Nicolaus Vvaldius in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. char. 3. in paruis verſ. ſeptim. & vltim. ſpecies. Bald. (quamuis ambiguè) in Authen. niſi rogati. C. ad Trebel. Barba. in cap. Raynutius col. 39. verſ. & adduco de teſtam. Curtius in tract. de teſtibus concluſ. 30. ad finem. Cotta in memoriali. incip. cum mater. Faber in l. 1. C. de alend. liber.* & hanc opinionem probat vir doctiſſimus *Guilielmus Budaus in libro de Philologia*, ſcribit, priſcis ſeculis honorariam quandam actionem proditam fuiſſe, vt parer ſpiritualis alat filium myſticum, quem è ſacro fonte lauanit.

Ex his apparer, patrem ſpiritualem non poſſe à filio ſpirituali conijci in carcerem ob æs alienum: nam qui non tenetur vltra quam facere poteſt, nou poteſt conijci in carcerem: nec tenetur cedere bonis, *vt dixi ſupra num. 34. & c. 3. num. 2.*

41 His ſuffragatur, quod patri ſpirituali non minor debetur reuerentia, quam carnali. *gloſ. in c. Pictacium 30. q. 3. Barba. in l. 2. col. 7. ff. de verb. obligat. & in l. cum acutiſſimi. num. 114. C. de fideicomm.* Nam cognatio ſpiritualis non minus efficax eſt, quam carnalis. *gloſ. in c. qui dormit. 27. q. 2.*

42 Vnde, & pater ſpiritualis non poteſt vocari in ius, ſine venia: ita docet *Guilielmus Cuneus. Paul. Rom. Alexand. & Iaſ. in l. generaliter. ff. de in ius vocand. Ang. & Fulg. in l. adoptiuum. ff. eo titul. Aretin. in* §. *pœnales. Inſtit. de actio. Iaſ. ibi col. 10. verſ. nunquid ergo. Zaſius ibi. col. 2. Gomez col. 11. verſ. & omnia prædicta.* Si enim verum eſt (vt eſt, re vera) quod ſcripſit Ariſtoteles, *Parentibus, & magiſtris parem gratiam referri non poſſe*: certè omnia maxima beneficia debẽtur patri ſpirituali, qui prima religionis ſemina, in tenero infantis pectuſculo inſerit.

Sed eſt quæſtio, maximè difficilis: quid ſi pater conijcitur in carcerem à creditoribus & creditores petunt, vt ſibi addicatur: opponunt ſeſe filij, forſan egeni, & impuberes, petuntq; ſeſe præferri, ratione dotis maternæ, & vt pater ſibi addicatur, tanquam potioribus iure, pro dote materna, & quod nõ addicatur creditoribus. Hanc quæſtionem eiſdem argumentis tractare licet, quibus *ſupra c. 3.* tractaui, *An vxor petens maritum ſibi addici, ſit præferenda cæteris creditoribus.* Nam hic eadem obſtat reuerentia, & idem priuilegium (ſcilicet) quod pater non poteſt conueniri à filijs, in plus quam facere poſſit: certè ibi definiui, vxorem concurrẽtem cum creditoribus eſſe præferendam, & idem hic libentiſſimè definirem, niſi quod iguoro quomodo reſponderi poſſit argumento, quod pater non poteſt conueniri à filijs in plus quam facere poſſit: & ſic diſpar eſt ratio creditorum, & filiorum: nam filius non habet ius ad exigendum à patre, niſi quatenus facere poteſt, ſcilicet relinquẽdo ei alimenta: & vltra hoc nõ habet actionem: at creditor poteſt accipere omnia bona, & conijcere patrem in carcerem, & petere, vt ſibi tradatur in ſeruitium: & rectè ſpetit: quare cum agitur de addictione, filius non videtur audiendus, quia eius actio non extenditur ad id.

Sed replicabis: etiã vxor non poteſt conuenire maritum, niſi in quantum facere poteſt *l. maritum. ff. ſolu. matr.* & tamen docuiſti *c. 3.* præferendam cæteris creditoribus, & maritũ ſibi non creditoribus addicendum? Sed reſponde quod cum vxor viuo mariro petit ſe præferri pro dote, & vt maritus qui ad inopiam peruenit, ſibi illam reſtituat, exigit à marito (ſpreto priuilegio) ne conueniatur vltra quam facere poteſt, nam hoc

caſu

maritus illo non gaudet, iuxta communem opinionem relatam ibi nu. 12. hoc autem in filijs deficit, quare in eis (licet satis proclinatus) non possum inxta iuris regulas idē definire, cum eorum actio, adeo limitata sit.

44 Vnus tamen est casus perpetua memoria dignus, in quo filius præferetur creditoribus & patrem ab eorumq manibus liberabit; scilicet, quando filius est valde inops, & non habet vnde se alat: hoc enim casu potest patrem rigidè excutere, & pater non habet privilegium ne conueniatur vltra quam facere possit: quoniam ordinata charitas incipit à seipso *l. præses C. de seruit. & aqua lib.* 11. & quia præferendus, qui tractat de damno eui tando *l. verum* §. *si. ff. de minor.* & magis fauendum est repetenti. *l. matrem ff. ad Velleia. l. qui filium* §. *Sabinus ff. eo titulo.* Quibus rationibus in filio petente dotem matris, ita definit *Bald. in l. si quis crediderit in prima lectu. in fin. ff. de pact.* & in vxore inope quod repetat ad viuum, & maritus nullo gaudeat priuilegio, notant *Baldus, & Gulielmus ibi: Bartolus in l. maritum num. 4. & ibi Alex. col. final. testatur hanc communem ff. solu. matri.m Ias. in* §. *item si de dote nu.* 10. *Institut. de actio. & ibi Faber & Angel. Iacobus, & Rayn. in l. si maritus ff. eo tit.* Cur ergo filius possit patrem ad viuum exigere? certè si pro dote matris, vel pro alia re habet potius ius, quā cæteri creditores; poterit petere patrem sibi addici, & obtinebit: nam tradendus primo est ei, qui potius ius habet; & melius est, vt operis suis alat se, & liberos (pignora charissima) reponendo debitum, quam vt seruiat creditori, & hic nulla est ignominia: quia hoc est officium patris, & filius protestabit, se (quatenus de inre licet) non petere, neque velle, vt pater portet torquem ferreum. Hic adde alias fortisimas rationes adductas: & hoc casu pater coniectus in carcerem, ad petitionem creditorum soluetur è vinculis, si dicat se velle cedere bonis, vt nostri Hispani præpostere dicunt, & tradi potiori creditori: nam cum filius sit potior, tradetur ei, donec operis satisfaciat doti, & sic effugiet carcerem.

Neq; obstat, quod filius non potest conijcere patrem in carcerem: fateor sed hic filius nō conijcit patrē in carcerē, sed liberat eum à carcere, in quam coniectus fuit à cæteris creditoribus; nam si filius non concurreret cum alijs creditoribus, non esset audiendus petens patrem sibi addici: nam, nō potest patrem conijcere in carcerem, *vt dixi num.* 43. & qui non potest conijci in carcerem non patitur dispositionem huius legis, *vt docui c.* 3. *n.* 2.

Hæc opinio æquissima est, & valdè pia: durissimum enim est patrem seruire, vt reponat debitum extranei, & non, vt reponat debitum filij inopis forsan infantis, qui potius ius habet pro dote matris: an non est, vt soluat filio potiori creditori? non minus dedecrosum laborare, vt alat filium, quam, vt alat dominum extraneum; non melius tractabitur à filio, quam ab extraneo; non debet filio, potius quam extraneo.

45 Sed, an ad hæredem patris spiritualis transeat beneficium, ne conueniatur vltra quam facere potest; certè non transit, quoniam hoc beneficium personale est, & ad hæredem non transit. *l. maritum cum l. sequenti ff. sol. matrim. l. & si fideiussor ff. solut. matr.* vbi, quod non transit ad fideiussorem, non transit ad hæredes mariti, vt *in d. l. maritum & in d. l. & si fideiussor*: intellige hoc de hærede mariti de, hæredibus extraneis: non de filijs, nam ij gaudent eodem priuilegio, *vt in l. etiam, & ibi Alex. ff. sol. matr. & in l. assiduis C. qui potio. in pignor. habe. gloss. in d. lege, maritum, & ibi Bartol. colum. final. nume.* 5.

46 An autem hęres vxoris extraneus, teneatur idem priuilegiū deferre marito, etiamsi matrimonium sit solutum, vide *Aretin. in d. l. alia* §. *eleganter, & ibi DD.* Generaliter tamen, si persona, quæ agit, sit mater, non potest conuenire filios eiusdem matrimonij in plus quam facere potest. Nam filius à parentibus non potest conueniri in plus quam facere posit: si tamen maritus habeat filios ex alio matrimonio, & vxor aduersus eos agat, non habent priuilegium patris *l. etiam, & ibi Alex. & DD. ff. solut. matrimon.*

47 Nunc tractemus de liberis, an in carcerem pro ære alieno conijci possint à parentibus. Et quidem non possunt: filius enim non potest conueniri à patre, vel matre, in plus quam facere posit, & idem in omnibus descendentibus probatur *in l.* 1. *tit.* 15. *partita* 5. Vnde, cum non teneantur in plus quā facere possunt, non possunt à parentibus conijci in carcerem; vt in filio non soluente matri dotem, notat *Bal. in l. liber captus in fine C. de capti. Rodericus in l.* 2. *tit. de los gouiernas col.* 3. *verf. quam legem.* Et licet ij loqnautur, quando filius conuenitur à matre pro dote, idem intelligendum in cæteris causis, ex quibus matri, vel patri debeant: nam regula *l.* 1. *tit.* 15. *part.* 5. *est generalis*, imo est expressum *in d. l.* 1. ibi. *Si fuesse si jo, o alguno de los otros descendientes, qua ouiesse algo, à dar à alguno de aquellos de quien descendiessen* Nam, ascendentibus masculis non est restituenda dos: quæ non connenit masculis, vt dixi in tractatu de non meliorandis *filia. capite.* 16. *num.* 9.

48 Hoc est, lector, notatu, & memoria dignū quoniam de iure Ciuili videtur esse de mente Doctorum, quod filius potest ab ascendētibus exigi in plus quam facere posit, nisi sit in causa dotis; immò, & in causa dotis dicit quod nepos, & pronepos, possunt conueniri in plus quam facere possint: quoniam pri-

priuilegium mariti, ne conueniatur vltra quam facere possit, transit secundum eos solum ad filios eiusdem matrimonij, *vt in dict.l.etiam.ff. solu. matri. Regia l.32. tit.11. part. 4. ibi, su madre, & est communis teste Alexan. in d.l.sed hoc ita.§. quod autem.nu.7. ff. de re iudi. Bart. in l.1. C. de priuileg. dot. Bald. in rubr. eo tit. Cin.Bar.& Bald. in l.assiduis. C. qui potio. in pig.habe.* Nepotes autem, non sunt ex eodem matrimonio: qua ratione istam sententiam probat *Angel. in dict.l. etiam, & cum eo transeunt Imol.Paul. & Rom. teste Alex. ibi num.1. & nu. 3.vers. sed pro concordia*, qui eandem sententiam probat, *& Ias. in l. si cum procuratore,nu.9. ff. de re indi.* est eiusdem opinionis.

49 Sed certè, eorum opinio est prorsus falsa, quoniam mariti priuilegium, trãsit ad omnes de sobole, autore *Bar. in l. si cum procuratore.ff. de re iudi.per textum in Auth.si quid C. qui potio. in pig. habe.* & quamuis hanc Bartoli opinionem reprobent *Alex. & Ias.* approbantes dictum *Angeli*: certè opinio *Bartoli* probatur Iure Regio; quoniam nullus descendens potest ab ascendente cõueniri in plus quam facere possit: non solũ pro dote, verum, neq; pro alia qualibet causa: quod est notabile, non solum pro doctrina Bartoli, quæ loquitur in exactione dotis, in qua est in descendentibus peculiaris ratio, scilicet, quod priuilegium, quod competit patri, & filijs, trãsit ad nepotes; sed est alia lex multò magis notanda, quoniã generaliter, extra causam dotis disponit, quod descendente, non possunt exigi insolidum ab ascendentibus, quod videtur sumpsisse originem ex eo, quod etiam de Iure Ciuili.

50 Priuilegium, ne maritus conueniatur in solidum, competit ei, siue debeat ex causa dotis, siue ex alia qualibet causa, *vt in l.non tantum.ff. de re iudi.* Ergo cum marito, eidemq; patri, etiam extra causam dotis cõpetat hoc priuilegium, videtur quod debet transire ad descendentes: *arg. d.l. etiam. & arg.l. liberorum.ff. de verb.signif.* Sed adhuc lex Regia est insignis, quoniam *dict.lex* non tantum loquitur, quãdo contractus, ex quo debitum nascitur, cõtractus fuit inter maritum, & vxorem: at lex Regia ex quacunq; causa debitum oriatur, inter ascendentem, & descendentes, etiamsi non oriatur ex cõtractu facto à parentibus descendentium, non datur exactio, vltra id, quod descendens facere potest: & etiam est notabilis, quoniam Rodericus solum loquitur in exactione dotis, quam mater exigit à filio.

51 Sed an descendens filius, vel nepos, possit huic priuilegio renuntiare? videtur posse: quoniam ascendens non debet reuerẽtiam descendenti, & sic cessat dispositio *l.alia. §. eleganter.ff. solu. matrim.* & succedit regula, quod quiliber potest renuntiare suo priuilegio *l. penult. C. de pact.*

Non obstat, quod videtur res inhumana, filium exigi à patre in plus quã facere possit: quoniam etiam videtur inhumanum, vt pater possideat omnes res, quæ ad filium pertinent, atq; etiam dotem, quam vxor filio dat; nihilominus tamen admittebatur de Iure Ciuili *l.1. C. de bon. qua libe.* Deinde lex ita confidit de patre, vt semper videatur facere, quod filio melius, & vtilius est, *vt latè dixi in tract. de non melior. dotis ratio. filiabus c.1. num.11.*

52 Neque obstat, quod pater tenetur alere filium, & quod ita ratione euitandi circuitus, expediat, ne exigat in solidum à filio, cui alimenta, post solidam exactionem dare tenetur: non enim pater semper filium alere tenetur. quid enim, si egregius est artifex qui opificio sibi victum egregiè parat? tunc enim non tenetur eum alere *l.si quis à liberis in fin.princ.ff.de libe. agnos.* immo etiam cessat priuilegium eorum, qui non tenentur vltra quam facere possunt *l. maritus in id.ff.solu. matri.& ibi DD.glos. in l. si quis argentum.§.sed,& si quis.C. de donat.Alex.in l.maritum col.2.vers.15.ff.solu.matr.*

Deinde, quid si ei vtilius est, dare filio alimenta domi, ex re sua; quam relinquere ei alimenta extra domum suam? Postremo, etiãsi pater filium immodicè premat, semper boni viri credunt patrem aliquid filio forsan profuso vtilissimum machinari.

53 Quando autem cadat obligatio inter patrem, & filium, *vide Doctores in l. frater à fratre.ff.de condict. indeb.l.1. tit.15.l.1.tit.5. & l.11. tit. 20. par.2.*

54 Nunc de vxore dicamus. Et quidem non conuenit virum, in plus quam facere possit, siue agat actione de dote, siue alia *l.non tantum.ff.de re iudi.§.item, si de dote Instit. de actio.l.1. titul.15. par.5.l. ex diuerso. ff. solut. matri.* declarat *Alex. in l. non tantum.num.8. ff. de re indi.* quare non potest illum pro debito conijcere in carcerem, vti dixi *c.3.n.2.* An autem cum vxor agit aduersus maritum petẽdo constante matrimonio dotem propter inopiam viri, an vir gaudeat priuilegio, ne exigatur in plus quam facere possit, dixi *dicto cap.3. num.12.*

55 An autem maritus habeat hoc priuilegium, etiamsi extraneus quippiam agat pro dote vxoris, *vide l.si prior, & ibi glos. & Bar.ff.solu. matr.in tex.l. Nesennius.ff. de re indi.& l.si extraneus.ff. de iure doti. Alexan. in l.maritum. in duodecima fallentia. col.1.ff. solu. matrim.*

56 Denique, *vide Bar.& Alex. in d.l.maritũ*, vbi proponunt viginti limitationes, in quibus maritus conuenitur ab vxore in plus quam facere possit, vide eos, *& Ias. in d.§. item si de dote.* non enim est animus antiquorum dicta referre, nisi sit addẽdum aliquid luce, vel copia commendabile; & ibi vide quid si sit artifex, vel opifex. An autem vxor, si maritus conijciatur in carcerem ab alijs creditoribus, possit petere se præferri,

& vt

& vt maritus sibi tradatur in seruitium, dixi latissimè c.3. supra.

Sciendum autem, quod sicut maritus nō potest conueniri ab vxore in plus quam facere possit: ita neque vxor potest in plus cōueniri à marito *l. non tantum in fine §. de re iud. l.1. titulo 15. partita 5.* quod equidem satis suadet,

57 Nunc de socero dicamus. Et quidem si constante matrimonio, gener ab eo petit dotem, non tenetur in plus quam facere potest *l. sicut, cum lege seq. ff. de re iudi.* de quo vide *l. penultimam ff. de iure doti.* quod procedit, etiamsi soluto matrimonio nurus exigat dotem à socero patre mariti sui *l. rei iudicata, in fin. ff. solut. matrim.* de qua re legēdi Doctores in dictis locis, qui rem declarant, & latius tradunt *Ias. Plat. Ang. & Zasius in d. §. item si de dote, Institu. de actio.* Illud tamen est plus quam notum, & memoria dignum, quod si socer dotem promiserit sciens eam præstare non posse, quod tenebitur in plus quam facere possit, *textus celebris in l. pen. ff. de iure doti.* videtur enim decepisse generum, & dolus, vel malitia soceri faciunt amitti hoc priuilegium *d. l. pen.* & in cæteris, qui habent idem priuilegium, probatur *in l. sed hoc ita §. fi. ff. de re iudi. & etiam §. licet ff. sol. matrim.*

58 Sed est animaduertendum, quod si socer decipiat generum, nocebit ei, quoad hoc vt ipse socer exigatur in solidum (omisso priuilegio) non tamen nocebit filijs, vel filiabus suis: ex quo elicitur, quod si socer promisit filiæ dotem, ex qua resultat melioratio aduersus legem. 101. conditā in conuentu Madritensi, anno 1534, quæ habetur *l. 1. tit. 2. lib. 5. Recop.* certè etiamsi pater deceperit generum, non ideò melioratio rata erit, neque cæteri filij, vel filiæ præiudicabuntur in legitimā: non enim quis alterius dolo prægrauari debet *c. nemo debet de regul. iur. in 6.* neque propter delictum patris, filij debent puniri. Hanc sententiam multis argumentis probaui in meo tractatu *de non meliorandis dotis ratione filiabus c. 32. numer. 13. vers. illud tamen.* Sic licet consensus filiorum, illis præiudicet, & faciat valere cōstitutionem dotis, ex qua resultat melioratio, intelligitur quod præiudicat his, qui consenserunt: non alijs, vt dixi *in d. tractatu, cap. 10. num. 89. vers. notandum.* Ex quo elicitur, quod dolus patris, debet sibi solum nocere, ita, vt exigatur in solidū, nō tamē præiudicabit filijs, ita, vt melioratio rata maneat

59 Meminisse tamen oportet, an gener soluto matrimonio, possit indistinctè exigere socerum in solidum, etiamsi dolum non commiserit. Item, an si commiserit dolum possit exigi in solidum matrimonio constāte. An verò debeat expectari, vt matrimonium soluatur: longa est rixa inter nostros vide *Bartol. Angel. Alexand. & Ias. n. 4. in l. sicut. ff. de re. iudi. Alex.* latè rem excutientem, *ibidem & in l. rei iudicatæ, in princip. num. 9. ff. solut. matrimo. gloss. Bartol. & DD. in l. ex diuerso ff. eodem titul. Ias. & DD. in §. item si dote, Institut. de action.*

60 Item, an extra causam dotis habeat hoc priuilegium socer mariti, & socer mulieris, vniformiter, vide *Alex. & Ias. post alios in d. l. sicut idem Alex. in l. rei iudicatæ col. pen. ff. sol. mat.* & an sit differentia inter eos, vide *Alex. in d. l. sicut col. col. penul. & ibi, Ias.* Ex his liquet, quod socer non potest conijci in carcerem in casibus, in quibus gaudet priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere possit, vt dixi. Socer tamen, quando dos non sufficiet, nisi pro alimentis matrimonij, potest exigi in solidum. *Cin. & Sali. in l. vbi adhuc vbi Sali. in §. ita tamen col. 2. vers. iuxta & ibi Fab. C. de iur. doti. Camp. de dote q. pat. q. 66.* & in vxore, & alijs dicā infrà.

61 Sed, an socer renuntiare possit suo priuilegio? Certè non: magis videtur, posse, quā pater: socer enim, parentis loco habetur *l. quia. ff. solut. matr.* ideò, non minus punitur gener occidens socerum, quam filius occidens patrem *l. 12. par. 8. par. 7.* immo, nō solum parens, sed dominus optimo iure appellatur: quare (cum natura dictante) parentis locū obtineat, videtur, quod sicut pater nō potest renūtiare, ita neq; socer posse. Hæc opinio ciuilis est, prudens, æqua, & rectè rationi congruentissima: absurdum enim est, socerum, hoc est alterum parentē, qui filiam, hoc est, viscera sua, genero copulauit, duci ab eo in carcerem, & ad mortem (sublatis alimentis) adigi: nam ij, quibus propter reuerentiam hoc priuilegium conceditur, eius generis sunt, vt etiamsi ipsi velint, non satisfiat publicæ honestati, si minus honorificè tractentur: hoc si socer malitia vacet: nam si accederet malitia, exigerem ab eo insolidum, etiam constante matrimonio, reiecta opinione eorum, qui dispositionē *l. penultima ff. de iure doti.* interpretantur, non habere locum, nisi soluto matrimonio inter filium, & generum, *vt per Alexandrum, & Iaso.* supra citatos: quod mihi durissimum videtur. Quid enim prodest exigere in solidum, cum matrimonium iam est solutum, cessatque forsan præcipuū onus sustinen. onera matrim. scilicet vxor?

62 Illud tamen simpliciter verum est, quod ex generali legum renuntiatione, vel iuramento, non videbitur socer suo priuilegio renuntiasse: ex his quæ dixi in patre. Item, illud est verum, quod fideiussor soceri non poterit opponere eius priuilegium *l. verum ff. pro soci. l. & si, & si fideiussor ff. de re iudi.* quod verum in fideiussoribus omnium, qui idem habent priuilegium, vt ibi probatur.

63 Sed de socijs nunc dicamus. Et quidem socius siue sit omnium bonorum, siue vnius rei socius, non conuenitur in plus quam facere possit, pro re procedente ex causa societatis. *l. 15. tit. 20. par. 5. Castell. l. 66. Taur.*

verb. arraygar. l. sunt qui in id. ff. de re iud. §. sed, & si quis, cum parente, Instit. de actio. optimus textus in l. verum. ff. pro soci. l. 1. tit. 15. part. 5.

64 Idem in eo, qui ex causa donationis conuenitur *l. inter eos. ff. de re iudi. dict. §. sed & si quis cum parente, Instit. de actio. l. 1. titul. 15. part. 5.*

65 Cum autem hoc procedat in socijs vnius rei, certè colonus partiarius non potest à domino fundi conijci in carcerem, ratione partis non solutæ, immo, neque exigitur in plus quam facere possit. Ita nominatim *Fulgo. in l. si merces. §. vlt maior. ff. loca. Castell. in d. loco.* Sed illud in his peculiare est, quod possunt suo priuilegio renuntiare, quoniam non conceditur propter reuerentiam inhærentem personæ, sed propter qualitatem contractus, nã socij omniũ bonorũ reputantur fratres *l. verum. ff. pro socio.*

Item exigi in plus quam facere possit, eũ, qui ex causa donationis conuenitur, esset summæ ingratitudinis, & impietatis: quod si ipsi renuntiarent suo priuilegio, nihil est absurdum, nihil est iniquum, quod renũtiationem minus validam redda: nam contra bonos mores non est, vt possimus facere cõtractum, prout nobis placuerit *l. si conuenerit. ff. de re iudi.* ita his rationibus definit *Bar. in l. alia. §. eleganter. col. 1. ff. sol. matr. Alex. ibi. col. pen. nu. 16. ver. reperio, & dixi c. praeced.* Cum autem socius non possit pro causa societatis conueniri in plus quam facere possit, certè non poterit capi, etiamsi non det fideiussorem, neque possideat immobilia, *Castellus in l. 66. Tauri*, verbo *de se arraygar, colum. finali.*

66 Sed quid si dotani extraneam, an conueniri tantum debeam in id quod facere possum? Certè non: textus est expressus, *in l. penultima. ff. de iure doti.* Neque obstat, quod videtur esse mera donatio, *vt dixi in meo tractatu, de non melioran. filia. cap. 9. n. 67.* & quod dotans non tenetur in plus quam facere possit: Quoniam quoad maritum, non est mera donatio, immò censetur habere dotem, titulo oneroso, ad sustinenda onera matrimonij *l. pro oneribus. C. de iure dotum. Bartolus, Alexander post glossam, in l. Mania. ff. solu. matrim. Baldus, Roman. & Alexander in l. si donaturus. ff. de condict. ob causam: & dixi in meo tractatu de non melior. filia. capite 3. colum. 1. num. 1. & nu. 8. capite 9. num. 66. Cinus, Bartolus, Baldus, Salicetus, & Paulus in l. vna. C. de inof. dotib. Bartolus, Baldus, & Salicetus in l. fin. in princ. C. de iure doti.* Socius autem habet hoc priuilegium, siue sit socius omnium bonorum, siue vnius rei *l. verum. ff. pro socio.* Item, quiuis habet hoc priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere possit, si de ea re pactum fecit. *l. si quis crediderit. ff. de pactis.*

Ex his apparet, qui habeant hoc priuilegium. Sciendum autem, eos omnes, non solum non esse addicendos creditori, neque detinendos in vinculis, vt dixi supra, *c. 3. n. 2.*

67 Verum etiam eis relinquenda alimenta, quibus vitam transigant *l. inter eos in fine. ff. de re iudi. l. in condemnatione. ff. de reg. iur. l. 1. tit. 15. part. 5.*

68 Alimenta autem iuxta personæ qualitatem relinquenda: alia enim assignanda nobili, alia ignobili, alia diuiti, alia rustico, duris laboribus assueto. Alijs enim cibis vtitur nobilis, alijs rusticus; & aliter conseruatur dignitas patris, vel soceri nobilis, aliter dignitas rustici. Itaque, vt satisfiat menti legis, quæ rectissima ratione noluit hos exigi in plus quam facere possint, ne scilicet dura patiantur ab his, à quibus naturę lege, vel beneficij, vel contractus ratione debent expectare gratiam, vel indulgentiam; decernitur, ne ad horũ petitionem seuerè premãtur: durissima aurẽ paterentur, si relictis tãtum alimentis naturæ necessarijs, cibarijs, gerentur dignitatis suæ præ inopia, iacturam facere: qua ratione verissimum est, hoc verbũ *facere posse*, æstimandum iuxta cuiusq; dignitatem, *arg. textus, & glos. in verbo dignitate, in l. nepos Proculo. ff. de verb. significa. l. tutor secundum dignitatem. ff. de administratio. tuto. gloss. in l. seruis vrbanis in verbo, ex libellis & in verbo cibarijs. ff. de leg. 3. nominatim, Cepol. in tractatu de Imperatore milites deligen. in 22. priuileg. nobilitatis, Baldus in Rubri. C. qui bon. cede. poss. Angel. & Imola in l. Nesennius. § fin. ff. de re iudi. Paulus Cittad. in tracta. de iure patron. in 6. parte. q. 7. Ias.* qui nominatim loquitur *in §. item si de dote Insti. de actio. Hippol. in repe. rub. de probatio. col. 5. Corsetus in repe. cap. grandi. ebar. penult. de supplend, neglig. prælat. Afflict. in constitu. Sicilia, incip. qualitas persona, col. 2. Aret. Imol. Raph. & Alexand. in l. si maritus in id. ff. solu. matrim. Alex. in l. maritum, col. fin. ver. pro intellectu. ff. eo tit. Din. Ang. Are. & Ias. in d. §. item, si de dote. Aret. cons. 17. incip. consideratis, col. pen. in 5. dubio.*

69 Immo habenda ratio, ne nobilis cogatur solus viuere. *Imol. Alex. Areti. & Cepol. in locis supra citatis. Abb. in c. cum adeo, de rescrip. Aret. dict. cons. 17. circa fin.* dicit socero relinquendum, quo se, & ministros alat. Neque obstat *Regia l. fin. tit. 11. parti. 4. ibi, Le finq; alguna cosa, de que biua:* ex qua calumniator potest arguere, parum quidam relinquendum. Nam, lex dicit, *alguna cosa*, quod parum videtur significare: nam verbum *aliquid*, significat particulam: sed certè non nego aliquid reliquendum, sed iuxta dignitatem, nam quod rustico est multum, nobili est parum; & sic secundum qualitatem cuiusque erit particula.

Sic patrono alimenta præstanda iuxta ipsius dignitatem. *l. 1. §. mulier, & ibi glos. & l. habitatio. §. seruis. ff. de ventr. in possmit. glos. in c. Episcopis, in verb. victu. 10. q. 2. glos.*

glos. in cap. nobis, in verb. modestè, & ibi notat *Ant. de iure patron. nominat. Rocchus in tract. de iure patron. in verbo, & vtile, nu 3. qu. 1. quæst. principalis, Paul. Citad. in eodem tract. in 6. par. q. 7. art. 4.* & *Cæsar Lambertinus in eodem tract. in 3. articul. q. princ. lib. 3.* Et in simili *Specul. titul. qui fil. sint legitim. §. 1. col. fin. vers. in summa, Bald. in cap. ad aures de rescript. Abb. & Felin. col. 20. in cap. cum omnes in glos. penult. de constitut.*

71 Nam mendicitas est considerãda iuxta qualitatem personarum. *Zenzel. in extrau. execrabilis, vers. vnde inter cætera, in verbo qui mendicant*: neque arbitror quemquam sanæ mentis negaturum, alimenta relinquẽ da patri, auo, & ascendentibus, & vxori, & patrono, & donatori, iuxta dignitatem: aliàs quis honos habetur, si tantum das, ne famem pereant? tunc enim vitæ succurris, non honorificè, sed infamè, & miserè: vita autem, & honor æquiparantur, *glos. in l. iuxta C. de manum. vindicta*.

72 Sic frater primogenitus tenetur secundũ dignitatem, & facultates alere secundogenitos, si ipse in primogenitum succedat. *Hostien. Ioan. Andr. & Abbas in cap. licet, de voto, arg. l. 1. ff. de tut. & ratio. distrah. Abb. cons. 12. col. 5. vers. septimum dubium, lib. 1. Guido. decis. 476. Card. Alexandr. in cap. per venerabilem. §. quod autem. col. 30. vers. postremo ad eandem materiam, qui filij sint legitim. Socin. cons. 47. col. 2. lib. 3. Francus in rub. de testam. char. antepen. vers. 25. prohibentur, lib. 6. Iacobinus de Sancto Georgio in l. cum antiquioribus, col. fin. qu. 8. C. de iur. deliber.* De qua re, vide quæ in filio dixi in meo tractatu, *de non melio. filiab. cap. 8. nu. 30.*

73 Sed, an hoc habeat locum, in eo qui non tenetur vltra quam facere possit, quia cessit bonis; nam, & hic non potest vltra conueniri in postea acquisitis. *l. qui bonis. ff. de cess. bono.* Certè, & hic quoque videtur habenda ratio qualitatis: sed magis strictè, nam alimenta quæ debentur miserationis causa, non debentur secundum dignitatem *Iacobus Arena, & Bald. in l. si maritus. ff. sol. matr. Lupus in repen. rubr. de donation. §. 65. incip. limitabis tertio, nu. 51. vers. ad quorum confirmationem.* An autem facere possit, nõ æstimandum ex qualitate rei, quam acquisiuit, sed ex quantitate, vt in dicta lege probatur.

74 Quid autem, si postquam cessit bonis, ei fuit relicta turris, quæ aureos mille valet: creditores petunt eam vendi, dicentes, sibi tanquam pauperi paruulam domunculam sufficere, ipse vero recusat, allegans se ad habitationem velle eam turrim retinere: quid iuris? Certè *Bartolus* Iuris peritissimus, defendit debitorem, *argum. d. l. qui bonis, sed Bald. ibi. col. 2. vers. quidam cessit contra sentit*: adducens iniquum esse, vt debitor rusticus eam turrim habitet, in damnũ creditoris: tamen si debitor esset nobilis, dicit admittendum: ideoq; rem esse in arbitrio iudicis: sicut enim alij sunt cibi viri nobilis, alij viri rustici; alter enim, nisi delicatos cibos comedat periclitatur de vita; alter, nisi crassa edulia proponas, non benè valet. *glos. in l. seruis urbanis, in verbo ex libellis. ff. de legat. 3. Cepoll. & Paul. Citad. in locis supr. cit. & Ias. in §. item, si de dote textus in c. vnum horarium. §. criminis. ante fin. 25. distinctio.* vbi peccat venialiter, qui pauperibus delitiosa cibaria præparat, *Cin. & Bald. in Auth. ad hæc. C. de vsur.* Ita etiam alia est domus viri nobilis, alia viri rustici: qua ratione, ego *Baldi* sententiam probo, vt iudex ex personæ qualitate rem statuat,

75 Sed est quæstio, quid si aliqua ex personis, quæ non tenentur vltra quam facere possunt, habet pulcherrimam domum, & nihil aliud, ex quo soluat æs alienum; quæro, an domum cogatur vendere, vt ex ea æri alieno satisfaciat, & ex residuo seipsum alat? Equidem, quod non cogitur domum vendere, docet *Ang. in l. 1. C. de legat.* vbi testatur se ita consuluisse: *Decius*, qui loquitur in donatore, *in l. Diuus Pius num. 9.* per textum supra allegatum, *in l. qui bonis, ff. de cession. bon.* Sed contraria sententia vera est, *arg. l. qui potest facere. ff. de reg. iur. vbi Dec. num. 9.* & ita docet *Imol. in l. maritus qui in id. ff. soluto matrim. Cuman in l. qui bonis, Alex. cons. 27. col. fin. lib. 5. vers. item habeat. Ias. in § sed. & si quis, nu. 11. Inst. de act. Paul. Montepicus in l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet. col. 113. vers. 61. quæro. ff. de leg. 2. Tellus in l. 10. Taurin. num. 14. vers. respectu. col. 2. vers. vel est quoniam l. qui bonis.* loquitur de bonis acquisitis post cessionem, in quibus magis fauetur debitori, quam creditori: cum eo ipso, quod debitor fecit cessionem, lex, etiamsi abiectissimus sit, cõcedat ei priuilegium, ne teneatur vltra quã facere possit: quoniam priuatus fuit omnibus acquisitis ante cessionem *l. 1. titu. 15. par. 5. l. pen.* & ibi notatur. *ff. de cessio. bonor.* quæ ratio cessat in nostro casu. Hanc eandem opinionem tenet *Ang. in d. l. si maritus id. Nicolaus de Neap. & Bald. in l. 2. C. quod cum eo. Bal. in l. quod nomine, in fine. & in l. fin. C. qui bon. ced. poss. Alex. in l. maritum. col. fin. vers. sed quid si maritus. ff. solut. matrim.*

76 Neque obstat, quod cum danda sunt alimenta, non sunt vendendæ possessiones, sed ex redditibus alimenta præstanda. *Bar. in l. pen. ff. de alimen. & ciba. lega. & dixi latè in meo tractatu de decima tutori. cap. 10. n. 3. & 4.* quoniam illud, & regula *Bart. in l. qui bonis* non est simpliciter, neque generaliter vera, vt ibi tradit *Zasi. col. fin. post Cuman. idem Zasi. in tract. qualiter maritus condemnetur ad dot. 4. pagin. qua inferitur in l. maritum, cum l. 5. q. ff. solut. matrimon.* quoniam illud procedit, quando alimenta debentur ex legato, vel donatione: secus, vbi debẽtur ex titulo oneroso, seu procedẽte à causa

ſa oneroſa(ſcilicet)à debito, quod contta-
xit: nam,vt illud diſſoluat,& ſibi alimenta
retineat, cogitur domum vendere, argu-
mento d.l.qui facere poteſt, ita reſpondet
Alexand.in d.l.maritum col.fin.& mihi vide-
tur prudens, & æquiſſima opinio, ſufficit
enim, vt creditor cogatur relinquere, ali-
menta iuxta dignitatem.

Neqne eſt cogendus, ptopter iniquiſſi-
mas noſtrorum diſtinctiones, pecunia etiã
ſua fraudari, ſi quidem negent illum non
poſſe cogere debitores domum vendere:
nam ita intelligenda doctrina Bart. in d.l.
qui bonis, & vide multa quæ congerit Tell.
in d.l.10. Tauri. num.14. Nam hic alia ver-
ſatur æquitas, & alia prorſus eſt ratio,quã
in alimentis: nam pater cogitur ſolum ale-
re filium iuxta quantitatem redditunm,
nec cogitur vendere poſſeſſiones. Aimo
conſ.219.num.9.lib.2. ſecus quando tracta-
mus de ſatisfaciendo creditori, qui debi-
tori rem, vel pecuniam ſuam dedit: facit
quod ſcribit Tellius in d.loco,verſ.reſpectu,
quod ſi ille, cui danda ſunt alimenta(puta
frater) habeat domum, magni pretij, ſed
nullius,vel non ſufficientis vtilitatis ad ali-
menta; quod cogitur domum vendere, &
ex ea ſibi parare victum,cum obligatio ali-
mentorum ceſſet, vbi primum quis ſe ope-
ris ſuis poteſt alere(vt dixi) non obſtante,
quod opera non cenſeautur fructus, vt dixi
in tractatu de decima tutor.ergo, licet vendi-
tio domus non ſit fructus, cogetur ven-
dere.

77 An autem, non ſolum maritus, & pa-
rens, verum etiam cæteri alij, qui non poſ-
ſunt conueniri vltra quam facere poſſunt;
poſsint opponere hanc exceptionem poſt
ſententiam,vide latè Bart. Imol.& Alexan.
col.1.& 2.in l.ex diuerſ.§.ſi iudicio. ff. ſolut.
matrim.& in l.Neſſennius.ff. de re iudic.

An autem poſsint repetere, ſi ſoluant in
ſolidum ij, quibus hoc beneficium compe-
tit, vide l.quod nomine. ff. de condict. indebi.
& ibi Iaſ. & in l.ad egregias.ff. de iureiuran.
Bart.& Alexand.col.fin.in l.& ex diuerſo. §.
fin. ff.de re iud. Felin. in cap.ſi diligenti.col.6.
verſ.quartum correlatiuum. de foro compet.
Gomez.in §. pœnales.nu.30.inſtit.de act.verſ.
& hoc etiam procedit.

79 Quid autem de filio familias maiore,an
poſsit pro debito mitti in carcerem? Certè
ſic. Bartolus per illum text.in l.pen. C.de ceſſ.
bon.vide Hippol.in pract. crimin. verb.attin-
gam, nu.69.Caſſan.in conſuet. Burgund. rub.
5. §.2.num.14. verſ.additio. Neque obſtat,
quod pater poteſt allegare ſibi tradendum:
quia ſibi ex legis diſpoſitione debet operas
antequam creditori deberet pecuniam.Sed
certè filius non debet patri operas artificia
les,neque poteſt ad eas cogi, vt dixi in trac
tat. de decima tuto.cap.2. num.1.

80 Nunc tractemus de fratre, an poſsit ob
æs alienum, detrudere fratrem in carcerem
& facere,vt ſibi ſeruiat, ſi ſoluendo non ſit.
Mouet quæſtionem, quod ſcribit Bald.con-
ſil.418.lib.1. qnod frater non poteſt capere
81 fratrem. Rurſus vrget l.verum.ff.pro ſoci.vbi
inter ſocios non datur actio in plus qnam
facere poſsint; quoniam videtur eſſe inter
eos qnædam fraternitas:quod ſi haberi pro
fratribus ſufficit, multò magis ſufficiet ve-
ra, & naturalis fraternitas, ad hoc,vt fra-
ter non conueniatur in plus quam facere
poſsit; quod nominatim docet Faber &
Angel. in §. item ſi quis cum parente.inſti. de
act. & vide Iaſ.ibi & in l. ſunt qui in id. n.4.
col.1. ff. de re iud. qui refert Berrutium hanc
opinionem probantem: quod ſi non poteſt
conueniri in plus quàm facere poſsit, certè
probata fraternitate videtur ſoluendus è
vinculis, vt dixi cap.3.num.2.& cap.4.

82 His accedit, quod frater redimens ab
hoſtibus fratrem egenum, videtur facere
pietatis intuitu, & non animo repetendi.
Bald.in l.liber captus.num.4.verſ.quid de fra-
tre.C.de capti & in Auth.ſi captiui, in fin.C.de
Epiſc.& cleric. hoc præſertim videtur ve-
rum, quando debitum proceſsiſſet ex ope-
ris; nam opera inter fratres cenſetur gra-
tuita, Bald.in cap.1. circa medium, verſ.&
hæc eſt nobilis,titu.de beneſic.fratr.& qual.fra-
ter in beneſ.fratr.ſuccedat. Sed verius eſt,fra-
83 trem non ſoluentem, poſſe ad petitionem
fratris detineri in vinculis, atque etiam ei
eſſe addicendum ad ſeruitium, potius quã
cæteris creditoribus.

Primò; quoniam frater poteſt habere in
ſeruum fratrem ſuum. l.ſi minor.ff.de manu-
miſ.vindicta.l.fin.C. commun.de manumiſsio.
l.ſi ex libera. C.de lib.cau. quanto magis po-
terit illum habere in parte ſua,non tanquã
ſeruum, ſed tanquam debitorem, operis
debitum reponentem?

84 Deinde,falſum eſt,fratrem non poſſe cõ-
ueniri vltra quam facere poſsit, gloſ.in d. l.
verum.ff.pro ſocio, & ibi Bart. & Bald. Ni-
colaus Neapolitanus in §. item ſi quis cum pa-
rente, Inſtit. de actio.Caſtellus in l.66. Tauri,
in verb. De ſe arraygar. in fin.col. verſ. ſed
quæro,dicitur hic.Zaſi. in §. ſed & ſi quis.n.3.
Inſtitut. de actio. qui teſtatur hanc ſententiã
eſſe veriorem, quoniam enumeratæ ſunt
perſonę, qnibus id priuilegium competit,
in l. ſunt qui, cum ſequentibus, ff. de re iudic.
neque inter eas eſt frater. Et quanquam
noſtri inter ſe rixentur, diſtinguentes inter
fratrem ex vno latere, & fratrem vtrinque
coniunctum,vt refert Iaſ.in d.§.ſed,& ſi quis,
Tamen Iure Regio videtur expeditum;
quod fratri non datur hoc priuilegium.ita
probari videtur in l.1.titu.15. par.5.ibi Fue
ras ende, ſi tal debdor como eſte, fueſſe padre,
o abuelo, o alguno de los otros aſcendientes
que outeſſen de dar algo, o alguno de aquellos
que deſcendieſſen dellos, o ſi fueſſe fijo, o algu-
no, de los deſcendientes, que auieſſe algo a
dar a alguno de aquellos, de quen deſcen-

dixisse: Nota, hoc priuilegium solum dari inter ascendentes, & descendentes, frater autem non descendit à fratre.

35 Quare apud nos non est ambigendum, quin frater possit in solidum exigere; fratre, atque illum in carcerem ducere, & in seruitium accipere: standum est enim regulæ. Quinimò, neq; de Iure Communi, quoniam *Alexand. num. 5. & Paul. col. 2. in l. postulante. ff. ad Trebell.* faciunt mentionem, quid si esset statutum, ne frater possit capere fratrem? quasi de Iure Communi secus sit. Quod si frater de Iure Communi, potest capere fratrem: stultè asserunt *citati, num. 81.* quod frater non exigitur à fratre, in plus quā facere possit. Nā si hoc haberet, multo magis haberet, quàm non duci in carcerem: & quod frater non habeat id priuilegium, tractat *Castell. in l. 66. Tauri. in ver bo de se arraygar. col. fin. verf. sed quaro dicitur*, Quod intelligendum, nisi fratres sint socij, *vt per Castellum, vbi supra*, nam societas sola sufficit, vt supra dixi.

36 Neque obstat *Bald. d. conf.* 118, quoniam loquitur de fratre capiente fratrem, propria auctoritate. Rursus non obstat *l. verum*, quoniam inter socios est communicatio facultatum (præter fraternam amicitiam) & hæc communicatio facultatum deficit inter fratres. Non obstat opinio Fabri, quoniam falsa est.

37 Non obstat, quod frater videtur donare quoniam frater non videtur donare fratri operas, neque pecuniam, *vt latissimè dixi in meo tractatu de decima tutoris, cap. 5, col. 2. num. 5. cum sequentibus.*

38 Non obstat, quod tradit *Bald. in l. liber captus*: quoniam ibi est peculiaris casus, in quo frater videtur expendere pro fratre animo donandi, scilicet quando illum egentem, & facultatibus destitutum redemit ab hostibus: sicut etiam dicimus, quod frater dotans sororem, videtur facere animo donandi, vt prolixè tradidi in meo *tractatu de non meliorandis filiabus. capit. 12. num. 10.*

39 Sed est quæstionis, an hæres fratris capi posset, si statutum dictaret, ne frater ob æs alienum caperetur. Et certè *Alex. in l. postulante num. 5. ff. ad Trebell.* dicit, quod tunc, neque hæres fratris capi posset. Sed aduersus *Alex.* rectius pronunciat *Vasquius* hęredem capi posse *in tract. de successio. lib. 1. §. 6. num. 44.* Nam nulla alia potest esse ratio huius statuti, quā fraterna pietas, quæ cessat, quoad hæredem fratris. Certè opinioni Vasquij libenter accedo, ex eius ratione, & comprobatur efficaciter, quoniam licet lex concedat, ne maritus exigatur vltra quam facere possit, id non admittit in eius hærede, *vt dixi num. 45.* immò, neq; in filio, nisi sit filius natus ex eodem matrimonio, vt dixi *num. 48.* & certè *Alex. in d. l. postulante. num. 5.* & *Paul. ibi*, qui prius quæstionem tetigit, non asseuerant rem, tantum enuntiant quid alij dixerint, & remittunt se ad notata *per glossam, & Bart. in l. post diuortium.*

SVMMA.

1 *Per sententiam acquiritur ius Fisco cui mulcta applicatur & iudex eodem die sententiam mutare non potest.*

2 *Iudex ob inopiam condemnati eximit debitorem à necessitate seruiendi, & remittere potest mulctam.*

3 *Mulcta parti applicata pro suo interesse, non potest à iudice remitti.*

4 *Pœnā Fisco applicatam, non potest iudex remittere.*

5 *Ante sententiam, & ex iuxta causa; iudex pœnam potest minuere.*

6 *Mulcta semel remissa, ob paupertatē, etiamsi debitor mulctę perueniat ad pinguiorem fortunam, exigi non potest.*

7 *Clericus valetudinis causa excusatus à recitatione horarum, si postea cōualescat, non tenetur resarcire.*

8 *Iudex potest remunerare capientes latrones, ex mulctis ad Fiscum pertinentibus.*

9 *Inopes non soluunt tributa, nec collectas, sed solum tributa personalia.*

10 *Tributa, quæ inopes non soluunt, an eorum solutio pertineat ad alios diuites.*

11 *Vassalli, licet pluries iniqua, vel iniusta seruitia præstiterint, non cogūtur inuiti ad eorum præstationem.*

12 *Subditi (etiam clerici) possunt cogi ire ad bellum, in repentino periculo.*

13 *In timore publico, & improuiso, tenenetur Ecclesia Principi contribuere.*

14 *Pro reparatione mœnium, an teneantur subditi contribuere.*

An

An iudex possit eximere a necessitate seruiendi eum, qui debitor est ratione mulctæ, vel eum, qui debet ratione tributi.

CAP. XVIII



1 QVÆRO deinde, quid si debitum, procedit ex mulcta, à iudice imposita: an talem debitorem præ inopia soluere nõ valẽtem, iudex eximere possit à necessitate seruiendi. Mouet quæstionem, quòd per sententiam acquiritur ius Fisco, cui mulcta applicatur, ita, vt iudex, etiam eodem die sententiã suam mutare non possit *l. Paulus. ff. de re iudic. l. Iulianus, verum debitorem. ff. de condict. indebit.*

2 Verius tamen est, iudicem ob inopiam damnati, posse eximere debitorem à necessitate seruiendi, & remittere ei mulctã, *l. illicitas. §. fin. ff. de offic. Præsi. glos. in c. sicut dignũ. de hom. & in c. si res. 14. q. 6. & in l. in mulctis. ff. de appellat. c. cũ olim. in 2. de appella. Bald. in cap. at si clerici. col. 4. vers. quæro nunquid Episcopus. de iudi.* qui citat textum *in l. eos, C. de modo mulct. notat Bart. Paul. & Roman. & Ias. co. fin. in l. 1. in fine. ff. si quis ius dicen. non obtempe. & in l. illicitas. §. fin. ff. de offic. Præsid. & in l. iudex postea quam. ff. de re iud. Ias. in l. si quis id quod col. 3. vers. quarto limita. ff. de iurisdict. omni. iudic. & ibi Oroscius. Abb. in cap. nisi de offic. delegati. Felin. in capit. qualiter, & quando el. 2. §. fin. col. 7. versic. quinta causa, de accusat. Angel. Aretin. in tractat. de maleficio. in verbo. Quia iudex videns quod inquisiti non comparent. col. 8. vers. quæro an continuatum. Fab. in l. fin. C. de modo mulct. textus in cap. cum tu. de vsur.* Nam inanis est actio, quam inopia debitoris excludit: & sic Fiscus conueniri non potest, cum sua nihil intersit; neque enim sunt bona ex quibus mulctam exigat.

Hoc tamen verum est, in mulcta Fisco applicata, quæ per iudicem potest ob paupertatem remitti. Secus, si mulcta esset applicata parti, pro suo interesse, illa enim
3 remitti non potest. *Bald. in l. rescripta. in fine. C. de precib. Imper. offer. glos. & DD. in l. venia. C. de in ius vocan. Lucas Penna in l. prædia. col. 18. vers. 26. C. de loc. prædio. ciuil. lib. 10. Alber. in l. quicunque col. 2. vers. præterea hic, & col. fin. in princ. vers. item oppono, quod remitti. C. de seru. fugi. Barba. cons. 11. col. antepen. vers. capio nunc.*

4 Secus si non sit mulcta, sed pœna, nam non potest per iudicem remitti, vt notant *DD. in dictis locis*. Pœna enim est, quæ imponitur à lege; mulcta, quæ ad arbitrium iudicantis, ex contumacia, vel ex alia simili causa imponitur, vt notant *Doctores in l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.*

5 Iudex tamen, ante sententiam bene potest ex iusta causa minuere pœnam. *Bart. in d. l. illicitas. §. fin. de offic. Præsid. Felin. in d. cap. qualiter, & quando. Ias. in l. si quis id quod de iurisdict. omni. iud. late Tiraquell. de pœn. temperan. in princ.* vbi innumera citat loca.

6 Mulcta autem semel remissa, ob paupertatem damnati, non potest ab eo amplius exigi, etiamsi perueniat ad pinguiorem fortunam: vt probatur *in d. l. illicitas, §. fin. & ibi glos. Bart. Ang. & DD. notant, præcipuè Bolognin. in secundis interpretationibus text. in l. sed vnius. §. fin. ante. ff. de iniur. & ibi Angel. & Alber. Guilielmus Cuneus, & Bald. in l. fin. ff. de in ius voca. Bald. in l. si acceptam. quæst. 24. C. de vsur. Paul. Rom. & Ias. col. 6: post medi. vers. tertio collige. in d. l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omni. ind. Barba. in c. Odoardus col. 3. vers. nota quod exceptio. de solut. Felin. in cap. ad liberandum col. 2. vers. sed declara istam regulam. de Iud.* facit quod scripsi *cap. 8.* quod si minoris ętatis ratione quis semel ab addictione excusatus fuerit, non potest in seruitium peti, etiamsi postea ad robur virile perueniat.

Sic qui valetudinis ratione excusatur à
7 recitandis horis canonicis, non tenetur resarcire, etiamsi postea conualescat, vt probat *Lupus in rub. de donatio. fo. 55. col. 5. vers. ad cuius in paruis.* Cessante tamen inopia damnati, iudex mulctam Fisco applicatã non debet in alium vsum conuertere. *l. precibus. §. prouidentibus, & ibi notant Bart. et Lucas Penna C. de cano. largi. lib. 10. l. duos in fin. C. de suscept. & præpos. archar. eo. lib.* Potest tamen mulctam ad Fiscum pertinentẽ donare causa remunerationis. *l. Diuus, ibi vel si quid fortiter. ff. de bon. damna. l. in mulctarum. C. de mod. mulct. Rom. in repet. l. si vero. §. de viro in 48. fallentia: ff. solut. matrim.*

Vnde iudex potest ex mulctis, ad Fiscũ
8 pertinentibus, remunerare eum, qui latronem, vel alium reipublicæ perniciosum cepit, vt scribit *Bart. post. Guilielmum Cun. in l. 1. in fin. princ. ff. de iust. & iur. Bart. in l. illud. C. de præb. sala. lib. 10. Bald. in l. programma. col. 2. vers. pone, quod Præses. C. commi. vel. Epist. Barba. in tract. de præstantia Cardin. in 1. par. q. 3. col. 6.*

Quid tamen, si quis debet, ex eo quod est vassallus, an sit addicendus creditori? videtur quod non, quoniam debens tributū non debet in carcere conijci, vt docui cap. 13. nu. 6. Qui autem, ob æs alienum non potest conijci in carcerem, non est addicendus creditori, vt docui cap. 3. nu. 2.

9 Deinde, qui est inops, non tenetur soluere tributum, neque collectam, nisi tributum sit personale *l. cura. §. inopes. ff. de mune. & hono. Bal. in l. etiā col. fi. C. de execu. re iudi. Roland. cons. 66. à n. 20. lib. 1. Decius c. 1. n. 115. de proba. Bal. & Isernia c. 1. n. 55. quæ sint regal.* vbi tractat, quid si inops, artifex sit, an teneatur soluere tributum: nā collecta, pro modo facultatum imponenda *Salic. in l. leges C. qui bon. cede. poss.* & imponitur personæ propter rē *Bal. in l. vna. num. 44. C. de sententijs.*

Quibus rationibus manifestum est, enim qui debet tributum, vel collectam, non esse ea ratione addicendum creditori, si inops sit. Quare, cum apud nos non deducitur in quæstionem, an quis sit nobilis: qui impugnat eius nobilitatem, facit articulum, quod si non soluit tributa, non fuit ex nobilitate, sed ex inopia. Illud enim in prouerbium apud nos abijt, *Al que no tiene el Rey le haze franco*. Quod intelligendum quando Regi debetur tributum. Si tamen debitum ex alia causa procederet, tunc inopia non liberaret debitorem Regis, vel Fisci; ideo enim liberatur debens tributum, quoniam inops nunquam fuit obligatus ad tributum: at si inops obligatur, iam semel radicata obligatione, certe seruire Regi tenetur, sicut priuato, *vt docui c. 13. nu. 20.* & ita sunt intelligenda, quæ ibi dixi, vbi late tradidi, quomodo exigendi sunt debitores fiscales.

10 An autem tributum, quod inopes non possunt præstare, pertineat ad reliquos, qui facultatibus valent? vide *Bart. distinguentem in l. semel C. de de apoch. lib. 10. & in l. 2. C. de oper. publi. latè Mauric.* qui alios citat *in repet. l. 1. C. quo loco mul. mun. sub. sole. lib. 10. fol. 284. DD. in l. sicut per textum, ibi ff. quod cuiusq; vniuer. nomi.* Tributum tamen personale tenebitur præstare vassallus, etiamsi sit inops. sit: quare cum moris sit, in aliquibus Hispaniæ regionibus, vt vassalli, qui prædia ab antiquissimo tempore, à veteribus dominis acceperunt, certas quasdam operas, dominis suis præstare teneantur: certè non excusabuntur paupertate *l. cura §. inopes ff. de muneri. & honori.* Si tamen dominus ratione huius obligationis, iniquas operas, vel iniusta seruitia exigat; certè vassalli poterunt appellare Regis æquitatem, ne inique grauentur, *vt tradit Aluar. post Specul. in c. 1. col. 5. apud quem vel quos controuer. feudi,*

Quo casu dominus, non potest esse iudex sed ad Regia tribunalia recurrendum *Specul. tit. de feudis §. nunc dicamus versi. cæterum. Bald. in c. 1. col. fin. de capi. qui cum vendi. Roland. cons. 234. incip. factum tale est.*

11 Quinimo, licet pluries iniqua, vel iniusta seruitia præstiterint, non sunt cogendi ad eorum præstationem; quia præsumuntur metu extorta *Bald. in tit. de pace Constantiæ in verb. pactiones,* Quibus congruit quod scribit *Ioan. Andr. in cap. præsenti in nouella de offic. ordina. in 6. & in c. cum singula. de praben. eo. lib. glos. Ioan. And. & alij in c. cum Apostolus de censibus eod. lib.*

An autem subditi, in repentino quodam periculo, possint cogi ire ad bellum, vide *Abb. in cap. sicut de iure iur.* quo casu clerici tenentur ad custodiam murorum *cap. peruenit. & ibi DD. de immu. eccles. Bart. in l. fi. C. de cursu publi. lib. 15. Iaf. in l. placet col. 3. C. de Sacrosan. Ecclesi.*

13 Et an, in timore publico, & improuiso ecclesia teneatur Principi contribuere, vide *in cap. sicut de inteiur. latè Lucas Penna in l. 2. & 3. C. quibus mun. vel præstatio. nemi. se excusa. liceat lib. 10. latè Guigl. Benedict. in cap. Raynuntius verbo & vxorem nomine Adelasiam. nu. 156. Afflict. qui limitat, & declarat, in præfa. constit. Sicil. quæst. 17. Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 4. num. 23.*

14 An autem subditi teneantur contribuere pro reparatione mœnium vide, *Rebuffum in l. 1. B. de ciuib. verb. Alexand. lib. 11. Guidonem Papæ consil. 11. qui citat l. turres & l. omnes, prouinciarum C. de repe. public. & singul. 564. Iaf. in l. diuortio. §. impendia ff. sol. matrim. Angel. in d. l. tutoris,* vide eos, nam aliter Rebuffus, aliter cæteri sentiunt.

SVMMA.

1 *Aegritudo soluit obligationem præstandi operas impositas ex delicto; licet delictorum castigatio ad publicam vtilitatem spectet.*

2 *Licet iure Regio debitor inops creditori addicatur, vt seruiat; si tamen morbo perpetuo laboraret debitor, nullus tenetur præstare operas.*

3 *Famulo ægrotanti, an debeatur salarium, & nu. 4.*

5 *Operas præstare, aut seruire, paria sunt.*

6 *Debitor morbosus, à carcere libe-ra-*

ratus, an si conualescat, possit iterum capi, & num. 15.

7 *Sententia diffinitiua, qua debitor ab addictione creditori liberatur, si transiuit in rem iudicatam, non potest reuocari.*

8 *Mulier inops, cui defertur quarta pars iuxta Authent. praterea. C. vnde vir, & vxor, non amittit eam, licet postea fiat diues.*

9 *Beneficium ratione dignitatis concessum, non amittitur finita dignitate.*

10 *Filius per deportationem liberatus à patria potestate, non reincidit in eā, etiamsi restituatur in patriam, cessetque deportatio quæ illum à patria potestate eximebat.*

11 *Concessum propter laborem, finitur eius priuilegium labore finito.*

12 *Excusatus ratione minoris ætatis non tenetur factus minor, & n. 17. & 18.*

13 *Lex potius fauet reo, quam accusatori.*

14 *Cessante causa absolutionis, cessat absolutio.*

16 *Excusatus semel ratione numeri liberorum, non amittit priuilegium, etiamsi post hæc filij moriantur.*

19 *Laborans morbo insanabili, soluitur è carcere, etiam non dato fideiussore.*

An debitor sit liberandus à dispositione huius legis, si aduersa valetudine prematur: & an debitor morbi ratione possit eximi è carcere, absque fideiussore.

CAP. XIX.



1 OLENT carceris sordes (præter molestiam) aduersam valetudinem gignere. Quare, non infrequēter dubitari solet, vtrum parcendū sit debitori, perpetuò forsan morbo afflicto. Et certè parcendum est: *textus est insignis, in l. in metallum ff. de pœn.* vbi probatur, quod ille, qui ratione delicti cogitur operas dare, excusatur, si prematur aduersa valetudine.

2 Cum ergo, ægritudo soluat obligationē præstandi operas impositas ex delicto (licet delictorum castigatio spectet ad publicam vtilitatem *l. congruit. ff. de offic. Præsid.*) Quanto magis præstabit, ne debens operas ratione æris alieni, cogatur ea præstare, si æger sit? Deinde, hic adferre licet argumēta, quibus senem decrepitum defēdi *c. 7. n. 4.* nam senecta morbus, est insanabilis.

His congruit textus expressus *in l. liber. qui post. ff. de ope. libert.* inquit lex. *Libertus, qui post indictionem operarum valetudine impeditur, quominus operas præstet, non tenetur: neq; enim videri potest, per eum stare, quominus operas præstet.* Idem probatur *in l. interdum. ff. de oper. liber.* ibi: *Nam, dum languet libertus, patrono operæ pereunt.* Idem probatur *in l. operæ. ff. de re vsufr. leg.* ibi, *Quare, si post operas præstitas æger esse seruus cœperit, legatario peribunt.* His suffragatur *l. munerum. §. Camelelasia. ff. de muner. & honoribus,* ibi: *Corporis ministerio obligentur, ne vlla excusatione liberari, nisi læsi, & inutilis corporis infirmitate.* His congruit *l. Prætor. ff. de vaca. muner.* ibi, *Prætor, eos, quos intelligit operam dare non posse, pollicetur se excusaturum; fortè, quod in perpetuum, quis operas dare non potest, quod in eam valetudinem incidit, vt munera subire non possit.* idem probatur *in l. 7. tit. 4. lib. 4. Ordinatio.*

Præterea hanc sententiam probat *Alciatus in l. age, cum Geminiano. C. de transactio.* expressius *Zasius lib. 1. singula. resp. c. nu. 33. & nu. 37.* facit textus *in l. eum hæres. ff. §. Stichus. ff. de statu liber.* & faciunt plura quæ dixi *cap. 9. num. 9.*

Postremò probatur: quoniam Iure Regio, debitor inops addicitur creditori, vt operis reponat creditum.

2 Si autem debitor, morbo perpetuo laborat, certè, nullas operas præstare potest, *vt in d. l. opera. ff. de vsufr. leg.* cum alijs supra allegatis: ergo, hoc casu cessat mens huius legis, quæ noluit torquere debitorē, sed cōsulere creditori. Vltimo probatur: quoniam nunquam debitor, ita destituendus omni remedio, vt sit periculum, ne moriatur in carcere, *vt dixi c. 1.* quod declara, vt infra.

3 Quid tamen, si debitor traditus creditori, vt operis, vel obsequio ei satisfaciat, incidit in morbum temporarium? Quæro, an tempus quo ægrotat, computandum sit in tempus seruitij, à iudice præfixum? Mouet quæstionem, quod famulo ægrotanti non debetur salarium. *Bart. in l. si uxor. §. item, cum quidam, numer. 8. ff. loca & in l. operæ. nu. 1. ff. de vsufructu legat. Baldus in l. liberti, libertæque num. 16. C. de oper. liber. Doctores in l. laboribus. §. de illo. ff. de vsufru. Alexan. in si eum dotem. §. sin autem, in sauissimo, colum. 2. in princ. ff. solu. matrimon.* debitor autem creditori addictus, famulus quidam est, qui creditori seruiendo, abeo aufert salarium, quod debitor illi soluit, dum illud computat in summam sibi debitam: nam,

qui

qui compensat, soluit *l. amplius. ff. rem rat. haberi: Mascardus de probationibus, tom. 1. conclus. 334. num. 2.*

Sed contraria sententia est verior, immò, tempus ægritudinis computandum in tempus præfixum *l. cum heres. §. Stichus. de statu liber.* cuius verba sunt. *Sed si quibusdam diebus, aut valetudo, aut alia iusta causa impedimento fuerit, quominus seruiat, & ij, anno imputandi sunt. Seruire enim nobis intelliguntur ij, quos agros curamus, qui cupientes nobis seruire, propter aduersam valetudinem impediuntur.* Hæc lex nominatim videtur loqui in nostro casu: nam loquitur de iusso seruire per certum tempus, vt eo elapso consequatur libertatem, docet autem tempus ægritudinis computandum in spatium præfixum. Neque obstat, si quis obijciat, legem illam loqui de obligato seruire, & quod debitor, si est artifex, tenetur operis artificialibus (hoc est, suo opificio) satisfacere.

5 Sed responde, quòd paria censetur seruire, vel operas præstare *l. si quem seruum. ff. de statu libe.* ibi, *Nihil interest vtro modo caueas, si seruierit, an si operas dederit.* Deinde, seruitium est opera obsequialis.

Neque obstat quod dispositio *l. cum heres §. Stichus*, prodita est fauore libertatis: nam eum tractamus de eruendo debitorem à manibus creditoris, tractatur verissimè de causa libertatis: cum tractemus de liberando homine, qui natus est ingenuus, à manibus creditoris, qui illo vtitur veluti seruo, Quod docet *Zasius cons. 19. incip. in causa concernente monasterium num. 19. libr. 2. Matthæsil. Afflict. in constitut. Sicil. incipit. prosequentes nu. 6. & 35. Felin. in cap. edocere. col. 2. versic. prim. declara. de rescrip.* Præterea tempus ægritudinis computandum, probatur *in l. hæ operæ. §. si patroni. ff. de oper. libertor.* ibi. *Si patroni plures in diuersas regiones discesserint, & liberto simul operas indixerint, potest dici diem operarum cedere, sed libertum non obligari, quia non per eum, sed per patronos stet quo minus operæ dentur, sicut accidit cum ægrotanti seruo opera indicuntur.*

Idem probatur *in l. libertus qui post. ff. de oper. libert.* ibi. *Libertus, qui valetudine impeditur quominus operas præstet, non tenetur: neque enim potest videri, per eum stare, quominus operas præstet.* Hoc probatur efficacius *in l. operæ. ff. de vsufruct. lega.* cuius verba retuli supra. Neque aduersatur quod dixi de famulo; aliud enim est quando versatur libertatis fauor, vt probatur *in dict. l. cum heres. §. Stichus*

6 Sed quid si debitor excusatus fuerit à dispositione huius legis, & solutus è carcere, non dato fideiussore, quia perpetuo morbo grauatur, medicorum iudicio, & postea, vt fiunt mira indulgentia naturæ

opera, conualescit: quæro an iterum capi possit, & in seruitium peti. Et certè quamquam multa vtrinque proferri possint, humanius est, vt si creditor iam petijsset illum in seruitium, & contestata super hoc lite, iudex debitorem à rigore huius legis absoluat, & è vinculis eximat, non possit amplius conueniri, etiamsi conualescat, nisi pinguiorem nactus fuerit fortunam.

Primò, quoniam in debitore, qui futoris ratione eximitur, & post venit ad sanam mentem; & in minore, qui ætatis imbecillitatem allegat, & post fit maior, ita definiui & pluribus probaui *cap. 8. num. 9. & cap. 9. num. 9.* furor autem morbus est. Deinde in eo, qui ratione inopiæ soluitur è vinculis, licet non possit soluere mulctam: quod licet post acquirat non tenetur soluere, docui *cap. præced. nu. 6.* Præterea clericus, qui propter ægritudinem non recitat horas, non tenetur resarcire licet post conualescat, vt ibi dixi *nu. 7.* Rursus, licet cessante causa cesset effectus, fallit nisi causa iam suum fuerit sortita effectum *l. finali. ff. unde liber. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obligat. & ibi Iason in quarto notabili, Imola in c. finali per textum ibi de offic. deleg. Antonius in c. sanè de renuntia. Cinus in l. generaliter colum. 2. de Episcopis, & clericis, & ibi Baldus, colum. 3. Bartolus in l. 2. §. finali. ff. de donat. Decius in l. 1. num. 79. ff. de officeius, & consil. 3. col. fin. & in cap. quæ in ecclesiarum col. 7. de constitut.*

7 Deinde, sententia definitiua, quæ transiuit in rem iudicatam, qua debitor absoluitur à decreto huius legis, reuocari non potest *l. Paulus. ff. de re iudi.* His aptissimè congruit; quod si quis excusetur à muneribus propter morbum, de quo nulla spes erat, quod sanitatem admitteret, certè hæc excusatio illi perpetuo proderit, in ea tutela, etiamsi præter spem conualescat *l. pen. ff. de vaca. muner. notat Bartol. per eum textum in l. si eum dotem. §. si maritus. vers. si autem tantus, ibi, vt sanitatis nulla spes superfit. & ibi Paul. circa medium vers. & per hoc determinat, & ibi Alexand. col. 2. vers. in textu. ibi, nulla spes ff. solu. matri.*

8 Sic mulier, cui ob paupertatem defertur quarta pars, iuxta *Authen. præterea. C. vnde vir & vxor.* non amittit eam, licet postea fiat diues, quia sufficit qualitatem adfuisse tempore mortis mariti, autore *Decio in d. Authen. præterea in fine. C. unde vir & vxor, & consil. 2. incip. mulieri propter inopiã. col. 1.*

9 Sic beneficium concessum propter dignitatem, non finitur, finita dignitate *l. cum qui C. de excu. muner. lib. 10. & ibi Platea notat Bartolus, Angel. & Platea in l. maximarum, per textum ibi. C. eodem tit. Platea in l. eos qui C. de fabricen. lib. 11. l. iubemus, & ibi Platea. C. de proxi. sacro. scrin. lib. 12. Felin. in*

cap. quæ in ecclesiarum col. 82. fallentia 5. vers. & hinc est, de constitut. Din. Ioan. Andr. & Francus, in cap. decet concessum. de reg. iur. lib. 6. Hippol. singul. 107. & singulari. 179. col. 2. Sic liberatio contingens liberto ratione matrimonij contracti cum domina sua, vel contra, non finitur, soluto matrimonio, ex sententia *Bald. & Oldra in l. libertæ, C. de oper. liber. de qua re latissim. dixi cap. num. 6.*

10 Sic filius liberatus à potestate patris, per deportationem, non reincidit in eius potestatem, etiamsi restituatur in patriam, cessetq; deportatio, quæ illum à patria potestate eximebat. *l. In insulã. C. de sententiam passis.* Et liberatus à patria potestate per dignitatem, non reincidit in eam, dignitate finita. *glos. in Authent. constitutio, quæ de dignitatibus §. 1. vers. sic generaliter in verbo præstet. glos. in Authen. sed Episcopalis dignitas. C. de Episcopis, & cleri. Platea in l. fin. C. de consuli. lib. 12. Dinus* (quem nemo cit.) *in regula decet. de reg. iur. lib. 6.*

Hæc opinio est conformis humanitati; neque alio nomine mihi magis placet, quia quod eximit hominem à dispositione huius durissimæ legis: libenter tamen suaserim iudici, ne simpliciter absoluat debitorem propter morbum, de cuius sanitate nulla est spes, sed vt addat verbum *Donec ægritudo durauerit*: vt hac clausula nouarum litium occasionem dirimat. Neque enim negare possum (aut debeo) hanc opinionem, quam tot argumentis probaui habere nescio quid iniquitatis, satis enim videtur concedi humanitati, si debitor propter insanabilem morbum soluatur è carcere; neque videtur concedendum, vt si cõ-

11 ualescat, non reponat creditũ. Nam quãdo aliquid cõceditur propter laborẽ, finito labore finitur priuilegiũ. *l. geometræ. ff. de excus. tuto. Idem Vlpianus l. athleta. §. 1. ff. de excu. tuto. l. Titia. Seyo. §. vsuras, & ibi glos. ff. de leg. 2. Alexand. Aretin. & Ias. in l. filius à patre. §. 1. ff. de libe. & posthu. Din. & Francus in cap. decet. de reg. iur. in 6. Angel. in l. minoribus. C. de his quib. vt indig. Roma. in l. si vero. §. de viro. fallentia. 27. ff. solut. matrim. Aretin. cons. 83. & in l. diuortio. §. final. col. fin. ff. solut. matrimon.*

12 Sic licet filius minor, qui non redimit patrem, excusetur imbecillitate ætatis, nec priuetur patris hæreditate. *Authent. si captiui. C. de Episcop. & cleri.* certè licet semel fuerit excusatus ratione ætatis; non sufficiet si factus maior non redimit patrem, authore *Bald. in d. Authent. si captiui. post medium in verb. secunda quæstio est. & in l. qui contra. col. 1. vers. ubi quos omnes. C. de incest. nupt. & in l. precibus. col. 3. vers. quid ergo si tempore primo. C. de impuber. & alijs substi. vbi dicit hanc communem Angel. in l. 1. C. in quibus causis in integrum restitut. non est necessa. Fulgo. consil. 52. in 2. dubio. Paul. in l. sciendum. §. final. in 1. notabili, & ibi Alexand. col. 1. & Ias. num. 11. ff. qui satisda. rogan. Roma. singul. 521. incip. tu habes.* qui allogat *l. qui cum maior post principium. ff. de bon. liber.* & *in l. 3. §. scio. ff. de minorib.*

Neque obstat quod dixi *cap. 8. numer. 9. vers. moneor.* quoniam quòd minor, qui nõ vindicauit necem patris, semel excusatus ratione ætatis, perpetuo erit excusatus, licet postea fiat maior, & cesset: atque item mater, non petens; filio tutorem excusatur ætate, & licet postea fiat maior, & cesset, censetur perpetuo excusata, vt ibi dixi. illud enim peculiarem habet rationem, quia matre non petente filio tutorẽ, lex statim ei prouidet; Quare mater liberata est ab onere petendi, sufficit enim prouidentia legis, & iam diligentia matris præuenta est à iure *argum. l. causam. §. puella. ff. de manumis.* at in filiei minore non redimente patrem, secus est: quia obsequium quod filius debet patri, habet in se tractum successiuum: semper enim est obligatus: ergo sic in debitore dicendum: quod licet morbi ratione fuerit è vinculis solutus, & à dispositione huius legis liberatus, quod si postea conualescat, non sit perpetuo liber: quia obligatio qua est adstrictus creditori, durat perpetuo; donec soluat: quare cum reualuerit, & beneficio legis seruatus fuerit, videtur quod sanus, & robustus teneatur creditum reponere.

Neque obstat quod dixi *capit. 9. num. 9.* quòd furioso semel excusato à pœna criminis, censet perpetuo excusatus, licet ad sanam mentem reddat. Illud enim est, quoniam lex difficillime succurrit ad accusandum, & libenter fauet reo: quare minori non dat lex restitutionem, ad accusandum, neque ad exaggerandum delicta aliena, *vt in l. auxilium. ff. de minorib.*

Non obstat quod clericus, qui non recitauit horas propter ægritudinem, non tenetur illas resarcire, factus sanus: quoniam alius est noster casus; in quo de restitutione rei alienæ tractatur, vbi non dimittitur peccatum, nisi restituas quod debes: at Deus parcit clerico, propter ægritudinem, non oranti: gaudet enim Deus hilari datore.

Non obstat, quod dixi in debitore mulctæ: quoniam ille non adeò debitor est, ac si deberet priuato pecuniam, quam ab eo accepit. Quod patet, quoniam primo casu iudex remittere potest debitum ex mulcta, at non potest remittere debitum priuato.

Non obstat, quod sententia definitiua non potest reuocari: hic enim seruatur mens sententiæ, quæ ratione ægritudinis liberat debitorem: ergo ea cessante, silet mens sententiæ, & cessante causa senten-

tentiæ, cessat sententia *l. si à te, ff. de exceptio. rei iudica.* Vbi notat *Socinus* ex ea lege *in primo notabili*, quod cessante causa ab solutionis, cessat absolutio: quod etiam probatur *ex l.2. & ex l.si mater.§.an & eandem.ff. eo tit.*

Non obstat, quod semel excusatus à muneribus, ratione morbi, censetur perpetuo excusatus. Illud enim est quoniam in locum illius subrogatur alius ex ciuibus, & sic satisfit necessitati publicæ: at in nostro casu, non satisfit creditori, etiamsi debitor semel liberetur ratione morbi; & sic dispar ratio est. Cætera argumenta non vrgent, hic enim tractamus de dando creditori, quod suum est.

Quid verius? Equidem prima opinio æquior est, sed secũda videtur verior, & comprobatur fortissima ratione (scilicet) quoniam debitor insanabilis morbi ratione liberatus à carcere, non censetur liberatus, si postea conualescat, & contrahat noua debita, sicut dixi *cap.4. num.43.* de eo, qui liberatus à creditoribus, quia casu amisit facultates, contrahit noua debita, non enim illi suffragabitur prior casus.

16 Et sicut dicimus, quod semel liberato ratione numeri liberorum, proderit liberatio, etiamsi filij moriantur, *Soci. & Ias. in l.sciendum.§.si.ff.qui satisda. cogan. Deci. in Authen. præterea; col. fin. C.vnde vir, & vxor. Ripa in l.ex facto, col.3. vers. præmissa ff. de vulga.* id tamen intelligendum liberatum, perpetuo à tutela, quæ iam cesserat viuentibus liberis, non tamen ad eas, quæ post mortem liberorum superuenerunt *Francus in regula decet, de reg. iur. in 6. Bartol. in l.2.§. non solum ff. de excu. tuto.* & alios refert *Tiraq. in tracta. cessante causa, in 4. limitatione. numer.14.* ergo sic dicendum, quod cum liberatio ratione morbi insanabilis, non prosit, si debitor postea conualescat, & contrahat noua debita. Quod idem multo maiori ratione dicendum, quoad priora debita, vt si conualescat teneatur eis satisfacere, cum illa maiori fauore digna sint, & in eis mitissimè cum eo actum sit; dum ratione morbi liberatur à carcere.

Præterea, cum is iuxta Ius Romanum liberatus cedẽdo, possit conueniri, vbi pinguiorem nanciscitur fortunam; idem dicendum in eo qui liberatur ratione morbi, vt possit conueniri, vbi primũ (fauente Christo) cõualescit. Excutiant eruditi; res est ambigua inspectis nostrorum traditionibus. Si tamen veritatem, & iustitiæ prudens robur apprehendamus, & non inanes nostrorum traditiones, qui ex similibus, prorsus dissimilibus, pleraque definiunt: certè verius, & rectius videtur, vt debitor, vbi conualuerit, satisfaciat creditræ summæ: cum enim eximitur, è carcere, nõ eximitur, quia soluit, sed quia ægrotat: ergo, cum ægritudo non habeatur pro solutione, sequitur, quod cessante ęgritudine, potest cogi ad satisfactionem.

17 Neque obstat, si quis mihi obijciat: Cur *c.8.nu.9.* docuisti minorem semel ætatis ratione liberatum, perpetuo remanere liberum, etiamsi post, ad robur virile perueniat? Illud enim, quoniam minor, qui cum sui iuris non esset debitum contraxit, videtur enim fauore dignus; neque sibi, qui sua non possidet obijci potest, cur tua amisisti? & præsertim hoc æquissimum, si debitum descendet à patre; quæ enim culpa minori imputari potest? vt ibi dixi, *& c.6.n.23.* Certè, si in ęgro hanc opinionem non probamus, (vt scilicet) sanus reponat creditum, certè erit occasio, vt mille fraudes excogitentur, medicis ad conspectum pecuniæ, nihil non iurantibus, & semel eluso carcere debitor triumphabit impunè.

18 Postremò, obijcietur mihi: Cur *c.9. nu.6.* docuisti debitorem, si superueniat, furor liberandum à carcere, & à dispositione huius legis, neque reuocandum in carcerem, etiamsi conualescat à furore? Illud enim, quoniam furiosus, qui redit ad sanam mentem, facilè redit ad furorem, si premat(ur) operis, & labore, & curandum, ne ob pecuniolam homo obnoxius sit tanto periculo, quo miser caret intellectu, & iudicio, potissima hominis dote.

19 Quod autem laborans morbo insanabili sit soluendus è carcere (& iam non dato fideiussore) dictat humanitas, Christianæ charitatis zelus. Deinde probatur, quoniam senex decrepitus, non premendus carcere, *vt dixi cap.7. num.3.* durior autem ægritudo est morbus insanabilis, quam senecta.

Postremò, si traditus in seruitium creditori, liberatur ab obligatione seruiendi, propter morbum insanabilem, vt dixi *numer.6.* & probat *l. in metallum. ff. de pœn.* multò magis non tradetur à principio, *argum. l.patre furioso.ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* Sed nota, quod de morbo insanabili per sententiam definitiuam, non per interlocutoriam pronuntiandum, audito plenissimè creditore, qui sua pecunia priuatur; nam obligatio seruiendi succedit in locum pecuniæ: & cum tractetur, an debitor debeat seruire, vel non; videtur tractari, an sit soluendum, vel non soluendum.

S V M M A.

1 *Obligatio ad carceres, non valet, nisi in vim consuetudinis.*

2 *Non est admittendum, vt homo liber, sit in perpetua seruitute.*

Redem-

3 *Redemptus ab hostibus, an debeat præstare operas redemptori, tantò tempore, donec pretio redemptionis satisfiat: an vero seruiendo per quinquennium liberetur, & ibi de intellectu l. final. C. de cap. & postili. reuer. & num.4.*

5 *Obligatio, qua quis adstringitur reponere beneficium, non parit actionem.*

6 *Pater tenetur soluere redemptori pretium, quod soluit pro redemptione filij.*

7 *Amplia, etiamsi filius mortem obierit, antequam ad domum accesserit.*

8 *Donatio facta redemptori, non reuocatur ingratitudinis prætextu.*

9 *Pater viuens, & valens, tenetur assignare filio detento in carcere pro delicto legitimam, & numero 10.*

11 *Filia dotata debet alià marito, & non à patre.*

12 *Pro mutuo quod filius emãcipatus contraxit, non tenetur pater.*

13 *Viuente patre, filius non est dominus, nec habet quidquam in bonis patris.*

14 *Licet ad effugiendum carcerem licita sit alienatio rei subiectæ restitutioni, id negatur, si debitum sit ex delicto.*

15 *Filius debet patri operas obsequiales, & non artificiales.*

16 *Filius familias ob æs alienum capi & executari potest.*

An debitor sit addicendus creditori, si obligatus sit ad soluendum redditum perpetuum, quod quotannis recurrit, ita, vt nunquam suis operis in perpetuum, etiam per totam vitam satisfacere possit, sed miser, & seruiens expirare debeat.

CAP. XX.

1 
D propositam quæstionē præstat argumentum; & ad limitandam durissimā dispositionē huius legis in casu quotidiano, scilicet, cum debitor inops debet redditum perpetuum magnæ quantitatis, cui satisfacere per omnem vitam suis operis est impossibile: cum quotannis redeat. Quæritur, quid si debitor obligat se ad solutionem redditus, non solum personaliter, & sub generali hypotecha, sed etiam obligat corpus ad carceres publicos? Et dicitur, obligationem carceris non valere, quia esset perpetua quædam, & præcisa seruitus, ad quam liber homo sese obligare non potest, *vt dixi capitul.1. numer.17.*

Deinde adducitur, quod obligatio ad carceres, non valet, nisi in vim consuetudinis, vt notatur *in l. ob æs C. de actione & obligatione*, & quod consuetudo non admittit, vt quis capiatur, nisi in debitis momentaneis, vbi vna solutione obligationis nexus euanescit: & quod ideò non debet extendi ad obligationes perpetuas, & successiuas, quoniam est maius præiudicium.

Præterea adducitur, quod *Solon*, qui immensum fœnus ad mediocritatem reduxit, lege prodita, cauit: *Ne quis ob vsuras ius in corpus debitoris haberet*; vt memoriæ prodit *Plutarchus in eius vita*. Quibus rationibus videtur dicendum, iudicem in hac specie rationem excogitare debere, qua inops debitor non pereat in potestate creditoris; addictus enim creditori videtur detineri captus, *vt dixi capitul. secundo numero nono.* & videtur esse eius seruus.

2 Admittendum autem non est, vt homo liber sit in perpetua seruitute: est autem manifestum, quod debitor seruiet per omnem vitam creditori, si debet redditum perpetuum, magnæ quantitatis, cui annuæ operæ pares esse non possunt. Comprobatur hæc opinio: quoniam nemo potest locare operas suas in perpetuum, vt dixi *capit. prim. numero 17.* quod autem non potest fieri per pactum, non potest fieri per statutum, vt dixi *capitul. secund. numero nono.*

Sed hanc opinionem probare, non est animus. Primò, quia esset melioris conditio-

ditionis, qui debet viginti aureorum millia, & forsan ea turpiter prodegit, quam qui debet aureos decem. Deinde, cum prospiciatur creditori, cui debentur aurei decem, cur non prospicietur ei cui debentur aureorum decem millia, cum magna sua iactura? Certè stolidissimum esset illi prospicere, huic destituere; præsertim, quod maiori coercione dignus est, & magis infamis, qui plurimum æris alieni contraxit, quam qui modicum. Postremo, qui ingentem summam debet, rectius addicendus creditori, quam qui debet modicum quiddam, & in eo rectius quadrant verba legis. Vltimò, non inepte suspicari licet, eum, qui maximam summam debet, rem exportasse, vel abscondisse elusis creditoribus, quare hic magis premendus, quam debitor mediocris summæ.

Non obstat, quod esse in carcere per omnem vitam, non est admittendum, quia esset præcisa quædam seruitus: quoniam hic, per addictionem liberamus debitorem à carcere, vt operis satisfaciat creditori, neque traditus creditori, videtur esse eius seruus.

Non obstat, quod carcer pro debito, non patiendus, quando debitum habet tractum successiuum: Quoniam nego id esse verum: quamuis enim debitum habeat tractum successiuum, potest contingere, vt al quis extraneus soluat pro debitore, & recurrens quotannis redditum extinguat. Deinde, cum carcer admittatur pro his, quæ momento solui possunt: quanto magis pro his, quæ perpetuo augentur, & crescunt? cum creditor habeat iustiorem causam vrgendi, & debitor soluendi. Neque alicubi inuenio, qui regulam generalem ita restringat; tantum carcerem non admitto: quando nullum est remedium illam effugiendi, nisi solutione, ita, quod non admittitur cessio bonorum, quod nonnullæ gentes preposterè, & impiè statuerunt. Preterea, nego carcerem pro ære alieno inductum consuetudine, immò, id videtur iure statutum, vt cessans in solutione prematur carcere, vt dixi *cap. 1. supra*.

Nō obstat, quod nemo potest locare operas suas in perpetuum, quoniam hic non locat operas in perpetuum, sed momento liberatur, si soluat, & numinis prouidentia maximè apparet in rebus iam conploratis, & ab humana ope destitutis. Quare quotidie videmus inopem ad maximum dignitatis, & opulentiæ locum euectum. Est enim mira rerum humanarum varietas; & forsan, de repente apparebit, qui pro debitore soluat, vel Christus emolliet creditoris animum.

His ita definitis, videamus, quid in hac specie iudicandum. Paulus, Hieronymū, ab hostibus aureis trecentis redemit; reuersusque in patriam, petit à Hieronymo, vt sibi aureos trecentos soluat; & cum inops sit, petit, vt sibi tradatur in seruitiū, per tantum tempus, quod possit debitum reponere, putà, per annos octo, vel decem, iuxta debitoris industriam arbitrio iudicis: opponit Hieronymus, quod etiamsi Paulus pro eius libertate aureos mille hostibus soluisset, non est cogendus ei operas præstare, per longius tempus, quam per quinquennium (quoniam hoc est lege præfinitum) citatque textum expressum *in l. fin. C. de captiu. & postlim. reuers.* vbi hæc verba legimus. *Decet redemptos, aut datum pro se pretium emptoribus restituere, aut laboris obsequio, & opere quinquennij, vicem referre beneficij.*

Quid iuris? certè verius videtur Hieronymum cogendum seruire per tempus congruens ei pretio, quod pro eius libertate hostibus est solutum. Moueor, quoniam *d. l. fin.* loquitur de iure Ciuili, quo debitor liberatur cedendo bonis, neq; cogitur seruire creditori, etiamsi soluendo non sit, vt dixi *cap. 1. num. 1.* At cum iure Hispanico omnis debitor cogatur seruire, si soluendo non sit, certè aptius, & rectius cogendus qui debet ex causa redemptionis, quam alius: nam adeò iusta ea causa visa fuit, vt ex ea sola debitor inops de iure Ciuili cogatur seruire, vt dixi *cap. 1. numer. 65.* Cum ergo ea causa seruitio digna visa fuerit, eo tempore quo pro debito nemo seruiebat, certè hodie, quando apud nos lex est generalis, vt debitor inops seruiat per tempus a iudice taxandum, efficacius, & vehementius lex exercenda in eum, qui etiam Iure Ciuili, visus est dignus qui seruiret: nam hic qui tantum beneficium accepit, nimirum libertatis munus, durius cogendus, quam qui ex alia causa debet: ideò, non per quinquennium, sed per tempus à iudice taxandum seruire debet. Sed certè durum videtur recedere à taxatione legis; presertim, cum suspicari liceat illud taxari tam strictè, quoniam captus redit omnibus fortunis spoliatus: & vt qui diu fuit miser, numinis indulgentia letetur; quæ opinio æquior est.

Sed est quæstionis, quid si Paulus pro libertate Hieronymi, hostibus dedit aureos decem, an Hieronymus cogendus seruire per quinquennium, iuxta præfinitionē *d. l. fin.* quæ redemptum (si soluendo non sit) iubet redemptori seruire per quinquennium? Et certè hoc casu seruanda videtur præfinitio *d. l. final.* quoniam non ratione pretij absolutè, sed ratione beneficij in redemptum collati, iubet vt redemptori seruiat: nam, si redemptus deberet ex alia causa, quam redemptionis, non posset

cogi ad seruitium, vnde manifestè infertur quod dispositio *d.l. final.* non est nata simpliciter, & absolutè ex pretio dato, sed ex pretio dato pro redemptione, beneficio inæstimabili, quo quis patriæ, parentibus, & libertati restituitur: vnde licet pretium sit exiguum, videtur quod debet seruire per tempus taxatum à lege.

Sed obstat, quod lex ipsa dicit, quod vbi primum redemptus soluit pretium redemptori, est liber, neque detineri potest ratione collati beneficij. Vnde infertur, quod lex non vult operis pensari beneficiū,
4 nisi quousque reponat pretium, & quod si reponit pretium, non tenetur seruire: cum autem hodie generale sit, creditum solui operis, videtur, quod si operæ vnius anni æquiualeant pretio dato, pro redemptione, quod non tenetur seruire per quinquennium, iuxta taxationem *d.l.fin.* Non obstat, quod dispositio *l.fin.* non est nata simpliciter, & absolutè ex pretio dato, sed ex redemptionis maximo beneficio. Nam id beneficium non parit actionem in plus quam, vt redemptus teneatur soluere pretium, quod pro eius libertate hostibus est
5 datum, vt in dicta lege probatur. Neque obligatio qua quis adstringitur reponere beneficium, parit actionem, vt notatur *in l. sed si lege. §. scire. ff. de petit. hæredit. Ias. in l. ex hoc iure, ff. de iusti & iure.*

6 Sed illud notandum, adeò redemptori deberi pretium redemptionis, vt pater teneatur soluere redemptori pretiū, quod soluit, vt eius filium liberaret ab hostium captiuitate: quoniam pater, saltem necessitate causatiua, tenetur filium redimere à captiuitate, ne priuetur eius hæreditate. *Authen. si captiui. C. de Episc. & cleric.* ergo redemptor gerit negotium patris, & sic pater tenetur illud approbare, & soluere. *l. soluendo. ff. de neg. gest. l. nam & Seruius. ff. eo. tit.* melior textus *in l. quamuis. ff. solut. matrim. cum leg. seq.* & ita nominatim docet *Paul. cons. 443. incip. viso puncto supradicto, dico, num. 1. lib. 1.*

7 Quod ampliat, etiamsi filius mortem obierit, antequam domum accesserit: nam sufficit negotium initio vtiliter gestum, licet postea euentus non sit ex animi sententia *l. sed an vltro. §. 1. ff. de negot. gest.*

8 Deinde non prætereundum, quod si ei qui me à vinculis, vel à potestate hostium liberauit, summam immensam donem, certè non possum ob ingratitudinem reuocare donationem: quoniam donatio remuneratoria non censetur donatio, vt dixi *in meo tractatu de non melioran. filia. dotis ratio. cap. 17. numer. 14.* & nominatim in redempto à vinculis, vel ab hostibus notat *Bald. in cap. 1. §. fin. quæ fuit prima causa benefic. amitten. & in cap. 1. col. 3. an mutus, vel surdus. Iacobinus a Sancto Georgio in tractatu feudorum, folio 34. col. final. Lupus in repet. Rub. de donat. §. 50. incip. limitat 2. num. 7. argum. l. si pater. §. 1. de donat.*

Non prætereundum, quod traditio *Pauli d. cons. 443.* (scilicet quod pater tenetur soluere pretium, quod quis soluit pro redemptione filij sui) confirmatur efficacissimè.
9 Quoniam pater viuens, & valens, tenetur in vita sua assignare filio legitimā, si detinetur in carcere pro delicto, & multo magis, si pro debito ciuili; si enim pro dote danda, & pro alimentis, multo magis pro vita filij conseruanda, & pro libertate: nam carcer perpetuus, & seruitus, morti comparantur. *l. intercidit. ff. de cond. & demon. l. seruitutem. ff. de reg. iur.* facit textus *Authen. si captiui. C. de Episc. & cleric.* & hunc casum audisse se à Cancellario Franciæ, testatur *Benedict. in repe. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento. nu. 215. de testam.* & sequitur *Berengarius Fernandus in repet. l. in quartam. num. 136. vers. 5. etiam. ff. ad leg. Falcid.*

Hæc Benedicti, & Berengarij opinio summam æquitatem præ se fert: si enim filio de Iure Ciuili cogor dare donationem propter nuptias in vita, vt dixi *in tractatu de non meliorand. filiabus. cap. octauo, numero vigesimo quarto, in fine,* multo magis videor cogendus dare, vt eximatur à carcere, & liberetur à potestate creditoris, quæ seruitus, & captiuitas quædam est: maiusque beneficium confert in filium, eruendo eum à carcere, quam dando donationem propter nuptias, magisque in hoc paternam pietatem exercet.

Sed vereor, ne tantæ æquitatis opinio vera sit, arbitrorque in iudicijs locum non habituram. Primò, si hanc aperiamus ianuam, quo euadet? quo non penetrabit iuuenum profusio? quis erit sumptibus modus? quid non machinabuntur fœneratores? Itaque maximum hinc periculum impendet, iuuenilisque licentia optimo iure cohercenda fouetur, cumque patris danno, pessimoque exemplo alitur. Deinde, cum de iure pater non teneatur pro filio, *vt in rubrica C. ne filius pro patre,* cur auferetur à patre res sua, quam forsan ad vltimos nauigans Indos, magnis sudoribus parauit? Cur damnum irrogabitur cæteris fratribus? dum pater, neque negotiari, neque augere rem potest, cum portione, quam cogitur tradere filio, ob æs alienum capto? Itaque hic maxima subest iniquitas.

Præterea nulla est lex, quæ iubeat patrē dare in vita sua legitimam filio ob debitum ciuile capto. Atque adeo nulla est prudens ratio, nulla publica vtilitas, quæ hoc admittere cogat.

Postremò hic longè alia ratio est, quam in dandis alimentis, dote, vel donatione pro-

propter nuptias. Nam, nisi pater det alimenta, filius fame peribit; & nisi det dotē, vel donationem propter nuptias, filia non inueniet maritum, neque filius vxorem: quod aduersus naturalem æquitatem. & aduersus publicam vtilitatem esse videtur. *l. 1. ff. sol. matrim.* Deindè est aduersus votum patris, qui iuxta, à natura insitam proclìuitatem, cupit per nepotes memoriam nominis sui in posteritatem propagari, & libenter, & vltro dotem dat. Quare, & æquum, & reipublicæ vtile est, primum cogi alere, & dotem, vel donationem propter nuptias dare filijs, præsertim, quod dos succedit loco alimentorum, vt prolixè dixi *in tractatu de non melior. dot. ratio. filia. c. 2. nu. 33.*

11 Et filia dotata, à marito est alenda, non à patre, vt dixi *in tracta. de non melio. filia.* & pater tunc alimēta debita, potius quam donationem videtur dare.

Rursus, cùm filio dat donationem propter nuptias, potius lucratur, quam expendit, de Iure Ciuili: siquidem eo iure etiam vsusfructus dotis, quę filio familias datur, pertinet ad patrem. *l. 1. & 2. C. de bon. quæ libe.* Quid hoc ad iniquam impensam, qua Benedictus, & Berengarius onerant patrem? si quidem iniquissimum reputo obligare patrem ad æs alienū, quod filius forsan alea, luxu, vel scortis contraxit.

Deinde, si Berengarij, & Benedicti opinio esset vera, non tractarent DD. an valeat statutum, vt pater cogatur in vita soluere pro filio condemnato, ob delictum, vbi tractant *in cap. 2. de delict. puero. vbi Anania, Alex. in l. lex Cornelia num. 8. ff. de vulga.*

12 Vltimò, est textus expressus *in l. 1. C. ne filius pro patre,* dictans, patrem non teneri pro mutuo, quod filius eius, emancipatus contraxit: nam si esset in potestate, defenditur Senatusconsulto Macedoniano: quomodo autem verum esset, patrem nō teneri pro debitis filij, si per cuniculos & obliquas machinationes cogitur pro eo soluere, dando ei legitimam in vita, iuxta debitam summam.

13 Neque quidquam suffragatur filio, quod est dominus in vita patris, & quod legitima est sibi debita: nam viuente patre dominus non est, neque quidquam sibi efficaciter debetur. *l. 1. §. si impuberi ff. de colla. bon. & dixi in tracta. de non melior. filia.* Illa enim est communis opinio, quod pater nō cogitur in vita filio suo assignare legitimam, quia non debet eam, nisi post mortem, *Imol. & Alex. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. Fabian. in repet. Auth. nouissima, in 7. q. prin. C. de inoffi. testa.*

Rursus, non adiuuat Berengarij, & Benedicti opinionem æquitas, quę prima statim fronte legentibus occurrit, quod scilicet æquissimum est filium à carcere liberare. Primò enim, si filius deberet ex delicto, dignus est punitione, & indignus fauore.

14 Quare iure constitutum est, vt liceat ad effugiendum carcerem, possit quis alienare rem restitutioni subiectam: id negatur, si debitum, propter quod detinetur in carcere, procedit ex delicto: Admitterem tamen opinionem Berengarij, si in defectum solutionis filius esset occidendus, vel mutilandus, vel perpetuo carcere premendus, quia tunc tanta versatur æquitas, quanta in alimentis: secus, si alia pœna imponenda.

Deinde, si filius detinetur ob debitum, ex causa ciuili, non oportet Berengarium repræsentare, carcerem esse captiuitatem, & seruitutem, cum eum cedēdo bonis possit effugere. *l. penult. C. qui bon. cede. poss.* vbi hæc aptissima verba lego. *Cùm, & in se nihil in suo sensu, qui in potestate parentum sunt, habeant, tamen, ni patiantur iniuriam, debet bonorum cessio admitti.*

Certè, si de iure, pater per obliquum teneretur soluere pro filio, dando ei suam legitimam, non differet lex, vt filius cederet bonis, cum cessio fiat, cum solui non potest, ne in defectū solutionis detrudatur in carcerem. *l. 1. C. qui bon. ced. poss.*

Præterea textus in *Authen. si captiui, in fin. C. de Episc. & Cleric.* licet loquatur de redimendo filium à potestate hostium, non dicit, quod pater tenetur redimere filium, assignando ei suam legitimam in vita; sed quod, si eum non redimit, priuatur eius hæreditate, itaque amissionem hæreditatis (hoc est, amissionem lucri) lex denunciat, non amissionem propriæ rei, dum cogitur filio tradere rem suam, hoc est legitimam; quam in vita non debet. An autem dispositio *Auth. si captiui,* seruetur in Gallia, vide *Rebuf. in prohem. Regia consti. glos. 5. num. 38.*

Præterea, vt ad nostram consuetudinem veniamus, quid piaculi est, si filius effugiat carcerem, tradendo se in seruitium creditori? An oportet, vt sit otiosus? an oportet, vt iterum indulgens inguini, & gulæ, nouum æs alienum contrahat?

15 Neque obstat, quòd antiquius est debitum, quo patri debet operas: nam filius patri debet operas obsequiales, non artificiales, *vt dixi in tracta. de decima tutori. c. 2. num. 12.* & illæ operæ obsequiales debentur, ex congruentia, non ex pecunia.

Sed obijcis, quid si est aduersus honorē filij? Certè nihil, quod pater filij amantissimus admittit, dici potest aduersus honorem, vel vtilitatem filij. Quare desinant stultè curiosi, patrem filij sui iudicem esse: nullum inueniet æquiorem iudicem: nullum commodis suis magis fauentem.

Ex his apparet traditionem *Pauli d.conf.* 443. esse dubiam: sed certè mihi placet, & quotiescumque filius esset occidendus, vel perpetuo carcere premendus, nisi solueret: probarem opinionem Berengarij, & Benedicti; vt pater teneretur in vita dare eis suam legitimam, pro modo debitæ quantitatis. Deindè, ex superioribus constat, filium familias (nisi debeat ex mutuo) & generaliter filium emancipatum, cogendos esse subire dispositionem huius legis.

16 Nam, licet filium familias non posse ob æs alienum capi, nec executari asseuerent *Accursius in l.3.§.sed vtrum, & in l.quòd si minor §.si seruus, in verb. condemnabitur. ff.de mino.* contraria sententia vera, & communis est, quam probat *Bartol. & DD. per tex.tum ibi, in l. penult. C. qui bon. ced. poss.* nam si non posset capi, non esset necessaria cessio bonorum, vt dixi *cap. 3. num. 2. Bald. in tract. de carcere. q.3. nu.6. Bar. in l. si filio, la 2. nu.8. ff. solu. matri. Aret. in §. fin. col. 3. Insti. de actio. & ibi Ias. col. 2. Boer. in rep. l. consentaneum. nu. 165. Cod. quomo. & quan. iud. Hippo. in pract. crimin. verb. attingam. nu. 59. Cassan. in consuet. Burgundia, Rubr. §.2. nu. 14. vers. additio. Parisius cons. 94. nu. 41. l. b. 1. Bald. in l. si ex alio C. quod cum eo, Io. Bapt. Sanseuerinus in tract. de debitore suspect. & fugitiu. in 5. q. princ. vers. 4. quaro, num. 7.* qui dicit, Accursium rectè loqui, si intelligatur in minori. Nec requiritur consensus patris. *Bal. in tract. de carcere, q.3. Bart. l. fin. §. 1. ff. de verb. oblig. Ancha. cons. 72. Boer. d. loco num. 166.* & hoc esset indubitabile, si filius esset mercator.

ANTONII MERENDAE

CONTROVERS. IVRIS

PARS TERTIA

LIB. XVII. CAP. X.

Filius factus sui iuris quemadmodum conueniri possit ex obligationibus contractis, dum sub patris potestate esset, ad l. 2. ff. & C. quod cum eo, qui in aliena potest.



1 AIT Prætor; *In eum, qui emancipatus, aut exhæredatus erit; quiue abstinuit se hæreditate eius, cuius in potestate, cum is moritur, fuerit, cum in potestate esset; siue sua voluntate; siue iussu eius, in cuius potestate erit, contraxerit, siue in peculium ipsius, siue in patrimonium eius, cum in potestate fuerit, ea res redacta fuerit, actionem causa cognita, dabo in id, quod facere potest:* Sunt verba *l. 2. ff. quod cum eo,* concordant *l. 2. l. si ex alio 9. C. eod. tit. l. si dubitet. §. 2. ff. pro socio, l. si filius familias 21. ff. de tutel. & ration. distrab.*

2 Circa hoc edictum primò dubitatur, qua ratione motus fuerit Prætor, ad ipsum proponendum: secundo, quid debeat respicere Iudex, cum quæritur, an hoc beneficium filio sit concedeundm: tertiò, an exceptio, oriens ex hoc edicto, sit dilatoria; an peremptoria.

3 Quod pertinet ad primum; quænam sit ratio huius edicti, tres afferuntur a nostris Doctoribus: quarum prima proponitur ab *Azone in summa C. huius tit. nu. 3. vers. ideo;* Inquit autem Azo, quod Iuris ciuilis rigore inspecto, filij, qui per emancipationem sui iuris efficiebantur, non poterant conueniri à creditoribus, cum quibus contraxerunt, dum sub patris potestate essent, quia per capitis diminutionem, velut noui homines efficiebantur; ideoque opus fuit, vt Prætor edicto speciali actiones huiusmodi ipsis restitueret, *vt in l. 2. ff. de cap. min.* Verum quia interdum accidebat, vt cum filijs, hac de causa durius ageretur, eos in summam deducendo inopiam, Prætor aliud edictum proposuit, quo primum edictum temperando, edixit, se non esse concessurum actionem cõtra huiusmodi filium, nisi quatenus facere possint, si causa cognita, ei videretur, sic fieri debere; durum enim nimis erat, Prætorem, aduersus iuris ciuilis regulas, actiones creditoribus, cum tanto huiusmodi filiorum incommodo, restituere in solidum.

4 Quam rationem DD. sequuntur communiter, *Odofred. Bar. & Salicet. in Rub. ff. quod cum eo. Bald. in d. l. 2. num. 5. in fine Cod.*

quod

in princ. Sulic. nu. 2. Imol. in l. exhæredatum C. quod cum eo, & ibi Angel. nu. 2. Castr. in fine, ff. de re iudic, Alex. in l. de vnoquoque §. in fine eod. tit. de re iudic. Aret. in §. minima num. 2. Inst. de capit. dim. Ias. in l. qui iurasset §. si pater num. 2. ff. de iur. iur. Vinc. Franch. dec. 81. num. 5. & 221. nu. 10. vers. item errat. Murius Gnrb. dec. 42. n. 10. Gratian. cap. 799. nu. 2. & 3.

5 Hæc ratio non est generalis, quia edictum continet filios, qui morte patris, sui iuris facti fuerunt, vt in *d. l. 2. ff. quod cum eo vers.* sed & si citra emancipationem; qui tamen minimam capitis diminutionem non patiuntur, *l. 4. §. final. ff. ad S. C. Macedon.* venditiones enim illæ imaginariæ, ex quibus constabat emancipatio *l. 3. §. 1. ff. de cap. minut. l. final. in princ. C. de emancip. liber. Vlpian. in fragmen. tit. 10. in princ.* capitis diminutionem pariebant, vt explicant *Ant. Gouean. lib. 1. var. cap. 26. Cuiacius ad tit. C. de capit. dimin. col. 2.* & est certissimum apud eruditos.

6 Item huic rationi obstat, quia comprehendit eas obligationes, quæ contractæ fuerunt, antequam filius sub patris potestate esset; & tamen Prætor non subuenit filijs, quo ad eas, vt in *d. l. 2. ff. quod cum eo* in illis verbis, *quæ cum eo contracta erit, cum in potestate esset*.

7 Secundam rationem adfert *Vincentius Franc. dec. 181. num. 7.* quod nempè filius, cum in patris potestate est, si se obligauerit in eo contractu, in quo nihil ad eum peruenit, videtur ob reuerentiam patris potius id fecisse, quàm ex propria voluntate: ideò commiseratione dignus est, vt ei succurratur; ne per huiusmodi obligationem ad summam deducatur egestatem.

8 Huic opinioni obstat, quod Prætor concedit hoc beneficium filijs, etiam eo casu, quo patre inscio, se obligauerint, & pecunia in eorum peculium fuit conuersa, vt habetur in *d. l. 2. ff. quod cum eo* in illis verbis, *siue sua voluntate, siue iussu eius, in cuius potestate erit, contraxerit; siue in peculium ipsius, siue in patrimonium eius, cuius in potestate fuerit, ea res redacta fuerit.* concordat *d. l. 2. C. quod eo.*

9 Tertiam rationem proponit *Cuiac. lib. 30.* ad edictum Pauli ad *l. 5. ff. quod cum eo, & lib. 9. quæst. Papin. ad l. 4. §. soli filio eod. tit.* quod nempè Prætor motus fuerit commiseratione filij, qui statim ac sui iuris esse incipit, ad summam egestatem deducitur: æquitati enim conuenire videtur, vt ei aliquod tempus indulgeatur, quo possit suis consulere rebus.

10 Obstat huic rationi, quod habet locum in ijs obligationibus, quas filius contraxit, antequam sub patris potestate esset; & tamen tunc non consulit ei Prætor, vt in *d. l. ff. 2. ff. quod cum eo vers. Eius rei nomine, quæ cum eo contracta erit, cum in potestate esset*: pertinet eadem ratio ad filium, qui est hæres patris, dum hæreditas non est satis, vt detracto ære alieno, inde possit sibi necessaria comparare; & tamen tunc Prætor ei non subuenit, vt in *d. l. 2. vers.* si quis ex minima.

11 Pro solutione huius difficultatis animaduertẽdũ est, Prætorẽ promittere filio, de quo agimus, hoc beneficium his verbis. *Actionem causa cognita dabo in id, quod facere potest*; quod autem causa cognita promittitur, indistinctè non datur; sed ita demum, si omnibus circunstantijs benè perpensis, & partibus auditis, æquum erit, id concedi, vt in *l. in causa*, huius nominis prima *§. causa cognita, ff. de minor. l. 10. §. final. ff. de dolo*; & proinde non est quærenda ratio certa, & generalis, indistinctè conueniens illis casibus, in quibus promisit Prætor suum beneficium, cum non indistinctè in huiusmodi casibus Prætor suum indulgeat beneficium.

12 Sed est inquirendum, cur Prætor in his casibus putauerit, eas accidere posse circunstantias, quæ eum mouere possint, ne actiones in solidum contra filium concedat: hoc autem si quæramus, responsio colligitur ex tribus rationibus, supra consideratis; ex enim efficere possunt, vt sit æquissimum, filio subuenire, non tantum si coniunctim concurrant; sed etiam, si disiunctim vrgeant.

13 Dicamus ergo, hoc edictum in eo fundatum esse, quód facilè possit accidere, vt non sit æquum, concedere actiones in solidum contra filium, qui emancipatus est, vel exhæredatus, aut se abstinuit à patris hæreditate, dum conuenitur actione oriẽte ex contractu gesto dum sub potestate esset patris: Hoc autem certa regula definiri non poterat; idcòque Prætor, causa cognita; sese circa hoc esse deliberaturum, edixit.

14 Quemadmodum autem hoc accidere possit, antequam ostendamus, explicandum est id, quod habetur in *l. 4. §.* sed an etiam temporis, *ff.* quod cum eo. ex intellectu enim huius texus, magna ex parte pendet notitia huius materiæ: Vlp. quærens, quid ante oculos Prætor habere debeat in ea causæ cognitione; in qua quæritur, an filio sit indulgendum hoc beneficium, hæc scripsit.

Sed, an etiam temporis ratio haberi debeat; vt si quidem ex continenti, cum filio agatur, detur actio in id quod facere potest; sin verò post multos annos, non debeat indulgeri? & mihi videtur, rationem habendam esse, in hoc enim causa cognitio vertitur.

15 Accurs. hunc textum his verbis exponit.

uit. *Vt si aliquando in illo tempore facere potuit, & desijt dolo posse facere, teneatur in solidum; aliàs non, vt infra de re iudicata l. sed hoc ita in fine legis, cum ex dolo, in contractu adhibito in solidum teneatur, vt infra eodem, l. eum qui, Non autem puto, quod solo temporis cursu obligationis natura mutetur, vt infra de act. & oblig. l. obligationem ferè §. placet;* Quem intellectũ probarunt *Azo, Odofred.* & alij, quos refert, & sequitur *Vincent. Franc. decis. 221. num. 6.* cum sequentibus *Grat. cap. 799. nu. 55.*

16 Contra hunc autem intellectum sentiunt *Angel. & Salic. ibidem; nec non Odofred. in l. 1. ff. quod cum eo, in fine summarij ante explicationem textus, Cuiac. lib. 30. ad edictum Pauli ad l. 5. ff. quod cum eo, & lib. 9. quæst. Papiniani in explicatione l. 4. §. soli filio dict. tit. quod cum eo:* Dicunt autem hi præstantissimi viri, hoc loco I. C docere, Prætorem, dum cognoscit, an filio sit concedendum hoc beneficium, debere potissimum inspicere, an illicò, ac fuit sui iuris factus, conueniatur, an post multos annos; quod si post multos annos illum conuenerit, ei hoc beneficium nullatenus esse indulgendum; & vt puto rectissimè sentiunt. Cum enim I. C. ex professo examinet, quid in causæ cognitione Prætor inspicere debeat, maxima dignus esset reprehensione, si putauisset, cursum temporis per se non efficere, vt hoc beneficium filio non indulgeatur, ac opus præterea esse, vt dolo desierit posse facere, cum de dolo nullam faciat mentionem; quod eo minus ferendum esset, quia scribit illa verba: *si verò post multos annos, non debet indulgeri*, retento themate, proposito in illis verbis. Vt si quidem ex continenti cum filio agatur, detur in id, quod facere potest; & proinde nullum supponit dolum; dolus enim ab hoc beneficio excludit, siue incontinenti conueniatur, siue ex interuallo, vt in eadem *l. vers. interdum, & l. 6. eod. tit.*

17 Nec his refragatur regula, quæ mouit Accurs. ad reijciendum hunc intellectum; quòd nempè tempus non sit modus tollendæ, vel inducendæ obligationis; quia, bona venia dixerim, non applicatur huic textui; neque enim per hoc edictum Prætor tollit, vel minuit actionem, contra filium competentem; sed solam eius executionem, ex benignitate moderatur, vt scribunt DD. communiter, de quibus mox dicemus; benignitati enim locus esse non videtur, cum post multos annos conuenitur; nam ei imputari potest, cur industria, & parsimonia, rem suam nõ auxerit; quod est illud, quod significat I. C. in illis verbis: *In hoc enim causæ cognitio vertitur*: causæ enim cognitio nulla alia de causa fit, quam, vt appareat, sitne æquum, filio subuenire. Itaque Prætor non concedit filio, vt omni tempore, se eius clypeo possit tueri, sed quousque ei non potest imputari, cur rem suam non auxerit.

18 Hoc cognito, explicemus, quemadmodum accidere possit, durum esse, filium cum primum factus fuit sui iuris, cogi solidum soluere: Ponamus, creditori non esse magnum damnum allaturum, differre exactionem sui crediti; filium verò ad summam deduci inopiam, si solidum soluerit; non ne durum nimis est, filium, qui tunc primum incipit patrimonium habere, omni priuari patrimonio? Ponamus, filium, contractui, ex quo nihil ad ipsum peruenit, patre iubente accessisse, & ex rebus suis tantum sibi non superesse, vt possit suæ obligationi satisfacere, sibique necessaria comparare; non ne durities maxima erit, huic filio aliquod spatium temporis denegare, vt possit industria, & parsimonia necessum vitæ subsidium sibi cõparare? Ponamus, filium, in peculiũ quidem rem conuertisse; patrè tamen, vna cum suo patrimonio filij peculium profligauisse; non ne durum nimis est, filium, cui numerosa contigit proles, illicò cogere, integrè obligationem contractam dissoluere, cum nihil ei remaneat, vnde ipse, vxor, & paruuli filij viuere queant? Hæ, aliæque causæ æquitatem Prætoris excitare poterunt, ad moderandas actiones contra filium competentes; & proinde edixit, se se causa cognita, non esse passurum, filium cogi solidum soluere, si id durum nimis fuerit, & asperum.

19 Si itaque æquum visum fuerit, moderari actiones, contra filium, factum sui iuris, competentes, dum conuenitur ex cõtractu gesto, dum sub patris potestate esset, id se facturum polliceatur Prætor causa cognita. Quemadmodum autẽ in causæ cognitione versari Prætor debeat, nunc explicemus. In primis autem notandum est, verissimum esse, causæ cognitionem pertinere ad eos casus, in quibus Prætor auxilium promittit filio; postquam enim in edicto numerauit eos casus, in quibus vult subuenire filio, sic concludit: *Actionem causa cognita dabo in id, quod facere potest*: vt in d. l. 2. habetur; ideoque caueas, ne putes, filium habere intentionem fundatam, dum versatur in aliquo ex dictis casibus; quasi quod per modum regulæ ei auxiliũ polliceatur Prætor: quia toto Cælo distat, promittere auxilium, causa cognita; & & per modum regulæ: id enim, quod causa cognita debetur, ex arbitrio Iudicis pendet, cum ei reseruata sit cognitio illius causæ, sine qua non conceditur.

20 Ex quo sequitur, quòd filius ab hoc beneficio erit excludendus, dum res erit in dubio, quia causæ cognitio tunc non suadet,

det,

det, filio esse subueniendum; regula iuris, quod possit conueniri postquam sui iuris est factus, de ijs, quæ contraxit, dum sub patris potestate esset, firma manet, nisi appareat, nos versari in aliquo ex illis casibus, in quibus illam Prætor moderatur, iuxta *d. l. 2. ff. quod cum eo*, vt *not. ibi gloss. in verbo ait Prætor, & Salic. nu. 1. vers. quæris gloss. idem Salic. in l. 2. nu. 3. & num. 6 vers. mihi videtur Cod. eod. tit. quod cum eo*; igitur debet filius ostendere, sese versari in vno ex dictis casibus: quod vtique non facit, dum res est in dubio, quia regulæ hærendum est, quousque plenè de exceptione apparuerit, vt docet *gloss. in l. omnis definitio ff. de reg. iur.* & alij passim, vt per *Bocc. cons. 93. num. 12. Surd. cons. 334. nu. 15. & 16.*

21 Circa causæ cognitionem, quomodo versari Prætor debeat, nunc exponamus: Puto autem, ad hæc capita eam redigi debere; ad causam obligationis; ad tempus, & modum, quò se obligauit; ad quem peruenerit pecunia; ad qualitatem personæ eius; & debitoris; ad eas res, quæ ad ipsum ex re patris peruenerunt; ad tempus, quo conuenitur: ad bonam denique fidem filij.

22 Debet inspicere iudex, qua de causa filius se obligauerit, quia licet ei subueniat Prætor, etiamsi inscio patre filius se obligauerit, vt habetur *in d. l. 2. ff. & C. quod cum eo*; attamen longè facilius id fit, dum obligauit se filius, vt rem gratam patri faceret; miseratione enim dignus est filius, qui sic se obligat, quia reuerentia patris id fecisse videri potest, vt considerat *Vincent. Francus decis. 181. nu. 7. Anellus de Amato cons. 41. nu. 10.*

23 E contra, ponamus, filium temerè, inscio, aut repugnãte patre, se obligauisse; certè Prætor difficilior esse debet in concedendo ei hoc beneficium, ne assuescant filij, inscijs parentibus, aut repugnantibus, æs alienum grãde cõtrahere; quod si id factum fuerit, vt in vsus non necessarios, nec vtiles, pecunia conuerteretur, res explorata est: atque ità benè *Iurba scribit decis. 43. num. 16. & 17. num. 28.* tunc ergo subuenire debet Prætor filio, qui inscio patre æs alienum contraxit, cum more prudentum virorum se gessit; resque malè ei cessit; nam miseratione tunc dignus est, & auxilio.

24 De tempore, quo se obligauit, nunc tractemus; licet autem in causæ cognitione non veniat ille casus, quo filius contraxit, antequam sub patris potestate esset, quia expressè Prætor hunc casum ab hoc beneficio excludit in *d. l. 2. ff. quod cum eo*; non tamen inutile erit, de eo disserere; cum autem huic casui conueniant duæ, ex tribus rationibus, quas DD. afferunt pro fundamento huius edicti, vt constat ex *dd. nu. 3. & seqq.* cur eum ab hoc beneficio exclusit? Existimo autem, id inde oriri, quod ius creditoris non potuit deterius reddi per arrogationem *§. final. Inst. de acq. per arrog. l. ius nostrum ff. de regul. iuris*; & proinde non debuit Prætor eximere obligationem ab eo iure, quod in cæteris obligationibus obseruatur, quæ ab ijs factæ fuerunt, qui sui iuris sunt; cauere enim debebat Prætor, ne id, quod benignè filijs concedebat, alijs acerbum esset; vt benè considerat *Mastrillus d. decis. 42. nu. 17.*

25 Agamus modo de tempore, quod in causæ cognitione venit; debet autem Prætor inspicere, an obligatio recens sit, an multo antea tempore contracta; si enim recens non fuerit, & potuerit filius ei satisfacere, non debet facilè ei subuenire, quoniam non expedit Reip. creditores segnes reddi in dissoluendo ære alieno; neq; æquitati satis conuenit, eis, qui culpa sua in paupertatem incidunt, cum creditorum iactura subueniri, damnũ enim, quod quis sua culpa sensit, sentire non videtur; adeas tex. in *l. etiam 20. §. 1. ff. sol. matrimon. Iurba decis. 43. nu. 8. post Felin. in c. quæ in Ecclesiarum num. 67. de constit. Surd. de alim. tit. 1. q. 78. num. 44.* ad quam sententiam firmandam pertinẽt ea, quæ idem Author scribit *decis. 41. nu. 9. cum sequentibus, & quæ scripsimus nos infra d nu....*

26 Quòd si non ostenderit, pecunia, vel res ex qua dissoluere oportebat huiusmodi æs alienum, prouidè se vsum fuisse, multò minus ei erit subueniendum, cum maior tunc huius filij culpa sit.

27 Si verò ponamus, recentem esse obligationem, & filium præter opinionem tunc sui iuris factum fuisse; hacque de causa in angustias fuerit coniectus, æquissimum est, huic filio, quem constat culpa carere, subueniri.

28 Disseramus nunc de modo, quo contracta fuit obligatio; quæ dubitatio pertinet ad eos casus, in quibus filius dum se obligauit, renunciauit iuris, & statutorum remedijs ad sui fauorem tendentibus; aut iureiurando promisit, se suæ satisfacturum esse obligationi. Quod si nominatim huic beneficio fuerit renunciatum, frustra filius ad ipsum confugit, iuxta *l. penul. C. de pact.* vt tradunt *Alberic. in Rub. ff. quod cum eo, Vrsill. ad Afflict. decis. 308. Iurba decis. Siciliæ 42. n. 7. vers. his non obstantibus*, vbi optimè confutat argumenta, quæ in contrarium afferuntur.

29 Si verò non fuerit nominatim huic beneficio renunciatum, variæ occurrunt dubitationes; & primò, an satis sit, apparere de mente filij, renunciandi huic beneficio; secundò, an de huiusmodi mente appareat per clausulam, renuncians omni legum auxilio; vel per renunciationem specialem factam beneficio, ne egeat, aut alteri benefi-

neficio, sibi competenti; vel si iuramentum suæ inseruerit obligationi.

30 Quod pertinet ad primum, quod necessaria sit specialis, & in indiuiduo facta renuntiatio, vt filius hoc beneficio vti non possit, scribunt Regens *Scipio Ronitus ad Pragmaticas Regni Neapolitani tit. ad Macedon. an. à nu. 24. Iurba decis. 45. nu. 16. pro eadem opinione allegatur etiam Francus decis. 18. num. 7.* Quod fieri non debet, quia id proponit veluti motiuum, ab Aduocatis filij propositum, vt indicāt ea, quæ in eadē decisione leguntur *nu. 13.* alios huius doctrinæ sequaces habes apud *Addit. ad Burattum decis. 30. nu. 10. decis. 281. nu. 7. apud Mutam decis. 94. nu. 6. & seq. Gratianus cap. 699. num. 24. & seq.*

31 Pro solutione huius difficultatis animaduertendum est, duabus ex causis accidere posse, vt non priuetur filius hac exceptione, nisi nominatim ei renunciauerit; primò, quia præscripta sit forma, vt ei nominatim, & in indiuiduo renuntietur; secundò, quia non præsumamus, per verba generalia, vel vniuersalia, quibus renunciatio concepta fuit, de hoc beneficio eum cogitauisse: cum verò nulla lex extet, quæ decernat, renunciationem, de qua agimus fieri debere nominatim, satisque non esse, vt per verba generalia, aut vniuersalia fiat; meritò dicemus, non esse admittendum, si clara sit mens partium, hoc beneficium non comprehendi sub renuntiatione generali, vel vniuersali; quia certissimi iuris est, formam, quæ ex natura actus non est necessaria, expressam desiderare legem, quæ hic non adest, vt per *Felinum in c. cum dilecta nu. 7. & seq.* de rescriptis & docent alij passim: neque enim quisquam dubitare potest, secundum iuris nostri regulas, in ijs, quæ pendent ex voluntate nostra, renuntiationem, verbis generalibus, aut vniuersalibus factam, eandem vim habere, quam habet ea, quæ nominatim facta fuit, cum de voluntate eius qui renuntiat, apparet *l. 2. ff. de act. & oblig. & in Instit. tit. de oblig. ex consens. & tradunt latè Rol. à Valle cons. 13. nu. 6. cum sequentibus lib. 2. Becc. cons. 34. nu. 14. Surd. cons. 179. nu. 24. & cons. 431. nu. 2. cum sequentibus; nec dissentit Iurba d. decis. 45. nu. 20. ibi enim post Tiraquell. de legib. connubialibus gloss. 5. nu. 98. Menoch. lib. 1. præsumpt. quæst. 45. num. 20.* eo solo casu negat, satis esse verba æquipollentia, cum indiuidualis mentio pro forma requiritur: eādem sententiam cōfirmant ea, quæ scripsi supra *lib. 5. c. 39. nu. 13.* cum sequentibus; & nullus dissentit; si modo dicta Doctorum circa hanc materiam intelligantur secundum eorum mentem; quicquid enim DD. scribunt pro restrictione renunciationum generalium, deducunt ex defectu voluntatis renuntiantis: posito autem, quod appareat de mente renuntiantis, absurdissimum est, negare, verba generalia, & multò magis vniuersalia sufficere, quando non versamur in eo casu, in quo indiuidualis mentio pro forma requiritur.

32 Ostendamus nunc, hoc beneficium eius conditionis non esse, vt filius, de ipso non censeatur sensisse, nisi nominatim illi renunciauerit; Huius priuilegij, inter infinita nostrorum Doctorum volumina, rarissimè mentio habetur, & præcipuè in consilijs, decisionibus, & alijs tractatibus, quos Pragmatici ediderunt; ergo non est dicendum, huius beneficij clypeo homines se sæpe tueri: ideoque non est asserendum, homines solere ipsum pluris æstimare, quam alia beneficia, quibus passim renuntiatur: ex hoc ergo capite colligi non potest, ipsum non contineri sub generalibus renuntiationibus, sub quibus alia iuris beneficia continentur.

33 Non possumus etiam affirmare, hoc beneficium, suapte natura specialem desiderare expressionem, cum id non sit necesse in alijs beneficijs, à legibus varijs personis, maiori ex causa concessis, vt constat ex ijs, quæ scribunt *Dec. cons. 452. nu. 18. & 16. Rol. à Valle cons. 13. num. 6. vsque ad num. 21. lib. 1. Curt. iun. cons. 18. num. 4. vers. confirmantur præmissa, Bertazol. de clausul. claus. 40. Doctor Marta de clausul. claus. 129. par. 1.* & alij passim.

34 Maiori autem ex causa huiusmodi beneficia fuisse concessa patet ex his, quæ scripsi num. 3. cum sequentibus; ex dictis enim patet, difficile admodum esse, assignare rationem claram, & certam huius edicti; cum tamen beneficia, quibus per verba generalia renuntiari potest, certissimis, & euidentissimis innitantur rationibus; ex quo sequitur, non posse allegari, quod certior non fuerit factus huius beneficij, prout non allegatur in cæteris beneficijs, sub dicta clausula comprehensis: nam iuramentum præcise eum obligat, suam obseruare promissionem: adeas *Burat. dec. 20. num. 4. & ibi ad d. nu. 13. Mantic. lib. 16. de tacitis lib. 16. tit. 18. num. 12. Rot. dec. 665. num. 9. par. 1. recent. Gratian. d. 834. num. 21. Costam de facti scientia regula 12. num. 7. & 8.*

35 Hanc autem opinionem sequuntur omnes illi, qui dicunt, beneficium, ne egeat, amitti per clausulam, renuntians omni legum auxilio, quos refert Iurba *d. dec. 42. num. 15.* videlicet *Rol. à Valle cons. 3. n. 10. lib. 1. cons. 17. nu. 16. lib. 4. & de lucro dotis quæst. 42. nu. 13. Bertazol. clausul. 40. glos. 6. nu. 4. Gutierez. de iurament. confirm. par. 1. cap. 16. num. 63. Caret. singul. 746. Marant. cons. 3. nu. 3. & 6. Gozadin. cons. 69. nu. 20. cons. 88. num. 19. Laderc. cons. 30. num. 11.*

Do-

Doctor Marta clauſ. 126. num. 5. cum alijs, quos ipſi allegant: Cũm enim longè minori ratione beneficiũ ne egeat concedatur filijs, de quibus agimus, quam fiat cæteris, quibus huiuſmodi priuilegium conceſſum fuit; dum huiuſmodi authores indiſtinctè ſcribunt, clauſulam, renuntians omni legum auxilio, continere beneficiũ, ne egeat, ſub huiuſmodi ſermone dubio procul comprehendunt filium, de quo agimus; ſicut enim fundamentum iuris filij familias ex ſtatu præſenti pendet cõditionaliter; id eſt, ſi ſui iuris factus conueniatur, & non habuerit, vnde poſſit commode ſolidum ſoluere, ita pendet ius aliorum eo futuro euentu: ſi nempè tempore ſolutionis faciendæ non habuerint, vnde ſatisfaciant ſtipulatori, niſi ad inopiam redigantur; & ideo verum eſt, pariter adeſſe fundamentum huius beneficij & ipſum tamen beneficium ex futuro pendere euentu. Si autem acceſſerit iuramentum, quod clauſula, renuncians, contineat hoc beneficium, non ſemel à Rota fuit deciſum *Burat. dec. 20. num. 1. & ibi add. & deciſ. 44. num. 5. & 6.* Cum enim iuramentum obliget, quando fuit cogitatum in genere, vt probant authores allegati *num. 34.* ſatis vtique erit, quod ſtatus præſens admonuerit promiſſorem, fieri poſſe, vt tempus ſolutionis tunc veniat, cum ſui iuris factus fuerit: & hoc eſt illud, quod in propoſito eſt conſiderandum, quia omnino deſtruitur receptiſſima huiuſmodi doctrina, ſi negamus, ſatis eſſe, quod ex ſtatu præſenti promiſſor cogitare potuerit caſum ſolutionis faciendæ, cum ſui iuris fuerit factus; Hoc autem facilius admittendum erit, ſi obligatio, à filio ſuſcepta habebit tractum ſucceſſiuum perpetuum, vt ſunt annui cenſus, iuxta doctrinam *Rot. deciſ. 141. num. 9. par. 5. dec. recentior. editarum anno 1636. & apud Duranum deciſ. 362. num. 5. & 8.*

36 Oſtendimus, ſatis eſſe, vt filius ſe priuet remedio *l. 2. ff. & C. quod cum eo*, verbis vniuerſalibus, aut generalibus ei renuntiare, dummodo de mente eius appareat, quod voluerit huic beneficio renuntiare; tractare nunc oportet, quemadmodum ex verbis, quibus concepta fuit renuntiatio, huic beneficio eum renuntiauiſſe appareat. Antequam autem id aggrediar, nonnulla præmitto: & primò, homines, aliorum periculis edoctos, diligenter curare ſolere, vt ijs, quos ſibi obligant, omnem adimant litigandi anſam; ideoque ſolent curare, obligationes, & quæ ad ipſorum fauorem contrahuntur, ampliſsimis muniri clauſulis: Qua de cauſa, ſi quis, qui alteri ſe ſe obligaturus eſt, vellet aliquam ex ijs clauſulis, quæ in inſtrumentis publicis inſeri ſolent, demere ex inſtrumento ſuæ obligationis, vix eſt, vt is eum eo eſſet contracturus; quia nempè ſuſpicaretur, eum velle ſibi reſeruare aliquod remedium, quo ſuam impugnare poſſe obligationem.

37 Secundò præmitto, retrò actis temporibus rariſsimè filios, de quibus agimus, hoc fuiſſe vſos beneficio; ſi enim de eo ſæpè agi in foro contigiſſet, non adeo rara eſſet huius beneficij mentio in infinitis, quos habemus deciſionum, & conſiliorum libris; id autem, cur acciderit, nulla melior ratio afferri poteſt, quam quod apud eos exploratum eſſet, hoc beneficium cõprehendi in clauſula, renuntians, &c. quæ in publicis inſtrumentis inſeri conſueuerunt 300. ab hinc annis.

38 His præmiſsis, primò quæro, an clauſula, renuntians omni legum, & iuris auxilio, &c. contineat beneficium, de quo agimus. Negatiuè autem reſpondet Vrſillus ad *Afſl. dec. 308. num. 20. & 21.* quam ſententiam latè tuetur *Marius Iurba deciſ. 42. num. 19. cum ſequentibus.* Contrarium autem ſentiunt *Rol. à Valle lib. 1. conſ. 13. num. 10. conſ. 17. num. 16. lib. 4. & de lucro dotis quaeſt. 42. num. 13. Bercazol. clauſul. 40. gloſ. 6. num. 4. Gutierez. de iuram. confirmator par. 1. cap. 16. nu. 63. & alij relati nu. 36.* dum enim docent, renuntiantem omni legum, & iuris auxilio, amittere beneficiũ, ne egeat, vtique comprehendunt caſum noſtrum, quia inter perſonas, quibus hoc beneficium conceſſum fuit, nulla eſt, cuius ius tam debile ſit, ac ius filij, de quo agimus, vt enim oſtendi *nu. 3. cum ſeq.* rationes, quibus adhærent, maximas patiuntur dubitationes.

39 Hæc poſtrema opinio vera eſt, ſiue vim verborum inſpiciamus, ſiue mentem; nam quoad, verba pertinet, beneficium, de quo agimus, oritur ex cauſa, quæ tempore renunciationis exiſtebat, & nota erat partibus; ergo non erat neceſſarium, renunciationis verba in futurum tempus concipere; ſed ſatis erat, ipſa per tempus præſens exprimere, iuxta doctrinam *Bar. in l. 1. nu. 4 verſ. quandoq; C. de pact. quæ* cõmuniter recepta eſt, *vt per Iaſ. ibi nu. 17. per Dec. num. 16. & 32. Cur. Iun. nu. 36. & 48. Cagnol. nu. 66. 69. & 77. Ruin. conſ. 70. nu. 11. lib. 1.* verba autem huius renuntiationis, quò ad præſens tempus ampliſſimè concepta fuerunt; nam qui omne dicit, nihil excludit; ſermo enim vniuerſalis ab homine prolatus non recipit reſtrictionem, ſecundum doctrinam communem, de qua *Surdus cõſ. 74. nu. 62. cum ſeqq. & alij paſſim.*

40 Cum autem hæc clauſula, renuntians omni legum auxilio, comprehendat beneficia, quæ maiori ex cauſa conceſſa fuerunt quàm beneficium, de quo agimus, vt conſtat ex traditis per *Rol. à Valle conſ. 13. nu.*

*13.nu.6.cum seqq.lib.1.per Bertazol.tractat. de clauf. clauf.40.& per Martam eodem tr. p.1.clauf.126.*iunctis ijs, quæ scripsi supra *num.3.cum seq.* absurdum est, affirmare, eius verba non esse apta comprehendere hoc beneficium.

41 De mente nunc differamus, & quod pertinet ad creditorem, non est dubium, eius mentis fuisse, vt adimerentur omnia remedia, quæ debitori suo ansam præbere poterant litigandi; de mente etiam filij, non est, quod dubitemus; cum enim ei non liceat, in damnum creditoris, iuris ignorantiam allegare *l.leges sacratissima C.de legibus*, non est vtique admittenda eius allegatio, dum inquit, sub eo sermone, qui comprehendit beneficia, magis potente, noluisse hoc beneficium contineri *l.veteribus ff. de pactis, cum allegatis per Becc.conf.41. num.15. & 16.per Surd.conf.179.n. 62.Rot.diuers.decis. 224.nu.2.& 3.p.2.*

42 Fundamentum autem partis aduersæ consistit in eo, quod ex morte patris pendeat hoc beneficium; & proinde opus sit, verba renuntiationis in futurum tempus conferre, iuxta tradita in *l.mater, vbi Bart. ff.sol. matr. cum alijs, in hanc sententiam relatis per Iurbam d. decis.42. nu.21. vers.secundò renuntiatio*. Nam responsio ex dictis in promptu est: hoc beneficium oriri ex eo quod obligatio contracta fuit à filio, in patris potestate existente, & ideò quò ad effectum, de quo agimus, dicitur, ius de præsenti competere filio tempore renuntiationis, vt bene explicat *Peregrin.de fideicomm.artic.52.nu.35.post Portium conf.142 nu.13.* & iure merito; hic enim est ille casus, in quo ius in spe comperit; *&* proinde non est necessarium, renuntiationem in tempus futurum concipi, iuxta distinctionem *Bart.in d.l.1.n.4.vers.quandoque*: quod si cæteri, quibus competit ius, ne egeant, censentur ipsum remittere; cum tamen pendeat ex futuro euentu, cur secus erit in filio familias, cuius ius est tenuius?

43 Quod si contraria opinio tibi placuerit, eam primò limitabis, vt non procedat, quando nullum aliud remedium extabat, cui renuntiaretur; tunc enim hæc clausula habet vim renuntiationis, specialiter factę vt post alios scribunt *Peregrin. de fideicom. artic.52.num.32. Honded.conf.33. num.40. lib.1.Decian.conf.17.num.114.& 121.lib.1 Surd.conf.143.nu.30.Fusarius de substit. qu. 593.num.109.*

44 Secundò huiusmodi opinio limitanda erit, quando filius nominatim renuntiauerit alijs remedijs potentioribus; cum enim appareat, ipsum valde promptum fuisse, ad priuandum se remedijs, quæ maioris momenti sunt; non est dubitandum, huic remedio pariter ipsum nominatim fuisse renuntiaturum, si à creditore id fuisset postulatum; & proinde non est, cur sub prætextu contrariæ voluntatis velimus à verborum significatione recedere, quò pertinet regula, semel malus, *de reg.iur.in 6.*

45 Tertiò limitanda est dicta opinio, quando clausula, renuntians &c. contineret verba magis ampla, quam regulariter soleat, veluti si dictum fuisset, renuntians omnibus, & quibuscunque iuris remedijs; vel omnibus remedijs, quomodocumq; competentibus: veluti, si adesset obligatio cameralis, vt docet *Gratianus c.799. n.10* Fundamentum huius limitationis in eo positum est, quod partes in hac clausula voluerunt plus contineri, quam regulariter continere soleat; alias eius verba consueta non immutauissent; ergo hæc clausula tunc maiorem habebit vim, quàm regulariter habeat; & proinde tunc debebit hoc remedium continere, etiamsi alias ipsum non contineat.

46 Cum autem in formula obligationis cameralis, relata in praxi *A. C. lib. 4.* amplissimis verbis concepta, habeatur clausula de qua agimus; si quis se obligauerit in ampliori forma cameræ, ab hoc beneficio excludendus erit, nam, etiamsi aliæ extent formulæ huius obligationis, quæ hanc clausulam continere non videntur; huiusmodi tamen huius obligationis formulæ, quæ cæteris amplior est, eam comprehendit; & sub hac formula se se obligauit.

47 Cum autem generalia verba, in contractibus prolata, generaliter, quatenus eorum vis patitur, sint intelligenda, nisi de contraria mente appareat *l. quicquid adstringendæ 99. ff. de verb. oblig. & tradunt DD.com.apud Becc.conf.41.num.13.15.& 16.Surd.conf.240.nu.4.& conf.403.num.26 & seqq.* Non erit constituenda differentia inter clausulam, renuntians omni legum, & iuris auxilio; & clausulam, renuntians legum, & iuris remedijs; & ideo, quæ de clausula, renuntians omni legum auxilio diximus, de hac clausula affirmare licebit.

48 Nunc explicare oportet; an is, qui renunciauit beneficio, ne egeat, huic beneficio renuntiauisse censeatur. Quæ dubitatio eo casu habet locum, cum alio ex capite filius, de quo agimus, habet beneficium, ne conueniatur, nisi quatenus facere possit; nam si hoc ex capite solum hoc beneficium haberet, de eo dubio procul esset intelligendum, cum beneficium huiusmodi nihil aliud contineat, quam, ne per solutionem incidat in egestatem *d. l.2. ff.& C.quod cum eo*; & hoc agnoscit *Marius Giurba decis. Sicil. 45. num. 9. iuncto num. 26.*

49 Cum verò alio ex capite beneficium, ne egeat, competit filio, an tunc contineat hoc de quo agimus, accuratè tractat *Giurba d.*

*ba d.decis.*45. & pro filio sentit; cui ne assentiar, efficit regula *l. veteribus ff. de pact. l. quicquid adstringendæ ff. de verbor. obligat.* quod nempe non sit ferendus ille, qui dicit, se aliter verba conuentionis intellexisse, ac eorum significatus ostendit; hinc enim sequitur, non esse ferendum eum, qui renuntiauit beneficio, ne egeat, si dicat, se de eo non intellexisse, dum competit ex vno capite magis quam ex alio, cum vi sua hæc verba significent, eum voluisse à se abdicare ius excipiēdi, quod nō debeat ab eo exigi vltra id, quod facere potest.

50 Cumque hæc verba, renuntiauit beneficio, ne egeat, vi sua contineant exceptionem, quod non debet conueniri, nisi quatenus facere potest, quacunque ex causa hæc exceptio oriatur; opus est, ex verisimili mēte generalitatem horum verborum restringere; hoc autem non conceditur in contractibus, nisi huiusmodi mens manifesta sit, iuxta tradita per *Becc. cons.* 41. *num.* 16. *per Surd.* 179. *nu.* 62. *Rot. diuers. p.* 2. *decis.* 223. *num.* 2. & 3. Non erit ergo audiendus is, de quo agimus, nisi euidenter appareat de mente ipsius, quod his verbis noluerit comprehendere beneficium *d. l.* 2. *ff. & Cod. quod cum eo*, alias verbis erit inhærendum, vt per *Becc. cons.* 41. *num.* 14. *Surd. cons.* 240. *num.* 4. & *cons.* 403. *num.* 26.

51 Non obstant autem ea, quæ in contrarium afferuntur; nam quatenus dicitur, hoc beneficium desiderare renunciationem specialem, & in indiuiduo ei factam, ex ijs, quæ idem Anthor scribit *decis.* 42. responsionem duplicem affero. Prima est, huiusmodi opinionem non esse veram, vt probaui supra *num.* 30. & *seq.* Secunda responsio est, hanc renuntiationem esse specialem, cum hoc beneficium nihil aliud sit, quam beneficium, ne filius egeat, vt patet ex *d. l.* 2. *ff. & C. quod cum eo*, & agnoscit idem *Giurba in fine*; qui enim renuntiat beneficio, ne egeat, dicitur exceptioni *d. l.* 2. nominatim renuntiasse, & specialiter renuntiare huic beneficio, etiamsi huiusmodi sermo conuenire possit beneficio, ne egeat, aliunde ei competenti; scrupulosa enim hac renuntiandi formula, debere nos vti hac in re; distinguendo scilicet capita, ex quibus competit beneficium, ne egeat, nullius legis authoritate probatur, quapropter explodenda est.

52 Quod si in instrumento, vt fieri solet, adsit clausula, renuntians omni legum, & iuris auxilio, res explorata est contra filium; hæ enim duæ clausulæ simul iunctæ, ostendunt, mentem ipsius esse, priuare se beneficio ne egeat, ex quacunque iuris parte veniat; & proinde absurdum esset, eius verba contra propriam significationem restringere, iuxta communem theoricam, de qua authores allegati *nu:* 39. *cum seqq.*

53 Ex dictis etiam sequitur, non posse consistere doctrinam *Gratiani c.* 799. *num.* 7. & 8. competere scilicet hoc priuilegium, etiamsi creditor paupertate laboret; cum enim huius doctrinæ Authores fateantur, secus esse in alijs, quibus datur beneficium, ne egeat; cur filio familias id largiemur, cum eius causa leuioribus adhæreat rationibus?

54 Ex dictis etiam colligitur, quid sit sentiendum de eorum doctrina, quos recenset, & sequitur *Gratianus c* 799. *num.* 29. & 30. qui dicunt, iuramentum non extendere obligationē vltra suos limites; sed eam, intra suos terminos retentam, efficaciorem reddere. Cum enim verè contrahatur obligatio soluendi debitum integrè, non potest negari, obligationis terminos non extendi, dum in solidum cogitur filius suæ satisfacere obligationi: Non agimus ergo de extendenda obligatione; sed quærimus, an iuramentum adeo efficacem eam reddiderit, vt excludat beneficium Prætoris, ex æquitate, non autem ex iuris ratione manantis. Cum itaque propria virtus iuramenti sit, vt obseruetur, nisi vergat in salutis æternæ, aut alterius detrimentum, quando non fuit extortum dolo, vi, aut metu; quomodo possumus permittere huic filio familias, qui iureiurando promisit, solidum soluere, dum ex statu præsenti facile intelligeret, euenire posse, vt tempus soluendi veniret, cum sui iuris esset? receptum enim est, iuramentum obligare, quando in genere fuit cogitatum, vt ostendunt DD. allegati *num.* 34.

55 Pari facilitate reijcitur doctrina, ab eodem Gratiano proposita *nu.* 31. & *seq.* quod nempè obligatio à filio familias suscepta soluendi totum, & integrum debitum, non adimat ei hoc beneficium, vt accidit in cæteris, qui habent beneficium, ne egeant. Dum enim eius Authores dicunt, continere expressionem eius, quod tacitè inest, animaduertendum erit, an eo modo hoc expressum fuerit, quo in cæteris solet fieri obligationibus; an verò hoc fuerit additum præter morem aliarum conuentionum; in primo casu vera est huiusmodi ratiocinatio, in secundo verò est falsa; quia secundum hunc modum expressit filius familias, se velle obligari vltra naturam huiusmodi obligationis. Dicam clarius: in ijs, quæ ex voluntate nostra pendent, procedit regula, Taciti, & expressi eadem est virtus, vt ostendi supra *num.* 32. *cum seqq.* Dum autem conuentio exprimitur iuxta morem aliorum, rectè dicimus, eam factam fuisse iuxta naturam suam, secundum regulam *l. si vno ff. locati, & conducti*; quia nihil singulare ea introducunt, quæ exprimuntur secundum morem ordinarium: Vbi verò aliquid præter aliorum consuetu-

dinem exprimitur, non possumus inficiari, contrahentes voluisse aliquid introducere, quod à cæterorum consuetudine recedat; cum itaque in proposito, nihil aliud allegari possit, dum id, quod tacitè inerat, præter aliorum morem nominatim dixerunt, quam voluisse hanc conuentionem plus continere, quòad obligationem soluendi solidum, quam soleant continere obligationes contractas à filijs familias.

56 Dum autem dicunt, mutationem status, quæ propter emancipationem contingit, efficere, eum, veluti nouum hominem, & proinde mutationem status non permittere, vt obligatio, contracta, dum in alio statu erat, nunc alio modo obseruetur, quam huiusmodi status desiderat, non consistit; non modo ex ijs, quæ scripsi supra *nu.5. & seq.* sed etiam quia constitutio *Iustinian. l.finali C. de adopt.* sustulit veterem illum modum emancipandi per venditiones, & manumissiones; quod etiam habetur in *institutionibus §. sed hodie, de his, qui sunt sui, vel alieni iuris*; hodie enim, malè dicitur, filium familias emancipatum, videri nouum hominem: quia quò ad obligationes pertinet, excepto mutuo, non existit differentia inter filium familias, & patrē familias *l.4.ff.ad S.C.Macedon.* & consequenter eadem remanet obligatio, quæ contracta fuit, dum sub patris potestate manebat; & proinde creditor non indiget edicto Prætoris, aduersus eos restituentis actiones, qui emancipati fuere, quia opus fuit eo, cum manumissio filij, sine qua nō fiebat emancipatio, destruebat præcedentem obligationem *l.3. §. 1. ff. de capitis diminut.* Dum verò glossa dicit, hanc solam rationem non extitisse; sed præterea id effecisse mutationem familiæ, corrumpit textum, qui ex eo suam decisionem I.C. deducit, quia seruile caput nullum ius habet; & quia mutatio familiæ nihil commune habet cum mutatione, contingente per liberationem à patris potestate, ab obligatione contracta à filio familias, cum id tendat ad reddendum facilius ius creditoris: non suffragatur autem *gloss. l.3. eiusd. tit.* quia aliud est mutare familiam, aliud acquirere familiam; textus autem agit de eo, qui in potestatem arrogatoris transit; nos verò agimus de eo, qui sui iuris efficitur; & proinde maiorem acquirit facultatem satisfaciendi suis creditoribus; cum tamen ille, qui arrogatur eam amittat, cum omnia sua transferat in patrem arrogatorem *l.si pater familias 15.ff.de adop.*

57 Si quis autem dixerit, capitis diminutionem nō fuisse fundamentum edicti, Quod cum eo, cum concedatur ijs, qui morte patris sui iuris efficiuntur, si modo hæredes eius non extiterint; hi enim non patiuntur capitis diminutionem *l.4.§.fin.ff.ad S.C.Maced.* optimè quidem dixerit; verum ex hoc ego colligam, non esse allegandum, velut fundamētū huius edicti, quod rigore iuris inspecto, non posset conueniri filius familias velut homo nouus; cum remota capitis diminutione nequeat dici nouus homo.

58 Dices; in quo ergo consistet ratio huius edicti? Respondebo cum Azone, & eius sequacibus, allegatis *num. 3. & 4.* hoc edictum fuisse introductum ad temperandum illud edictum, de quo in *l. 2. §. 1. ff. de cap. dimin.* quia scilicet nimis durum erat, beneficio Prætoris, qui benignitatem sequi solet, acerbe exercere eas actiones aduersus filium familias, factum sui iuris, quas Ius ciuile vetabat, contra eum exerceri, veluti nouum hominem. Cum dicta autem Azonis sententia, præter allegatos *num. 4.* concordant *Muta decis. 94. nu. 4. & 5. Anellus de Amato cons. 41. num. 4. num. 20. & seq. Molfesius cons. 42. num. 28.* qui alios recensent: Hinc enim sequitur, hoc edictum principaliter pertinuisse ad eos filios familias, qui per emancipationem fiebant sui iuris; & per extensionem deinde tractum fuisse ad eos, qui per mortem patris, vel alia ratione, absque capitis diminutione, sui iuris efficiebantur. Cum itaque hodie defecerit fundamentum capitis diminutionis; alterum dicendum est; vel edictum hoc omnino cessare, iuxta regulā *l. adigere §. quamuis de iure patr.* & ea, quæ scripsi supra *lib. 16. c. 44. num. 7.* vel esse allegādam aliam rationem ipsius, quàm quod mutatio status contingens emancipatis id inducat; remota enim mutatione huiusmodi, malè dicitur eos non posse conueniri ab ijs, quibus cum contraxerunt, dum sub patris potestate existerent; nulla enim alia qualitas in huiusmodi filio existit, quæ satis sit, ad eximendum eum suæ obligationi, Ex quo satisfit scriptis *Anelli de Amato cons. 4.* quod enim adducit de reuerentia paterna, est materia diuersa, vt ostendi *num. 6. & seq.* de ea autem agit *Molfesius cons. 4. à num. 12. cons. 42. num. 1. & sequent.*

59 Et ex hoc destruitur ratio differentiæ, allegata inter filium familias, & alios, qui habent beneficium, ne egeant, qui non mutant statum, & ideo rigore Iuris ciuilis inspecto, euitare non possunt vim huiusmodi actionum; neutrum enim hodie contingit in filijs emancipatis.

60 Ex dictis etiam destruitur doctrina *Giurba decis. 45. num. 14. cum q. Grauan. cap. 799. num. 47. & seq.* Filium nempè familias, qui vnà cum patre promisit soluere dotem sorori, renunciando beneficio, ne egeat, hoc beneficium obtinere. Cum enim ideo concedatur filijs hoc beneficium ne egeāt, non potest reuocari in dubium, quin verba,

gene-

generaliter concepta (cum respiciant eundem effectum) vi sua comprehendant omnem rationem, etiamsi multiplex sit, quæ in huiusmodi contractu potest, ab eo auertere periculum egendi; ergo sibi debet imputare, cur non distinxerit, quò ex capite à se reijciebat beneficium, cui renunciabat *l. quicquid adstringendæ ff. de verbor. obligat.* Vnicum enim beneficium est, ad eundem effectum inducendum repertum, licet multis ex causis competere possit; quod si aliqua adesset ambiguitas, pro dote vtique pronunciandum esset *l. in ambiguis ff. de iure dot.* Ideoque reijciendum est omnino id, quod dicitur, hic agi de extensione; nam verba pari facilitate omnes causas comprehendunt, quibus competere potest hoc beneficium, cum nullum adsit verbum, id coarctans ad hanc magis, quam illam causam: iuxta regulam *l. legata generaliter ff. de leg. præst.*

61 Non potest etiam admitti id, quod scribit *Nouarius in praxi de datione in solutum par. vlt. quæst. 25. num. 18. & seq.* Nempè filium familias potiri hoc beneficio, etiamsi ratam habuerit suam obligationem, posteaquam sui iuris factus est, ea ratione motus, quia cessante causa, non cessat effectus iam cōsummatus. Verum animaduertendum est, quod nouus consensus, confirmans priorem obligationem, per se inducit nouam conuentionem *l. 1. §. 1. ff. de pact.* Quæ conuentio est vtilior prima; & proinde suscipienda est, velut consensus, addens primæ id, quod ei deerat, cum absolutè facta fuerit, iuxta regulam *l. quicquid adstringendæ ff. de verbor. oblig.* Dum ergo creditor aget ex his diuersis consensibus, poterit solidum ab eo exigere; nam virtute primi, ab eo consequetur id, quod facere poterit: At virtute secundi, reliquum obtinebit; cum enim absolutè promiserit obseruare priorem obligationem, non potest allegare, sese iuxta primam intellexisse posteriorem obligationem, neque enim exceptio, de qua agimus, est realis, sed personalis, vt per DD. allegatos à *Gratiano c. 79. à num. 53. à num. 65.* Et proinde opus est, eum confugere ad eum statum, in quo erat tempore contractæ obligationis; Cum itaque respectu secundæ obligationis, non possit hoc dici; nam sui iuris factus illam contraxit, sequitur; hanc obligationem secundam suscipiendam esse iuxta suam naturam: Cum itaq; in solidum fuerit contracta, solidi obligationem omnino inducet.

62 Id verò, quod *Molfesius cons. 42. num. 38. & seq.* scribit, filium soluentem annuos reditus census, pro quo se obligauit, dum esset filius familias, non inducere obligationem respectu redituum, retrò actis annis debitorum; & debere nos, in dubio existimare, factum fuisse, ne latitare cogeretur, vel metu imminentium executionum; quod probat *Gratianus c. 799. nu. 63. & 64.* diligenter perpendendum est; Dum enim pater vēdidit annuum censum perpetuum, pro quo filius se obligauit, vtique filius intellexit, se, ex natura contractus debere eum soluere iuxta modum suæ promissionis, eo etiam tempore, quo erit sui iuris; cum itaque obligatio esset in solidum, vtique eius mentis erat, vt se obligaret ad soluendum in solidum, postquam sui iuris fuerit effectus: Hæc est interpretatio conueniens naturæ contractus, verborum significationi; & est vnicuique rationis capaci facillimè nota: Dum ergo filius huiusmodi factus sui iuris, soluit in solidum annuos reditus, non possumus solutionem huiusmodi in alium sensum trahere, quàm eum, quem actus ipse per se inducit; Cum itaque solutio simpliciter facta fuerit, nō possumus negare, eum bonam fidem agnouisse, obseruando contractum secundum eum modum, iuxta quem sciebat se se obligauisse: Adeas decisiones Rotæ, & alias authoritates, allegatas à *Postio de summarijs possess. obser. 35. nu. 43. & seq.*

63 Non est autem ferendum id, quod scribunt *Aloisius de Leo in l. 1. num. 9. Cod. quod cum eo, Iurba decis. 45. nu. 15. in fine, Costa remedio subsidiar. 28. num. 8. Gratian. discept. 699. nu. 52.* exceptionem scilicet, quam examinamus, non esse dilatoriam, sed peremptoriam: non modo, quia

64 Contrarium apertè docent *Bal. in d. l. 2. in fine C. quod cum eo, vbi Salic. in fine, Castrens. in l. 7. ff. quod cum eo, vbi Petr. Cestal. in fine, Francus decis. 221. num. 11. Iacobus Cuiac. lib. 30. Edicti Pauli, ad l. 5. ff. quod cum eo col. 2. & lib. 10. quæst. Papiniani ad l. 4. §. soli autem filio d. tit. quod cum eo col. 1. vers. causæ cognitio: idem docet Iaf. in l. sunt qui nu. 8. vers. in ea gloss. ff. de re iudic.* dum docet, omnes, quibus datur beneficium, vt non teneantur, nisi quatenus facere possunt, teneri cauere, se solidum esse soluturos, si ad pinguiorem fortunam peruenerint. Cum enim horum authoritas longè, latèq; maior sit, quam eorum, qui contrarium docent, non possumus super huiusmodi authoritatibus solidum fundamentum iacere, nisi ostendamus, eorum opinionem melioribus nixam esse argumentis, quod fieri non potest.

65 Nam pro regula traditum est, exceptionem, orientem ex beneficio, vt quis non teneatur, nisi quatenus facere possit, esse dilatoriam, & finiri superuenientibus diuitijs, *Bar. in l. 3. num. 4. ff. de except. & alij, quos allegant, & sequuntur Alex. in l. sunt qui nu. 9. ff. de re iudic. Iaf. in l. inter eos num. 10. & 11.*

10.*&* 11. *eod.tit.de re indic.Iaſ.in l.inter eos num.10.& 11.eod.tit.de re indic.Socin.in l.2. §.1.nu.6.ff.de except.Aretin.in §.appellantur num.6.verſ.aduertas tamen Inſtit. de except.* Ideoque neceſſe eſt allegare rationem idoneam ſpecialitatis,quò ad exceptionem oriẽtem ex beneficio conceſſo filio familias, vt non poſſit conueniri, niſi quatenus facere poſſit, quia à regula nõ recedimus, niſi limitatio plenè fuerit probata; vt not. *l.1.& l.omnis definitio ff.de reg.iuris,* & tradunt DD.paſſim, de quibus *Becc.conſ.39. num.9.conſ.89.num.8.Surd.255.num.2.deciſ.322.num.40.& 41.*

66 Huiuſmodi autem rationem ſpecialitatis afferre,valde difficile eſt multis ex cauſis; & primò, quia natura propria exceptionis peremptoriæ eſt, vt agenti ſemper obſtet, & rem, de qua agitur, ſemper perimat, iuxta §.*appellantur Inſt.de except. & ea quæ tradunt Aret.ibi num.1. Caſtr.in l. 2.§.1,num.1. in fine, & num.3. ff. de except. Bal.in l.2.nu.2. C.ſentent. reſcind. non poſſe vbi Salic.num.3. gloſſ. 2. in c.1. de litis conteſt. lib.6.* Non quod reperitur in exceptione, de qua agimus, quia per eam ſoli filio ſuccurritur, non autem hæredi,aut poſſeſſoribus bonorum eius *l.4 § ſoli filio ff.quod cum eo l.verum 64.in fine principij ff.pro ſoc. Bal.in l.2.num.3.C.quod cum eo, vbi Salic. nu.5.Laderch.conſ.30.nu.13.* Secundò quia hoc beneficium, filij familias conceſſum non adimit actiones, contra filium competentes; ſed eas ita moderatur, vt non poſſit filius condemnari, niſi quatenus facere poſſit; *Azo in ſumma C quod cum eo num.3.in fine, & ibi Salic. Bal.in l.2.nu.5.in fine C.quod cum eo, vbi Angel. num.2. verſ. poſtea, Caſtr.in principio verſ. Prætor fecit, Salic.num.2. verſ. ſed videns Prætor. Aretin. in §.minima num.2.verſ.ſed videns Inſt. de act.* quod apertè colligitur ex verbis *d. l.2. ff.quod cum eo, ante verſ. ſed & ſi citra, & ex d.l.2.C.eod.ad finem.*

67 Igitur Iudex non poteſt abſoluere filiũ, etiamſi allegauerit, & probauerit paupertatem; ſed debet eum condemnare,addita tamen moderatione, vt ab eo non exigatur, niſi quatenus facere poteſt; non poſſunt enim inſimul ſtare, actionem, contra filium competentem durare, & eum abſolui debere à petitis. Quod autem non debeat abſolui à petitis, inde patet, quòd non obſtante ſententia, fauore filij lata, poſſunt conueniri eius hæredes,& poſſeſſores bonorum ipſius, prout probant textus, & authoritates, quas allegaui numero antecedenti, nec non *P.Io.Fontanell.de pactis nupt.tom.2.clauſ.7.gloſ.3.p.11.nu.100.* hoc enim non poſſet fieri, ſi filius à petitis abſolueretur, quia exceptio rei iudicatæ prodeſt ſucceſſoribus, tam vniuerſalibus, quam ſingularibus *l. ſi à te §. Iulianus ff. de except.rei iud. vbi gloſſ.& DD.*

63 Cum autem liberum ſit creditori, cuius fauore relaxatum fuit mandatum executiuum, differre eius executionem quouſque ſibi videbitur, opportunum eſſe, illud exequi,ſequitur creditorem filij, de quo agimus, differre poſſe executionem mandati executiui,contra filium relaxati, quouſque filius ad pinguiorem fortunam peruenerit, quo caſu clauſula, vt non exigatur ab eo, niſi quatenus facere poteſt, nihil operabitur, quia eius virtus ceſſat, quando debitori, qui ſolidum ſoluit, tot ex ſuis rebus remanent, vt honeſtè viuere poſſit *l.inter eos 19. §.final ff.de re indic. l.in condemnatione 133. ff.de reg.iur.cum plenè cumulatis per P.Barboſ. in l.maritum num.5.& 6.ff.ſol.matr.*

69 Quod ſi licet creditori,qui executionem mandati, contra filium obtenti, reſeruauit tempori,in quo locuples eſt filius,ſolidum exigere, idem debet concedi creditori,qui eam inchoauit eo tempore, quo filius erat pauper,ſi velit ipſam conſummare eo tempore, quo locuples factus eſt, quia virtus mandati executiui, contra debitorem obtenti, non finitur, niſi plenè fuerit ei ſatiſfactum *l. à Diuo Pio §. 2. ff.de re ind. & ibi gloſſ.& DD.* Tertio conſidero,quod ſi creditor filij de quo agimus, diſtulerit mouere litem contra eum, quouſque ad meliorem fortunam peruenerit, filius omnino inſolidum condemnabitur, quia Prætor reſpexit ad paupertatem filij, attento tempore iudicij moti *d.l.2.ff.quod cum eo,* dum ait; *Actionem cauſa cognita dabo in id, quod facere poteſt;* Actiones enim dabantur à Prætore, cum lis ab actore inchoabatur, *l.1.in principio ff.de edend. l.edita C. eod. tit.* & vtrobiq; *gloſſ.& DD.*

70 Si ergo non nocet creditori, qui diſtulit iudicium vſque ad tempus, quo filius peruenit ad meliorem fortunam, quod pauper fuerit eo tempore, quò à patris poteſtate liberatus fuit; multò minus huiuſmodi paupertas poterit impedire creditorem,qui contra huiuſmodi filium litem inſtruxit eo tempore, quo pauper erat, quò minus ſolidum conſequatur, ſi diues deinde efficiatur; quia abſurdum eſt, peiorem conditionem eſſe creditorum, qui diligentes fuerunt in perſequendis ſuis creditis, *l.6.§ ſciendum l. pupillus 24.§. diſtinguimus ff.quæ in fraud.credit. l.ſumma 22. verſic.ſed ſi quis ff.de pecul.l.3. verſ. neque enim,de ſepar.l.tutores 61.ff.de condict.indeb.l.ſi mulier verſ.nam,& ſi, ff.de minor.l.3.verſ.rectè dici ff.quod cum eo, & tradunt gloſſ. & DD. in his locis, & Iaſ.in l.inter eos num.1. & 2. ff.de re indic.*

71 Poſtremò conſidero, quod ratio ſpecialitatis quam quærimus,aliunde deduci poteſt

test, quam ex eo, quod causa filij, de quo agimus maiori digna sit fauore, quam sit causa aliorum, quibus conceditur beneficium, ne ab eis exigatur vltra id, quod facere possunt; si enim æqualis eorum conditio esset, non possemus ipsis exceptiones diuersas concedere *l. final. C. de constitut. pecun.* vbi enim eadem ratio viget, idem ius solet obseruari, *l. non possunt cum l. sequent. ff. de legib.* Affirmare autem, causam filij esse fauorabiliorem, valde durum est; adeo enim ambigua est æquitas huius edicti, vt difficile admodum sit inuenire rationem, super qua fundatur, vt ostendi *num. 1. cum seq.* cum tamen euidens sit ratio huius priuilegij respectu aliorum, quibus conceditur, vt intelliges, eorum perpendendo conditionem.

MARII GIVRBAE

OBSERVAT.

PARS PRIMA.

OBSERVAT. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Socer aduersus Nurum, vel Generum ad dotem agentem, priuilegium habet (deducto ne egeat) Ampl. num. 17.*

2 *Artem, qui habet, qua se alat, non est pauper, si sine dedecore illam exercere potest. num. 6. & 7.*

3 *Priuilegio (deducto ne egeat.) Socer renuntiare non potest.*

4 *Causidici procuratoris officium si quis exerceat, Artem habere dicitur, qua se alat. Contrar. nu. 9.*

5 *Egere non dicitur. qui habet sibi necessaria ad victum.*

8 *Socer diuitem se esse professus, in dolo est, vt illo non gaudeat beneficio.*

10 *Pauper dicitur, qui suo opere debet victum quarere.*

11 *Alimenta si præstanda sunt: non attenditur, an is aliquo exercitio possit sibi victum quarere, sed si habet in bonis.*

12 *Dolus ex mendacio non probatur si mentientis lucrum non respiciat. num. 14.*

13 *Homines sæpè de facultatibus suis amplius sperant, quam in eis sit.*

15 *In omni dispositione, & actu, dolus exceptus videtur.*

16 *Cessioni bonorum renuntiari non potest; Nec priuilegio (deducto ne egeat) cum iuramento.*

18 *Beneficium (deducto ne egeat) datur, siue ad dotem cogatur Socer, siue ad dotarium.*

19 *Alimenta competunt filijs, si cum Patre morari ex causa nolint, ex Messana stat. 49.*

20 *Pauper non est, qui officium habet, quod sine dedecore exercere possit.*

21 *Dotis promissor si in dolo est (deducto ne egeat) non gaudet.*

22 *Socer si bona dolosè dissipat, non gaudet (deducto ne egeat.)*

23 *Paupertatis beneficio non gaudet, si cum rei improba operam dederit, sit pauper. num. 24. Quid in Aduocato num. 25.*

ARGVMENTVM.

Socer, soluto ob filij sui mortem, matrimonio, à Nuru in iuditio executiue coactus, An beneficio (Deducto ne egeat) opponere possit? si artem, aut officium habeat? Quo viuat?

Discutitur Messanæ Stat. 49. vers. sed idem Pater.

Socer

OBSERVATIO XXII.



Ocer soluto matrimonio, Filij morte, ad dotem restituendam in iudicio à Nuru sua executus fuit, siue expressim se obligauerit, siue præsens consenserit, *ad tex. l. si cũ dotem §. transgrediamur, ff. solut. matrim.* exornat *Milanens. decis. 19. p. 1. Leon. decis. 54. num. 2. Mastrill. decis. 46. num. 11. 12. Franc. decis. 281. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. p. 2. à num. 1. & num. 65. 66. Ricc. collect. 1140.* Sed non
1 teneri excipit, * quia iuris habet priuilegiũ
(deducto ne egeat) *l. sunt, qui, ff. de re iudic. Barbos. l. maritum, num. 58. 59. ff. solut. matrim. Capell. Tholos. decis. 259. Bart. sing. 126. Ias. §. sunt præterea, vers. item si, instit. de action. Pasqual. de patr. potest. p. 2. c. 9. nu. 21. Bebell. de oblig. inst. p. 2. lib. 5. c. 9. nu. 1. 4. Tepat. var. 1. tit. de priuileg. in princip. Carpan. Mediol. stat. 408. num. 35. Minad. decis. 2. Amat. March. decis. 16. num. 2. Ludouic. Perus. decis. 32. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 39. num. 12. 15. quæst. 78. num. 14. Molin. disput. 442. num. 6. disput. 925. nu. 8.* quia priuilegium illud pauperi competit: sed
2 qui artem * nouit, qua se alat, non dicitur
pauper, *Glos. quantum donauit, l. si quis argenti, §. sed & si quis C. de donat. Aret. l. alimenta, C. de negot. gest. Mascard. de probat. conclus. 1154. nu. 36. Coler. de alim. lib. 1. c. 2. num. 80.* nec præstanda sunt ei alimenta, qui aliunde potest viuere, etiam cum suis operibus, & exercitio, *l. si quis à liberis, §. sed si filius, §. alimenta, ff. de liber. agnosc. l. fin. §. ipsum autem, C. de bon. qua liber. & ex Bald, Alb. Butr. Soc. Caccialup. Alex. Vbald. Calcan. Dec. Bertrand. Curt. iun. Tiraq. & alijs magis comm.* esse inquit *Gabr. tit. de alim. conclus. 1. num. 27. Quibus addo Marzar. cons. 61. num. 41. Surd. de alim. tit. 1. q. 97 ad fin. Prat. cons. 9. num. 14. Decian. cons. 30. num. 2. in 2. cons. 29. nu. 2. in 3. Bardell. cons. 155. num. . ex comm. Roland. cons. 54. nu. 48. 52. in 2. Couar. in epitom. p. 2. c. 85. num. 9. Lancell. Gall. ad consuet. Alex. verb. solidos, num. 153. Cranet. cons. 74. cons. 75. cons. 77. Pereg. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18. n. 69. Thesaur. decis. 211. nu. 13. ex magis comm. Burs. cons. 83. num. 2. cons. 62. num. 12.* nec huic priui-
3 legio renuntiare * potest Socer. *Bart. num.*
15. 16. Barbos. num. 49. l. alia, §. eleganter, ff solut. matr. Bart. auth. hãmo C. de act. & oblig. cons. 116. in 2. Couar. 2. resol. c. 1. nu. 7. Thesaur. decis. 36. num. 2. decis. 153. num. 13. Mazol. cons. 27. num. 4. Becc. cons. 10. nu. 5. Crass. except. 17. num. 9. Barott. except. 25. num. 43. Franc. decis. 81. num. 8. 9. decis. 164. num. 12. Amesc. de potest. in seips. lib. 2. c. 24. num. 3. Roderic. de execut. c. 8. de cess. bonor. nu. 27. Carpan. Mediol. stat. 408. num. 169. 170. Seraph. iuram. priuileg. 91. nu. 1. Baez. de inop. debit. c. 1. nu. 41. 42. c. 17. num. 61. 62. Neuiz. cons. 59. num. 6. Guttier. de iuram. confirm. c. 4 num. 1. p. 4. Magon. Lucens. decis. 68. num. 9. Brunor. Sole, q. 8. num. 13. 14. Apicell. tutam. pauper. tit. 4. num. 74. Tepat. 1. variar. tit. de cess. bonor. col. 2. Fontanell. de pact. nup. claus. 7. Glos. 3. p. 11. à nu. 53. Ludouic. Perus. decis. 64. num. 13. Bortell summ. decis. tit. 61. nu. 52. 54. 55. Tusc. litt. P. conclus. 4. num. 69. litt. C. conclus. 29. num. 2. Pasqual. d. c. 9. nu. 24. 54. Mattienz. l. 7. glos. 2. nu. 5. tit. 16. lib. 5. recop. Valasc. de priuileg. paup. p. 1. quæst. 49. num. 17. Cenal. com. quæst. 701. nu. 7. Paz in prax. p. 4. c. 5. num. 15. in 1. Gratian. discept. 222. nu. 46. Gallup. in prax. p. 4. c. 9. num. 2. Menoch. de arbitr. cas. 183. num. 18. Mancin. de iuram. p. 3. effect. 223. Peguer. decis. 1. num. 2. 7. p. 2. Vasq. de success. creat. §. 22. nu. 69. Roderic. de redit. lib. 2. quæst. 10. num. 12. Maran. cons. 30. num. 7. Bero. quæst. 133. Amat. decis. 16. num. 25. 26. 44. nec etiam cum iuramento *ex Doct. iam citatis addu. Amat. decis. 92. nu. 52. 53. 54. Amesc. lib. 2. de potest. in seips. c. 24 num. 2. 3. Gomez. l. Taur. 50. nu. 49. & alijs ad Mess. stat. p. 1. c. 13. glos. 6. nu. 41.* Sed causidici artem, Socerum habere inquit Nurus, qua ali potest.

Dubitari idcirco contingit: Socer causidicam artem habens, qua sibi victum quæ-
4 rere potest, * An hoc gaudeat priuilegio
(deducto ne egeat?) Qua in re, negant *Glos. l. si maritus, & ex Bart. Alber. Bald. Castr. & Alex. hm. 14. Barbos. l. maritum, num. 9. ff. solut. matrim.* vitæ subsidium marito præstandum, si propria arte viuere potest, *Ias. §. item si de dote, num. 7. inst. de action. Amanel. de Clarisaq. singul. 188. Campeg. de dot. p. 3. quæst. 238. lim. 15. Brun. de cess. bonor. qu. 20. quæst. 4. princ. nu. 25. Cranett. cons. 199. num. 9. cons. 917. num. 11. Pasqual. de patr. potest. p. 2. c. 9. num. 30. Fabr. tit. de alim. conclus. 1. num. 21. Duen. reg. 267. Gabr. cons. 24. nu. 4 Royz. decis. 4. num. 27. Gratian. discept. 60. nu. 19. discept. 120. nu. 10. Ludouic. tit. de alim. conclus. 1. Molin. de primog. lib. 2. c. 15. nu. 46. Turret. cons. 85. num. 24. in 2. Tepat. 2. var. tit. de alim. liber. à parent. præstand. col. 1. Scsse decis. 45. num. 10. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 6. num. 1. quæst. 14. num. 5. Menoch. cons. 312. nu. 26. Leon. decis. 39. num. 1. Beniut. decis. 89. nu. 5. Simon. de Prat. cons. 9. num. 19. cons. 139. nu. 52. Burs. cons. 62. num. 2. 3.* Non enim egere
5 dicitur * qui habet victum, *Lap. alleg. 102.*
num. 18. 19. Tusc. litt. P. conclus. 160. num. 1. nec pauper est, qui habet vnde se alat, *glos. donauerit, l. si quis argentum, C. de donat. Ruin. cons. 81. num. 9. in 5. Cephal. cons. 216.*

num.

num. 14. *Mascard. de probat. conclus.* 1159.
num. 36. *Thomat decis.* 10. *num.* 6. *dixi ad*
Messan.stat. c. Glos. 6. *num.* 52. *p.* 1. Proinde
6 negatum * fuisse beneficium hoc cuidam
notario, refert *Fontanell.de pact.nupt.claus.*
7.*glos.*3.*p.*11.*num* 42.qui sua arte ali poterat.
*Molin.disput.*113.*num.*3.*Thesaur.dec.*
111.*nu.*13.14. asserens, filio naturali non
deberi alimenta, si artem habeat, quam si-
7 ne dedecore * exercere posset, *Burs.cons.*62.
*nu.*3.*Castagn. deduct. ne egeat quaest.*1. *nu.*6.
& notat Rauen. sing. 27. patrem posse alimenta
negare filio diuiti, qui potest se
aliunde alere, *Bart. l.si extraneus, & l.seq.*
*ff.de ventr. in possess.mittend.in l.fin. num.*2.
*C.de ordin.cognit. & ibi Rebuff.nu.*23.*Milanens.decis.*
16. *num.*28. *p.*1. & in filio robusto,
qui sine natiuitatis dedecore pro
victu laborare potest, *Bart.l.*1.*nu.*7.*Cod.de*
*mendican.valid.lib.*11. *Carot. except.*25.*nu.*
95.*Surd.decis.*244.*num.*3.*Castagn.d.quaest.*1.
*n.*7. sic in filio opifice, *sex.est, vbi notat Bar.*
& Cordub. nu. 23. *l.si quis ex liberis,* §.*sed si*
filius ff.de liber.agnosc.Cepoll.l.nepos Proculo nu. 5.
ff. de verbor. signif. Caccialup. l.
*frater à fratre num.*106. *ff.de condict.indeb.*
*Belliuc.de pauper.q.*7. *special.*2.*nu.*24. *Barbat.de*
*praestan.Cardin.quaest.*6.*Soc.cons.* 121.
*num.*47.*in* 4.*Natt.cons.*48.*num.*18.*cons.*201.
*num.*12.*Molin.de primog.lib.*2.*c.*15.*num.*46.
*Dec.cons.*570.*num.*3.*Soc.iun.cons.*8.*nu.*13.
in 3.*Surd.de alim.tit.*7.*q.*6. *Roland. cons.*54.
in 2.*cons.*5.*nu.*30.*in* 3.*Tiraq.de nobilit.c.*20.
*num.*104.*Clemen.de patr.potest.effect.*17.*nu.*
*num.*31.*ad fin.Carot.d.nu.*95.*Canalc.de vsufruc.num.*189.
*Magon.Lucen.decis.*72.*nu.*13.
*Gabr.cons.*25.*nu.*15.*in* 1.*Burs.cons.*88.*nu.*2.
ex comm. Gabr. tit. de aliment. conclus. 1.
nu. 21.
8 Secundo, in dolo fuit * Socer, cum se diuitem
professus fuerit, vt opulentam a Nuru
dotem extorqueat, quam decepit, sed à
nuptijs se abstinuisset, nisi diuitem eum
credidisset callidè persuasa, *Baez. de inop.*
*debit.c.*16.*num.*92.dolo alterius nemo grauari
debet, *c. nemo debet de reg.iur.in* 6. qui
probatur coniecturis, *Turret. cons.*28.*nu.*8.
in 2. & praesumptionibus, *l.dolum C.de dol.*
*vbi Bart. & Doct.Cagnol.l.*1.*nu.*131. *C.de*
sentent.quae pro eo, quod inter. Gras.cons. 53.
*num.*9.*cons.*132.*cons.*135.*num.*42.*in* 1.*Turret.*
d. cons. 28. *num.* 9. *Vaiez. cons.* 173.
num. 53.
Addit, & merito, *Fulu.Costant.l.*1.*num.*
7.*C. de iure fisc. lib.*10. praesumi dolum, &
fraudem, si creditores se habiturum, quis
sciat, & contrahit; Quod conspicuum erat
Socero, ex his, quae in processu probauit
Nurus; imo sciens se non esse soluendo,
hoc gaudere non potest beneficio, *l.pen.ff.*
de cess.bonor.Bart.l.alia,§.*eleganter ad fin.ff.*
*solut.matrim.Afflict.decis.*5.*Barbos.l.maritũ*
*num.*71.*ff.sol.matr.Rendin.in prompt.iur.de*
*cess.bonor.n.*5.*Peguer.decis.*2.*nu.*16.*p.*1.*Carbon.in*
*prax.lib.*3.*cap.*8.*nu.*42. *Carpan. Mediol.stat.*408.*num.*59.*& alij à Crass. except.*
17.*num.* 14. sed ex dolo priuilegium hoc
amittit Socer ex multis à me citatis *decis.*
43. *num.* 5. si intercucurit a principio, *Campeg.de*
*dot.p.*2.*q.*250.*Amat.decis.*16. *num.*2.
*Balb.decis.*4.*Tepat. var.*1. *tit.de cess. bonor.*
*col.*3.*tit.de priuil. col.*1. in poenam sui mendacij
priuatur mendax omni beneficio, ex
his, quae congerit *Ias.l.omnium num.*86.*institut.*
*de action. Osasc.cons.*18. *num.* 35.*in* 1.
quia ex mendacio dolus arguitur, *l.si quis*
affirmauerit,§.1.*l.quod mendacio l.eleganter.*§.
& idem Pomponius ff. de dol. Crauet. cons.
192.*nu.*15.*Menoch.lib.* 3. *praesump.*3. *n.*33.
*Surd.cons.*71.*n.*21.*cons.*173.*Andreol. contr.*
66.*nu.*4.*Rim.iun.cons.*113.*num.*40.*Honded.*
117.*nu.*22.*in* 1.*Bursat.cons.* 197.*nu.*34. *Pacian.cons.*100.*num.*32.*Medic .cons.*25. *num.*
19.*Mascard.de probat. conclus.*532. *num.* 19.
*Turret.cons.*28. *num.*17. *in* 2. qui nociuus
potius esse debet, quam Socero lucrosus,
l.eum qui, ff.quod cum eo, c. intelleximus, de
iudic.l. ne ex dolo ff.de dolo, Tiraq. 1. *retract.*
§.1.*glos.*9.*nu.*67.*Mantua sing.*17.*num.*3.*Valenz.cons.*173.*num.*54.
*Surd.de alimen.tit.*1.
*quaest.*42.*nu.*104.*tit.*7.*q.*16.*nu.*96.*q.*37.*n.*34.
*quaest.*41.*nu.*2. lucratur Socer, si à Nuru ali
debeat ex priuilegio (deducto ne egeat:)
Conuentus ex dolo, in solidum semper
compellitur, nec illud habet beneficium,
quod conueniri non possit, nisi in quantum
facere potest, deducto ne egeat, *l.etiã*
§.1.*ff.sol.matr.l.rerum amotarum ff.de re iudic,*
*Crinell.decis.*78.*nu.*3.
9 Contraria verior est affirmantium * opinio,
imo Socerum beneficio hoc gaudere
*l. Taur.*50. *nu.*49.*Baez.de ino.debit.c.*17.*n.*
61.*Pasqual.de patr. potest.p.*2. *c.*6. *num.*21.
*Franc.decis.*164.*num.*5. etiamsi artem habeat,
qua viuat, *ex l.si quis à liberis,* §. *sed si*
*filius, vbi Bart. & Cordub.num.*1.123. *ff. de*
*liber.agnosc. Aret.l.alimenta num.*3. *C.de negot.gest.*
*Lopez c.per vestras not.*3. §.4. *nu.*2.
*de donat.int.vir. Barbos.d.l.maritum n.*9. *Lopez*
*l.*15.*Glos.*8.*tit.*10.*p.*5. *Rip.de pest.c.*4.*n.*
168.*Alciat.cons.*36.*nu.*1.*in* 1. *Crauett.cons.*
199.*num.*9.*Soc.cons.*30.*nu.*13.*cons.*121.*nu.*
47.*in* 4.*Surd.de alim.tit.*1.*q.*78.*num.*14.31.
32.*Roland.cons.*14.*num.* 16. *in* 3.*Intrigl.conscien.cas.*35.*num.*68.
*Costa, subsid.remed.*28.
*num.*7.*Lambert.de iur.patron.quaest.*1.*art.*3.
*num.*5.*Ascan.Clem.de patr.potest. c.*6.*effect.*
17.*num.*31.*Menoch.cons.*321.*num.*26. *Fontanella*
*de pact.nupt.clas.*7. *Glos.*3.*p.*11. *nu.*
42.95.*Decian.cons.*111.*nu.*6.*in* 3. *Mascard.*
*de probat.conclus.*1154.*nu.*96.*Coler.de alim.*
*lib.*1.*c.*2.*num.*79.*c.*5.*num.*50.*Vin.decis.*520.
*num.*17.*dixi ad Mess.stat.*13. *Glos.*6.*num.*52.
Non obstat primum. Quia satis pauper
10 * dicitur, qui suo opere debet victum
quaerere, *c. quod super his, de Vot. vbi Abb.*

num.

num. 3. not. l. paupertas, *cum gloss. ff. de excus. tut*, *Ias. l. si constante num.* 147. *ff. solut. matr. Barbos. l. maritum*, *num.* 10. *ff. eod.* ideo si mulier honestam habens artem, proprijs manibus operandi ex lauorerio, erit etiam pauper, *Corn. cons. 4. in 4. Gregor. Lopez l. 7. glos. 6. tit. 12. p. 6. Gabr. cons.* 152. *ad fin. in* 1. *Molfes. ad consuet. Neapolit. p. 7. in adddit. ad quæst.* 1. *n.* 9. Hinc est, vt legatum pro pauperibus virginibus maritandis, illis etiam, quæ suo labore viuunt, competit; si aliud non habeant, quo nubant, *Bald. l. paupertas per tex. ibi. num. 2. ff. de excus. tut. Ias. d. l. si constante num.* 151 *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 23. Mascard. de probat. conclus.* 1156. *num.* 38. *Lara de Capell. lib.* 1. *c. 21. num.* 13. *Valasc. de priuileg. paup. p.* 1. *quæst. 4. §. 3. num.* 147. *Graff. in summ. de arbitr. confess. lib. 2. c.* 51. *num.* 9. alendus est filius, si cum dedecore officium, seu exercitium præstare potest *Valasc. d. §. 3. nu.* 141. 142. 143. & pauperem eum esse dixit *Castr. cons. 31. num. 3. in* 1. qui non possidet mobilia, quæ sufficiant ad soluendum debitum, *Leon. decis. 76. num. 8. Valasc. de priuileg. pauper. q. 4. num. 72. p.* 1.

11 Respond. II. multos * à me citatos *nu.* 2. loqui quando is habet bona, ex quibus alere se possit, non autem quando nihil habet, *l pen. ibi, nec quidquam suum habeat, ff. vt in possess. legat.* sed ex operibus suis viuere debeat, *vt ex Ang. Soc. & Crauet. voluit Maluas.* 126. *n.* 22. *Turret. cons.* 85. *num.* 25. *in* 2.

Respond. III. alimenta quando præstanda sunt, non attenditur an quis aliquo exercitio possit sibi victum quærere, & hoc propter fragilitatem humanæ potentiæ: sed videndum est, an habeat tot in bonis, ex quibus decenter viuat, *laté Crauet. cons.* 199. *nu. 5. Caball. cons.* 154. *nu.* 28. *in* 1. *Aldobran. cons. 28. num. 26. Lup. de illegit. comment. 2. §. 1. nu.* 35. qui sic Mantuæ decisum refert, reiecto *Curt. iun. cons. contrarium sentien. Marescot. 2. resolut. c. 83. nu. 40. Rot. decis.* 628 *num. 3. p. 4. Rub. Rot. decis.* 193. *nu. 13. p. 2. & notat Menoch. cons.* 81. *num.* 48. artificem alendum, qui non habet in bonis, *Carot. except. aduers. senten. 25. nu.* 98.

Verum, quia hoc procedere dixerunt alij, si ex operibus suis viuere, quis possit, ex *Crauet. cons.* 199. *num.* 5. quem sequutus est *Menoch. cons. 80. num.* 22. ideo.

Respond. IV. & securius, alimenta ab eo peti posse, qui exercitio suo illa potest quærere, si sunt sibi relicta, & iure actionis petit; Contraria vero procedunt, si illa officio Iudicis petit, & fuit originale *Bart. dictum in l. libertos quos, ff. de alim. vbi Ias. C. de transact. Corn. cons.* 286. *num. 1. in 3. Crauet. cons.* 199. *num. 10. cons.* 502. *nu.* 8. *Ferrer. solut. matr. temp. 3. declar. 1. num. 9. declar. 3. num. 8. 27. Menoch. cons.* 81. *num.* 61. 62. *qui comm. dixit num.* 22. *cons.* 231. *nu.* 33. 37. *Decian. cons. 9. nu.* 48. 50. *in* 1. *Purpur. cons.* 414. *num.* 16. *erudite declarat Roland. cons.* 55. *nu. 5. in 2. Thesaur. decis.* 111. *Bero cons.* 178. *n. 19. in 1. cons. 32. nu. 21. in 2. Surd. cons.* 156. *n. 12. de alim. tit. 7. q. 5. num.* 27. *Mantic. decis.* 171. *num.* 2. *Seraph. decis.* 447, *num.* 19. *Bott. cons. 20. nu.* 35. *Non. cons.* 85. *num.* 5. *Turret. cons.* 85. *num.* 27. *in* 2. & duabus rationibus confirmat *Petroc. cons. 8. num.* 200. ipsum consulas.

Non obstat secundum*, quia ex solo ali-
12 cuius mendacio dolus * non præsumitur, nisi mentientis lucrum respiciat, *l. dolum C. de dol. l. eleganter §. fin. ff. eod. l. ne ex dolo, C. de dol. Pelaez. de maior. p. 2. q. 4. illat. 1. nu.* 26. *Barbos. axiom.* 102. *num.* 1. 2. *Honded. cons.* 32. *num.* 60. *in* 1. & ex fraude sua commodum habeat, *l. hæres meus*, *§. quod infra, ff. de condit. & demonstrat. c. nobis de Simon. Boer. decis.* 287. *nu.* 1. *Mars. sing.* 177. *Rom. cons.* 246. *num. 5. Crauet. cons.* 100. *nu.* 11. *Cephal. cons.* 65. *nu. 5. Valenz. cons.* 173. *nu.* 54. *Bellan. iun. cons. 28. num. 27. Criuell decis.* 48. *nu.* 10. *Viuian. de iur. patron. lib. 5. c. 4. num.* 14. *Escobar. de puritat. quæst. 4. art. 4. §. 2. num.* 22. 26 *p. 2. Azeued. l. 13. num. 1. 2. tit. 1. lib. 4. recop. Corn. cons. 63. num. 3. in 3. Crauet. cons. 8. nu. 13. Turret. cons. 49. num. 13. cons. 8. num.* 21. *in 2. Bec. cons.* 106. *num.* 22. *Decian. cons.* 57. *num. 36. in 3. Bertaz. crim. cons.* 15. *num.* 25. *in* 1. cessat enim mentientis pœna cessante dolo, *Ias. l. 1. num. 15. C. de transact. & alij à Baez. de inop. debit. c. 16. num.* 96. qui probandus omnino erat, *Burs. cons.* 297. *nu.* 3. *Turret. cons. 13. num. 7. in 1. cons. 8. num.* 18. *cons. 49. num. 10. in 2. Roland. cons. 42. num.* 18 *in 3. Surd. cons.* 298. *nu.* 28. *cons.* 10. *num.* 40. *Sim. de Prat. cons. 53. num. 19. in 1. Panciról. cons. 20. num. 32. Maluas. cons.* 58. *nu.* 26. nec dolus præsumitur, *Burs. cons.* 40. *num.* 63. *Rim. iun. cons.* 342. *num.* 50. *Valenz. cons.* 138. *num. 71. cons.* 175. *num.* 25. *cons.* 180. *num.* 8. *Turret. cons. 66. num. 4. in 2. Criuell. decis.* 48. *num.* 9.

13 Respond. II. Mendacium * ex ea iuris præsumptione cessare, quod sæpe de facultatibus suis, amplius quam in eis sit, * sperant homines, *§. præualuisse, instit. quib. ex caus. manumit. non lic. Ias. §. item si quis in fraudem instit. de action. Osasc. cons.* 18. *nu.* 46 *in* 1. *Monter. decis.* 13. *num.* 12. sed spes eius erat, cessat ergo dolus.

Respond. III. id verum, si Socer debitor creditores induxit ad secum contrahendum, secus si creditores sponte cum eo contraxissent, *Castr. l. etiam §. licet num. 3. ff. solut. matrim. Brun. de cess. bonor. quæst.* 31. *q. 4. princ. Carpan. Mediol. stat.* 408. *num.* 60. *Crass. except.* 17. *num.* 15. vel si in fraudem creditorum dissipasset bona, *Balb. decis.* 4. *Tepat. 1. var. tit. de cess. bonor. col* 3. vel si sciebat, contractus tempore se non esse solu-

uen-

uendo, *Tepat. d. col. 3. Campeg. de dot. p. 2 q. 250. Amat. Marcb. decis. 16. num. 2.*

14 Respond. IV. Socer sciens se non * esse soluendo; si genero pro filia dotem promittat, in dolo est, vt priuilegium (deducto ne egeat) amittat: si vero dotem à Nuru recipit, non præsumitur in eo dolus: cum enim illam statim restituere non teneatur, sed soluto matrimonio, potuit ergo probabiliter sperare, durante illa temporis dilatione, posse acquirere bona, quibus dotem restituat, *Barbos. l. maritum num. 76. 77. ff. solut. matrim.* nec in dolo est, quia laborare nemo præsumitur, vt depauperetur, *arg. l. fin. vers. nec dolebat, C. de alluuion.*

15 * *Franc. de Petr. cons. 26. num. 15.* & in omni actu dolus exceptus videtur, *l. creditor, §. Lucius ff. mand. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 11. num. 37. Narbon. l. 13. Glos. 4. num. 19. tit. 18. lib. 5. recop. Valenz. cons. 181. num. 57. 110. Escobar de purit. p. 2. q. 4. artic. 4. §. 2. nu. 23. Azeued. l. 5. num. 18. tit. 9. lib. 5. recop. Sanz. de diuis. bonor. lib. 1. c. 11. num. 21.* & nulla latitudine includitur fraus, *l. non solum §. fin. l. Aurelio. §. 1. ff. de liber. leg. Franc. de Petr. cons 15. num. 18. cons. 8. num. 6.* imo quilibet præsumitur acquirere *Anchar. cons. 5. num. 7. 8. Tusc. litt. P. conclus. 162. num. 10.* quamuis aliter opinetur, & malè *Alciat. reg. 2. præsumpt. 27. num. 3.* & sibi magis, quàm alteri, *Bart. l. stipulatio ista, §. si quis ita, num. 1 ff. de verb. oblig. Rip. l. si vnquam, q. 28. ad fin. C. de reuoc. donat. Maut. decis. 47. nu. 50.* cum sit fraudibus obuiandum, *l. in fundo, ff. de rei vendic. Crivell. decis. 48. num. 1. 2. Petra de princip. potest. c. 4. num. 20. c. 32. q. 3. num. 277.*

Ampl. I. Vt cedere bonis possit, licet ex-
16 presse * cessionis bonorum beneficio renuntiauerit, qui ex operis tantum suis viuit, *Paz in prax. p. 4. c. 5. num. 15. in 1. Amesc. de potest. in seips. lib. 2. c. 22. num. 1. 2. Cravett. cons. 199. nu. 8. Roderic. de exequut c. 8. n. 28. Valasc. de priuileg. pauper. p. 1. q. 4. §. 3. n. 148.* quia carcerari nec potest, qui huic priuilegio renuntiare non potest ex *not. c. si diligenti, de for. compet. Marbesil. sing. 62. sing. 108. Bald. l. 2. C. Qui bon. ceder. poss. Carot except. aduers. senten. 25. à n. 40. Duen. reg. 10. Asin. de execut. §. 2. c. 7. n. 10. 11. 12. Graff. de except. in prælud. num. 178.*

Ampl. II. hoc priuilegio (deducto ne
17 egeat) vti posse Socerum * aduersus Nurus hæredem *Gomez. l. Taur. 50. num. 49. Mastrill. decis. 93. n. 9. Leon. decis. 39. nu. 17. decis. 92. nu. 9.* qui exeutit priuilegium illud non competere super fideicommisso, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. Glos. 3. par. 11. num. 83.*

18 Ampl. III. vt quod * de dote restituenda ex fideicommisso dicimus, idem quoq; sit de dotario, *Leon. decis. 54. nu. 19. 20. improbata Valasc. consult. 2. num 10.* Sed in subsidium, *Surd. decis. 62. nu. 15. Leon. d. num. 19.* pro quo si exequutus est Socer, priuilegio gaudet (deducto ne egeat) *Franc. decis. 71. num. 13. decis. 164. num. 15. Molfes. ad consuet. Neap. p. 6. q. 9. num. 11. Castagn. ded. ne eg. quæst. 7. ampl. 1.*

19 Ampl. IV. vt alimenta * debita filijs virtute Messanensis consuetudinis, de qua, *Afflict. Vrsill. decis. 122.* si nolint morari cum patre, ex Messanæ *stat. 49. vers. sed idem pater teneatur eisdem filijs suis secundũ suam conditionem, & facultates alimenta præstare.* Intellige, vt debeãtur etiamsi habeant vnde se alant, *Calcan. cons. 60. Dec. cons. 76. Anna sing. 24. Caro. except. 25. nu. 94. 95.* & vbi alimenta sunt præstanda, nec attenditur an quis aliquo exercitio possit sibi victum quærere, propter fragilitatem humanæ potentiæ, *Cravett. cons. 199. nu. 5. Aldobr. cons. 28. num. 16. Caball. cons. 154. nu. 28. in 1. Lup. de illegit. comment. 2. §. 1. num. 35.* qui sic decisum testatur, *Mantuæ* reiecto *Curt. iun. cons.* contrarium sentiente. *Marescot. lib. 2. c. 83. num. 40. Rot. decis. 628. num. 3. p. 4.* imo industriosus filius, qui ex sua industria commodè viuere potest, à patre alendus non est, *Lambert de iur. patron. lib. 3. quæst. 3. artic. 4. num. 2. Lancell. Gall. ad consuet. Alex. vers. solidos, num. 153. Surd. de aliment. tit. 1. q. 79. ad fin.* Sed hoc verum, si filio deberentur in bonis patris ex æquitate, & Iudicis officio, quod silet, si filius habet vnde se alat, *l. si quis à liberis, §. 1. ff. de lib. agnosc. Surd. de alim. tit. 1. q. 108. num. 4. tit. 3. quæst. 1.* Secus si debita sint iure actionis, vt quia ex statuto ei competerent, *Non. cõs. 85. Ludouic. Perus. dec. 92. n. 5. 6. Bardel. cons. 155. n. 3. Coccin. dec. 402. n. 11. & 12. Mantic. dec. 53. dec. 171. nu. 2. Gratian. discept. 60. nu. 10. Trentacin. var. lib. 1. tit. num. 5. Surd. de alim. resol. 1. tit. 7. quæst. 15. num. 27.* & à me citati, *nu. 11.* Sed in arte, vel officio exercendo alimẽtarij decus, & honorem inspiciendum esse sæpius diximus, quia semper conditio honestatis inest in actu gerendo, *ex Bald. auth. hoc locum num. 3. Cod. de secund. nupt. Ias. num. 24. Castr. num. 9. 10. l. diuortio, ff. solut. matr. Alex. l. 1. C. de legat. Ferrer. solut. matrim. temp. 2. declarat. 3. num. 15.*

20 Declar. I. non procedere si habeat * officium, quo se alat, *Valasc. d. §. 3. num. 150.* Non enim censeri possunt pauperes, qui possunt esse diuites si volunt vti iure suo, & competentes sibi actiones exercere, *Canaler. decis. 554. nu. 5.* Nisi officium illud, absq; dedecore administrare non possint. *Valasc. d. §. 3. n. 142. 143.* Vel si ars talis sit, quam sine dedecore exercere possit, *Cravett. cons. 199. Burs. cons. 62. nu. 3. Castagn. ded. ne eg. q. 1. lim. 8. num. 6. Ludouic. tit. de alim. conclus. 1.* si ex sua (quam profitetur) arte, saluo honore possit viuere, *Bart. de alim. n. 8. &*

l.1.num.11.C. de mendic.valid. lib.11. Arct. l.alimenta, num.3.C.de neg. gest. Abb.c.2.n. 5.de conuers.infid. Caccialup.l.si qua illustris num.91.C.ad Orfic. Bald.de dot.p.6.priuileg. 4.num.1. Crot.l.si constante num.15. ff.solut. matrim. Viu.opin.45. Cordub. de lib. agnosc. §.sed si filius n.131.Couar.de sponsal. p.2.c.8. §.6.num.9. Duen.reg.369.lim.2.Rauen.sing. 27.Crauet.cons.199.Carot.except.25.nu.97. Molin.de primog.lib.2.c.15.num.48. Roland. cons.54.num.78.in 1.Surd.de alim.tit.7. q.6. nu.12.13. & ex multis à me congestis *decis. 5.num.8.*

21 Declar. II. Vt si Socer Genero * dotem pro filia promisit, sciens se non esse soluendo, priuilegium (deducto ne egeat) amittat, quia in dolo est, *Brun.de cess.bonor. qu. 12.q.4.princip. Rendin.promptuar.iur.tit.14. num.5. Carot. except.25. nu.117.* & deceptus, non decipientibus, iura subueniunt, *l.feminis, vbi Glos.C.ad Velleian.l.2.ff.eod. Franc. decis.623.nu.12.24.Sfort.de in integr.restitut. q.53.nu.15.Osasc.cons.18.num.52.in 1.* Tum quia iniquum sanè esset, vt improbis hominibus leges faueant, & probos destituerẽt, *l.si quis cum sciret, vers. nisi forte, ff.de vsucap.pro empt.l.1.vers.cum inter ff. ad Maced. Sarmient.lib.2.Select.c.11.num.2.ad fin.Matienc.c.2. nu. 16. de præsumpt.* Tum quia fauendum ei est, qui de damno vitando ageret potius, quam his, qui de indebito lucro captando *l.fin.§.si vero, C.de iur. delib. Osasc.cons.18.num.52.in 1.*

Si vero Socer dotem recipit à Nuru, sciens se non esse soluendo, in dolo nõ præsumitur, quia si eam statim restituere non debet, sed post solutum matrimonium, probabilis spes eius est, durante illa temporis dilatione posse bona acquirere, quibus dotem restituet, *Barbos.l.maritus, nu. 76. 77. ff. solut. matr.* Si vero Nurus Soceri conditionem sciebat, non potest dici decepta, *l. si fideiussores ff. ad Velleian.* copiosius, *Franc.decis.6223.num. 24.* quia scienti, & consentienti non fit iniuria.

22 Declar.III.non procedere * si Socer omnia bona sua dolosè dissipauit in fraudem dotis *l.etiam §.licet ff.solut.matr.Couar.2.re solut.c.1.num.9.Amat.decis.13.nu.23.Franc. decis.164. num. 16. Costa de scient. & ignor. distin.22.nu.10. Palat.Rub.c.per vestras not. 3.§.24.num.7.de donat. Tepat. d. tit. de cess. bonor.col.2.Surd.de alim.tit.1.q.78.num.43. Campeg.qui in vtroque Socero loquitur, de dot.p.2. q.25n. Castagn. ded. ne eg. quæst. 7. fallen. 2.* Ex dolo nemo præmium a lege expectat *Sfort.de in integr. restit.q.83.nu.15.* sed priuilegium hoc amittit Socer, ex multis à me, *decis. 43. num. 5.* Etenim, si quis
23 robusto esset corpore* nec vellet laborare, ludo autem, & potationibus operam dando, res suas dilapidaret: huic, beneficia paupertati data, quis concederet? dum ad eam ex dolo peruenit. *l.pen.ff.de iur. dot.l. fin.§.fin.ff.in fraud.credit.late Felin. c.quæ in ecclesiarum, num. 67.de const.Mars.sing.104. in prax. §.ordine. nu.13. & de bannit. verb. delictis, num.52.Bolognet.l.1.in princip.num. 129. ff. de off.eius, cui mand. Loaz.l.filiusf.§. diui.num.164.ff.de leg.1. Mattienz.l.contractus, nu.227.731.ff.de reg.iur. Baez. de inop. debit.c.4.num.11.c.16.nu.25. Coler.de alim. lib.2.c.7. num.47.* Dolus proprius, contra naturalem æquitatem, nemini patrocinatur, *l.1.§.ideo, ff.de dol.mal.l.1.l.ne ex dolo.ff. de dol.l.non fraudantur, §.nemo, ff.de reg.iur. l. dubiũ C.de repud.l.si legatarius C.de legat. c.sedes, c.ex tenore, c.super litteris, de rescrip. Azened. l.1.num.44. tit.1.lib.4.recop. Sfort. de in integr.restitut.q.12.num.7. Mattien.ad l.contractus nu.7.277. ff de reg.iur. l.quidam decedens num.70.ff.de admin.tutor. Vrsin. de success.feud.p.1.q.4.artic.3.n.43.56.*

24 Subdeclar. I. procedere * in ijs, qui operam dando rei illicitæ, sibi inopiam accersiuerunt, secus si rei honestæ incumberent, quam paupertas nonnumquam comitari solet, *auth.habita vers.de diuitibus facti pauperes, C. ne fil. pro patr. Coler.d.c.7.nu.48.* Diuersum autem probaremus, si ex post facto, quid inopinatum emergeret, quia subueniendum est ei, qui absque culpa, facultates amisit, *glos. c. quæ in ecclesiarum, verb. ad inopiam de constitut. glos. c. ex parte verb. prodigalitatis de consuet.* inculpata paupertas excusat, *ex Bald. d.c.quæ in ecclesiarum col.1. Baez.de inop.deb.c.4.nu.10.*

Subdeclar.II. Marito reuerentiam deberi, & si culpa sua pauper sit effectus, cautione adhibita, vt dotem restituat, vel partem, quam restituere non potuit, si ad ditiorem peruenerit fortunam, dum tamen dolus malus absit, *ex l.1.§.cum autem, C.de rei vxor.act.l.maritus ff.solut.matr.Mattien. l.contractus num.231. ff.de reg.iur.* Quid in
25 * aduocato, *Fontanell.de pact.nupt.claus.7. Glos.3.p.11.à num.45.* sed de his iam satis.

DECISIONES
SAC. ROTAE ROM.
ALIORVMVE ITALIAE TRIBVNALIVM

VARIIS EX LIBRIS

ET AVCTORVM LVCVBRATIONIBVS

SELECTAE

Ad commodiorem Studioſorum facilitatem ad inſtar Appendicis ad Tractatus

IOANNIS CASTAGNAE, ET GASPARIS BAETII

HIC REPORTATAE;

Peculiari quoque Indice, & Summarijs in fine locupletatæ.

Valde vtiles, & neceſſariæ, hac ſecunda impreſſione Typographi induſtria in vnum recollectæ, & publicatæ.



ROMAE, MDCLVI.

Ex Typographia Nicolai Angeli Tinaſſij

SVPERIORVM CONSENSV.

R. P. D. BVRATTO

BRVNDVSINA PECVNIARIA

Ven. 25. Nouembris 1613.

ARGVMENTVM.

Renuntiari an possit, & quando renuntiatum censeatur priuilegio l. 2. ff. quod cum eo. Item quando renuntiatio trahatur ad ignorata: & quando filius familias prohibitus contrahere sine consensu patris, possit ad fauorem eiusdem patris fideiubere.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Renuntians omni legum, & iuris auxilio, *cum iuramento, sufficit ad tollendum priuilegium, ne quis conueniatur vltra id, quod facere potest. Contra num.* 10.

2 *Renuntians beneficio* l. 1. 2. & totius tit. ff. & C. quod cum eo, *indiuiduo, illo gaudere non potest.*

3 *Renuntiari potest beneficio* l. 1. & totius tit. C. quod cum eo, *maximè cum iuramento, licet fauore publico inductum esset, & num.* 12.

4 *Renuntiatio priuilegio, ne quis teneatur vltra id, quod facere possit, an valeat, si renuntians non fuit certioratus de iuribus huius beneficij. & num.* 13.

5 *Turpitudinem suam allegare non potest.*

6 *Minor Doctor in integrum non restituetur.*

7 *Filius quando pro patre fideiubet, non comprehenditur in pragmatica Regni prohibente recipi obligationes filiorum familias, absque expresso patris consensu.*

8 *Filius maior 25. annis potest pro patre efficaciter fideiubere.*

9 *Priuilegium, vt quis non conueniatur, nisi in quantum facere potest, quibus personis competat.*

11 *Clausula*, Renuntians omni legum auxilio, *non extenditur ad exceptiones superuenientes, nec ad illa, quæ habent effectum, & causam de futuro.*

DECISIO I.

IN IMPRESSIS XX.



OMINIS, vna tantum parte informāte, placuit persistere in resolutione capta decima prima Aprilis 1611. coram Reuerendiss. Lugdunen. decretum Vicarij Brundusini, declarans Granafeum potiri debere beneficio *l. secunda, & totius tit. ff. & C. quod cum eo, qui in aliena potest.* esse reuocandum. Ratio fuit, quia cum Granafeus in instrumento fideiussionis huic beneficio renuntiauerit, non solum ex clausula, *Renuntians omni legum,*
1 *& iuris auxilio* cum iuramento, † quam sufficere ad tollendum priuilegium, ne quis conueniatur vltra id, quod facere potest
A ex *Corn. Gozad. & Roland.* firmatur in alia decisione: quibus addi possunt *Moder. Senen. de priuileg. iurament. priuil.* 56. *num.* 6. *Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 78. *nu.* 26. *&* 17. *Laderch. Imol. cons.* 30. *num.* 11. Licet in hoc contradicat *Franc. decis.* 181. Sed (quod
2 tollit difficultatem) in indiuiduo † illo gau-

gaudere non poteſt *ex reg. l. quæritur 14.*
§. ſi venditor ff. de ædil. edict. & l. Herennius
63. ff. de euict. gloſ. in cap. quam periculoſum
3 *7. q. 1.* Poſſe autem huic beneficio † renun-
tiari, ſentit *Alber. in rubr. ff. quod cum eo,*
num. 1. verſ. continuè, quem ſequitur *Pariſ.*
conſ. 94. num. 45. in fin. lib. 1. benè *Franc. de-*
ciſ. 164. num. 7. & d. deciſ. 181. in princ. nu. 9.
Et vbi renuntiatio eſt iurata, vt iſta, hoc
eſt indubitatum, etiamſi priuilegium, ne
quis vltra id, quod facere poſſit, conue-
niatur, ſecundariò eſſet fauore publico in-
ductum *Ladereb. Imol. d. conſ. 30. ante num. 11.*
verſ. quod, ex theorica *Bart. in l. ſi quis pro*
eo num. 8. ff. de fideiuſſ. generaliter firman-
tis, poſſe ſimilibus beneficijs cum iuramen-
to renuntiari *Surd. de alimen. d. q. 78. nu. 49.*
Vbi quod renuntiari poteſt, ſi non ſit in-
B ductum ratione reuerentiæ. B
4 Neque obſtat, Granafeum † non fuiſſe
de huius beneficij iuribus certioratum, cũ
tamen renuntiatio non trahatur ad igno-
rata *l. mater ff. de inoff. teſt. l. cũ Aquiliana ff.*
de trãſact. cum ſimil. Quia omiſſo, an ſtante
iuramento renuntiatio trahatur etiam ad
ignorata, vbi illa in iure conſiſtunt, vt hic,
Alex. conſ. 133. num. 13. & 14. lib. 5. Dec.
conſ. 330. num. 10. & conſ. ſeq. nu. 8. Modern.
Senen. de priuileg. iuram. priu. 119. ſub num. 2
verſ. ſolue, & vbi eſt facta mentio de bene-
ficio competente *ad l. ſub pretextu la ſecon-*
da, vbi Bart. C. de tranſact. Ares. conſ. 33. nu.
10. verſ. ad tollendum, Illuſtriſſimus Manti-
ca de tacit. & ambig. conuen. lib. 16. tit. 18. nu.
C *12. verſ. Neque obſtat.* C, Cum renuntians
dicatur in inſtrumento, Iuris vtriuſq; Do-
D ctor, præſumitur in eo iuris ſcientia D; &
dicendo contrarium turpitudinem ſuam
5 allegaret, quod † non poteſt *l. profeſſio C. de*
muner. patr. lib. 10. l. 2. §. Quintus Mutius ff.
de orig. iuris. Qua ratione in fortiori, nec
6 † minor Doctor in integrum reſtituitur;
Doctores omnes in l. 1. C. qui admit. quos,
cum alijs relatis per *Odd.* qui de magis
communi, *de reſtitutiõ integr. par. 1. quæſt. 23.*
art. 7.
E E. Quo vero ad nullitatem obligatio-
7 nis, ex pragmatica Regni prohibente † re-
cipi obligationes filiorum familias abſque
expreſſo patris conſenſu; & in decreto Vi-
catij reſeruatam, viſa fuit non obſtare.
Quia vltra quod ille fuit ſuperuenit; inter
alias reſponſiones datas in alia deciſione
in hac cauſa facta; placuit illa, quod hic ca-
ſus, quando filius pro patre fideiubet; non
ſit in conſtitutione cõprehenſus, tanquam
correctoria ſtrictè intelligenda, ideoque
ſub iuris communis diſpoſitione remaneat
quæ eſt, vt filius maior 25. annis poſſit pro
8 patre efficaciter † fideiubere *l. filius fam. 8.*
vbi gloſ. in verſ. tenetur, Bart. Bald. Salic. &
Donell. C. de fideiuſſ. l. ſi paternam C. ad Vel-
leian. l. 1. C. de filio fam. min. quod in termi-
no pragmaticæ tenet *Carauit. ead. pragm.*
de S. C. Macedon. §. 11. num. 11. & 16. Tan-
to minus dici poteſt comprehenſus, quòd
pragmatica mota fuit ad diſponendum,
conſenſum patris interuenire debere, ra-
tione præiudicij, & damni, quod illi ex
contractu filij inferri poſſet, *Carauit. ibid.*
§. 5. à num. 15. ad finem.
Et ita &c.

ANNOTATIO.

A Quibus perſonis competat huiuſmodi
priuilegium, vt non conueniantur niſi in
9 † quantum facere poſſint, & deducto ne
egeant, latè *Io. Faber in §. ſunt præterea,*
verſ. item ſi de dote, inſtit. de action. Addit. ad
Capell. Tholoſ. q. 259. num. 3. Quæ ſunt, pa-
ter à filio, patronus à liberto, donãs à dona
tario, ſocius à ſocio, maritus ab vxore, ſo-
cer à genero, vel nuru, filius pro patre. Quid
autem de ſubdito, & Prælato, de Scholari,
& Doctore? Vide *Fabr. loco cit. verſ. ſed &*
ſi quis, Et quod etiam competat fratri,
latiſſimè *Theſaur. deciſ. Pedemont. 119. per*
tot. poſt *Iacob. de Rauen. in l. verum ff. pro*
ſocio, & Ioann. Fabr. vbi proximè licet con-
trarium teneant *gloſ. Petr. Iacob. Butrig.*
Rayner. Bart. Bald. Salicet. Alberic. & Ful-
goſ. in d. l. verum, Iaſ. in §. ſed & ſi quis cum
parente num. 4. inſtit. de action. Petr. de Vbald.
de ſociet. par. 15. col. 2.
B Quod per clauſulam *Renuntians omni*
legum auxilio, &c, cenſeatur renuntiatum
beneficio, ne quis conueniatur, vltra quam
facere poteſt, præter citatos in hac deci-
ſione, tradunt *Bertazzol. de clauſul. inſtrum.*
clauſul. 30. gloſſ. 6 num. 4. Mart. de clauſul. in-
ſtrum. par. 1. clauſul. 139. alias clauſ. 136.
Auguſt. Barboſ. eod. tract. clauſ. 133. nu. 8. in
vlt. impreſſ.
10 Contrarium † præter Francum in deci-
ſione allegatum latè defendunt *Corbul. de*
priuat. ob non ſolut. canon. lim. 41. n. 3. Amat.
deciſ. 16. num. 50. Mar. Giurb. deciſ. Sicil. 42.
num. 22, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 799. num.
11 *35.* ea ratione, quia † clauſula, *Renuntians*
omni legum auxilio &c. non extenditur ad
exceptiones ſuperuenientes, nec ad illas,
quæ habent effectum, & cauſam de futuro
Bart. in l. ſed & ſi quis §. quæſitum nu. 1. verſ.
oppono extra gloſ. & ibi Iaſ. num. 6. ff. ſi quis
caution. Roman. conſ. 472. num. 4. & 5. Ruin.
conſil. 98. nu. 6 lib. 5. Gabr. de fideiuſſor. concl.
1. num. 94. Mantica de tacit. lib. 16. tit. 18. num
16. Riminald. iun. conſ. 72. num. 93. lib. 1. Gra-
tian. qui de veriori, & magis recepta ſen-
tentia, & alij *vbi proximè*; vide infra ad
materiam in hac eadem cauſa 21. *Aprilis*
1614. cum ibi not.

Idem

12 C Idem firmatum † fuit infra in hac eadem causa 21. *Aprilis* 1614. *num* 5. *quæ est decisio* 580. *par.* 1. *recent.* & *in Romana nullitatis obligationis* 24. *Nouembris* 1617. in qua vide, quæ notaui.

13 D Quod renunciatio † cum iuramento omnibus beneficijs competentibus, extendatur etiam ad ignorata, *idem Bart. in l. si sub conditione, num* 21. *ff. de testam. tut. Gratian. discept. forens. cap.* 834. *nu.* 21. & dictum fuit infra *in Veneta donationis* 7. *Nouembris* 1614. *n.* 5. *impressa inter recent. p.* 1. *dec.* 665.

E *Mascard. de probat. conclus.* 528. *num.* 7. & 9. & *conclus.* 592. *num.* 3. nam ius, in quo versantur, ignorare non præsumuntur. *Ioseph Sesse decis. Aragon.* 109. *num.* 25.

F *Ludouic. Montaltus de reprob sententiæ Pilat. artic.* 5. *num.* 69. *Girond. de priuileg. seu exempt. explicat. num.* 1373.

G *Idem dictum fuit infra in hac eadem causa* 21. *Aprilis* 1614. *num.* 2.

Ioannes Franciscus Ferentillus.

CORAM EODEM.

BRVNDVSINA PECVNIARIA

Lunæ 21. Aprilis 1614.

ARGVMENTVM.

Filius familias prohibitus à statuto contrahere sine consensu patris, an sit prohibitus pro patre se obligare.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio filij pro patre valida est.*
2 *Pragmatica Regni Neapolitani prohibens recipi obligationes filiorum familias sine consensu patris, prohibet filio obligare posse pro patre.*
3 *Pater an possit consentire in contractu filij ad sui met fauorem,* & *num.* 10.
4 *Constitutio laicorum annullans contractus non comprehendit contractus iuratos,* & *litt. B.*
5 *Renunciatio* l. 1. & 2. ff. & Cod. quod cum eo, *valida est, præsertim accedente iuramento.*
6 *Renuntians beneficio* l. 1. & 2. ff. & Cod. quod cum eo, *an si postea absoluatur à iuramento, dictarum legum beneficio potiri valeat.*
7 *Absolutio à iuramento obtenta ad effectum agendi, & excipiendi, habilitat absolutum ad comparendum in iudicio sine metu periurij; sed non tollit vires, & robur iuramenti.*
8 *Clausula de stylo notariorum apponi solitæ non nocent, sine præcedente certioratione.*
9 *Turpitudinem propriam quis allegare non potest.*

DECISIO II.

IN IMPRESSIS XLIV.



ROPOSITO dubio 15. Nouembris præteriti, vna tantum parte informante, resoluto, Domini in vtraque eius parte steterunt in decisis. Et circa primam validitatis obligationis Lucæ Granafei in censu ab illius patre impo-
1 sito, moti sunt, quia † valida est obligatio filij pro patre *l. filius familias, vbi glos.* & *Doct. C. de fideiussor. l. si dubitet, §. filius familias ff. eodem l.* 1. *C. de filio famil. min. l. si ex alio C. quod cum eo.*

Non obstat pragmatica Regni Neapol. prohibens recipi obligationes filiorum fa-
2 milias sine expresso † patris consensu: Quia non inhabilitat personas, neque annullat contractus aliter factos, sed tantum dirigit verba in notarios, ne, sub certis pœnis in ea contentis, recipiant obligationes filiorum familias, nisi in præsentia, & de consensu patris, vel nisi sint emancipati, & viuant seorsim à patribus: quod etiam patet ex subsequenti declaratione pragmaticæ ad supplicationem quorumdam notariorum emanata, quod si notarij interrogauerint partes, an sint patres familias, & viuentes seorsim à patribus, & illæ mendacium dixerint, ipsi tunc nõ tenea ntur ad supradictas pænas, facta de hoc nota in instrumentis, sed acta non teneant, licet vbi etiam annullaret contractus, non com-

comprehenderet obligationem filij de iure promissam pro patre, ex *Caranit. super hac pragmat. de Senatusc. Maced.* §.11.*nu*.11.*&* 16. & ex alijs deductis in alia decisione 15. *Nouembris coram me*.

3 Et quamuis patet † non possit in suimet fauorem consentire, *Soccin. cons.* 23. *nu.* 15. *lib.* 4. & fuit dictum *in Bononien. census* 29. *Nouembris* 1618. *coram Reuerendissimo Atrebaten.* & in terminis pragmaticæ *Vrsill. ad Afflict. decis.* 193 *num.* 22. *&* 23. Hoc tamen procedit, vbi consensus requiritur ad integrandam personam contrahentis, non autem vbi ratione præiudicij consentire de-A bentis A, *Doct. communiter in l.* 1. §. *fuit quæsitum ff. ad Trebell. Lamberteng. de contract. mulier. glos.* 10. *num.* 3. *Franch. decis.* 14. *num.* 2. quod non considerat *Vrsill.* hic autem requiri consensum ratione præiudicij, laté probat *Caranit. d. pragmat. de Senatc. Maced.* §.1. *à num.* 15. *ad finem*, *& Io. Franc. Scaglion. ibi in princip.* & ex supra relatæ constitutionis tenore apparere potest.

Placuit etiam responsio data in alia decisione 11. *Aprilis* 1611. *coram Reuerendis-4 simo Lugdunen.* non † comprehendi sub pragmatica hunc casum obligationis iuratæ, cum neque directè de casu iurato dispo nat, quod non posset tanquam constitutio B laicorum B, *Bart. in l. omnes populi num.* 25. *ff. de iustit. & iur. Alexand. consil.* 27. *nu.* 7. *lib.* 5. de veriori, & magis communi, *Soccin. Iun cons.* 32. *num.* 31. *lib.* 3. cum alijs in alia decisione cumulatis: neque etiam directè præsumendo simulationem, vel dolum, ad *Castrens. cons.* 314. *num.* 7. *lib.* 1. *Verall. decis.* 200. *par.* 3.

Quoad secundam partem, quod Grana-5 seus † potiri non possit beneficio *l.* 1. *&* 2. *C. quod cum eo*, cui renunciauit, ratio fuit, C quia renunciatio est valida C, vt ex *Alber. Paris. & Franc. decis.* 164. *num.* 7. *& decis.* 181. in alijs decisionibus allegatis firmat *Andr. Molphes. cons.* 4. *num.* 4. *post commentar. ad consuetud. Neapolitan.* Et multò magis accedente iuramento, vt in vtraque decisione firmatum fuit.

6 Non obstat absolutio † à iuramento, postquam posse renunciantem gaudere beneficio prædictarũ legum, tradit *Vrsill. ad Afflict. dec.* 308. *n.* 21. referens, ita in magna Curia Vicariæ fuisse bis obseruatũ, nisi eo præsupposito inualiditatis renunciationis, iuxta opinionem, in quam ipse inclinabat, quæ tamen vera non est ex prædictis; imò tempore suo fuisse dubitatum, an sufficeret generalis renunciatio cum iuramento, nec fuisse decisum in causa cuiusdam Tinti, refert *Franc. d. decis.* 181. vbi *num.* 9. quòd Notarij cum peritissimorum Aduocatorum consilio ab annis 40. renunciationem in specie apponunt ad tollendam difficultatem. Si itaque valet renunciatio, sublato iuramento illa non tollitur. Sed nec iuramentum, eiusque robur, & efficacia sublata fuit in casu isto, quo fuit obtenta ab Ordinario absolutio ad comparendum in iudicio sine metu periurij, *Bald. in l. hac scriptura num.* 2. *ff. de condit. & demonstr. Castrens. cons.* 249. *col.* 3. *post med. vers. sed remanet dubium lib.* 2. *Aym cons.* 7. *num.* 7. *Couar. resolut. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 6.

8 Nec placuit ratio, quod huiusmodi renunciatio de stylo notariorum apposita censetur, & sic non possit nocere Granaseo sine præcedenti certificatione *Molphes. d. cons.* 4. *num.* 5. 9. *&* 19. Quicquid enim sit de illius veritate (quando sumus in maiori, prout in minori consuluit *Molphes.*) nulla erat hic necessaria certioratio renuntia-9 tionis I. V. D. qui non potest † propriam turpitudinem, & iuris ignorantiam allegare *l. professio, vbi Gloss. & Doct. C. de muner. patr. lib.* 10. cum allegatis in alia decisione. Quod autem Granaseus esset Clericus tempore obligationis, non probatur; quod si nunc doceret se talem, posset probatis requisitis petere se admitti ad beneficium *cap. Odoardus de solut.* quod est quid diuersum à præsenti disputatione.

ANNOTATIO.

A Quando tamen auctoritas patris in contractu filij non requiritur à statuto ad ipsum contractum solemnizandum, persona filij semper est integranda, & pater authorizare non potest, quando filius pro ipso obligatur, sed debet fieri per præsentiam, & decretum Iudicis, per quod patris auctoritas à iure suppletur, vt late alijs adductis fuit dictum in *Bononien. pecuniaria* 21. *February* 1625. *coram R. P. D. meo Pirovano*, vbi quod auctoritas patris dicitur requisita à statuto pro solemnitate; quando in eo adest clausula irritans contractum, si secus actum fuerit.

B Ad materiam vide *Mascard. de probat. conclus.* 1059. *à num.* 64. *Guttier. in auth. Sacramenta puberum, num.* 46. *cum seqq. Cod. si aduers. vendit. & de iurament. confirmat. par.* 7. *cap.* 12. *num.* 9. *Molin. de iustit. & iur. tract.* 2. *disp.* 271. *vers. addimus praeterea. Suarez de relig. tom.* 2. *tract.* 5. *lib.* 2. *cap.* 38. *nu.* 15. *Barbos. in l.* 1. *p.* 1. *num* 78. *ff. solut. matr. Cald. Pereir. in l. si curatorem, verb. minoribus nu.* 4. *&* 6. *C. de in integr. restitut.*

C Vide quæ notaui sup. *decis.* 20. *sub lit. E*, & infra in *Romana nullitatis obligationis* 24. *Nouemb.* 1617.

Ioannes Franciscus Ferentillus.

CO-

CORAM EODEM.

ROMANA NVLLITATIS OBLIGATIONIS
Veneris 24. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Filius familias ad obligationes pro patre factas non tenetur, nisi in quantum facere potest, etiam stante obligatione Camerali iurata; nisi expressè renuntiauerit beneficio l.2.C.quod cum eo.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio* l.2.C.quod cum eo, *quilibet potest renunciare, num.* 1. *præsertim accedente iuramento num.* 2. *vbi ratio assignetur.*
3 *Renunciatio beneficio* l.2.C.quod cum eo *debet esse specialis, & expressa, nec sufficit generalis.*
4 *Beneficium* d.l.2. *pendet ab euentu solutionis patriæ potestatis, ideo non comprehenditur sub generali renunciatione.*
5 *Renunciatio generalis non trahitur ad exclusionem iuris, quod oritur ex causa de futuro.*
6 *Renunciatio specialis, & expressa requiritur in iure de futuro, & ignorato.*
7 *Filius fam. qui post mortem patris abstinuit se ab hæreditate paterna, gaudet beneficio* l.2.C. quod cum eo, *& idem est si adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij & num.* 21.
8 *Clausula,* renuncians omni legum, & iuris auxilio, *comprehendit beneficium* d.l.2.C. quod cum eo. *Contrarium, num.* 11.
9 *Cedendarum beneficio renunciatum non censetur per clausulam*, Renuncians omni legum &c. *& num.* 11.
10 *Cedendarum exceptio non tollitur per obligationem Cameralem.*
12 *Cameralis obligatio non continet renunciationem beneficij,* l.2.C.quod cum eo.
13 *Clausula in solidum, & de soluendo totum, & integrum debitum, an tollat beneficium* l.2.Cod.quod cum eo, *& num.* 15.
14 *Obligatio filij familias semper est in solidum, & de soluendo totum, & integrum debitũ.*
16 *Iuramentum non mutat naturam contractus, super quo apponitur, sed secundum illam intelligitur, & eandem recipit iuris interpretationem.*
17 *Iuramentum roborat obligationem, non autem auget illius effectum.*
18 *Iuramentum in renunciatione appositum ad illos tantum casus refertur, ad quos renunciatio ipsa extenditur.*
19 *Iuramentum non obstat exceptioni* l.2.C. quod cum eo.
20 *Beneficio ne quis conueniatur, nisi in quantum facere potest, renunciari nequit, quando competit personæ renuntianti propter debitam reuerentiam, secus si ratione contractus, vel societatis: & explicatur in marito, & Socero.*
22 *Filius familias tenetur ad obligationes pro patre factas de bonis castrensibus, vel quasi, & aduentitijs, quæ habebat de tempore obligationis.*

DECISIO III.

IN IMPRESSIS CCLXXXI.



Licet vera sit cõclusio, quod
1 possit † renuntiari beneficio *l.2.ff.et C.*quod in eo, *in princ. Frãc.decis.*164. *num.*7. *&* 182. *n.*8. *&* 9. *Vrsill. ad Afflict.decis.* 308. Et ita omnium voto resolutum fuisse in Concilio Regni Siciliæ refert *Mar.Giurb.decis.*42.*nu.*7. *& in Brundusina pecuniaria* 11. *Aprilis* 1611. *coram Reuerendiss. Lugdunen. & coram me* 15. *Decembris* 1613. *&* 21. *Aprilis* 1614.
2 Quod sine difficultate procedit † accedente iuramento, cum dicta renunciatio non
A sit inducta ex causa reuerentiæ, A, & contra bonos mores, *Didac. in repet.cap.quamuis de pact. in initio* 2.*part.num.*4.*in fin. & n.* 5.*vsque in finem, & præsertim num.*8.*in fin. vers.quinimò aduersus*: sed concernat primario fauorem priuatum, & ideo esse extra om-

omnem difficultatem, docet *Laderch. conf.*
30. n. 10. in fin. & in specie huic beneficio
iuramento renunciari posse, *Caravit. super*
rit. Mag. Cur. rit. 166. nu. 70. in fin. & in prag-
mat. per excellentem, §. vel fuerint emancipa-
ti, nu. 70. in fin. & latè d. decis. Sicil. 42. n. 9.
Veruntamen alia quoque conclusio ve-
3 ra est, quod generalis † renunciatio non
sufficit, sed necessaria est expressa, & spe-
cialis; in quibus terminis ponendo illius
formam loquitur *Alberic. in d. rubr. C. quod*
cum eo, Paris. cons. 84. num. 48. in fin. lib. 1.
Vrsill. ad Afflict. d. decis. 308. quem repre-
hendit *d. decis. Sicil. 42. nu. 7.* dum dixit, Al-
bericum non requirere specialem renun-
ciationem, & ita etiam tenet *d. decis. Franc.*
181. num. 4. 9. 11. & 13. Minad. cons. 17. circa
fin. Molphes. cons. 4. num. 1. & 2. qui testatur,
ita fuisse decisum per Concil. Neapolit. &
latè cumulat *d. decis. Sicil. num. 19. & 20.*
4 Cum istud namque beneficium † pendeat
ex euentu solutionis patriæ potestatis, non
comprehenditur sub generali renunciatio-
ne, quæ non extenditur ad beneficium,
quod non competit de tempore ipsius re-
nunciationis, sed pendet ex alio euentu,
vel conditione, *Bald. in l. si diuisa, C. locat.*
Roman. cons. 472. nu. 5. Dec. cons. 27. Marsil.
in rubr. de fideiuss. num. 29. Card. Mantic. de
tacit. lib. 6. titul. 19. num. 10. & 11. Nec
5 trahitur † ad exclusionem iuris, quod or-
tum habet ex causa de futuro, *Rom. d. cons.*
472. num. 5. vers. secunda, & generalis. Dec.
d. cons. 27. num. 3. Marsil. in d. rub. de fideiuss.
num. 29. vers. secundò dicit. Et generale est,
6 quod † in iure de futuro, & ignorato, spe-
cialis, & expressa renunciatio requiritur,
Bart. in l. 1. num. 4. & ibi Ias. num. 17. vers. in
3. membr. Zuccard. num. 159. & Rip. num. 26
C. de pact. Tiraquell. in l. si vnquam, in præ-
fat. num. 130. cum alijs per Surd. cons. 25. nu.
28. & cons. 418. num. 24. & in terminis latè
comprobat *d. decis. Sicil. 42. nu. 23. vers. 2.*
Huiusmodi verò specialis, & expressa re-
nunciatio non legitur, nec apparet in in-
strumentis obligationum factarum per
D. Angelum dum erat filius familias, quod
nec per partes controuertitur, sed credito-
res prætendunt illam resultare ex alijs pro-
ut infra: Ideo cum dictus Angelus per
7 mortem dicti eius patris, sui † iuris effectus
se abstinuerit ab hæreditate paterna, om-
niaque bona hæreditaria creditoribus di-
miserit, nihil obstat, quin ipse debeat gau-
B dere huiusmodi beneficio, B, iuxta cla-
ram dispositionem dd. iurium, & in istis
præcisis terminis, latè *Paris. d. cons. 94. num.*
43. & seqq. Vrsil. ad Afflict. d. dec. 308. Franc.
d. decis. 118. cum alijs supra citatis.
Non obstant clausulæ, ex quibus præ-
8 tenditur † resultare hanc expressam renun-
ciationem, vel illi æquipollentem. Et pri-
mò clausula *Renuncians omni legum, & iu-*
ris auxilio, quam sufficere tenuerunt *Corn.*
cons. 181. volum. 5. Gozzad. cons. 69. num. 20.
Rolan. cons. 13. num. 20. volum. 1. & cons. 17.
nu. 16. volum. 4. Bertazzol. de claus. instrum.
claus. 4. glos. 6. nu. 4. cum alijs per *Modern.*
claus. 36. num. 5. p. 1. Nam quicquid sit an
hæc clausula dicatur specialis, vel expres-
sa, vel æquipollens, ita vt possit operari re-
nunciationem istius beneficij, quod non
de præsenti, sed de futuro, & ex noua cau-
9 sa competit: prout in simili, per † illam nō
censeri renunciatum beneficio cedendarū,
voluit *Roman. cons. 472. num. 2. in fin. Dec.*
cons. 99. num. 3. & 446. num. 1. & Addentes
ad ipsum in cap. ex parte, il secondo, num. 58.
littera F. de offic. deleg. Qui hanc opinionem
veram dicunt, & de veriori, *Mandos. in ad-*
dit. add. cons. Roman. 472. in litt. P, & de æquio-
ri, veriori, ac communiori, *Bertazz. d. claus.*
40. glos. 6. num. 2. in fin. quem refert *Gratian.*
discept. forens. cap. 409. num. 5. & 6. Imò nec
10 etiam † per obligationem Cameralem ta-
le beneficium cedendarum tolli censuit
Rota in Romana mutui 16. Nouembris 1610
coram Illustriss. Card. Lancellotto, vbi a-
legatur alia decisio in *Romana societatis 19*
C *Martij 1575. coram Oriolen.* C, & in specie
11 beneficij, † de quo agitur, d. clausulam nō
sufficere, tenet *d. decis. Sicil. 42. num. 21. vers.*
generalis ergo; visa non fuit Dominis neces-
12 saria hæc inspectio, cùm hæc † clausula
non contineatur in hodierna formula obli-
gationis Cameralis, quæ est impressa per
Zacch. in eius commen. ad Gallef. de oblig.
Camer. fol. 3. prout continebatur in formu-
la, & extensione de tempore *Putei, vt in eius*
decis. 456. lib. 2. secundum non. impress. relata
per bon. mem. Card. Blanchettum in Romana
3. mil. 18. Aprilis 1588. impressa in d. comm.
D *ment. num. 143.* D.
Secundò non obstat clausula *in solidum,*
13 & alia † contenta in obligatione Camera-
li, *de soluendo totum, & integrum debitum,*
per quas censetur renunciatum dicto be-
neficio, *Ias. in l. sunt qui in id num. 5. ff. de*
re indic. Alex. cons. 133. in princ. vol. 5. Corn.
cons. 28. num. 6. Rimin. sen. cons. 584. in princ.
vers. comprobatur secundo lib. 3. Gutier. in re
pet. l. nemo potest num. 320. ff. de legat. 1. Quia
14 obligatio † filij familias pro patre semper
est in solidum, & de soluendo totum, & in-
tegrum debitum *l. nulla; & l. si ex alio Cod.*
quod cum eo, & tradunt communiter *Doct.*
in d. l. 2. C. eod. vbi præsertim *Salyc.* de com-
15 muni; nec † debet excludi virtute dicta-
rum clausularum exprimentium id, quod
tacitè inest, *ad reg. iur. in l. 3. ff. de leg. 2. cum*
vulgar. Vltra quod nec applicantur præci-
tatæ authoritates, quia loquuntur in eo,
cui de tempore promissionis, vel renuncia-
tionis beneficium, seu priuilegium compe-
tebat, vt in socio, & in hærede cum benefi.
leg. & inuentarij: hic autem beneficium

l. quod

l. quod cum de eo, de tempore renunciationis Angelo non competebat, sed superuenit statim postquam factus est sui iuris, ex supradictis.

Demum non obstat iuramentum: quia
16 illud † non mutat naturam contractus super quo est appositum, sed secundùm illam intelligitur, eandemque recipit iuris interpretationem, *vt not. communiter DD. in cap. cum contingat, de iur. iur. Card. Mantio de tacit. lib. 4. tit. 31. num. 28. Gabr. conclus. 63. num. 5. vol. 1. Card. Seraph. dec. 66. num. 4.* Et solum corroborat, ac confirmat obligationem, non autem auget il-
17 lius † effectum, nec ampliat actum. *Bald. in l. si procurator, num. 10. in fin. ff. de condict. indeb, Cels. Vgo. cons. 24. num. 21. Surd.*
18 *cons. 20. num. 8.* & tantum ad illos † casus refertur, ad quos ipsa renuntiatio trahitur, non vltra, *Bart. Bald. & Ang. in l. sed si quis, §. quaesitum, ff. si quis caut. Alexand. cons. 28. num. 12. lib. 1. Roman. d. cons. 472. in fin.* Et propterea iuramentum huic exceptioni obstare negarunt *Vrsill. ad Afflict. dicta decis. 308. num. 2. versic. etiam si fuisset iuratum, Franch. dicta decis. 181. num. 13. Minad. dicto consil. 17. num. 6. Molphes. dicto cons. 4. num. 2.* cum cumulatis per *dict. decis. Sicil.* hanc opinionem sequentem *num. 26.* Nec dissensit Rota *in illa Brundusina*, in qua legebatur expressa renunciatio cum iuramento, & sic intrabat conclusio primo loco firmata.

Et ita fuit vtraque parte informante resolutum, causa bis proposita, videlicet hodie, *& sub die 20. Iuny 1616.*

ANNOTATIO.

A Priuilegio, quòd quis non conueniatur, nisi in quantum facere possit, renunciari nequit; quando competit personae renuntianti propter debitam reuerentiam; secus quando competit alia ratione, nem-
20 pe † contractus, vel societatis: vt praeter citatos in decisione, sic distinguendo tradunt, *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. gloss. 3. clausul. 7. part. 11. num. 54. & seqq. Mastrill. decis. 93. num. 3. Gomez de potest. in se ipsum lib. 2. cap. 24. num. 2. Paschal. de virib. patr. potest. par. 2. cap. 9. n. 26. Giurb. hic citatus in commentar. ad consuetud. Senat. Messanen. cap. 13. gloss. 6. par. 1. num. 40. & 41. Gratian. discept. forens. cap. 799. nu. 16. Rota in Recanaten. separationis thori 26. February 1625. coram R. P. D. meo Pirouano*, vbi quod maritus non teneatur vxori ad restitutionem dotis, nisi in quantum facere potest, etiamsi huiusmodi priuilegio cum iuramento renunciauerit, post *Alex. Aretin. Comen. & Roman. in l. alia, §. eliguntur. ff. solut. matrim. Laderch. consil. 30. num. 9. Franch. decis. 164. num. 14. Couarr. loco hic alleg. num. 6. Barbos. in l. maritum num. 27. vers. prima ampliatio ff. solut. matrim.* & alios supracitatos. & quod idem procedat in Socero, cui debetur honor, & reuerentia *iux. tex. in l. rei iudicatae, §. Socero ff. solut. matrim. tradunt Barbos. in d. l. maritum num. 57. Vincent. de Franch. d. decis. 164. Additio ad decis. 119. Thesaur. Giurb. decis. 73. num. 3. & in Comment. ad consuet. gen. Messan. d. cap. 13. gloss. 6. par. 1. numer. 41. Paschal. d. cap. 9. numer. 21.* vbi quod hoc locum habeat tàm in Socero mariti, quam in Socero vxoris, tàm constante, quam soluto matrimonio, *Fontanell. vbi proxime num. 95. & duobus seqq. Brun. in tractat. de cess. bon. in 4. part. princ. quaest. 21. n. 1. & seqq. Marc. Anton. de Amat. decis. March. 16. num. 2.*

B. Adde, quod idem procedit, si filius adiuit haereditatem patris cum beneficio legis & Inuentarij; quia, ad hunc effectum
21 paria † sunt abstinere, vel haereditatem cum beneficio huiusmodi capere; ita *Minad. cons. 17. num. 3. Giurb. post alios decis. 43. num. 25. ad med. Molphes. cons. 42. num. 29. post. 2. tom. super consuetud. Neapolit. Addit. ad Vincent. de Franch. decis. 70. in fin. Gratian. discept. 799. num. 42.*

C. *Zacch. ad Galles de obligat. Cameral. quaest. 17. num. 67. Gratian. d. cap. 799. n. 27. & 28.* & fuit dictum *in Romana fructuum census 29. May 1626. coram R. P. D. meo Merlino*, in qua haec decisio allegatur.

D. E. Quod obligatio Cameralis non contineat renunciationem beneficij *l. 2. C. quod cum eo*, dixit Rota *in Anconitana pecuniaria 1. July 1623. coram bon. mem. Remboldo.* in qua allegatur alia Decisio *in Romana dotis 12. Nouembris 1621. coram bon. mem. Cardinali Caualerio*, cum alijs non impres-
22 sa. Tenetur † tamen filius familias ad obligationes pro patre factas de bonis proprijs castrensibus, vel quasi castrensibus, vel aduentitijs, quae habebat tempore obligationis, *Vincent. de Franch. decis. 70. num. 2. & 3. Gratian. discept. 576. num. 1. & seqq. Rota in d. Anconitana pecuniaria coram bon. mem. Remboldo.*

Ioannes Franciscus Ferentillus.

R. P. D. REMBOLDO

ANCONITANA PECVNIARIA

Veneris 1. Iulij 1622.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias tenetur de bonis proprijs quæ habet tempore obligationis, quia potest ex quacumque contractu obligari.*

2 *Sed non tenetur nisi in quantum facere potest, si effectus sui iuris abstineat ab hæreditate Patris.*

3 *Filius familias gaudet beneficio deducto ne egeat, si se obliget tam ex propria voluntate quam patris.*

4 *Non tamen gaudet quoad bona paterna, nec quoad castrensia, vel aduentitia, quæ habet tempore obligationis.*

5 *Sed tantum quoad personam & bona propria, acquisita postquam est effectus sui Iuris.*

6 *Filius familias obligatus in forma Cameræ non renuntiat beneficio deducto ne egeat quia requiritur expressa renunciatio & in formula obligationis Cameralis dicta sententia non legitur.*

DECISIO IV.

Hæc est impressa inferius decis. III.



EXISTENTE Iacobo filio familias, accessit cuidam obligationi factæ à Io. Baptista eius patre, & se in ampliori forma Cameræ pro patre obligauit; & eo deinde sui iuris effecto, fuit contra ipsum vigore dictæ obligationis decretum, & relaxatum mandatum: à quo cum appellasset, causamque appellationis mihi obtinuisset committi cum clausula, si quid exequendum: Dubitaui, an d. mandatum sit exequendum contra bona propria, & personam dicti Iacobi. Et Domini censuerunt, esse exequendum contra bona propria Iacobi, quæ habebat tempore obligationis per eum factæ non autem contra personam. Nam regu-
1 la est contra d. Iacobum, quod † filius familias potest ex quocumque contractu obligari, *l. filius familias la secunda ff. de action. & obligat. l. tàm ex contractib. & ibi Castrens. ff. de Iudic. Cephal. consil. 323. & consil. 487. num. 41. Mantic. de tacit. & ambi. lib. 14. titulo 14. num. 22.*

Licet conueniri non possit pro contractibus initis dùm esset in patria potestate, postquam est effectus sui Iuris, & abstinuit
2 ab hæreditate paterna, nisi † in quantum facere potest, & sic deducto ne egeat, iuxta beneficium *l. 2. ff. & C. eod. quod cum eo*, quod locum habet in filio famil. se obligante, siue ex voluntate patris siue ex propria voluntate, vt sunt verba 2. leg. 2. Ta-
3 men hoc benefitio nec quoad bona paterna, cum illa sint obnoxia creditoribus vsque ad obiectum, & imò filius teneatur iuxta terminum *dictæ legis* 2. penitùs abstinere ab hæreditate paterna, nec etiam
4 quoad bona propria tum castrensia, vel etiam aduentitia, quæ habebat tempore obligationis, vt expresè tenet *Paulus de Castro in d. l. 2. in fin. ff. quod cum eo*, quem sequitur *Franc. decis. 70. num. 7. & 8.* cum alijs congestis per *Modern. discept. Forens. cap. 576. num. 1. & sequent.* ita quod d. be-
5 neficium suffragatur D. Iacobo quoad personam tantùm, ne scilicet possit conueniri, & quoad bona propria acquisita postquam est effectus sui iuris, non autem quoad bona paterna, nec quoad bona quæ habebat tempore factæ obligationis, per *Castrens. loco proxim. citato.*

Nec obstat quod prætenditur, Iacobum renunciasse per obligationem Cameralem benefitio *dictæ l.* 2. Quia ad hunc effectum requiritur expressa renunciatio, quæ in
6 moderna formula † obligationis Cameralis non legitur, vt in puncto fuit firmatum *in Romana nullitatis obligationis 24. Nouembris 1617. coram R. P. D. meo Buratto, & in Rom. dotis 12. Nouembris 1621. coram R. P. D. meo Caualerio.*

Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO

RECANATEN. SEPARATIONIS THORI.

Mercurij 26. Februar. 1625.

ARGVMENTVM.

Maritus, quando pro restitutione dotis conuenitur, non potest carcerari, cum habeat priuilegium, ne teneatur vltra quam facere possit: & quid si se obligauerit in forma Cameræ ad eam restitutionem: item quid si maritus in legem matrimonij commiserit.

SVMMARIVM.

1 *Maritus pro restitutione dotis, non tenetur vltra quam facere potest.*

2 *Maritus cum in restituenda dote, non teneatur vltra quam facere potest, effectus huius priuilegij est, ne pro hoc possit carcerari.*

3 *Maritus, in restitutione dotis non gaudet priuilegio ne teneatur vltra quam facere potest, si se ad eam restituendam obligauit in forma Cameræ.*

4 *Obligatio Cameralis continet in se amplissima clausula renuntiationum, & signanter omnis legum, & iuris auxilio,*

5 *Clausula, renuncians omni legum, & iuris auxilio, sufficit ad tollendum priuilegium, ne quis conueniatur vltra quam facere potest. vide n.6.*

7 *Priuilegium, ne quis condemnetur vltra quam facere potest, non destruitur per clausulam, renuncians omni legum auxilio, quando competit ratione reuerentia.*

8 *Pactum, quod maritus conueniatur vltra quam facere possit, non tenet, cum sit contra bonos mores.*

9 *Vxores tenentur maritis exhibere debitam reuerentiam.*

10 *Renunciatio non tenet, quando in ea inest turpitudo.*

11 *Actus quando tendit contra bonos mores, tunc iuramento non firmatur.*

12 *Iuramentum non mutat naturam contractus, nec auget obligationem, sed addit vinculum religionis.*

Qua postquam est in esse deducta, propter iuris resistentiam, non etiam potest ex religione vinculari, & n.12.

13 *Maritus, si in legem matrimonij commiserit, factus est indignus priuilegio l. maritum ff. solut. matr. Contra num.14. & 15.*

15 *Renunciatio contra bonos mores, si nec directè, & expressè teneat, ergo multo minus tacitè.*

16 *Renunciatio, vt teneat, videndum est, an adsit potestas in renunciante.*

17 *Per Thori separationem non soluitur vinculum coniugale. Et propterea semper remanet spes ad eundem thorum reuertendi, quatenus morum reformatio concurrat. n.18.*

19 *Bertazzol. in consl. crimin. 551. per tot. reijcitur.*

20 *Mariti ingratitudo ab ipsa sæuitia, in quo differat.*

DECISIO V.

In recent. par.4. tom.3. Dec. DXCIV.



ANTONIVS, post passā super omnibus bonis exequutionem, pro restitutione dotis, & quarti eiusdem, fuit vlterius carceratus pro exequutione mādatorum Rotalium, postea relaxatus in honorem feriarum Natiuitatis, cum cautione de redeundo ad carceres in termino præfixo; interim autem cœpit prætendere se non teneri redire, ex eo quod conueniri non potest vltra quam facere non possit: vnde, cum particulariter dubitatum esset, an teneatur solum in quantum facere potest, ita vt non possit carcerari; dictum fuit non teneri.

Fundamentum resolutionis deductum
1 fuit ex *l. maritum ff. sol. matrim.* in † qua cauetur, maritum pro restitutione dotis non teneri vltra quam facere potest: cu-

ius

2 ius † priuilegij effectus est, ne carcerari possit pro eadem dotis restitutione, *Bald. in l. liber. captiu. C. de postlim. reuersi. Franc. Aretin. in l. alia §. eleganter, num. 1. ff. solut. matrim. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 4. vers. fit tandem, Thes. decis. 159. n. 3. Franch. decis. 163. num. 2. Bran. de cess. bon. quæst. 13. 4. quæst. princip.*

Neque obstat, quòd Antonius pro resti-
3 tutione dotis † & quartæ dotalis, cum iuramento, & secundum formam obligationis cameralis se obligauerit, in qua con-
4 tinentur † clausulæ amplissimæ renunciationum, & signanter omni legum, & iuris auxilio, quam sufficere ad tollendum
5 priuilegium ne quis conueniatur † vltra quam facere potest, tenuit Rota ex multorum sententia *in Brundusina pecuniaria*, quæ est *decisio 485. num. 1. par. 2 recent.*

Quia cum distinctione fuit responsum, quòd, aut priuilegium prædictum compe-
6 tit renunciami ratione contractus, † vel societatis; & in his terminis procedunt allegata *in supradicta decisione*: aut priuilegium competit ratione reuerentiæ per-
7 sonæ, † prout in præsenti, & tunc renunciatio, defectu potestatis renunciantis, non tenet *l. alia §. eleganter, ff. solut. matrim.*
8 vbi expresse cauetur, pactum non † tenere, quòd maritus conueniatur vltra quam facere potest, quia est contra bonos mores, quippè, cum contra receptam reueren-
9 tiam, quæ † maritis exhibenda est, id esse appareat, & hanc partem sequuntur latissimè *Alexand. in d. §. eleganter, Roman.*
10 *Aretin. Comen.* dicentes non tenere † renunciationem eo quod inest turpitudo, & alij *alleg. per Ladesch. cons. 30. num. 9. Franc. decis. 164. num. 14.* affirmans veriorem esse opinionem *Couar. in cap. quamuis pactum, num. 6. de pact. Barbos. in l. Maritum, n. 27. vers. prima ampliatio, ff. solut. matrim. Mastrill. decis. 93. num. 3. Gomez. de potest. in se ipsum. lib. 2. cap. 24. num. 2. Paschal. de virib. patr. potest. par. 2. cap. 9. nu. 26. Fontanell. de pact. nuptial. par. 2. glos. 3. claus. 7. part. 11. num. 54. & seq.* omnes affirmantes non tenere, etiamsi adhibitum fuerit iu-
11 ramentum, quia vbi actus † tendit contra bonos mores, tunc iuramento non firmatur, & *Franc. decis. 181. num. 13.* dicit, iuramentum non mutare naturam contra-
12 ctus, nec augere † obligationem, sed addere vinculum religionis, quæ postquam est in esse deducta, propter iuris resistentiam, non etiam potest ex religione vinculari, & allegata *decisio 485. num. 2. in fin.* conuenit in hac distinctione, ibi, renunciari potest, si non sit inductum ratione reuerentiæ.

Quod si dicatur nihilominus dicto priuilegio *l. Maritum, ff. solut. matrim.* An-
13 tonium iuuari † non posse, ex quo per sæuitiam, & ingratitudinem, iam ex sententijs Rotalibus declaratam in legem matrimonij, factus sit indignus legis auxilio, *l. si ab hostibus, §. si vir vxorem, ff. solut. matrim. Bald. in l. adhuc, numer. 21. C. de iur. dot. Anchar. consil. 498. in princ. Lopez in rubr. de donat. inter virum & vxorem §. 6. ff. num. 12. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 36. num. 13. & tit. 7. quæst. 25. num. 1. & 2. Bertaz. in cons. crimen. cons. 551. per tot. qui in his terminis respondit.*

Adhuc visum fuit obiectum posse enira-
14 ri, † sequendo rationes contrariæ opinionis; quam defendunt *glos. in cap. 1. in verbo totam, de donat. inter vir. & vxor. Barbos. post multos in d. l. Maritum, num. 43. & seq. solut. matrim.* Directè enim, expressè
15 non † tenet huiusmodi renunciatio, tanquam contra bonos mores; ergo non tacitè delinquendo in legem id videtur licere; prout argumnt *Barbos. vbi supra & Franc. decis. 164. num. 13.* quia semper de-
16 ficit potestas † in renunciante, quæ ad effectum renunciationis, siue expressæ, siue tacitæ, semper requiritur: nec cessat suppositum reuerentiæ maritalis, *in §. eleganter* pro ratione consideratum, quia per se-
17 parationem thori, non soluitur † vinculum coniugale *cap. 1. de diuort.* vbi *Hostien. sub num. 1.* idem aduertit, vt propterea semper remaneat spes ad eundem thorum
18 reuertendi, quatenus † morum reformatio concurrat, atque ita durat illud ius reuerentiale, per quod tale priuilegium à iure legitur indultum. Nec vrgent rationes *Bertaz. d. cons. 551.* quia rationibus, & auctoritati *glos. in d. cap. 1. de donat. inter vir. & vxor.* magis inhærendum est, maximè, quia adducta per *Bertaz.* non tāgunt punctum impotentiæ renunciantis: & quatenus ille arguit ab ingratitudine, vt per eam priuilegia amittantur, in hoc etiam
19 erit aduertendum, multum † differre ingratitudinem ab ipsa sæuitia, saltem ratione iuris, & effectus, quia ingratitudo perficitur ex ipso actu, & ex consummatione sequitur effectus pœnæ indictæ, ita vt non sit locus pœnitentiæ, & reuersioni ad eundem thorum, in qua priuilegium potest conseruari.

Et ita, &c.



R.P.D.

R.mo eu. P. D. COCCINO DECANO

IANVEN. SEPARATIONIS THORI.

Die Lunæ 4. Iulij 1633.

ARGVMENTVM.

Maritus si conueniatur ab vxore ad dotis restitutionem, quando gaudeat priuilegio, (deducto ne egeat,) & quando illo spolietur.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quando conuenit maritum propter dotis restitutionem, tunc non condemnatur nisi in quantum facere potest.*

2 *Mulier non præsumitur habere nisi dotem suam. Mulier, excepta dote, præsumitur pauper. num. 2.*

3 *Prima charitas incipit a se ipso.*

4 *Altare vnum non est discooperiendum, vt alterum cooperiatur.*

5 *Personæ duæ priuilegiatæ vbi concurrunt, tunc illa præfertur, quæ tractat de damno vitando.*

Personis, quæ tractant de damno vitando, magis fauendum est. num. 5.

6 *Bald.* in l. quod nomine, ff. de condit. indeb. *defenditur.*

7 *Maritus, quando gaudeat priuilegio ne egeat, si dotem debeat restituere.*

Actori satis est, quod contra Iuris rigorem agat modificato modo, num. 8.

9 *Capitis diminutio non liberat quem à naturali obligatione.*

10 *Maritus gaudet priuilegio nè egeat, quando locus est restitutioni dotis, propter eius vergentiam ad inopiam.*

11 *Maritus non gaudet beneficio, ne egeat, dum thori separatio est secuta propter eius sæuitiam, & num. 13.*

12 *Beneficium, ne egeat, si alicui competat, tunc illo non potest vti, quando fuit ingratus.*

13 *Vir ingratus vxori perdit beneficium annalis restitutionis dotis, cum reliquis lucris.*

14 *Vir quando fuit ingratus vxori, tunc illa duo æquiparantur, scilicet priuatio lucri dotalis, & beneficium restitutionis, quo ad tempus.*

DECISIO VI.

In part. 6. recentior. CCXXXI.



OST latam sententiam super separatione Thori ad fauorem D. Barbaræ, vna cum relaxatione mandati pro restitutione dotis, D. Marchio illius maritus protestatus fuit, quòd cum non haberet nisi bona in Regno Neapolitano, non poterat super illis fieri exe-
1 cutio, † nisi deducto ne ipse, & filij egeant, iuxta textum *in l. maritum*, 13. *ff. solut. matrim.* & notant *ibidem* communiter *DD.* latè *Castagna in suo tractat. deducto ne egeat quæst. 1. per tot.* & fuit resolutum *in causa Recanaten. Separationis Thori 26. Februarij* 1625. *coram R. P. D. meo Pirouano.* Cæterùm, cùm feriæ instarent, hodie in vltima audientia in relationibus causarum super hoc feci verbum cum Dominis, qui visis memorialibus vtriusque partis, responderunt, quod & si prædicta conclusio verissima sit, & approbata à Rota in casu suo, *in dicta causa Recanaten.* nihilominùs non applicatur ad casum, de quo agitur.
2 Quia cum de iure † præsumatur, quòd D. Barbara non habeat, nisi suam dotem, & sic, quòd excepta dote sit pauper. *Thesaur. decis. 43. numer. 5. Vinc. de Franc. decis. 490. num. 28. in fine par. 3. Castagna in* istis terminis, & ad hunc effectum, *dicta quæst. 1. fallentia 4. num. 7.* Maritus non gaudet beneficio, deducto ne egeat: admisso etiam, sine veri præiudicio, quòd constaret de illiùs paupertate, de qua tamen non constat respectiue ad vxorem, cũ & ipsa vxor sit pariter pauper, nec habeat aliunde præter suam dotem, pro qua
3 debet propterea præferri, quia † prima charitas incipit à se ipso, *l. præses, C. de seruit. & aq.* & in pari causa necessitatis præfertur mulier, *l. assiduis, §. exceptis, C. qui pot.*
4 *in pign. habeantur*, & vnum † Altare non est discooperiendum, vt alterum cooperiatur, *l. verum, §. penult. ff. de minor.* & ita

ita in puncto tenent *Iacob. de Arena, in l. si*
maritus 54. *num.* 1. *ff. solut. matrim.* quem
ibidem sequitur *Bart. num.* 2. vbi etiam
Imola num. 2. qui de veriori opinione,
idem *Bart. d. l. maritum*, 13. *num.* 1. *ante*
finem, vers. & quantum. Franc. Areti nu-
mer. 1. qui rationem ex eo deducunt, quòd
5 quando concurrunt † duæ personæ priui-
legiatæ, illa præfertur, quæ tractat de
damno vitando: illi enim magis est fauen-
dum. *Bal. in l.* 2. *num.* 5. *C. quod cum eo*
& in l. si quis crediderit num. 1. *post Guliel-*
mum de Cuneo, ff. de pactis, qui expressè
loquitur in puncto, quando mulier repe-
tit dotem propter separationem Thori,
idem *Bald. in l. quod nomine, num.* 1. *in fin.*
ff. de condit. indeb. dum arguit pro, & con-
tra, & postea se remittit ad ea, quæ notat
Iacobus de Arena in d. l. si maritus, qui te-
net hanc sententiam, vt supra relatum
6 fuit; & propterea Baldus † non est sibi con-
trarius, vt putauit *Franc. Aret. loco supra*
citato. Padilla in d. l. præses, num. 8. *ff. de*
seruit. & acq. Greg. Lopez l. 15. *in verbo*
Biuir, in fine tit. 10. *par.* 5. *Conar. in regula*
possessor, de reg. iur. in 6. *par.* 2. §. 2. *num.* 4.
in fin. vers. hinc etiam deducitur. Matthæus
Brun. de cessione bonorum, quæst. 4. *princi-*
pali, quæst. 13. *num.* 1. *& quæst.* 20. *num.* 30.
Campeg. de dote part. 3. *quæst.* 241. *Rebuff.*
ad Regias Constitutiones tom. 2. *de lit. dilat.*
art. 1. *num.* 25. *Surd. de alimentis tit.* 1. *q.* 78.
num. 34. *& tit.* 8. *quæst.* 84. *num.* 3. vbi de
magis communi, prout de communi plu-
ries testatur *Barbos. in d. l. maritum* 13. *nu-*
mer. 96. *&* 97 *ff. solut. matrim.* licet ipse
contrarium teneat. *Marsil sing.* 99. *Fon-*
tanella de pactis nuptialibus part. 2. *clausu-*
la 7. *glos.* 2. *numer.* 93. *Gutierr. de iuram.*
confir. cap. 25. *num.* 4. vbi de magis com-
muni. *Vrsillus ad Afflictum decis.* 221. *nu-*
mer. 4. *& decis.* 222. *num.* 3. vbi quod ita
fuit iudicatum, *Molfesius ad consuetud.*
Neapolitan. par. 6. *quæst.* 9. *num.* 2. *Intrigliol.*
de casibus conscientiæ casu 35. *num.* 74. *Ant.*
Monac. de execut. in vestibus, cap. 12. *n.* 61.
Castagna, qui alios congerit *d. limit.* 4. *per*
tot. & alij DD. Moderni alios congerunt.

Neque obstat, quod propter mutatio-
7 nem † status debet maritus gaudere hoc
priuilegio, cum satis sit actori, quod con-
tra iuris rigorem agat modificato modo,
vt per *Bald. in d. l.* 2. *num.* 6. *in fine C. quod*
cum eo. Matthæus Brunus locis supra alle-
gatis. Intrigliolus de casibus conscientiæ lo-
co pariter supra allegato. Castagna d. limit.
4. *in fine*: Quia hoc dictum procedit,
quando propter mutationem status viri,
mulier agit ad dotem, & ita loquuntur
8 DD. prædicti, & ita intelligit † Baldum
Additio ad ipsum in verbo, iuris rigor, vbi
inquit, quod hoc dicit propter *leg.* 2. §. 1
9 *ff. de capit. dimin.* vbi dicitur, † quod ca-
pitis diminutio non liberat quem à natu-
rali obligatione, nec eum impedit postea
ciuiliter obligari; & iste non est casus no-
ster, quia non agitur de mutatione perso-
næ, vt quia vir sit bannitus, aut deporta-
tus. Et licet etiam supradicta limitatio
10 sublimitetur, † quando est locus resti-
stitutioni dotis ob vergentiam viri ad ino-
piam; vt per *Castagn.* quis alios refert;
d. limit. 4. *num.* 8. attamen etiam extra
istos terminos versamur.

Nec displicebat aliquibus ex Dominis,
quòd cùm separatio Thori fuerit facta ob
11 sæuitiam viri, & sic † ipse fuerit ingratus
erga vxorem, dum agitur contra ipsum
ad restitutionem dotis, propterea non po-
test gaudere dicto priuilegio, ne egeat, vt
per doctrinam *Iasonis in* §. *sunt præterea*
in verbo sed si quis num. 5. *vers. prædicta in-*
tellige vera, Instit. de actionibus, vbi vult
12 quod ille, † cui competit beneficium, de-
ducto ne egeat, non potest illo vti, quan-
do fuit ingratus, quia quemadmodum
propter ingratitudinem perdit alimenta,
per consequens debet perdere etiam hoc
13 beneficium: & hoc dictum quando † vir
fuit ingratus vxori, quod ipse vir non
possit vti beneficio, ne egeat, applicat ad
casum nostrum *Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 78.
in fine, vbi dicit hunc casum ab alijs DD.
non fuisse consideratum, & *Surdum* sequi-
tur *Fontanella de pactis nuptialibus, clausu-*
14 *la* 7. *glos.* 3. *n.* 10. vbi firmat, quòd † ma-
ritus perdit beneficium annalis restitutio-
nis dotis, cum reliquis lucris, quando fuit
ingratus vxori, & allegat *Vinium, dec.* 197.
num. 14. *& Stephan. Gratian. discept.* 405.
per totam, & bene etiam *Molin. de ritu nu-*
ptiarum lib. 3. *quæst.* 42. *num.* 18. & merito
dictus Fontanella vtroque loco æquiparat
15 istos duos casus, scilicet, † priuationis
lucri dotalis, & beneficio temporis resti-
tutionis, quando vir fuit ingratus vxori, &
similiter, quod vir non possit vti benefi-
cio ne egeat, quando pariter fuit ingra-
tus.

Et ita conclusum, visis & consideratis
rationibus pro vtraque
parte dedu-
ctis
in relationibus cau-
sarum,
&c.



R.P.D.

REVERENDISS. COCCINO

IANVEN. PRÆTENSÆ EXCARCERATIONIS.

Veneris 19. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Maritus licet regulariter habeat priuilegium in restitutione dotis, vt non possit condemnari, nisi in quantum facere possit, & sic non possit carcerari: sed hoc quando non procedat, & alia notabilia in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Pro mandato suspicionis fugæ potest quis etiam lite pendente in Rota, adire A. C. absque vitio attentatorum, quando adesset periculum in mora, ne captura non fieret, vt solueret.*

2 *Et hoc intellige, non ad effectum exequendi, sed vt debitor caueat de stando iuri, & iudicatum soluendo.*

3 *Arrestum factum ab alio Iudice, quam ab eo coram quo lis pendet, est attentatum.*

4 *Sed hoc intellige in simplici arresto; non autem, quando relaxatur ob suspicionem fugæ prauio iuramento.*

5 *Debitor, quando fuit captus in ipsa fuga, tunc bene dicitur, quod periculum erat in mora.*

6 *Debitor, quando est in actu fugæ, potest à quocumque Iudice capi.*

7 *Mandatum suspicionis fugæ tunc bene relaxatur, quando per creditorem fuit allegatum suum creditum, & debitorem esse suspectum de fuga, præstito super hoc iuramento.*

8 *Mandatum suspicionis fugæ non potest relaxari, quando creditum non est liquidum, nisi citato ipso debitore.*

9 *Mandata suspicionis fugæ non citato debitore in Vrbe, non conceduntur, nisi constito in actis summarie de credito liquido. & vide num. 10.*

11 *Circa relaxationem mandatorum suspicionis fugæ auctoritas A. C. videtur magis ampla, quam auctoritas aliorum Iudicum, & videtur relicta in dispositione iuris communis; & quare. num. 12.*

13 *Arbitrium intelligitur datum, prout de iure.*

14 *Index, quando præstare possit fidem iuramento suspicionis fugæ præstito à creditore contra debitorem.*

15 *Mandatum suspicionis fugæ, vt substineatur, sufficit, quod creditum sit canonizatum per plures decisiones, licet non sit lata sententia.*

16 *Mandatum suspicionis fugæ substinetur, si relaxetur pro debito in diem, vel sub conditione.*

17 *Debitor, quando fugam arripuit, tunc creditor non potest liquidare creditum ipso citato.*

18 *Creditor non est opus, vt faciat plenam fidem de credito, tempore impetratæ capturæ, si iam debitor fugam arripuit, cum fieri non possit parte absente.*

19 *Licet non iustificato postea credito, debitor debeat excarcerari.*

20 *In dote repetenda attendi debet domicilium viri.*

21 *In dote repetenda licet attendatur domicilium viri, tamen ista regula fallit, quando illa debet exigi propter aliquod accidens extra naturam contractus.*

Quia tunc attenditur locus, vbi reperitur vir, tempore perpetrati actus.

22 *Maritus, si conueniatur ad restituendam dotem in loco, in quo alias subijcitur, puta Romæ, tunc licet maritus possit declinare forum, ex aliquo priuilegio, puta legationis, &c. tamen fauore dotis poterit Romæ conueniri, reiecta sua petitione, vt remittatur ad suum forum originale.*

Roma est communis patria, num. 22.

23 *Separatio Thori, quando euenit culpa mariti, tunc ipse in restitutione non potest iuuari dispositione l. exigere dotem, ff. de iudic.*

24 *Matrimonium, quod dissoluatur morte vxoris, & quod facto viri fiat separatio thori, est quid diuersum.*

25 *Carcerationis debitoris quando prima causa substinetur, sit est, quod postea ex nouiter deductis, ostendatur non esse locum excarcerationi, si constet de debito liquido.*

26 *Debitorem captum, vbi constat esse debitorem, non venit relaxandus, etiamsi captus fuisset ordine non seruato. Amplia numer. 27.*

28 *Alienatio facta lite pendente, mala fide censetur facta.*

29 *Ma-*

DECISIO VII.

In recent. par. 4. tom. 3. Dec. DCCXLII.



POST resolutiones factas, quod erat locus separationi Thori, ac restitutioni dotis, ob magnam saeuitiam viri, ac postquam fuerat relaxatum mandatum pro scut. 2000. ad fauorem vxoris pro eius alimentis, maritus fugam arripuit, & praeuio iuramento vxoris A. C. relaxauit mandatum suspicionis fugae, nedum pro dictis scutis 2000. pro alimentis, sed etiam pro dote: cuius mandati vigore vir fugiens fuit in Ciuitate Veliterna detentus, & ductus ad carceres Vrbis, qui postquam per longum tempus sustinuit carcerationem, obtinuit disputari dubium, an esset excarcerandus: & Domini negatiuè responderunt: Quia carceratio fuit valida, & iusta. Nam quantum attinet ad validitatem, & si lite pendente in Rota, fuerit relaxatum dictum mandatum per A. C. hoc tamen nihil facit,
1 quia pro † mandato suspicionis fugae potuit etiam lite pendente in Rota, adiri A. C. absque vitio attentatorum, cum adesset suspicio fugae & periculum in mora, ac captura non fieret, vt solueretur, neque
2 ad effectum exequendi, sed vt † debitor caueret de stando iuri & iudicatum soluendo: quo casu cessat vitium attentatorum, *Lancell. de attent. part. 2. cap. 4. num. 145. Rot. decis. 926. par. 3. diuers. Modern. Aquil. de caut. exec. ampl. 19. num. 18.* Neque contrarium dicit decisio, *in causa Romana Pecuniaria, seu Arresti 22. Aprilis 1613. coram R. P. D. meo Pirouano*, in qua Rota videtur sentire, quòd arrestum factum ab
3 alio Iudice † quàm ab eo, coram quo lis pendet, sit attentatum. Quia hoc est verum in simplici arresto; secus autem in arresto,
4 quod relaxatur ob suspicionem fugae † praeuio iuramento, vt eadem met decisio declarat, limitando dictum suum non habere locum, quando periculum est in mora, prout indubitanter erat in casu nostro,
5 quia vir fuit † captus in ipsa fuga, videlicet (vt dictum est) in ciuitate Veliterna, & pro-

& propterea cùm esset in actu fugæ, po-
6 tuit † a quocumque Iudice capi, vt pul-
cre declarat *Caccialup. de debit. suspect. fu-*
git. quæst. 4. num. 4. per tot.

Quantum attinet ad iustitiam, fuit pri-
mò per Dominam Barbaram coram A.C.
allegatum creditum suæ dotis, & alimen-
torum; secundò, eius virum esse de fuga
suspectissimum; tertiò fuit per eandem
præstitum super prædictis iuramentum.
Quæ videntur requisita, & sufficientissi-
7 ma † ad obtinendum mandatum suspicio-
nis fugæ, quando debitor est paratus ad
fugam, vel est in ipso actu fugæ; vt acci-
dit in nostro casu *Caccialup. de debitor su-*
spect. quæst. 6. num. 15. Soc. Sen. consil. 100.
num. 1. vers. & ideo voluit; Bald. lib. 4.

Quibus non obstat, quòd creditum do-
8 tis † non erat liquidum, nec mandatum
suspicionis fugæ poterat relaxari, non ci-
tato prius viro, obstante Reformatione
Sanct. mem. Pauli V. in *tit. de Iudicibus*
in causis Ciuilibus, ibi, mandata suspicio-
9 nis fugæ non citato † debitore in Vrbe
non concedantur, nisi constito in actis
summariè de credito liquido. Quod etiam
procedit de iure communi, *Bald. in l. aper-*
tissimi, C. de Iudic. Gaill. obseru. 44. lib. 2. ac de
10 suspicione fugæ saltem per † iuramentum
creditoris, & quod ipsi creditori non sit
cautum per alios correos vel fideiussores, &
tunc etiam non relaxetur, nisi deducen-
do debitorem ad præsentiam Iudicis, non
autem ad carceres, & Iudex ipso debitore
audito, prout sibi videbitur prouideat,
&c.

Nam fuit responsum, quòd prædicta
videntur procedere in debitore commo-
rante in Vrbe: sed quicquid sit in alijs Iu-
11 dicibus, cum † mandatum suspicionis fu-
gæ fuerit relaxatum ab A.C. cuius aucto-
ritas videtur magis ampla, quam aucto-
12 ritas aliorum Iudicum, & videtur † relicta
in dispositione iuris communis, dum in
eadem reformatione sanct. mem. Pauli V.
in tit. de A.C. & eius Tribunali §. 12. iun-
cto §. 11. dicitur: *Mandata de manutenen-*
do numquam, nisi seru. seru. & parte legiti-
me citata decernat, aut concedat; & in se-
quenti §. 12. dicitur: *Idem in sequestris, &*
in mandatis suspicionis fugæ seruet, nisi ali-
qua ratione timendum sit Iudicis arbitrio de
suspicione fugæ, & bonorum dilapidatione,
quo casu iuramentum præstari debeat de su-
spicione fugæ, vel de metu dilapidationis bo-
norum. Ex quibus apparet, quòd omnia
remittuntur arbitrio A.C. quod quidem
13 arbitrium † etiamsi intelligatur prout de
iure, adhuc Vxor habet intentum, cùm
iurauerit virum suspectum de fuga, ille
neque mobilia, neque immobilia, possi-
deret in Vrbe, & fuerit captus in actu fu-
gæ, quam arripuit postquam Rota per de-
cisiones declarauit esse locum separationi
Thori, & virum teneri ad dotis restitutio-
14 nem. Vnde merito A.C. † præstare debet
fidem dicto iuramento, *Rip. in l. 2. in princ.*
num. 57. ff. solut. matrim. Menoch. de arbitr.
casu 83. num. 6. & seqq. vbi latè declarat
materiam.

Vlterius fuit responsum, quòd pro sum-
ma scutorum 2000. pro alimentis, credi-
tum vxoris erat liquidum, & pro credito
dotis poterat etiam mandatum concedi;
cum ex decisionibus Rotalibus plene con-
staret de illo; quod licet per sententiam
non fuisset canonizatum, nihilominus
15 ad † effectum concessionis mandati suspi-
cionis fugæ, & ad illud sustinendum vide-
tur dicendum sat fuisse per dictas decisio-
nes canonizatum; & in simili videmus,
16 quòd tale † mandatum sustinetur, si rela-
xetur pro debito in diem, vel sub condi-
tione, *Roderic. Suar. in L. 2. tit. de los em-*
plasamientos, vers. sed attende, num. 25. &
allegat textum *in l. quæsitum, ff. de pign. &*
in l. in omnibus ff. de Iudicijs, & est tex. no-
tabilis *in l. omne æs, ff. pro socio Ias. in l. si*
ab arbitro, num. 7. ff. qui satisd. cogan. Can-
cer. Var. resol. tom. 2. cap. 10. num 18.

Et cessat omnis difficultas; quia cum
17 maritus fugam † arripuisset, debitum non
poterat liquidari ipso citato, vt bene *Ca-*
strens. in cons. vlt. ante fin. versic. non autem
requiritur, lib. 1. vbi quòd non est opus
18 quod creditor † plenam fidem faciat de
credito tempore impetratæ capturæ, cum
fieri non possit parte absente, licet non iu-
stificato postea credito, debitor deberet
19 excarcerari †. Et hoc dictum approbat
Caccialup. de debitore fugitiuo d. quæst. 6. nu-
mer. 15. Cancer. d. num. 8. & propterea re-
formatio prædicta sanct. mem. Pauli V.
non comprehendit istum casum, in quo
debitor fugam arripuerat.

Non obstat, quod vir possideret bona,
seu annos redditus in ciuitate Neapolis, &
in eadem ciuitate alium præstiterit fideius-
sorem. Quia huic fundamento dupliciter
fuit responsum; & primo, quòd licet re-
gulariter verum sit, in dote repetenda at-
20 tendi † domicilium viri, *l. exigere dotem,*
ff. de iudic. tamen hæc regula fallit, quan-
do ista debet exigi propter aliquod acci-
21 dens extra naturam † contractus; tunc
enim attenditur locus, in quo vir reperi-
tur tempore perpetrati actus *l. si vxor. 42.*
ff. de iudic. Et quamuis sæuitia fuerit exe-
quuta in ciuitate Ianuæ, tamen cum fuerit
declarata Romæ, vtique restitutio dotis est
facienda Romæ: & in fortioribus termi-
nis videmus, quod si maritus conuenitur
in loco, in quo alias subijceretur, puta
Romæ, quæ est communis patria (vt eue-
22 nit in casu isto) licet † maritus posset de-
clinare forum ex aliquo priuilegio, puta

legationis, &c. tamen isto casu fauore
dotis poterit Romæ conueniri, nec est at-
tendenda petitio, vt remittatur ad suum
forum originale, vt *in d. l. si uxor.* & ibi
notat *Angel. & Castren.* ac pulcre, & bene
declarat *Io. Campeg. de dot. quæst. 19. num. 3.*
vers. & prædicta, Bald. Nouel. de dot. p. 10.
priuil. 19. & 20. Ruin. cons. 50. numer. 23.
lib. 3. Barbos. in l. exigere dotem, num. 140.
vers. & ideo verior, ff. de iudicijs, Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 14. num. 3. vers.
neque ad rem pertinet, vbi quod textus *in*
d. l. si uxor, locum habet, quando fit se-
23 paratio Thori † culpa mariti, tunc enim
maritus in dote restituenda, non potest se
iuuare dispositione, text. in *l. exigere do-*
tem, est enim diuersum, quod matrimo-
nium dissoluatur morte vxoris sine facto
24 viri; † & quod facto viri fiat separatio
Thori, vt distinguit *Castr. in d. l. si uxor,*
ff. de Iudic.

Secundò fuit responsum, quod cum
carceratio viri sustineatur ex prædictis,
hodie non agitur de saluanda carceratio-
ne, sed an vir veniat excarcerandus: &
25 ideo † cum prima causa carcerationis su-
stineatur, satis est, quod hodie ex nouiter
deductis ostendatur, non esse locum ex-
carcerationi, cum constet de debito dotis
liquido per rem iudicatam, *Ioseph. Ludo-*
uic. & ab eo relati decis. Perus. 40. per tot.
Bero. cons. 162. in fin. volum. 3. Cancer. var.
resolut. tom. 2. cap. 10. num. 27. & 28. vbi
exornat; & bene etiam *Cornazzan. decis. 2.*
num. 18. & 19. & seqq. qui dicit, quòd vbi
26 constat † debitorem captum, esse debito-
rem, non venire relaxandum, etiamsi ca-
ptus fuisset ordine non seruato. Et in isto
casu hæc eo magis procedunt, quia vir
27 mala fide, & animo occultandi † pretium
ad impediendam restitutionem dotis vxori
partim post litem motam, partim post
sententiam alienauit in Regno Neapolita-
no ducat. 55. mille, vt in *Summ. num. 5.*
28 Est enim consideranda dicta † alienatio
facta lite pendente, quia cum ageretur de
separatione Thori culpa mariti, vnde in
necessariam consequentiam veniebat resti-
tutio dotis facienda mulieri, vt in deci-
sionibus in hac causa factis dictum fuit,
dicta alienatio facta lite pendente, mala fi-
de censebatur facta: & cum etiam ex tota
serie facti appareat, quomodo in hac cau-
sa procedatur, & iste modus procedendi
non bene oleat, maritus nedum non gau-
29 det priuilegio, *d. l. maritum:* sed † neque
est admittendus ad cessionem bonorum,
Bart. in l. alia causa, §. eleganter, num. 15.
ff. solut. matrim. Gratian. decis. 43. num. 8. &
14. & decis. 41. num. 9. & seqq. Castagn. de
benef. deducto ne egeat, quæst. 11. numer. 10.
Cancer. var. resolut. lib. 2. cap. 9. de cess.
bonor. num. 146. cum pluribus seqq. secun-
dum nouam impressionem. Vltra quod nec
sufficerent dicta bona in Regno Neapoli-
30 tano, nec fideiussor ibi datus: quia † cum
restitutio dotis sit facienda Romæ, vt pa-
tet ex prædictis, sufficit, quod bona, & fi-
deiussor non extent in Statu Ecclesiastico,
Bart. in l. fin. nu. 1. C. de principibus agent.
31 *in rebus, lib. 12.* vbi quod † Comentus Pe-
rusij non sufficit; quod possideat Senis,
Bald. cons. 421. num. 4. & 5. lib. 5.
32 Denique non obstat, quod † in omnem
euentum pro restitutione dotis maritus nō
potuerit carcerari, *Petrus Nunez de Auen-*
dagno respons. 8. ante num. 8. quia contrarium
est verius in casu, de quo agitur: & pro
dilucidatione huius articuli prænotandum
33 est, quod maritus † regulariter loquendo
in restitutione dotis habet beneficium de-
ducto ne egeat, ita vt non teneatur, nisi
in quantum facere potest, *l. maritus 14.*
vbi Barbos. num. 2. ff. solut. matrim. l. non
tamen, & l. si cum Procuratore 23. ff. de re
iudic. Et hoc priuilegium debetur mari-
34 tis † propter reuerentiam eis debitam à
muliere, *text. in l. si constante, ff. solut. ma-*
trim. num. 38. cum alijs per *Castagn. in suo*
tract. deducto ne egeat, quæst. 1. numer. 2. &
fuit dictum in causa Recanaten. separationis
Thori 26. Februarij 1625. coram R. P. D.
meo Pironano.

Secundò est prænotandum, quòd ille,
35 qui † non tenetur nisi in quantum facere
potest, habet duplex priuilegium; alte-
rum reale quoad bona; alterum persona-
le, vt constat ex DD. cumulatis per *Ca-*
stagn. in tract. deducto ne egeat, in proœm. 3.
par. num. 12. 13. 14. 16.

Tertiò est prænotandum, quòd mari-
36 tus conuentus actione † personali non
habet hoc beneficium, deducto ne egeat,
ex quo de dote ali debet, vt est text. &
gloss. in l. ubi adhuc, C. de iur. dot. & de com-
muni testatur *Palatius Rubios in cap. per*
vestras, de donat. inter vir. & uxor. § 37.
fol. 119. Ioan. Crotus in d. l. si constante, post
numer. 157. ff. solut. matrim. Fontanella de
pact. nuptial. clausul. 7. gloss. 2. par. 3. n. 68.
lib. 2. Petrus Nuñez d. responso 8. post nu. 8.
vbi ita inquit: Quanquam sit verum, quòd
maritus quando conuenitur constante ma-
trimonio pro dote, non videtur habendam
37 esse rationem, † ne egeat, & sic videtur
teneri vltra quam facere potest: nō tamen
ex hoc sequitur maritum esse incarceran-
dum ad petitionem vxoris, quia licet non
habeatur ratio ne egeat, illud tamen est,
quia de fructibus dotis est alendus, & dos
consignatur vxori, vt deseruiat matrimo-
nio, & pro eius oneribus *Castren. in d. l. ma-*
ritum, vbi *Raynerius,* & latè prosequitur
Castagn. in suo tractat. deducto ne egeat,
quæst. 1. num. 54. & seqq.

His prænotatis, non applicatur ad casum
nn-

nostrum, quod maritus non potest carce-
rari pro dote restituenda, dum hoc ex eo
proueniat, quod debet habere alimenta ex
dote, iniustè enim incarceraretur, si ex
dote deberet ali, & qui gaudet beneficio
38 *deducto* † *ne egeat*, ex eo non potest carce-
rari, quia si posset carcerari teneretur vltra
id quod facere posset: quæ rationes cessant
in casu isto, quia iuxta resolutionem fa-
ctam *in hac causa 4. Iulij* 1633. coram me
maritus non gaudet dicto beneficio, quia
non probatur illius paupertas respectiuè
ad vxorem, quæ habet tantum dotem: &
39 etiamsi probaretur † non releuaret, cum
ipsa mulier sit præferenda in pari pauper-
tate, quia prima charitas incipit à se ipso,
vt latissimè deducitur in eadem decisione,
quando enim concurrunt duæ personæ pri-
40 uilegiatę, illa præfertur, † quæ tractat de
damno vitando, *Bald. in l. 2. num. 5. C. quod
cum eo, &c. in l. si quis crediderit num. 1. post
alios ff. de pactis*, qui expressè loquitur in
puncto quando mulier repetit dotem pro-
pter separationem Thori, idem *Bald. in l. si
quod nomine num. 1. ansin. ff. de condit. indebit.*
qui non est sibi contrarius, vt putauit *Fra-
ciscus Aretinus in l. maritum num. 1. ff. solut.
matrimon.* vbi hoc ad litteram dicit: vnde
cùm marito non competat beneficium *de-*
41 *ducto* † *ne egeat*, nec ei debeantur alimenta,
ex qua causa non potest carcerari; vtique
in hoc casu carceratio sustinetur.

Fuit etiam consideratum, quòd maritus
fuit nimis ingratus vxori, ob magnam il-
lius corporis sæuitiam, vt fuit dictum *in de-
cisione facta coram me 24. Nouembris* 1628.
42 quare ob † dictam magnam ingratitudinē
videtur amisisse omnia priuilegia, & meri-
to fuit carceratus, vt fuit resolutum *in
causa Romana separationis Thori 14. Martij
1635. coram R. P. D. meo Merlino.*

Nec est facienda vis, quòd in dicta de-
cisione agebatur de propinatione veneni.
Quia DD. ibi allegati non se restringunt
ad similem ingratitudinem, sed ad ingra-
43 titudinem simpliciter, quæ in hoc † casu
maxima fuit ex deductis in dicta decisione
coram me, & ex supra narratis.

44 Nec etiam prædictis † resistit dicta deci-
sio *in causa Recanaten. separationis Thori
26. Februarij 1625. coram R. P. D. meo Pi-
rouano*, quæ distinguit inter sæuitiam, &
ingratitudinem, Quia in casu de quo agi-
tur, sæuitia habet in ventre ingratitudi-
45 nem †, cum fuerit magna, & intollerabi-
lis [illegible], qua maritus vsus fuit in mu-
lierem nobilissimam ex principalioribus
46 familijs Ciuitatis Ianuensis: † sæuiendo
enim in vxorem mulierem nobilissimam
fuit ingratus, cum eam deberet iuxta suas
qualitates tractare: propterea cum aliter
47 se gessisset erga illā, † ingratus merito po-
test appellari, & differentia [illegible] est inter nobi-
lissimam mulierē, & ordinariam Ciuita-
tis Recanaten. in quibus terminis loquitur
Decisio D. mei Pirouani; qualitas enim, &
48 dignitas personæ aggrauat † iniuriam, vt *in
dicta decisione coram me in hac eadem causa*
dictum fuit. Et quamuis in eadem *decisio-
ne Recanaten.* etiam dicatur, quod ingra-
49 titudo differt à sæuitia † saltem ratione
iuris, & effectus, quia ingratitudo perfici-
50 tur ex ipso actu, & † ex consummatione
sequitur effectus pœnæ indictæ, ità vt non
sit locus pœnitentiæ ad illam euitandam,
51 sæuitia autem subiacet pœnitentiæ, & †
reuersioni ad eundem Thorum, in qua sæ-
uitia priuilegium potest conseruari; Atta-
men fuit consideratum, quòd cum ingra-
52 titudo possit remitti sicuti † sæuitia, & ni-
hilominus in hoc casu (vt dictum fuit) hæc
sęuitia habuit ad mixtam ingratitudinem,
cum fuerit talis, vt nec per cautionem de
bene tractando potuerit illi mederi, vt in
dicta decisione mea fuit firmatum, propte-
rea recentis etiam terminis *decisionis Reca-
naten.* ista potius fuit ingratitudo perfecta
53 † ex actu sæuitiæ, ex qua fuit commissa.
Vnde dum ex ipso actu fuit perfecta, mari-
tus vt supra dixi, amisit omnia priuilegia
vt etiam *in dicta decisione coram R. P. D. meo
Merlino* dictum fuit.

Et ità conclusum vtraque parte acerri-
mè informante, causaque maturè discussa.



CARD. HIERON. VEROSPIO

NEAPOLITANA PECVNIARIA.

Die 5. Iulij 1632.

ARGVMENTVM.

Instrumenta publica quando habeant paratam executionem. Et quando filiusfamilias prohibitus contrahere sine consensu patris possit ad fauorem patris fideiubere.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum de iure communi non habet paratam executionem.*
Nec statutum loci hanc executionem concedere potest num. 2. Limita stante pacto contrahentium num. 3.
At etiam consuetudine num. 4.
5 *Filius familias maior 25. annorum ad fauorem patris obligari potest: Non obstāte pragmatica prohibente recipi obligationes filiorum familias absque expresso patris consensu. num. 6.*
7 *Renunciatio beneficij ff. & C. quod cum eo facta per filium familiam valida est: Praesertim quando est iuramento firmata. num. 8.*

DECISIO VIII.



DVBITAVI, an Instrumētum, in quo se contemplatione Francisc. patris obligauit Paulus Doria, habere posset cōtra eundem Paulum executionē, & cum in hoc dubio, quod hodie proposui, informaret solus Antonius Spinulla, cuius fauore facta fuit d. obligatio; Domini consideratis exceptionibus, quae contra eandem obligationem, & instrumentum proponi possent, non visae illis fuerunt tales eaedem exceptiones, quae retardare deberent hanc executionem, quae petebatur ex eodem instrumento.

1 Quantum enim ad ipsum instrumentum † licet iudiciarium, & ordinarium processum instrumenta communiter requirere soleant, nec habeant promptam, ac paratam executionem vt dicitur *in l. minor 25. annis ff. de minor. & ex l. 1. C. de execut. rei iudic not. ibi Castr. Ias. in l. vlt. num. 6. C. de edict. D. Andr. toll. Angel. in l. ait praetor. 5. 0. & si iudex, de re iudic.* qui haec dicit adeo
2 vera esse, vt † neque per statuta locorum haec executio eisdem instrumentis concedi possit, quod etiam dixit *in l. si eum dotem 23. §. eo autem tempore ff. solut. matrim. & post eum notarunt Rebuff. in tract. de litt. oblig. in praefat. num. 19. Boer. 295. num. 9.* cum tamen hoc expresse permissum fuerit in eodem instrumento, vt ex eo executiue
3 agi posset, † atque ita habere deberet eidem instrumentum ex pacto eam executionem quam de iure non habebat, & non poterat esse locus processui ordinario, stante contraria debitoris voluntate, vt admittit idē *Boer. d. d. 295. num. 10. Rebuff. de litt. oblig. eodem num. 19. dicens* posse etiam induci per
4 vsum †. & consuetudinem, vt concedatur executio instrumento, quod est quid amplius, & fuit dictum *in dec. 103. num. 4. p. 1. recent. & in Bonon. dotis 10. Nouemb. 1617. coram bon. mem. Buratto, & in Reatina iuris redimendi 20. Decembris 1628. coram me:* Et dabat praeterea hoc ius executiue agendi etiam Rit. 166. curiae Vicariae; ad cuius ritus formam facta fuit haec obligatio: ergo siue in ipsa curia peteretur executio instrumenti, siue extra eamdem curiam, vt declarans eumdem ritum dixit *Carauita numer. 65.*

Quo vero ad illam obligationem, poterat illa considerari, & tamquam facta contemplatione, patris cum pro delicto Francisc. sui patris Paulus fideiusserit, & respectu ipsius Pauli qui se in hoc contractu obligauit: primo modo considerata eadē obligatio non poterat ideo dici nulla, quod patris consensus, qui propter alteram pragmaticam regni requirebatur in obligationibus filiorum fam. quamuis maiorum 25. annis, nullus esset, vt qui in proprium
5 commodum eiusdem patris cedere debebat †, Cum enim valeat, & a iure non improbata sit obligatio filij fam. maioris facta ad patris fauorem vt *in l. filius fam. 2. de fideiuss. l. si dubitet §. filius fam. ff. eodem tit. l. 2.*

l.3.§.& filius ff.qui satisd.cog. & ille consen-
6 sus patris † non deberet integrare personã filij,sed solum ratione præiudicij censeretur requisitum in ea constitutione, vt tenuit Carauit,ad pragm. regni *in tit. de senat. cons.Maced.§. 11. num. 11.& 16.* quo casu potuit etiam ad proprium cõmodum dari iuxta distinctionem, quæ communis est *apud DD.in l.1.§.fuit quæsitum ff.ad Trebell. & late probat Gabr.cons.3.n.19.lib.1.Frãch. decis.14.nu.2.* non continebatur hic casus sub d. pragmatica correctoria in hoc iuris communis,vt defendit *idem Carauit.in cõment.ad eamdem pragm. d.§.11.num.11. & 16. Paschal.de iure patr. potest.p. par. cap.6. num.163. & fuit dictum in Brundusina pecuniaria 11. Aprilis 1611. coram Card. Marquemontio*.

Quæ decisio,iterum atque tertio proposita causa,semper placuit, vt in decisionibus factis coram *bo.me: Buratt.15.Septembris 1613.& 21. Aprilis 1614.inter recent. decis.380.par.1.& decis.485.p.2.* in quibus præterea decisionibus illud etiam firmatũ fuit,quod per d.constitutionem non declaratur nulla obligatio, aut initus contractus, sed solum prohibentur notarij huiusmodi obligationes recipere.

Altero vero modo considerata eadem obligatione respectu ipsiusmet Pauli,non poterat retardare, aut impediri illius executio, quia *benef. l. 2. ff. & C. quod cum eo* gaudere deberet idem Paulus, cum factus sui iuris diceret se ab hæreditate patris abstinuisse. Huius enim exceptionis nulla vis esse poterat postquam illi non solum in ge-
7 nere, † sed etiam in specie fuerat renunciatum,cum potuerit renunciari huic priuilegio, quod solum propter mutationem status, non miserationis gratia habent filij fam. à iure, siue ex æquitate considerata à prætore *in d.l. 2. ff. quod cum eo &c. vt ex Bartb.& Castr.in d. l. 1. ff. eodem tit. declarat Giurb.decis. Sicil.43.nu.10.Surd.de alim. tit. 1.quæst.78.num.36.Frauch.decis.181. nu.5. & tenuit Rot.in d.decis.485.nu.5.p.2.recent.* propter mentionem, quæ in eadem renunciatione facta fuerat hanc,legem cessabat omnis difficultas, quæ fieri potest super eiusdem renunciationis validitate, etiam quod tunc cum huic suo iuri ipse Paulus renunciauit, certus redditus nõ fuerat quid eadem priuilegia continerent,vt visus fuit voluisse *idem Giurb.in decis.45.num.26.cum* fuerit satis notitia,quam habere potuit ex mentione, & expressione quæ facta fuit earumdem legum, siue hoc tribuendum sit virtuti iuramenti, quod in ea renunciatione, etiam interuenit, vt hæc scientia in
8 Paulo præsumi debeat, † cum suppleri possit idem iuramentum vicem specialis consensus, etiam in generali renunciatione, vbicumque tamen eadem generalis renunciatio reprobari non possit ex def.ctu consensus præsumpti,iuxta *opin. Bart. in l. stipulatum de verb.oblig.num.8.* quam communem esse testatur *Thesaur.decis.232.num. 11. Alex.cons.133.num.11.lib.5. Aret. cons.33. num.10. Rot.eadem decis.485.num.3.p.2.& 380.num.5.1.par. recent.* & admittit idem *Gurb.in his terminis,* quibus hæc præcisa, & indiuidua mentio facta fuerit eius priuilegij,cui nominatim renũciatum fuit *d.decis. 55. num.Graff.de except. cap.29. numer.19. & 15.* siue etiam huic tribuendum sit maiori ætati,in qua erat Paulus tunc cum hãc renunciationem fecit, quod etiam admisit *Giurb.in eadem decis.45.n.24. & voluit Rot. d.decis.480.num.8.1.par. recent.Seraph.in. de priuileg. iuram.priuileg.119, num.3.* propter rationem quam ibi cõsiderat *idem Seraph.* quod scilicet in maiori non tam agatur de damno vitando quam de quærendo lucro, quo casu non ita videtur illi parendũ, sicut minori; & pro ratione considerauit etiam *Card. Mantic.de tacit.& ambig.conuent. lib. 16.tit.18. num.13.& 14.secutus Aret. in add. cons.33.num. 11.*

Et ita &c.

CORAM PIROVANO

FIRMANA HEREDITATIS

Die 4. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Beneficio l. miles, ff. de re iud. & Cap. Odoardus de solut. non gaudet Clericus Celesti Militiæ adscriptus,Ecclesiæ non seruiens, vel in sacris Ordinibus non constitutus, aut Beneficio carens.

SVMMARIVM.

1 *Miles non gaudet priuilegio l. miles, ff. de re iudic. quando non in exercitio militiæ sed extra Castra sui Principis reperitur.*

2 *Clericus non gaudet priuilegio d. l. Miles, ff. de re iud. quando non seruit Eccle-sia*

sia, vel in sacris ordinibus non est constitutus, aut beneficio caret.

3 *Clerici Ecclesiæ non seruientes, vel in Sacris Ordinibus non constituti, aut Beneficio carentes, non differunt à Laicis & 14.*

4 *Clerici requisitis prædictis carentes non gaudent priuilegio fori, quamuis gaudeant cæteris alijs priuilegijs Clericalibus, & 15.*

5 *Clerici prædicti non habent à Iure priuilegium, quod non possint conueniri nisi in quantum facere possunt. Et num. 7.*

6 *Priuilegij extensio à maioritate rationis fit concurrentibus ijsdem qualitatibus.*

8 *Extensio non datur in priuilegijs.*

9 *Priuilegium l. d. Miles, ff. de re iud. habent Clerici intuitu, & fauore Ecclesiæ.*

10 *Priuilegium Cap. Odoardus de solut. competit Clericis addictis Ecclesiæ, & seruientibus.*

11 *Priuilegium armatæ Militiæ, est fundatum in fauore rei publicæ.*

12 *Clericus qui cogitur mendicare præ inopia affert dedecus ordini Clericali.*

13 *Clausula Iurium præseruatiua nihil operatur, quando nihil inuenitur reseruabile.*

14 *Clerici non seruientes actu Ecclesiæ, non distinguuntur à laicis.*

DECISIO IX.



POST tres sententias Rotales latas contra Æneã Cecilianũ ad fauorem fratrum de Robertis, ac rescriptũ Signaturæ, cum clausula, *parito iudicato*, quoad hæreditatem Isidori & Mandricardi, præsuppositũ & admissum fuit, quod idem Æneas remaneat debitor scut. 7555. dum prædicti fratres agerent pro conf. cautione d. crediti, excepit idem Æneas sibi competere beneficium *l. Miles ff. de re iudic.* vt scilicet conueniri non possit nisi in quantum facere possit. & hodie suscepta disputatione, an idem Æneas possit iuuari dispositione *l. Miles* responsum fuit eamdem dispositionem non intrare. Quia non iustificat requisita eiusdem legis, aut æquatã militi cælestis mi-
1 litiæ: nempe, sicuti Miles non † gaudet priuilegio legis, quando non in exercitio militiæ, sed extra Castra sui Principis re-
2 peritur, ita Clericus † cælesti militiæ adscriptus Ecclesiæ non seruiens, vel in suis ordinibus non existens, aut beneficio carens gaudere non debet beneficio eiusdem legis *Miles. glos. in d. l. Miles. Rip. Ias. Alber. & alij* eamdem interpretantes. Cum hac distinctione de clerico minorum ordinum actu Ecclesiæ non seruienti, vt non gaudeat priuilegio d. legis, transeunt & *Couar var. lib. 2. cap. num. 9. Clar. quæst. 36. vers. hoc autem in fin. Neuizan. consil. 59. num. 4.* & alios hanc distinctionem sequentes recensent *Farinac. in prax. quæst. 27. num. 69. Carol. de Grass. de Effect. cleric. Effect. 7. num. 4. & Genu. in sua praxi cap. 35. numer. 3. & Modern. Panormitan. de benef. ded. ne egeat quæst. 10. num. 28.* omnes affir-
3 mantes, clericos † huiusmodi vagantes differri à Laicis: & eamdem clericorum distinctionem sequitur *Conc. Trid. Sess. 23. cap. 6. de reform.* denegando priuilegium fori.

Non obstat, quòd Sac. Congregatio eiusdem Interpres censuit, decretum præfatum
4 non ademisse clericis † non habentibus qualitates inibi expressas, nisi priuilegium fori: cætera vero remanere in dispositione Iuris communis, vt in copia quæ datur.

Quia non probatur quod clerici minorum ordinum carentes qualitatibus supra-
5 dictis † habeant à Iure priuilegium vt conueniri non possint nisi in quantum facere possint: nam si vtantur priuilegio Cæsareo *d. l. miles* per extensionem à maioritate rationis; concesso; & tunc cum his qualitatibus vti debent, & easdem qualitates probare *Bart. in l. 1. §. quod autem ait Prætor ff. ne quid in flum. pub. Dec. cons. 520. num. 11. & 589. num. 7. Afflict. decis. penult. num. 7. Becc. cons. 53. num. 9. Surd. cons. 48. nu. 19.* & quod clerici prædicti ex eorum persona
7 non habeant de iure communi tale priuilegium, expresse determinat disputando articulum Rip. ad partes, *in d. l. miles num. 7.* dicens huiusmodi priuilegium non esse concessum, & in priuilegijs non dari extensio-
8 nem, sed illud habere intuitu, & fauore Ecclesiæ, ne in eius opprobrium cogantur
9 mendicare, quod tamen intelligit de clericis beneficiatis, aut seruientibus Ecclesiæ, pro quibus intrat opprobrium; non autem pro non seruientibus, qui à laicis non differunt.

Si vero deducatur priuilegium *d. can. Odoardus, de solut.* & eodem modo de clericis additis Ecclesiæ, & seruientibus, decretalis illa communiter intelligitur. *Anchar.*
10 *ibidem Surd. cons. 259. num. 24. lib. 2. Farin. d. quæst. 27. num. 69. Neuizan. d. cons. 59. num. 3. & Modern. Panormitan. de benef. ded. ne egeat d. q. 10. num. 30.*

Non obstat, priuilegium militis armatæ militiæ esse fundatum in fauore reip. ideo si Miles pro repub. non laborat, non gaudet priuilegio, & quod idem dici non potest de clerico, cuius priuilegium est fundatum in prærogatiua characteris, qui semper rema-

net

net impressus, Etiam non deseruiat eccle-
12 siç, & dedecus clericalis ordinis euitari non potest, quatenus præ inopia cogitur *Carol.de Graff. effect.7.num.3.in fin.*post infinitos,quos allegat.

Quia patet responsio ex supradictis:nam ex priuilegio Cæsareo *l.militis*, clericus iuuari non potest, quia non iustificat requisita illius; & eo minus ex dispositione canonica *cap. Odoardus*, cum eadem desiderentur pro fruendo commodo libertatis personę. Vnde cum aliunde non doceatur, Clericum de iure in hac parte esse priuilegiatum, Declaratio S. Concilij in sua reseruatione, ibi, *cætera remanere in dispositione iuris communis*, nihil plus dare potest
13 quam ipsum ius commune disponat, sequendo naturam clausulę iurium præseruatiuæ, quæ nihil operatur, quando nihil inuenit reseruabile *Surd.cons.152.numer.29. 180.num.14.& 205.num.24.* Nec vis faciẽda est in dedecore & opprobrio resultanti
14 Ecclesiæ; quandoquidem similes clerici non distinguuntur à laicis; secundum *Couar.* & alios sup.allegat.

Et ita &c.

R. P. D. BVCCABELLA

ROMANA ALIMENTORVM

Mercurij 2. Iunii 1638.

SVMMARIVM

1 *Filius in bonis paternis non habet hypothecam pro alimentis.*
2 *Creditor hypothecarius præfertur filio creditori alimentorum in bonis Patris.*
3 *Pater gaudet beneficio deducto ne egeat, & est ei in bonis assignanda quantitas pro congrua substentatione.*
4 *Hoc tamẽ procedit quãdo agitur de exequendo mandatum super omnibus bonis Patri: secus si agatur pro consignatione fructuum alicuius rei.*
5 *Est probanda indigentia patrisi vt gaudeat beneficio quoad fructus rei particularis.*

DECISIO X.



CVM D. Adrianus obtinuisset in Curia Capitolina mãdatum de manutenẽdo in quasi possessione exigẽdi, ac percipiendi alimenta contra D.Bernardinum eius patrem, ac etiam mandatum executiuum pro scutis 370. causa, & occasione eorundem alimentorum, & in vim illius sequestrari fecisset quasdam pecunias ad D. Bernardinum spectantes, & instaret pro consignatione; D. Petrus verò alter Bernardini filius, tanquam eiusdem creditor cum hypotheca prætenderet sibi pecunias prædictas consignari debere. Bernardinus se opposuit prætendens se non teneri nisi in quantum facere potest,deducto ne egeat, proindeque consignationem sibi ad effectum se alendi faciendam esse; Causa per Sanctiss. A.C. de voto Rotæ commissa dubitaui,cuinam dictæ pecuniæ sequestratæ essent consignandæ: & Domini responderunt consignandas esse dicto D. Petro pro rata sui crediti. An autem dictus Bernardinus teneatur præstare alimenta d. D. Adriano, voluerunt, vt particulariter videatur.

Fundamentum resolutionis fuit. Quia esto, quod D. Adriano re vera deberentur prætensa alimenta, certum tamen est sibi pro illis hypothecam in bonis paternis nõ competere, iuxta communem Doctorum
1 sententiam,quam tenet *Negusant.de pignor. 4. membr.2.par. num.163.vers.ego puto. Couar. in epit.de sponsal.par.2.cap.8.§.6. n 14. ad med.vers.cum nullum. Laderch. cons.163. num.1.Surd.de aliment.tit.8.priuil. 51. nu.2. & seqq.Mantic.de tacit.lib.11.tit.13.num.73 Thes.ium: quæst. forens.lib.2.quæst. 67.n. 17. Fontan.de pact.nupti.tom.2.clausula 5.glos.1 par.1.num.119. Gratian.discept.266.num.2. & decis.March.129.num.12. Franc.dc. 686. num.5.Giurb.decis.5.num.13. & num.46.Ioseph.de Sesse decis.Arag.26.num.17.*Et consequenter D. Petrus, qui soluit diuersas pecuniarum summas ex causa Societatum officiorum per Bernardinum debitas, cum Camerali obligatione,ac generali omnium bonorum hypotheca, & iurium cessionem
2 à creditoribus reportauit, tanquam creditor hypothecarius est præferendus.*l.creditor 12.§.si primus, ff. qui pot. in pign. hab.l. eos 9. C.eodem. Ripa in l.priuilegia, nu.64. ff.de priuil.credit.Negus.de pignor p.5. mem-*

 br.2.

br.2.nu.2.Mantic.de tacit.lib.11.tit.22.n.20. Surd.decis.310. num.5.

Nec visum fuit obstare, quod Bernardinus tanquam Pater gaudeat beneficio
3 deducto ne egeat, & sic illi videatur conseruanda quantitas sufficiens pro ipsius cõgrua substentatione antequam ad cõsignationem prædictam deueniatur §.*sed & si quis, vbi Ias.num.1.Instit de act.l.sunt qui 16. in fin.ff.de re iudicat. Surd.de alim. titul. 1. quæst.78.num.3.& 4.*cum alijs per *Castagn. de beneficio deducto ne egeat quæst.5.num. 1.*

Quia fuit responsum, hodie non agi de exe-
4 cutione super omnibus dicti Bernardini bonis, sed de consignatione dumtaxat certarum pecuniarum, quæ vt vt supra sequestratæ depositatæ fuerunt; Nec fuisse vllo
5 modo probatum Bernardinum: aliundè nõ habere, ita vt facta dictarum pecuniarum consignatione egeret.

Et ita vtraque parte informante resolutum &c.

R. P. D. MELTIO
IANVEN. ALIMENTORVM
Lunæ 3. Iulii 1645.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta Reus non tenetur præstare actori collitiganti.*
2 *Limita si actor sit pauper, & habeatur pro se boni iuris præsumptionem.*
3 *Mulier diues tenetur alere maritum pauperem.*
4 *Etiamsi iudicium sit introductum ex causa sæuitiæ.*
5 *Testis de auditu nihil probat.*
6 *Contrarietas testium in substantialibus illis fidem adimit.*
7 *Scripturis magis credendum quam testibus.*
8 *Occultans scripturas habet contra se præsũptionem, quod faciant contra ipsum dum non exhibetur: & tunc testibus non est credendum.*
9 *Probationes per scripturas præponderant testibus in materia, quæ per scripturas probari solet.*
10 *Sententia facit præsumere bonum ius ad fauorem cuius est lata.*
11 *Alimenta non debentur collitiganti, de cuius bono iure, & paupertate non constat.*
12 *Appellatio suspendit effectum sententiarum & omnia remanent in eo statu, ac si sententia lata non forent.*
13 *Limita, vt non suspendat præsumptionem pro Iudice, quod rite, & recte pronunciauerit.*
14 *Sententia confirmata decisione Rotali magis arguit bonum ius in fauorem, cuius est lata.*
15 *Amplia si accedat rescriptum Signaturæ sine præiudicio: quia approbat sententiam dum præseruat illius exequutionem.*
16 *Maritus erga vxorem gaudet beneficio deducto ne egeat.*
17 *Et occasione æqualitatis seruandæ inter cõiuges alendus est ab vxore; sicuti è conuerso vxor esset alenda à viro, & posset vti eodem beneficio.*
18 *Maritus non gaudet beneficio deducto ne egeat, quãdo post litem motam cum vxore alienauis diuersa bona ad effectum occultandi pretiũ ob timorem restituendæ dotis.*
19 *Neque debet ali ab vxore, dum ob eius culpam fit Thori separatio.*
20 *Neque quando propria culpa incidit in necessitatem, etiamsi mulier sit diues.*

DECISIO XI.

Apud Zacch.de oblig.Cameræ Decis. CLXV.



DIXERVNT Domini, non esse lite pendente subministranda per Dñam Barbarã Spinulam eam cõquestam alimenta, & sumptus litis D. Marchioni Marcello Galeano ab Auria eius marito actori, inhærentes regulæ, quod collitiganti non præstantur, vt per *text. in l. Emptoris 17. ff. de tutel. & ration. distrah. late Surd.de alim.par.1.quæst.110.princ. Rota in Anconitana bonorum 27. Ianuarij 1621. coram Sanctiss. D.N. Innocentio X.* Neque applicantur limitationes, quando Actor est pauper, & habet pro se boni iuris præsumptionem, iuxta *text. in l.fin.C.de ordin.cognit.l. si instituta §.de inofficioso, ff. de inoff. Testam. Surd.de alim.d. par. 1. quæst. 120. in princ. & num. 9.* quam etiam opinionem

Rot.

2 *Rot. tenet Cresc.dec.8.de iudic.Card Seraph.*
dec.1098. nu.2.dec.470.num.1.par.2.recen.
& alias passim, quia non agitur in præsen-
ti casu inter maritum in paupertate consti-
3 tutum, & vxorem diuitijs affluentem,
quæ propterea teneatur ad huiusmodi præ-
stationem ex *tex in l. maritum 33. ff.solut.*
matrimon.Specul. in tit.qui fil.sint legit. §.1.
vers.quia si mulier diues.Bart.in l.si cum do-
tem, §. si autem ff.solut.matrimon. Bald.in l.
quod in vxorem, & in l. si stipulata ff.de do-
4 *nat.inter vir. & vxor.* etiamsi iudicium
fuerit introductum ex causa sæuitiæ, vt di-
ctum fuit in *Bisuntina separationis Thori 1.*
Aprilis 1596.coram clar.me Cardinali Hie-
ronymo Pamphilio,& probant *Surd.de alim.*
tit.1. quæst.129.num.6.vers. simili modo, &
seq.Sanch.de matrim.lib.10.disp 8. sub n.28.
vers. tandem.

Nam primò paupertas in D. Marchione
Marcello excluditur nō obstātibus deposi-
tionib.Testiū per ipsū inductorū,qui de ea
testantur, cum omnes patiantur exceptio-
nes valde considerabiles. Primus enim de-
ponit de solo auditu, qui non probat, cum
sensus auditus non accommodetur nego-
5 cio principali, vt concludunt *DD.in l.Te-*
stium C.de Testib.Soccin.cons.118.n.7.vers.
2. confirmatur vol.1. Rot.decis.202.num.49.
& decis.264. num. 47. par. 5. & decis. 272.
nu.5.par. 7. diuers. Alij autem quatuor ne-
que fidem aliquam merentur, quia inter-
rogati an sciant quid, & quantum in bo-
nis habeat Marchio, & quid possideat D.
Barbara, apertè fatentur se nescire, & tunc
deponendo super articulis eiusdem Mar-
chionis declarant omnia ab ipso articula-
ta, circa illius paupertatem, vera esse, red-
dendo causam scientiæ, eo quia viderunt
scripturas illi ostensas ab eodem Marchio-
ne, ad quas semper se referunt *Summar. D.*
Barbaræ num. 1. stante igitur eorum con-
trarietate circa substantialia, vitiosa rema-
6 net quæcunque illorum depositio *c.licet cau-*
sam, vbi glos. in verb.contra dicunt de prob.
Io. & Imol.in l.his verbis, §.fin.ff.de hæred.
instituend. Alex.cons.5.n.16.lib.1. Greg.XV.
dec.298.num.3.

Prætereà dd. etiam Testes nullam aliam
scientiæ causam reddunt præter eam, quod
scripturas viderunt illis ostensas ab eodem
Marchione; Vnde huiusmodi probatio cō-
7 modius fieri poterat per scripturas, quibus
magis fuisset credendum, quam Testibus
l.census ff.de probat. cap. 3. loco, vbi glos.in
verb.Testium circa med.eodem tit.Rom.cons.
310.num.1. Cassane.cons.16.num.1.cum alijs
alleg.in Cauallicen. feudi 26. Aprilis 1613.
coram bo.me. Pirouano, & cum huiusmodi
scripturas non exhibeat dictus D.Marchio,
8 imo illas occultas teneat, intrat præsum-
ptio quod illæ contra eum valdè faciant,&
sic Testes non sunt admittēdi *Rot.dec.521.*
num.6. & decis.537. n.3. coram Papa Gre-
gorio XV.

Corroborantur prædicta ex eo etiam,
quia D. Barbarbara septem produxit in-
strumēta publica in Vrbe stipulata, ex qui-
bus apparet eundem Marchionem habere
diuersa alia bona, vltra ea, quæ ab ipso no-
tificata fuerunt, *Summ. D. Barbaræ num 3.*
quapropter supradictæ depositiones Testiū
minus releuant, nam probationes per scri-
pturas præponderant Testibus maximè in
9 materia, quæ solet probari per scripturas
vt est ista de qua agitur *Aegid.decis.1. nu.3.*
vers. facit. Rot. dec. 17. de Testib.in antiqu.
Cæsar.de Grass. dec.1.de dilat. Seraph. decis.
1460.num.3.& dec. 314. nu. 1.par.1.& dec.
414.num.5. 589. num.1.par. 2. recent. cum
alijs cumulatis in Egitanien. Commendæ 18.
Aprilis 1622. coram Vbaldo seniore.

Aliud etiam requisitum boni iuris defi-
cit in D. Marchione, cum contra se habeat
duas sententias reuocatorias alterius sen-
10 tentiæ ad ipsius fauorem promulgatæ per
bo.me. Remboldum, quæ quidem sententiæ
faciunt præsumptionem boni iuris pro D.
Barbara, quæ illa reportauit, ex *text.in l.in-*
stituta §. de inofficioso, ff.de inoffic. testam.
Alciat. de præsumpt. reg.3.præs.9.num.8.Ce-
phal.cons.127. num.3.Couar.pract.qu.cap.6.
num.6. & fuit in specie dictum in *Bonon.se-*
parationis Thori 11. Febr. 1608. coram Pe-
nia, ita vt ab ea petere nequeat D.Marchio
aliquam prouisionem, seù subuentionem
11 alimentorum, vt etiam respondit *Rota co-*
ram Mantic.dec.20.sub.nu.1. Card. Caualer.
decis.467. sub eodem num. 1. Bu at.dec. 765.

Nec obstare visum fuit, quod effectus dd.
sententiarum per appellationem interposi-
tam suspensus remanserit, licet non tolla-
tur, adeò vt illa operari debeat, quod om-
nia remaneant in eodem statu, sicut exi-
12 stebant de tempore quo sententiæ latę fue-
runt *l.appellatione C. de appell. Caual.decis.*
242.num.2.& dec.643.num.6. quia etiamsi
appellatio impediat, ne sententia omnimo-
dum suum sortiatur effectum, non tamen
tollit illum in totum, neque suspendit om-
nes effectus, & propterea non obstante ap-
13 pellatione semper pro Iudice præsumitur,
vt benè animaduertit *Surd.de alim. tit.1.qu.*
120. num.11.& seqq.

Insuper, cum instāte eodem D.Marchio-
ne mihi commissa fuerit causa nullitatis, ac
notoriæ iniustitiæ, ac ipso solum infor-
mante emanauerit etiam decisio sub die
16 Ianuarij præteriti coram me confirma-
14 toria dd. sententiarum, ex hac quoque eo
magis comprobatum remanet bonum ius
D. Barbaræ *Imol.in c.olim num. 13. vt lite*
contest. Sarnen. in proœm. Reg. Cancell. q. 2.
num.12. Greg.XV. dec. 524. num. 4 præser-
tim dum postea adlecta, per D. Barbaram
Signatura Sanctissimi, mihi rescriptum fuit,

vt procederem, ac si supradicta Commissio signata fuisset cum clausula, sine praeiudicio legitimae executionis, quae approbare videtur sententiam dum praeseruat illius
15 executionem *Greg. XV. decis. 232. num. 1. & ibi adden. num. 4.* iuxta stylum Signaturae *Cardin. Canaler decis. 4. num. 4.*

Minusque facit, quod sicuti maritus condemnandus est in id, quod facere potest, & deducto ne egeat, ad fauorem vxoris ex
16 *d. l. maritum ff. sol. matrim.* ita etiam ad seruandam inter coniuges aequalitatem dispositio legis huiusmodi fauorabilis esse
17 debeat marito, qui in casu necessitatis ab vxore pariter alendus sit *Socc. cons. 82. In casu vertente col. 6. ante med. vers. hoc tamen fane num. 10. lib. 4. Guidop. quaest. 439. num. 2. Cordub. in l. si quis a liberis §. si quis ex his nu. 14. ff. de liber. agnosc. Campeg. de dote p. 3. quaest. 23. Sanch. de matrim. lib. 9. disput. 4. n. 27. vers. quin immo si vxor.*

Nam declaratum iam fuit per Rotam, D. Marchionem gaudere non posse priuilegio *d. legis maritum*, non solum stantibus alienationibus multorum bonorum
18 per eum factis, tam post litem motam, quam etiam post sententias promulgatas contra eum, quae quidem alienationes factae fuerunt mala fide, ac solo animo occultandi pretium ad bonorum, cum valde dubitaret, posse condemnari ad restitutionem dotis, ex quo agebatur de separatione Thori propter meram eius culpam, iux-
19 ta doctrin. *Bald. in l. fin. num. 12. C. de sent. quae sine cert. quant. profer. Castr. in l. cum mulier. n. 1. Ang. not. ab. ff. sol. matrim. Surd. de aliment. tit. 1. quaest. 30. num. 21.* & bene firmat *decisio in hac causa emanata 19. Decembris 1636. coram bo. me. Coccino.* Verum etiam ex alijs causis ponderatis per *Rotam in alia decisione in hac eadem causa emanata 4. Iulij 1633. coram dicto Coccino, quae est inter recent. decis. 231. par. 6.* & quod maritus culpa sua propria incidens in necessitatem, puta ob maleficium, vel simile, nullo mo-
20 do ab vxore alendus sit, etiamsi ea diues reperiatur, tradit *Bald. cons. 478. n. 9. vers. nisi forte vir in eam incidens vol. 5. Tiraq. in l. si vnquam in vers. bona num. 5. C. de reuoc. donat. Surd. de aliment. tit. 4. quaest. 18. n. 61.* Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. ROIAS

ROMANA CESSIONIS BONORVM

Veneris 19. Aprilis 1652.

SVMMARIVM.

1 *Remedium iuris nō competit doloso prout est beneficium cessionis bonorum, vel cap. Odoardus.*

2 *Beneficium cap. Odoardus non competit ei, qui non cessit omnia bona, & aliquid sibi reseruauit.*

3 *Nec ei qui in fraudem alienauit alia bona, ac debita fingit.*

4 *Sententia sine actis probat quando non petitur executio sed deducitur tantum ad probandum factum.*

5 *Suscipiens clericatum imminente executione mandatorum, non gaudet beneficio cap. Odoardus, quia dolose id facit.*

6 *Deceptis, & non decipientibus iura subueniunt.*

7 *Clericus, vt gaudeat beneficio cap. Odoardus, debet esse in sacris, vel Beneficiatus, vel inseruire Ecclesiae.*

DECISIO XII.



VM Camillus Capocephalus dolose petierit admitti ad beneficium cessionis bonorum, vel *Cap. Odoard. de solut.* illum non esse admittendū resolutum fuit: quia dolosis non competit
1 remedium iuris *l. auxilium §. in delictis ff. de minor.* & notat *Imol. in cap. Odoard. col. 3. Ferret. cons. 144. num. 4. Gemen. in praxi cap. 3. num. 6.* late firmat *Grass. d. effect. Clerio. effect. 7. num. 34. 36. Molin. de iustit. tom. 2. disput. 11. num. 21.* & dixit *Rota coram Capmaqu. decis. 278. par. 1. ac decis. 283. per tot par. 3.*

Dolus autem Capocephali resultare dicitur fuit: tum quia ipse non cessit omnia bona, cum appareat ipsi reseruasse annuū censum ante cessionem sibi acquisitum, pro cuius fructibus egit mensibus elapsis in

in curia Capitolina: hoc enim casu non potest iuuari dicto beneficio, vt firmat
2 *Marchesan. de commiss. par. 3. de commiss. admiss. ad cession. bonorum §. 1. num. 96. & seq. fol. 321.* Tum etiam quia in fraudem alie-
3 nauit quamplura alia bona, ac debita finxit in præiudicium creditorum, & ideo per sententiam ab A. C. pronunciatum fuit, dictam decoctionem Capocephali fuisse dolosam, & fraudolentem: quæ sententia licet in hoc S. Tribunali sine actis attendi non soleat, hoc tamen procedit, quando
4 agitur de illius exequtione; sed cum totum deducatur ad probandum factum, tunc probat etiam sine actis, vt dixit *Rota decis. 296. num. 4. par. 5. recent.* & firmatur in decisione huius causæ coram me facta super alimentis 12. *Iunij præteriti sub §. nec dicatur.*

Hocque comprobatur ex eo, quia Capo-
5 cephalus Clericatum suscepit, & beneficiū petijt imminente exequutione plurium mandatorum, quæ contra ipsum relaxata erant: quo casu intrat præsumptio doli, & fraudis, ac propterea non admitti ad beneficium admittendos non venit. *Abb. in cap. ... num. 4. de oblig. ad ratiocin. Gennen. in praxi cap. 3. num. 5. ... Put. decis. 364. par. 2. cum alijs relatis per Graff. de effect. 7. n. 60. iuxta*
6 *text. in l. fin. cum ibi notatis ff. quæ in fraud. credit.* quia deceptis non autem decipientibus iura subueniunt, *cap. sub vmbra ... de ... permutat. cap. inter dilectos de donat.* & in terminis dixit *Rot. decis. 2. num. 4. de ... spoliat. in antiq.*

Vltra quod, cum Capocephalus non sit in sacris, nec beneficiatus, nec alicui Ecclesiæ inseruiat; non potest gaudere dicto
7 beneficio *cap. Odoard.* vt de priuilegio fori adest expressa dispositio S. Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 6. de reformat.* & in specie tradunt *Nenzan. cons. 19. numero 3. Surd. cons. 159. num. 14. Farin. in tract. crim. quæst. 25. num. 89. Marches. d. par. 3. num. 98.* cum alijs congestis per *Graff. d. effect. 7. n. 4. Gratian. discept. 232. num. 39. & 40.*

Et ita utraque decan...

R. P. D. CERRO

BAREN. SEV NVLLIVS PECVNIARIA.

Veneris 23. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

1 *Filij fam. qui se obligarunt vna cum patre, in fauorem sororis ex causa dotis, gaudēt beneficio deducto ne egeant, & si sint clerici iuuantur beneficio cap. Odoardus de solut.*

Declara, vbi post mortem patris se ab hereditate eiusdem abstinuerint, & aliud non habuisse peculium probetur n. 3.

2 *Filij emancipati tempore contractæ obligationis vna cum patre, aut illius contemplatione non gaudent dicto beneficio.*

4 *Creditor contrahens cum filijs familias, & patre, non tam intuitu paternæ hereditatis, quam eorum proprij peculij contraxisse censetur.*


5 *Clerici siue obligentur ex causa necessaria, siue voluntaria ad fauorem sororis, tenentur probare paupertatem, & inopiæ calamitatem, ad effectum gaudendi, ne conueniantur vltra quam facere possunt.*

6 *Clerici, vt de beneficium cap. Odoardus admittuntur, tenentur probare paupertatem, & tunc omnia eorum bona assignantur creditoribus, cum onere eos alendi.*

7 *Si sunt diuites, cessat ratio commiserationis, & excluduntur à dicto beneficio, & n. 8. vbi expenduntur verba textus.*

9 *Beneficium cap. Odoardus non suffragatur clericis in minoribus dumtaxat ordinibus constitutis, sed debent esse in sacris.*

DECISIO XIII.



Prætendebāt Io. Baptista, & Pompeius fratres de Continisijs, admittēdos esse ad beneficium, deducto ne egeant, cū tam prima obligatio de anno 1632. quam secunda de anno 1634. ab ipsis
1 contracta fuerit, dum erant filij familias, vnà cum Io. Vincentio ipsorum patre, ex quo se se obligauerint pro dote ad fauorē sororis ex mera liberalitate, nulla necessitate adstringente: & demum, quia tanquā Clerici iuuantur beneficio cap. Odoardus de solut.

Verū proposito hodie dubio, Domini responderunt non competere Continisijs beneficium, *deducto ne egeant.*

Præ-

Prætextus enim patriæ potestatis, præ-
ter quod in facto non subsistit, quia con-
stat ex publico instrumento relato *in sum.*
2 *Mirti num.3.* ipsos fuisse emancipatos de
anno 1630. quod etiam sub iuramento af-
firmarunt in instrumento secundæ obliga-
tionis *eodem summario num.1.* & propterea
cum contraxerint sui iuris effecti, non
gaudent dicto beneficio, vt notat *glos. in l.
2. verb: cuius ff. quod cum eo.* Dum non iu-
3 stificant a paterna hæreditate se se absti-
nuisse; Et vlterius dum de tempore obli-
gationis proprium peculium habebãt iux-
tà præcisam ipsorum confessionem in di-
cto instrumento iure iurando firmatam,
iuuari non possunt beneficio *l. 1. & 2. ff. &
C. quod cũ eo*; quia Mirtus creditor intuitu,
4 tam paternæ hæreditatis quã principali-
ter bonorum ad ipsos proprio iure spectã-
tiũ, contraxisse censetur *Castr. in d. l. 2. in fine
vers. idem dicendum. Franch. decis. 70. per to-
tam, Cost. de remed. subsid. remed. 28. num. 2.
& 3. Gratian. discept. 576. num. 1. cum seqq.
Rota in Anconitana Pecuniaria 1. Iuly 1622.
coram bo. me. Remboldo apud Zacbiam de
obligat. Cameral. decis. 204. num. 4.*

Minus suffragatur secundus obligatio-
nis contractæ ex mera liberalitate: quia ad
effectum, vt quis non conueniatur nisi in
5 quantum facere potest, siuè simus in neces-
saria, siuè in voluntaria obligatione, opus
est per concludentes probationes iustifica-
re paupertatis, & inopiæ calamitatem, vt
post *Barth. in repetit. extrauag. ad repriment-
dum verb. summariè, sub nu. 3. vers. & idem
puto*, tradit *Cost. dict. remed. 28. num. 6. vers.
et idem puto*, tradit *Costa remed. 28. n. 6. vers.
secundo requiritur*; & ante *num. 9. vers. quin-
tus, & vltimus*, qua probata admittitur
temperamentum traditum à *Gratian. di-
scept. 799. n. 45.* assignando scilicet credito-
6 ri omnia bona eum onere alendi debitorẽ.

In casu autem nostro nõ solum pauper-
tas, & inopia iustificata non fuit, sed imò
vltra peculium vt supra probatum ex di-
cta iurata confessione, apparet ex fide Cõ-
munitatis Ciuitatis Altamuræ relata *in d.
sum. num. 4.* dd. fratres esse valde diuites,
ideoque cessat ratio commiserationis, & sic
7 non videntur admittendi ad d. beneficium
cum præsumantur illud deducere ad defa-
tigandum creditorem, vt notat *Add. ad de-
cis. Thesaur. 119. vers. & haberet vnde solue-
ret*, cum alijs plenè allegatis *in Romana
prætensa absolutionis 18. Iunij 1646. coram
R. p. d. meo Meltio apud Zacch. vbi supra de-
cis. 165. num 18.*

Quapropter nec potest allegari benefi-
cium cap. Odoardus: quia non versamur in
paupere soluere non valente, vt præcisè
8 requirit textus, ibi, *Sed propter rerum ino-
piam soluere non valentem*; & ibi, *quatenus
si constiterit quod prædictus vel in totum, vel
pro parte non possit soluere debita*; & sequun-
tur *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 1. numer. 9.
Marc. Ant. Genuen. in pract. Archiepis. Cur.
Neapol, cap. 3. num. 18.* Illudque multò mi-
nus prætendi valet à Pompeio: quia licet
ipse enuncietur Clericus, attamen non iu-
9 stificatur sacris ordinibus insignitus, aut
beneficiatus, vel quod alicui Ecclesiæ in-
seruiat, vt requiri vltra paupertatem firmat
*Grass. de effect. Cleric. effect. 9. nu. 4. Ciarlin.
controuers. forens. lib. 1. cap. 101. nu. 7. Genuen.
d. cap. 3. sub. nu. 3. Gratian. discept. 222. n. 39.
& 40. Moder. Sicul. de benefic. deduct. ne
egeat, quæst. 10. num. 28. & 29. Rota in Ro-
mana cessionis bonorum 19. Aprilis 1652. co-
ram Reuerendiss. Terracinen. §. finali.*

Et ita vtraque &c.

Declaratio Congregationis S. Concilij Interpretum, de qua in decisione num. 4.

Die 18. Septembris 1595. S. Congregatio Cardinalium S. Cõcilij Tridentini Interpretum censuit, Clericum prima tonsura insignitum, habitum clericalem, & tonsuram deferentem, nec alicuius Ecclesiæ seruitio de mandato Episcopi ascriptum, licet fori priuilegio non gaudeat, gaudere tamen beneficio cap. Odoardus.

R. P. D. MELTIO

ROMANA PRÆTENSÆ ABSOLVTIONIS

Lunæ 18. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Excommunicatus siuè sit actor, siue sit Reus voluntarius, est repellendus à limine Iudicij, non autem si compareat vti Reus necessarius. Cum alijs, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1. *Excommunicatus in iudicio stare non potest vti actor.*
2. *Defensio natururalis excommunicato non denegatur.*
Limita in defensione, quæ prouenit à iure communi num. 7.
3. *Reus necessarius debet audiri quãuis sit excommunicatus.*
4. *Defensio duplex.*
5. *Excommunicatus potest appellare, & causam appellationis prosequi.*
6. *Excommunicatus cum denegatione audientiæ audiri non debet.*
8. *Excommunicatus qui contemnit absolui non debet audiri, etiamsi sit Reus originarius.*
9. *Citari per edictum non potest qui est absens nisi personaliter sit deprehensus, & verus contumax constitutus.*
10. *Malitiosè procurans ne citatio ad se perueniat, pro legitimè citato habetur.*
11. *Procurator non potest obligare suum principalem in forma cameræ, nisi specialiter in mandato constet de eius facultate.*
12. *Obligatio cameralis censetur apposita in instrumentis rogatis per Notarios A.C.*
13. *Principalis certioratus præsumitur à Procuratore.*
14. *Frater non potest carcerari ad instantiam fratris, nec excommunicari. Limita quãdo est diues num. 15.*

DECISIO XIV.



MANAVIT laudũ inter Illustriss. D. Archiepiscopum Rhodiẽsem ex vna, & DD. Com. Camillum Gonzagam, & Alexandrũ eius filium ex altera parte, arbitrante Eminẽtissimo D. Cardinali Barberino, in quo inter alia fuerunt condemnati dd. Comites ad soluendũ prout soluere promiserunt in instrumento emologationis dicti laudi, quolibet anno D. Archiepiscopo scuta 2400. quam sũmam cum post mortem Comitis Alexandri d. Comes Camillus soluere recusauerit Archiepiscopus adhibitis prius omnibus diligentijs ad effectum consequendi d. scuta 2400. tandem fuit coactus contra illum ad iudicialiter agendum, ac etiam recurrendum ad extraordinarium, & vltimum remedium excommunicationis ob non paritionem mandatorum A. C. contra illum relaxatorum, etiam cum affixione Cedulonum: Instante autem Com. Camillo vt ipsi in hac causa concederetur audientia, dubitatum fuit, An esset audiendus, & negatiue fuit per DD. responsum.

1 Certum est enim, excommunicatum † vti Actorem etiam causam propriam agendo, in iudicio stare non posse, & eidem comparenti ius denegari *cap. intelleximus extra de iudic. c. 1. eodem tit. lib. 6. Vin. tom. 1. com. opin lib. 1. tit. 12. num. 23. Ceuall. com. contra com. quæst. 62. late Pereg. de iure fisci lib. 3. tit. 11. num. 8. Rot. decis. 602. num. 1. circa finem. part. 1. & 606. in fine par. 2. recent. 179. num. 30. ibi, illum repellebat, post secund. vel. Cons. Farin. Rot. in Arboren. Canonicatus 8. Martij 1632. vers. 1. non obstat, ibi, repellendũ esse, coram bo. me. Merlino in ord. 107. num. 5. par. 6. diuersorum.*

Nec D. Comes prætendere potest audiri sub prætextu quod à principio fuerit prouocatus, & sic non vti Actor sed tanquam reus compareat pro sua defensione
2 † quæ cum sit de iure naturæ, excommunicato non denegatur. DD. communiter in d. cap. intelleximus de iudic. Gaill. obseru. 71. n. 5.

7t. num.5. lib.1. Marescott. variarum resol. lib. 2. cap. 41. num.2. ibi, ideo excommunicatus.

Quia cum Comes non pulsatus nec prouocatus compareat & petat audiri ad effectum sibi aperiendi viam ad opponendum & contradicendum contra Archiepiscopũ, dicitur actor, vel saltem venit ad causam vti reus voluntarius, nõ autem vti reus necessarius, qualis esse debet excommunicatus ad effectum, vt stare possit in iudicio.
3 Reus † enim voluntarius cõparatur actori & vti actor iudicatur, & ideo excommunicatus qui vti talis comparet, non est audiẽdus sed repellendus à limine iudicij *ad textum in l.in trib.ff. famil.hercisc. Abb.in cap. significauerunt, & ibi Felin. num.8. & 9.col. 111.& 112. Bart.in l.de pupill.§. ferno nu.2. & seqq.ff.de nou. oper.nunc. Bald.in cap.cum inter.num. 1. de except. Soccin. in cap. sacris num. 365.de sent.excom.cum alijs quos refert, & sequitur Scacc.de iudic.lib.2.cap.1.sub.nu. 178. Franc.Marc.decis.490.nu.3. Rom.cons. 217.num.2.ibi aut principaliter.*

Inhac enim materia non attenditur origo iudicij, vt firmat *Butr.in d.cap. significauerunt num. 3. in fine vers. & nota quod defendere.* Sed sufficit quod excommunicatus sine noua causa, & molestia veniat ad impugandum, vt de com. testatur *Aret.in d.cap. intelleximus sub.num.14. in fine, quem sequitur Scacc.de re iudic.glos.11.num.24.* & solum attenditur. An defensio habeat na-
4 turam solius exclusionis, † quæ excommunicato conceditur: An vero potius habeat naturam actionis, & impugnationis, vt in præsenti casu, quæ excommunicato denegatur, vt distinguit *Alberic. de Rosat de statut.par.vltim. quæst.92.num.6.quem sequitur Scacc. de re indic.d.cap.2.num.179.*

5 Non obstat, quod excommunicatus possit appellare † & causam suæ appellationis prosequi, non obstante excommunicatione *per text.in c.significauerũt & ibi glos.in verb. defensio.vbi Butr. sub num.3.vers. & nota, quod defendere dicitur & in c.cum inter & c. fin.extra de except. & in cap. 1.in fine extra de rescript.in 6. cum alijs, quos allegat Scacc. de appell. quæst. 5.nu. 5. vers. extende tertio.*

Quia cum eidem Com.appellanti aduersus decretum relaxationis dd. censurarum fuerit denegata audientia à Signatura quæ supremum Principem repræsentat, dũ commi oni, ab eodem Comite porrectæ
6 nihil rescribendum censuit, † consequenter in gradu appellationis, quę expressè fuit illi denegata, audiri non potest *Felin.in d.c. significauerunt num.11. & 12.cum seqq. de except.& ibi Butr. cuius dictum extollit Archid.super verb.audientia 16.qu.7.* vai, quod per huiusmodi denegationem audiẽtiæ nõ aufertur excõmunic.defensio quæ est iuris
7 naturalis, sed solum aufertur defensio † illa quæ prouenit à iure communi, prout est appellatio, quæ denegari potest excommunicato, & quoties fuit illi denegata, tunc stare non potest in iudicio etiam quantuncumque fauorabili *Ruin.cons.49. lib.4. n.7.* & in specie quod nec etiam possit appellare *Specul.de appell. §.11. vers.32. Franc. in rubric. eodem tit.num. 25. Paris de Puteo de Sindicat. cap.18.*

Et tantò magis, quia Comes tanto tempore cõtempsit excommunicationem differendo absolutionem petere, quam impetrare potest soluendo summam pro qua excommunicatus reperitur, quam soluere facillime potest, quia est ditissimus & redditus ipsius annuatim ascendunt ad scuta 24000. & vltra, illarum partiũ, vt fuit probatum pro parte Archiepiscopi. Vnde cum excommunicationem ipsam voluntarie
8 contemnat, venit illa deneganda audientia † etiam in casu quo esset reus originarius *Gemin.in cap.1.num.10. vers. & facit de rescript.in 6.Felin.in d.cap.intelleximus sub.n. 8.cum alijs allegatis per Burat.decis.536.n.5. & 6.*

Nec DD. dubitarunt de validitate, & iustitia dd. censurarum, aduersus quas licet deducta pro parte Comitis essent extra dubium propositum, nihilominus censuerunt non releuate: Non quidem obiectum nullitatis ex defectu citationis personalis, quæ præcedere debet ad effectum aliquem excommunicandi: Quia cum huiusmodi citatio exequi non potuerit personaliter, ex quo ad terram Nouellariæ, vbi manet Co-
9 mes, † non patet tutus accessus culpa eiusdem Comitis, qui præstat impedimentum, vt deponunt testes examinati pro Archiepiscopo, sufficit citatio facta per edicta in locis vicinioribus & in Vrbe, quia illa afficit citatum, ac si personaliter apprehensus fuisset *iuxta Clem. primam de iudic.vbi glos.in verb. personaliter Couar.in cap.Alma mater par.a. §.nota. Mantic.decis. 32. n.6.& fuit dictum in Cæsaraugustan. Parochialis de Maella 24. Feb. 1644. coram R.P.D. meo*
10 *Cerro* huiusmodi citationes † afficiunt citatum etiam ad effectum excõmunicationis absque alia citatione personali *Doctor. in l.dies cautioni §. Prætor ait num. 2. & 23. de damn. infect. Salust.Tiber.in praxi lib. 2. cap.1. & seq.Gaill.obs.55.num.4. & obseru. 57. num.1.lib.1. Bonacin. de Censur. disput. 1.quæst.1. punct. 9.num.9. Seraph.dec.1314. num.1. & decis. 1327. num. 5. ibi, vel nisi in fraudem C. de dolo & contum. in non. Mantic. d.decis.232.num.6. Buratt. dec.176.nu.1. & dicta Cæsaraugustan. Parochialis de Maella 24. Feb.1644. & in Leodien. Abbatissatus 8. Aprilis eiusdem anni coram R.P.D. meo Ghislerio. Mechlinien. nullitatis Matrimonij 16. Aprilis prædicti coram R.P.D. meo Corrado.*

Prout

11 Pront etiam minus releuare visum fuit, quod Comes † non potuerit obligari in forma Cameræ ab eius procuratore in vim mandati procuræ, in quo de dicta obligatione non fuit facta specialis mentio *Rota post Zacch. de oblig. Cam. decis. 57. num. 1. Buratt. decis. 517. num. 3. & 561. num. 2.* & in casu validitatis dictæ obligationis debuisset de illa prius personaliter certiorari ad effectum illum excommunicandi.

Quia cum Comes Camillus constituerit suum procuratorem Comitem Alexandrũ eius filium in Vrbe degentem, ad ipsius nomine specialiter, & expresse compromittendum super omnibus prætensionibus, & differentijs vertentibus inter ipsum, & Archiepiscopm eius fratrem, & laudum quodcumque ferendum, acceptandum, & emologandum, cum pactis, capitulis, promissionibus, & obligationibus dicto procuratori bene visis, & cum facultate in prædictis & circa ea dicendi, & faciendi ea quæ ipse constituens facere posset si præsens esset, & cum libera, & liberalissima, & alijs de quibus latius in dicto mandato procuræ, censetur dedisse facultatem dicto eius procuratori obligandi eo modo quo stipulari solent instrumenta in Vrbe, vbi fuit receptũ mandatum procuræ, factum illud compromissum, & stipulatũ fuit instrumentũ acceptationis, & emologationis laudi, & sic cum obligatione camerali, sine qua in Vrbe, si-
12 gnanter verò in Tribunali A. C. de stilo † non solent rogari instrumenta absque dicta obligatione Camerali *Salust. in praxi lib. 1. cap. 45. num. 1. Gabr. de consuetud. conclus. 3. num. 35. Menoch. cons. 27. n. 61. Rota in Romana quarti dotalis 19. Iunii 1628. coram bo. mem. Coccin. cum aliis allegatis per adden. ad Buratt. decis. 683. num. 9.*

Et in casu de quo agitur cessare videbatur omnis difficultas, quia idem Eminentissimus Cardinalis Compromissarius inter alia, ad quæ partes prædictas condemnauit, expresse voluit, & ordinauit, quod supe omnibus contentis in eius laudo fieri deberet instrumẽtum publicum cum obligatione camerali. Vnde dictus procurator non excessit fines sui mandati, dum acceptando laudum eo modo quo cantat, & prout ipse habebat in facultatibus acceptandi laudum ferendum sub quibuscumque pactis conditionibus, & obligationibus fecit instrumentum publicũ cum obligatione camerali; quia hoc modo se confirmauit cum laudo in quo expresse legitur dicta obligatio Cameralis *Gallesin tit. de instr. oblig. camer. numer. 20. & fuit dictum in Firmana executionis laudi 26. Ianua. 1590. coram bo. me. Hieron. Card. Pamphil. quæ est 61. post Fenzon. ad stat. vrb.*

Citationi autem personali, ad effectum inducendi scientiam in Comite de obligatione prædicta, satis fuit satisfactum per citationes edictales exequutas in locis vicinioribus, & in Vrbe, ob non tutum accessum ad terram Nouellariæ, ex quibus sciẽtia vera ad quemcumque effectum oritur ex superius allegatis, & tam de prædicta obligatione quam de alijs gestis in Vrbe
13 contra Comitem † præsumitur illum fuisse certioratum ab eius procuratore *Rot. decis. 396. num. 3. par. 1. diuers. & decis. 93. n. 3. ibi non est verisimile par. 2. 274. num. 3. vers. dominus nu. … & 490. nu. 4. par. 3. recent.* maxime in re tam graui *Roman. cons. 481. n. 7. Buratt. decis. 134. num. 6. & 190. num. 5.* Accedente etiam diuturna lite, & temporis cursu, intra quod procurator potuit suum principalem certiorare *Rot. in Oscen. Archidiaconat. 10. Iulii 1602. coram Card. Lancellot. iun.*

Cessare quoque visum fuit in præsenti casu obiectum, quod frater prout gaudet
14 priuilegio † ne possit carcerari ad instantiam fratris, ita etiam ab eodem excommunicari non possit *Thesaur. decis. 119. n. 1. & 153. num. 5. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 78. nu. 6. Munnoz. de Ratiocin. cap. 35. n. 8. cum aliis allegatis pro Comite.*

Quia Doctores præfati loquuntur in casu quo frater soluere non potest; secus autem quando est diues & valens recusat soluere, prout facit Comes Camillus, cuius redditus ascendunt ad scuta 24000. vt in
15 summ. Archiepiscopi nu. 1. vnde † gaudere non potest priuilegio supradicto *add. ad d. decis. Thesaur. 119. ibi & haberet* vnde solueret & dolose soluere recusaret; & in alia *decis. 153. num. 5. vers. contrarium in fine ibi sed forte Senatus. Surd. de alim. d. qu. 78. n. 42. Munnoz. d. c. 35. n. 11.* & cum eadem distinctione transeunt *Oldrad. cons. 277. sub nu. 4. Gulielm. de Bened. in cap. Rainut. in verb. dotem num. 15. de testam. Zuccar. dec. 10. per tot.*

Hincque etiam cessat allegatum exemplum Signaturæ, quæ in causa Taurinen. pẽsionis de Vibò commisit causam in Rota ad instantiam Abb. Claudij contra Thomã eius fratrem cum clausula, remotis cẽsuris. Quia Thomas poterat satisfieri super fructibus beneficij grauati annua pẽsione, pro qua Abbas Claudius eius frater fuerat excommunicatus: Archiepiscopo autẽ præclusa omnis via fuit à Comite satisfactionis, quia Comes sciens non posse exequi in eius bonis ob non tutum accessum ad locum Nouellariæ, cum isto clypeo expresse recusat soluere, quod debet: vnde iure merito Signatura ad illius fauorem nihil rescribendum censuit.

Et ità vtraque parte &c.

EX DECISIONIBVS THESAVRI

ARGVMENTVM.

Frater an pro debito ciuili possit ad instantiam fratris carcerari, & detineri.

SVMMARIVM.

1 *Frater an fratrem pro debito ciuili possit arrestare.*
2 *Frater dicitur ferè alter.*
3 *Glos. in l. verum, in principio, ff. pro Soc. examinatur.*

DECISIO XVI.

In impress. Decis CXIX.



RATER fratrē carcerari, & detineri facere pro debito ciuili intēdebat, & pro eo supplicem libellū nobis in Senatu porrexerat: Dubitatum fuit an id esset fratri postulanti concedē-
1 dum: Quæstio hæc mihi visa fuit pulcherrima, & notanda tanquam peregrina, & illam in specie tangit nouissime Gaspar Beatius Hispanus *in tract. de inope debitor. cap. 17. nu. 50. & sequen.* disputat in vtramque partem, & tandem concludit posse fratrem ad instantiam fratris arrestari, reprobata aliquorum distinctione, qui voluerunt distinguere inter vterinum, & aliū: Sed illius opinio durior mihi vita est, quā quæ in decisis obseruetur; & propterea Senatus in causa Boerorum rescripsit, posse quidem conueniri fratrem insolidum, non tamen carcerari ad fratris instantiam. Pro qua sententia ad confirmationem rescripti
2 facit in primis, † quod frater dicitur quasi fere alter, & crudelis ille est, qui carnem sua odio prosequitur *Cap. non æstimemus 13. quæstione 2.*

Secundo, quia socius conueniri non debet, nisi in quantum facere potest, quia loco fratris est, ergo idem in fratre. *l. verum, in principio ff. pro soc.* quia iuxta dictum philosophi, *Propter quod vnumquodq; tale & illud magis tale Auth. multo magis C. de sacrosan. Eccles.* Et quamuis glos. ibi dicat, fratrem in hoc non esse ità priuilegiatum, vt est socius, & eam † glo. nota-
3 bilem dicant, & sequantur *Petr. Iacob. Butrig. Rayner. Barth. Bald. Alberic.* qui dicit communiter, *& Salic. in d. l. verum & ibidem Fulgos.* qui dicit omnes Doctores excepto *Iacobo de Rauen.* cum illa glossa trāsire: & certe illa glossa communiter approbatur, & eam etiam sequitur Petrus de Vbaldis *de societa. par. 15. col. 2. Ias. in §. sed & si quis cum parente num. 4. instit. de action.* Tamen illa videtur dura, & destruere illum textum & contra opinionem glossæ tenuit *Iacob. de Rauenna*, quem ibi citat *Alber.* & etiam *Io. Faber in d. § sed & si quis cum parente.* Addo ego, quod contra illam faciunt verba tex. ibi 1 *Cum societas eius quodammodo fraternitatis in se habeat.*

Nam comparat ibi Vlpianus Societatē fraternitati, vndè non debet esse melior comparatio, & non negat Accurs. *ibi* quin frater solum conueniatur in quantum facere potest, & non vltra. Alias etiam rationes ponit Albericus, quarum alteram repetit *Io. Fab. in d. §. sed, & si quis cum parente*, nempe, quod frater tenetur alere fratrem si non habet vnde: ergo non debet conuenire fratrem in plus quam facere potest; & eadem ratione hoc tenet *Aret. in d. §.* Quamuis restringat in fratre vtrinque coniuncto.

Nec obstat huic opinioni contra glossā quod de fratre non loquuntur iura, præsertim tex *in d. §. sed & si quis.* Quia respondetur, quod cum hæc extensio conueniat æquitati, & bonis moribus, ideo fienda est, vt in simili dicit *Io. de Pla. in d. §. sed & si quis*, dum extendit id quod dicitur de socio, ad canonicos, & alios, qui sunt in eodem collegio; & quod hæc extensio fiat ex æquitate, dicit tex. *in l. non tantum in fin. ff. de re iudic.*

Minus obstat quæ *Beat.* scribit *in supra citato loco*: Quia vltra, quod non bene respondet ad consil. Baldi, quem allegauit, illius ratio non est concludens, dum voluit socium liberari, & fratrem non, quia hoc est contra naturalem æquitatem, & esset melioris conditionis constituere socium, quam fratrem, contra mentem ipsius legis conditoris *in d. l. verum*: & quamuis leges de hoc non dicant, tamen præsumendum non est illas voluisse hoc beneficium fratri negare, cum benignę sint *l. benignius ff. de legib.* præsertim vero inter nos Christianos inter quos, & inter fratres, charitatis exuberantia maior exigitur, iux. illud *Malach. 2. quare ergo despicit vnusquisque vestrū fratrem suum?* & *Machabeorum 12.* vbi societatem fraternitatem appellat, & Paul. *ad Roma. cap. 12. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes*, & alibi; *Nemo supergrediatur in negotio fratrem suum*, neque vrgebit eum quasi exactor, & similia.

AD-

ADDITIO.

Vtrum ista procedant in socero? & videtur quod sic: iure illi tanquam alteri patri debetur reuerentia, & non tenetur in plus quàm facere possit. *l. rei iudicat. 15. §. fin. ff. solut. matr.* & ita censuit Senatus, me referente *in quadã causa de Pinarolio 1600. mensis Octobris*, in qua etiam dictum fuit, non esse capienda mobilia, & victualia ad vsum ordinarium personæ destinata, & pro congruis alimentis familiæ: quod est verum, nisi socer, vel pater filiæ, cui dos est constituta, fuisset cõdemnatus ad dotis solutionem, & haberet modum soluendi, ac dolose recusaret, tunc enim filiæ, & genero succurrendum erit, vt possit etiam carcerari sicut posset carcerari pater pro ipsa dote constituenda, vt singulariter tenet *Benedict. in c. Raynutius in verba dotem numero 25. de testam.*

ARGVMENTVM.

Alimenta filio naturali & spurio regulariter per fratres debentur: & quando id locum habeat, magistraliter ampliationibus, & limitationibus propositis declaratur.

SVMMARIVM.

1. *Filio naturali à patre, & suis hæredibus alimenta debentur.*
2 *Filio spurio alimenta debentur.*
3 *Alimenta debentur spurio, & naturali, licet pater peti prohibuisset.*
4 *Alimenta peti possunt etiam coram iudice ecclesiastico.*
5 *Pater potest pro alimentis relinquere quintã partem suæ hæreditatis naturali.*
6 *Alimenta nõ sunt filijs naturalibus præstanda in hospitali.*
7 *Mater tenetur spurio alimenta præstare.*
8 *Donatarius omnium bonorum tenetur alimenta filijs naturalibus præstare.*
9 *Auus paternus, siue maternus tenetur filijs naturalibus alimenta præstare.*
10 *Filio pro alimentorum consecutione competit hypothecaria.*
11 *Bona illius, qui alimenta præstare tenetur transeunt etiam in fisco cum illo onere.*
12 *Alimenta debentur etiam vxori filij naturalis ab hæredibus.*
13 *Alimenta filio naturali non debentur, si aliunde sibi victum parare potest.*
14 *Pater non tenetur dotare filiam spuriam, si aliunde illam habere possit.*
15 *Alimenta non debentur filio naturali, si ars, vel alimenta superueniant.*
16 *Alimenta præstantur quatenus necessitas imminet.*
17 *Alimenta capienda sunt super fructibus.*
18 *Pater potest alimenta filio naturali legare, etiamsi habeat aliunde.*
19 *Alimenta præterita an peti possint.*
20 *Pater non tenetur filio naturali, seu spurio robusto, & qui seruire possit, alimenta præstare.*
21 *Alimenta filio naturali ingrato non debentur.*
22 *Alimenta vltra vires hæreditarias non debentur.*
23 *Ad alimenta quis non tenetur in plus quam facere possit, & non cogitur arctare victum suum pro illorum præstatione.*

DECISIO XVII.

In impress. Thesauri Decis. CCXI.



ILIO naturali † debentur alimenta, non solum à patre, sed etiam à patris hæredibus. *l. si quis à liberis §. id rescriptum ff. de lib. agnoscen.* & vt breuior sim, multosque ad hoc propositũ citant moderni, præsertim *Peregr. de iur. fiscl lib. 3. tit. 8. nu. 65. Gabriel. conf. 25. Bursat. cons. 62. lib. 1. Vincent. de Franch. dec. 87. num. 150. & dec. 178. nu. 6. & 12.* & faciunt ea, quæ de filia spuria late scribit *idem Vincent. dec. 283. par. 2. Didac. in Epitom. c. 4. §. 6. num. 11. Paleott. in tract. de noth. & spur. c. 45.* Et hæc conclusio non patitur difficultatem, & secundum eam pluries iudicauit Senatus: imo, & filiam dotare tenetur officio iudicis. *Papon. lib. 21. tit. 3. Arest. 3.*

2 Ampliatur hæc regula, vt procedat non solum in simplici naturali, sed etiam † in spurio, & incestuoso; & hoc ex æquitate canonica, ex *cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matrimon.* ex quo text. videtur correctus rigor iuris communis disponentis, quod spurio, & incestuoso non debeantur alimenta. *auth. ex complexu, C. de incestuos. nupt.* & hanc æquitatem canonicam sequẽdam esse etiam in terris Imperij, tenet præceptor meus *Paleot. Cardinal. meritiss. de nothis & spur. cap. 36. Didacus dict. epito. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 6. Rolan. conf. 54. nu. 59. lib. 2.* & ita semper obseruauit Senatus, quamuis *Calcan. cons. 62. num. 13.* dicat contrarium. Qualia autem alimenta præstanda sint, ponit *Didac. dict. cap. 6. num. 8. Paleot. c. 47. numero 7.*

3 Amplia secundo, vt hæc alimenta † debeantur ab hæredibus, quamuis pater prohibuisset illa peti à filio naturali, vel spurio *Didac.dicta par.2.c.8. §.6.col.6.vers.quinto infero. Paleot. dicto cap.47. num.6. Rolandus dicto cons. 54. num. 68.lib.2.* & idem dicendum, si pater mandasset, quod talis naturalis teneretur operari in demo, & seruire fratribus, seu hæredibus. *Rolandus consil. 54.num.70.lib. 2.* quod tamen non crederē verum per ea, quæ dicam in prima fallentiæ, & contra eam tenet *Bart.in l. Cato §. Imperator ff.de legat.præstand. Bertrand.consil.177.num.5.lib.2. Thob.Non.cons.85.n.7. Perusin.concl 1.col.5.& dec.93.nu.13.Ioan. Verg.cons.72.num.4* quę opinio verissima mihi videtur, quoniam etiam apes, vt inquit Poeta,

Ignauum pecus fucos à præsepibus arcent.

Faciunt, quæ dicam infra in *vers. fall. tertio.*

4 Amplia tertio, vt talia alimenta † etiam peti possint coram iudice ecclesiastico. *Didac.dict.par.2.cap.8. §.6.num.6.* Hæc tamen ampliatio procederet in patria nostra, si talis esset ecclesiasticus, vel hæres, à quo alimenta petuntur: Cæterum si ageretur contra laicum, procul dubio agendum esset coram Iudice laico, attenta forma Decretorum nostrorum, tam nouorum, quam antiquorum, quibus prohibetur laicos trahi coram ecclesiasticis pro re mere profana, & ita vidi obseruari, & inhiberi pœnaliter laicis, ne pro tali causa coram ecclesiastico litigarent; & licet dici posset ecclesiasticum posse cognoscere tanquam de pia causa inter laicos, tamen hoc non admittitur apud nos, quia talium causarū Senatus pijssimi Principis nostri personam repræsentans est iudex competens, & ipse semper cognouit, & cognoscit.

5 Amplia quarto, vt pater † possit pro alimentis istius filij relinquere quintam suæ hæreditatis *Paleot. de noth. & spur. c. 45.num. 8. §.6. num. 6.* & ideo si aliquid à patre naturalibus, seu spurijs legati nomine relinquatur, resoluitur tale legatum in alimentis: poterit ideo illis hodie legari, imo & donari, causa mortis, vel inter viuos. *Papon.lib.21.tit.3. Arest.2.* qui tamē *Arest. 3.* id in spurijs limitat, & bene per *cap.tanta qui fil.sint. legit.*

Amplia quinto, adeo teneri patrem, & hæredes ad hæc alimenta de suo proprio, 6 vt non excusentur † si ponerent filium in hospitali, vt ibi aleretur. *Didac. d. cap.8. §. 6. num.9.* quod putarem procedere, si hospitale has expensas à patre repeteret; sed quo ad filium cum aliunde alatur, & præsertim occasione patris, & eius diligentia, non posse à patre alimenta repetere, per ea quæ dicam infra in prima fallentia. Nisi filius inuitus, & cū suo dedecore in hospitali degeret, vt dicam infra.

7 Amplia sexto, vt etiam mater † spurio, & naturali talia alimenta præstare debeat, & hoc vsque ad ætatem trium annorum. *Didac.d.§.6.num.3.* vbi dicit hoc procedere, si pater posset alere, tunc enim fit talis diuisio alimentorum per tempora: quòd si pater esset pauper, tenet idem Didacus, matrem teneri ad alimenta etiam post triennium, si ea facultatem filium alendi habeat. Hanc tamē ampliationem in quadam causa Riparolis Senatus non admisit, quando mater est pauper, & necesse habet suis laboribus victum quærere, nec commode valeat filium lactare, aut alio modo alimenta præbere; pater autem sit diues, & ea præstare possit. Idemque obseruandum dixit, si forte mater est nobilis, quæ non posset filium lactare, aut esset talis persona quæ non posset sine magno scandalo filiū apud se retinere, tunc enim tenetur pater filium agnoscere, & alere, iuxta ea, quæ dixi supra *decis.3 circ.fin.* & vide ad hoc *Peregrin.de iur.fisc.d.tit.18.num.59.*

Amplia septimo, vt non solum hoc onus alendi transeat contra hæredem, per *l. si quis à liberis §.item rescripserunt ff. de lib.* 8 *agnoscen.* Sed etiam † contra donatarium omnium bonorum patris. *Didac. d.§.6.nu. 14.* licet dicatur, quòd donatarius non teneatur ad debita defuncti, vt alias dicam.

9 Amplia octauo, vt hoc onus spectet etiā auo, siue paterno, siue materno, ex his, quæ dicit *Paleot.d.t.sp. 47.num.6. Didac. d. §.6. num. 16.*

Amplia nono, vt non solum filio competat actio personalis, aut officium iudicis ad consequenda talia alimenta, sed etiam 10 competat † actio hypothecaria aduersus tertios possessores cum bona parentum cēseatur tacite hypothecata pro alimentis filiorum *Duran.de art.testan.tit.de lib.institu.* 11 *cautel.17.* quod notabiliter scribit *Martian. in l.2.ff.de alimen.& cibu legat.* † quod si bona illius, qui ad alimentorum præstationē tenetur, in alium transeunt, transibunt cum eodem onere, etiam in fiscum. *Peregrin.de iur.fisci.lib.5.tit.1.n.75.* quod intelligi potest si talia bona essent alienata io fraudem à parentibus, vel si essent alienata ab hæredibus post mortem patris, alias enim cessaret talis hypotheca, vt per *Didac. dict. cap. 8. §. 6. numero 14.*

12 Amplia decimo, vt non tantum filio, sed etiam eius vxori † hæc alimenta debeantur vt per *Paleot.de Noth.& spur. cap.47.nu.7.* Quod intelligo in vxore inope, secus si de suo viuere possit: imo nec etiā videretur vllo casu debita, quia satis est si ipsi præstentur, & si non potest vxorem nutrire non nubat.

13 Fallit nunc præmissa regula, vt non procedat si filius sit artifex † vel aliunde sibi victum quærere possit, tunc enim alimenta iudi-

iudicis officio non debentur: *l. si quis à liber. §. sed si filius & §. alimenta ff. de liber. agnosc. l. fin. §. ipsum autem filium C. de bon. qua liber. Abb. in cap. fin. num. 5. de conuers. infidel. Alex. cons. 18. num. 2. lib. 3. & cons. 27. num. 2. lib. 4. Dec. cons. 576. nu. 3.* & hãc opinionem communem testantur moderni: *Roland. cons. 54. num. 46. lib. 2. Crauet. cons. 919. num. 11. Gabriel. de alime concl. 1. n. 21. Bursa. cons. 62. lib. 2. Didac. in epitom. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 9. Peregrin. de iur. fisci tit. 18. num. 69. 74. & seqq. Calcan. late cons. 59. cum duob. sequen. Hartman. practicar. obseruat. forens. lib. 2. tit. de alimen. cap. 3.* Sicut etiam

14 non tenetur pater † dare dotem filiæ spuriæ, quando illam habere aliunde potest congruam *Gabriel. ibidem nu. 6. post Bald. Alex. Iacobin.* & alios per eum citatos. *Peregrin. dict. tit. 18. n. 70.* Et secundum hanc fallentiam censuit Senatus in quadam Taurinen. referente D. Senatore Agatia 1581. die 22. *Ianuarij*, & in causa cuiusdam spuriæ naturalis die 25. *Septembris* 1585. Quod tamen intellige, quando talis est ars, quam filius sine dedecore exercere potest sine periculo infirmitatis: *Bart. in d. §. Sed si filius & in l. 1. C. de mendic. valid. Didac. dict. sup. § §. 6. num. 9* & quam exercere potest sine periculo infirmitatis: neque enim si esset persona debilis, cogeretur agriculturam exercere *Bart. dict. l. 1. C. de mendic. valid. Crauet. cons. 199. col. 1. vers. rursus.*

Hanc fallentiam amplia, vt procedat etiamsi à principio quis esset pauper, nec

15 haberet vnde aleretur, & postea superuenirent † diuitiæ, vel ars alimonjam præstans: tunc enim cessabit alimentorum præstatio *Gabriel. dict. tit. de alim. concl. 1. n. 25.* quod quidem verum est considerato tempore diuitiarum, secus si pro alimentis præteritis tempore paupertatis aliqua debita filius contraxisset, nec haberet modum soluendi, tunc enim ad ea debita exoluenda tenetur pater: & præstabit hæc alimenta,

16 quatenus † necessitas imminet, & non vltra *l. quæ propter necessitatem. vbi Doctor. de gul. iur. l. si quis à liberis §. sed si filius de lib. agnos. Barth. in l. 1. §. nunciatio. nu. 28. de non. oper. nunciat. Abb. in cap. cum venerabilis n. 7 de consuetud. Ias. in l. commodis in fin. ff. de re. iud. Dec. in l. donationem num. 7. C. de collat. Crauet in consil. pro genero nu. 194. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 182. num. 32.* & secundum hanc declarationem censuit Senatus in vna causa Marchionatus Cevæ, referente Illustr. Compatre meo D. Senatore Mina. 8. *Nouembris* 1586.

17 Talia autem † alimenta præstabuntur, non ex alienatione bonorum paternorum sed super fructibus. *l. Imperator ff. ad Trebel. vbi Ang. Alex. cons. 200. nu. 7. lib. 1. Alciat. cons. 243. num. Simon de Praetis in tract. vlt. volunt lib. 11. num. 62.* quia alias re vendita, & principali consumpto, posset filius alimentis carere. Ideo pro rata fructuũ alimenta præstanda sunt. *l. 3. ff. de alimen. legat. Pereg. d. tit. 18. num. 37.* Et ex eo solo quod quis est artifex, præsumitur quis habere vnde viuat *Mantua cons. 77. n. 12. lib. 1.* facit istud Catonis

Cum tibi sint nati, nec opes, tunc artibus illos

Instrue, quo possint inopem defendere vitam.

Quilibet enim præsumitur ex suo artificio non solum ali posse, sed etiam ditari. *Bald. in l. si defunctus C. arbitr. tutel.* Sed quamuis pater non cogatur præstare alimenta filio

18 artifici, tamen, si vult potestea † illi legare *Crauet. cons. 199.* qui ita declarat opinionem *Decij in cons. 576.* contrarium tenẽtis post *Calcan. cons. 59. & cons. 61. idem Crauet. cons. 200. nu. 10.* & opinionem Crauetæ in practica obseruari dicit *Apostillator ad Dec. d. cons. 576. n. 2. Didac. dict. c. 8. §. 6. n. 10* Opinionem tamen Decij sequitur *Puleot. de Noth. cap. 48. nu. 6.* nisi filius in egestatem labi videretur, & operari perpetuo non posset.

19 Fallit secundo, vt hæc regula procedat quo ad † alimenta præsentia, non autem quo ad præterita. *Bart. Alex. & Ias. in l. de alimentis C. de transact. Rain. cons. 80. n. 5. lib. 2. Tob. Non. cons. 8. num. 5. Perusin. conclus. 1. col. 4. vers. infertur Bursat. cons. 83. n. 7. lib. 1. Gabriel. de alimẽ. conf. 1. nu. 3. Vincent. de Franch. decis. 201.* Quod intellige, vt dixi supra, nisi illorum causa facta interpellatione filius debita contraxisset, vel talia alimenta ab extraneo præstita fuissent, posset enim tunc extraneus actione negotiorum gestorum ea consequi. *l. Nesennius ff. de negot. gest. facit l. cum vnus 19. §. 1. & l. libertus ff. de alimen. legat. Corduba in d. § idem rescriptum nu. 65. & in §. si vir parens nu. 67. de liber. agnoscen.* præsertim si actionis iure peterentur. *Mobedan. decis. 107. in fine.*

Fallit tertio, si sit corpore validus, & robustus, ita vt seruire possit alicui nobili,

20 tunc enim etiamsi artem † non habeat, pater ad illum alendum non tenetur. *Bart. in d. l. 1. C. de mendic. valid. Decius cons. 576.* nec enim danda est occasio otiositatis, & inertiæ. *Alciat. cons. 243. num. 3.* & idem dicas si haberet beneficiũ ecclesiasticum, ex quo viuere posset, *Decius cons. 576. Crauet. 199. num. 11.* quamuis contrarium tenuerit *Paleot. de noth. & spur. cap. 45.* & idem dicendum est in filia spuria, si haberet maritum locupletem; qui illi alimenta præstare posset *Crauet. cons. 200. num. 11.*

21 Fallit quarto si spurius † essent ingratus ita vt ei iure denegari illi possent alimenta. *Didac. d. c. 8. §. 6. n. 17 Paleot. cap. 48. num. 7. Alciat. cons. 243.*

Fallit

Fallit quinto, vt talia alimenta non præ-
22 ftentur ab hærede, fi legata † fint vltra vires hæreditarias, etiamfi inuentarium nō fecifiet. *Cuman. conf. 30. in 2. dubio Fanut. de inuent. hæred. par. 7. num. 56. & in §. quod fi. tutor. num.* 2. Sed in hoc *Natta* tenet contrarium *in conf.* 383. *numer.* 9. Cuius opinionem putarem de iure veriorem fauorabili: Si enim hæres inuentarium non fecit, habetur pro hærede fimplici, & ad integra legata tenetur. *l. fin. §. fin vero C. de iure delib.*

Fallit fexto, vt ille, qui obligatus eft ad alimenta præftanda, non teneatur † in
23 plus quam facere poffit, neque fe arctare in fuis alimentis, & expenfis, vt alium alat. *dicta l. fiquis liberis §. fin. l. 2. C. de alend. liber. Natt. conf.* 383. *n.* 8. prima enim charitas incipit à feipfo. *l. præfes C. de fer. & aqua.* quod tamen intellige, nifi alimentorum debitor vellet nimis prodigaliter, & nimis exuberanter viuere.

Et quod dictum eft fupra *verf. fallit nūc in fin.* deberi alimēta fpurio, quādo definit poffe artem exercere, ex qua viuat, amplia, vt poffint petere declarari per iudicē, quod præftentur fibi alimenta in cafum, in quem ex fua arte viuere non poffint, & ita iudicauit Senatus in quadam caufa. Taurinen-fi, referente Domino Senatore Agatia 20. Ianuarij 1582.

ADDITIONES

A Quo ad hæredes, illos cōpelli poffe, quia onus alendi fit reale, tenet *Didac à Spina in fpeculo teftament. glof. 16. num. 106.* & propterea non aletur à fratre fpurio etiam diuite, fed ab hæredibus patris, ad quem prima folutio fpectat, nifi in fubfidium, quia tunc frater alere tenetur.

Declara iftam fallentiam, vt habeat locum in eo fpurio, qui iam habet artem, & illam cum decore familiæ poteft exercere, fecus in fpurio nobilis viri, quia cum decore alijs feruire non poffet prout bene declarat *Didac. de fponfalib. 2. par. cap. 8. §. 6. num. 9.* & re vera dura mihi videtur ifta limitatio, & forte non procederet de iure Canonico propter generalitatem *tex. in c. cum haberet in fin. de eo qui dux. in matrim.* vbi nulla fit diftinctio. Et cum ifta declaratione tranfit *Surd. de aliment. tit. 7. qu. 9. num. 25.* Sed fi exercere poteft hoc onus, vt putain feruiēdo principi, à quo habeat ftipendium, vel victum, vel ille poffit alicui etiam arti inhærendo, vt qua mufices artis peritus, vel rem fcriptoris, poffit ea virtute aliquo modo fibi victum quærere fpurius, dicerem expedite illi non effe fubminiftranda alimenta, nec à patre, nec à patris hæredibus, imò nec legatum à patre factum ratione alimentorum, & fratres de proprio ad nihil teneri.

C. Ad materiam huius decif. vide quæ nouiffime fcripfit *Surd. in fuo amplo tract. de alimentis tit. 1. quæft. 9. & 10. Gomez Leon. in fua informat. centur. cap. 15. Garz. in tract. de expenf. & meliorum cap. 4. num. 22. Rota Bonon. Benintend. decif. 22.* Et quid dicendum in filio legitimo, *Riminal. iun. conf. 132. lib. 2. & 584. lib. 5.*

EMINEN. D. CARD. VBALDO

BONONIEN. PECVNIARIA.

Veneris 3. Iunij 1633.

SVMMARIVM.

1 *Confulendum eft in iudicio, fi poffit, vtrique parti.*

2 *Filius obligans fe pro patre non tenetur quo ad perfonam, nec vltra quam facere poffit.*

3 *Præftatio, quam quis in alienatione bonorum referuauit pro fua fubftentatione, dicitur fufficiens, vt non poffit maiorem prætendere ex beneficio* l. 2. ff. & C. quod cum eo.

4 *Fideicommiff. grauato viuente non imped. hypotheca, & executio fuper fructibus bonorum fideicommiffo fubiectorum.*

DECISIO XVIII.

Et apud Pofth. de fubhaft. eft decifio XXIII.



AEC caufa fuit pluries propofita fuper dubio, An D. Gafpar fuffragetur priuilegium *l. 2. ff. & C. quod cum eo,* & nunquam potuit capi refolutio propter varias Doctorum fen-

sententias. Hodie vero iterum proposito dubio, facilis fuit resolutio, quia D. Alexandra, quæ vult exequi mandata pro suo credito contra Gasparem, qui se obligauit in transactione inita cum eius patre, solum petit executionem contra bona in eadem transactione relaxata, & quæ eidem hypothecata remanserunt, donec esset integre satisfacta de suo credito lib. quatuor millium; non enim intendit amplius facere executionem contra personam eiusdem Gasparis, & lib. 240. quas idem Gaspar si-
1 bi reseruauit in donatione omnium bonorum facta fratri: † hoc enim modo vtrique parti consultum fuit, vt Alexandra procu-
2 rare possit satisfactionē sui crediti, & Gaspar iuuetur priuilegio *l. 2.*, vt non teneatur quo ad personam, ne carceretur; & quod nec de libris 240. ne egeat, vt disponitur *in d. l.* & ibidem tradit *Paul. de Castr. in fin. C. quod cum eo*, quem sequitur. *Franc. decis. 71. num. 2. & 3. Vrsill. ad Afflict. dec. 308. num. 2. Giurb. decis. 42. nu. 1.* cum alijs congestis per *Modern. Roman. discept. for. c. 599. numer. 1. & seqq. &* tenuit *Rot. in Anconitana Pecuniaria 1. Iulij 1622. coram bo. me. Remboldo*. Prædicta vero summa librar. 240. visa est sufficiens pro sustentatione, asserens, quod ea mediante sperabat residuum eius vitæ degere magis pacifice, & quiete, vt sunt verba in summario Alexandræ *num. 1.* Vnde ex declaratione ipsiusmet Gasparis satisfactum censetur dispositioni *d. l. 2.* vt præstatio conuenta loco alimen-
3 torum illi debeatur, & ea pro sufficienti haberi debeat, nec maiorem quantitatem prætendere possit *l. si quis in conscribendo C. de pact. l. cum censum ff. de trit. vin. & oleo legat. Nat. cons. 21. num. 16.* & traduut *supradicti Modern.* post alios *discept. 613. nu. 21. & 25. & seqq.*

Non obstat, quod bona prædicta dicantur subiecta fideicommisso etiam pro me-
4 dietate Gaspari tangente. Quia † eo viuente propterea non impeditur executio, & & hypotheca super illorum fructibus, *l. in fideicommissariam*, *vbi DD. ff. ad Trebell. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 1. num. 1. & 2. Peregr. de fideicomm. art. 4. num. 10.*

Et ita vtraque &c.

EX DECISIONIBVS SICILIAE

MARII GIVRBAE.

ARGVMENTVM

Debitor in cessione bonorum, an extra carceres audiendus sit.

SVMMARIVM.

1 *Obæratus debitor bonis cedit seruata cap. Regni forma.*
2 *Debitor ad cessionem bonorum ab inferiore Iudice non admittitur, nisi Proregis literis obtentis.*
3 *Cessioni bonorum renuntiare debitor nec potest, cum iuramento.*
4 *Cessionem per aduersam fortunam obæratis ius naturæ indulget.*
5 *Debitor non carceratus, ad cessionem bonorum non admittitur. Contra Muscatell.*
6 *Rescriptum*; audiat, & iustitiam faciat *arcta iudicem ad iuris ordinem seruandum, & ad petita restringitur. Et numero 7. 8.*
9 *Debitor culpa, aut dolo in paupertatem incidens, ad bonorum cessionem non admittitur, sed qui fortuna tantum vitio. Ampl. num. 10. 11.*
12 *Decoctores, & falliti ad cessionem non admittuntur ratione doli.*
13 *Damnum non videtur sentire, qui propria culpa in id incidit.*
14 *Statutum, quo fortunæ vitio lapsis bonorum cessio interdicitur, non valet.*
15 *Cessio bonorum à Principe absque iusta causa, & speciali derogatione, in vniuersum tolli non potest.*
16 *Statutum, quo debitor præcise in carcerem ire, cogatur, nec cedendo bonis liberetur ad fraudulentes decoctores restringitur num. 17. 18.*
19 *Cedens bonis iuramento bona sua reuelare cogitur, & cauere si ad pinguiorem fortunam venerit, quatenus poterit se facturum num. 20.*
21 *Ignominiosa bonorum cessio, in totum liberat debitorem.*

DECISIO XIX.

In impress. Decisio XLI.



QVONIAM frequenter cōtingit, obæratum fortunæ vitio debitorem bonis cedere, ne in carcerem detrusus illic marcescere cogatur. *l. 1. C. qui bon. ceder. poss. Abb. in cap. Odoardus de solut. Tusc. tom. 1. litt. C. concl. 217. num. 1. Stracc. de Mercat. tit. de decoct. §. circa num. 2. 3. 19. 20. 21. Brunor.*

Brunor.Sol.quæst.9.num.35.vol.1.Var.lib.3.
tit.de solut. Resolut. 27. num. 2. Mart. de iu-
risd. par.4.cent.2. cas.216. Cancer.in.2. Re-
sol. cap.8. de cession.bonor. num.46.47.serua-
ta tamen, inquit Bald.cons. 301. n. 3. vol.
2 5. Tusch.d.litt.C.concl.218.num.13.forma
capitulorum Regni à Rege Alphons.Rit.29
tit.de cess.bonor.Imper.Carol.cap.65. tit.eod.
Rege Ioann.cap.24.tit. de Morat.quinquen.et
ceß.bonor. Reg. Ferdin.cap.20. tit. de. ceß.bo-
nor.quod in primis probari necesse est, Vin.
decis.529.num.9.Muscatell.de appell.part. 3.
glos.detinebitur num.113.Magon. Lucen. de-
cis.88. Parlador.lib.2..Rer.quotid.c.fin. p.5.
§.7. per tot. Casta.subsid. remed.27. num. 1.
Afflict.decis.71. Natt. cons. 367. Obtentis à
D. Protege litteris, quod admittantur,
constito &c. quarum meminit Afflict. dec.
296. in fin. & decis 379. in princip. Musca-
tell.d.glos.detinebitur, num.81.Cost.d.remed.
3 27.nu.11. Quamuis cessioni bonorum de-
bitor renunciauerit, Cyn. Barth. Angel.&
Imol.in l.alia §.eleganter ff. solut matr. Fab.
in §.fin. Instit. de act, & in l. fin. C. qui bon.
ced. poss.Alex.cons.37.num.6.vol. 2. Capell.
Tholos.quæst. 61.veriorem dixit, ac recep-
tiorem opinionem Conar.lib.2.resol.cap.2.
num.5.Baez.de inope debit. cap. 1. num. 41.
Rodr.de Ann.redit.lib.2.resolut. quæst. 10. n.
12.magis communem dixit Trentacinque
resol.27. num.35.Gail.de pac. publ.lib.2.c. 2.
num.23.Tusch.d.conclus.218.num.7.Gutier.
de iuram.confirmo par.1.cap.18.nu.1. etiam
cum iuramento Cyn.& Salic.num. 19. in l.
1. C.qui bon.ced. poss.Petr.Greg. de censibus
quæst.6.priuileg.8.comit.Rit.95. sub num. 7.
Seraphin.de iuram.priuil.91.num.3. Intrigl.
de censib.quæst.54.num.7.Guid.Pap.dec.211.
num.1.Abb.in cap.2.de pignor.num.2.Conar.
in 2. resolut.cap.1.nu.7. magis communem
& veram probat Cancer.d. cap. 8. de cession.
bon.num.34. Thesaur.decis.36.num.4. Costa
de remed.27.num. 10. Magis communem
dixit Vin.opin.183.num.2.Ludouic.Perus.de-
cis.64. num.21.Trentacinq.de resol.27. n.36.
Caballin. Milleloq. 325. Tusch. d.concl.219.
num.2.Rodr.d.quæst.29.num 12.Menoch.de
arbitr.cas.183.nu.28.Brun.Sol quæst.8.n. 13.
17. communiorem, & veriorem dixit Mu-
scatell.d.glos.detinebitur, num.108.109.Ca-
ual.comm.contra comm.quæst.701. numer.7.
Menchaca de success.creat.lib.3.§.22. nu. 80.
& alijs quos refert, & sequitur Baez. d.c. 2.
num. 42. Est enim hæc pars iuris, quæ per
fortunam aduersam, obæratis cessionem
4 indulget, ex naturæ iure desumpta, cum
contra carceris iniuriam pro libertate cor-
porum pugnetur, Bero.quæst.133.numer.2.
vt cauendum nobis sit, de Mancin.contra-
rium affirmante, de iuram. par.4. effect.213.
numero 4.

5 Controuersum idcirco non semel vidi,
audiendus an sit debitor, quin prius se
carceratum constituat, instante præsertim
creditore. Qua in re audiri illum extra
carceres posse, negat Iac.de Aret. sequitur
Alber.in Rub.C.de cession.bonor.col.2. in fin.
vers. item quæritur nunquid debitor. & Cyn.
d.in l.1.quæst.8.Bald.in §.fin.num.24.instit.de
action.& ibi late Ias.Couar.d.cap.1.num.45.
Henr.in d.cap.Odoardus.Cancer.d.cap.8.nu.
24. Rol.cons.7.num.9.vol.2.Brun. de cession.
bonor.quæst.7.quæst.princ.Communem dixit
Trentacinq.d.Resol.27.num.4.Boer.decis.38.
num.8.quæst.10. Brun.Sole quæst.9.num.11.
Intrigl.refert singul.2. lib.3. vbi sic etiam
M.R.C. sæpius iudicasse testatur, & ita in
Curia Prætoriana Vrbis Panormi decisum
vidimus pro Hieronymo Alphano, contra
Ioan. Paulum Amoroso debitorem die
9. Maij 13. indict. M.D.C.& in M.R.C.pro
Cæsare Scaglione, & Margarita Manno,
contra Bernardinum Pegino debitorem
die 21. Maij, 13. indict. M. DC. & in hoc
Concistorij Tribunali, prò Vincenrio Fer-
rerij, contra Scipionem Peristanga, & Tho-
ma Bertolotta, die 23. Octobris 8. indict.
& M.DCLX. Et si dubius hac in re fuerit
Muscatell.d.glos.detinebitur num.111. ad n.
vsque 119. Quia constare necesse est, quod
creditores illum vrgeant, & is irrepara-
bilis existat in necessitate, Frider.de Senat.
cons.193. Natt.cons.361.num.8.

CumquèCarolus Buttino debitor Ioan-
nis Baptistæ, & Vincentij Merata Tutorum
filiorum, & hæredum Ioann. Petri Merata
in vncijs centum sexaginta tribus, obtinuis-
set ab vno ex M. R. C. Iudicibus, cui soli à
S. E. fuerat commissum negorium, quod
extra carceres in miserabili cessionis bo-
norum beneficio andiri possit; in dorso sui
Memorialis penes Regiam Secretariam
die 14. Iunij 9. indict. M. DC. XI. Nihilo-
minus ex præallegatis Patrum authorita-
tibus, fuit in Consistorio decisum, die sex-
ta Iunij 9. indict. M. DC. XI. Quod non
audiatur Carolus, quin prius se carceratū
constituat in publicis Panormitanis carce-
ribus, & hoc stante Proregis commissione
qua voluit illam M. R. C. prouisionem in
6 Consistorio reuidendam esse, die 23. Iunij
9. indict. M. DC.XI.

Nec illa Proregis commissio, quod vnus
Iudicum M.R.C. prouideat: dispensauit eū
extra carceres esse audiendum, quia voluit
solum vt prouideat, quatenus iuris est, &
non aliter, Angel.in auth. de hered & Fal-
cid.§. exhæredatas, num.2. Bald.in cap. cum
venisset num.2. de testib. late Ias.in l. Iustitia
num.5.ff.de inst.& iur.Maran.de iudic.p. 4.
dist.9.num.4.Monald.cons.8.num. 5. Nec re-
scriptum iustitiæ iuri communi derogare
7 censetur, sed ad petita restringitur, Mo-
nald.d.cons.8.num.4.Marta 1. par. claus.54.
num.1. Etenim si dispensare voluisset Pro-
rex (extra carceres eum esse audiendum)

vtique

vtique dixisset, cuius expressio parum Per-
gamini occupasset, vt in simili. *Ioan. An-
dr.* arguit *cap. inter Monasterium de re iudic.
& in cap. super eo de Appell. Oldrad. consil.*
226. non enim de tam modico illa expres-
sione agebatur, vt negligi deberet, & scrip-
to non mandari, sic eleganter arguit:
*Cravet. cons. 175. num. 5. Monter. decis. 15.
num. 44.* maxime quod ex illa expressione,
quæ ad tollendam disceptationem fuit in-
ducta, omnis quæ in futurum controuersia
excitari poterat, radicitus vccidatur, Mon-
ter. probat *decis. 8. sub nu. 25.* & ideo subdit
8 *Rol. cons. 97. n. 14. vol. 4.* Non præsumi. quod
lex, aut testator id voluerit, quod facile
exprimere potuit, & non expressit. *ad tex. in
l. 1. §. sin autem C. de caduc. toll. Casanat. cons.
45. num. 23. 24. 25. Prat. cons. 90. n. 22. 23.
Costa de scien. & ignor. inspect. 71. nu. 1. 2. 3.
Gabr. cons. 106. num. 57. vol. 2. Aldouin. cons.
20. num. 169.* Quæ assertio vendicat etiam
sibi locum in statutis, sicut in vltimis vo-
luntatibus *Tiraq. in l. si nunquam glos. liberis,
num. 3. C. de reuoc. donat. Surd. cons. 426. n. 13.
Costa d. inspect. 71. num. 3.* Nec absonum est
Principem suo in rescripto aliquando plus
vel minus dixisse, quam fuerit petitum *Me-
noch. cons. 1194. num. 15. Bardell. cons. 5. n. 18.*
& habetur ratio rescripti, non autem sup-
plicationis. *Bertaz. cons. ciuil. 97. num. 65.
Rim. Iun. cons. 562. num. 30. cons. 822. nu. 1.
Gabr. cons. 28. num. 24. vol. 2. Honded. cons.
48. num. 15. vol. 2. Viu. decis. 205. numer. 5. 6.*
cum pluribus à *Petroca congestis, consil. 5.
num. 51. Molin. lib. 3. de primogen. c. 5. n. 57.
Decian. cons. 92. num. 20. 21. vol. 5. Engen.*
8 *cons. 88. Ponte. cons. 1. num. 117. consil. 52. nu-
mero 194.*

Cæterum, animaduertere nos oportet,
qui fortunæ vitio in eam paupertatis suæ
calamitatem venerunt, dignissime semper
habiti sunt, vt à molestia carceris, & vin-
culorum liberarentur: qui autem sua cul-
pa illam sibi accersiuerunt, & in leges pu-
blicas deliquerunt, earum auxilio digni
non sunt existimati, & ideo non ad hos,
sed ad illos potius cessions beneficium iu-
dicatum semper fuit pertinere *l. fin. ff. quæ
in fraud. credit,* notant *Fab. Ang. & alij §.
fin. instit. de action. Capol. cons. crim. cons.
9. Anfr. ad Capell. Tholos. quæst. 61.* sequitur
Baez. d. cap. 1. num. 53. in fin. quod non ex
vi renuntiatæ cessionis procederet, sed quia
iure constitutum est, nec debitor, qui do-
lum committit, admittatur ad cessionem
bonorum. *vt in dic. l. fin.* & tradit *Barth.
in d. l. alia §. eleganter, in fin. Caball. Mille-
loq. 325. Tusch. d. conclus. 219. nu. 12. Bald.
in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Baez. de debit. inop.
cap. 8. num. 18. Cancer. d. cap. 8. num. 44. Tes-
saur. decis. 36. sub num. 3. Rodr. de Ann. Redit.
lib. 2. quæst. 10. nu. 14. Cost. d. Remed. 27. n. 12.
Caball. Resol. crim. cas. 105. Trentacinq. d. Re-
sol. 27. num. 27. Stracc. de decoct. par. 3. nu. 9.*
10 *Viu. decis. 529.* Imo interpretes eos quoque
qui partim sua culpa, partim fortunæ vi-
tio decoxerint, ad cessionis bonorum be-
neficium non admittendos censent. Hos
enim admixta culpa humiles, & deplora-
tos, ac miseratione indignos reddere puta-
runt, *l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. cred. Stracc.
d. par. 2. num. 2. & par. 3. num. 2. Farin. q. 26.
num. 26. 31 Plot. de in lit. iuran. §. 4. num. 62.
Brun. de cess. bonor. 5. quæst. quæst. princ. & qu.
28. Boer. decis. 349. num. 8.*
11 Et ratio discriminis in aperto est, cum
iura dolosis patrocinari non soleant, &
potius his, qui ex necessitate, quam volun-
tate in calamitatem inciderint, subueniant,
*l. Senatoris ff. de rit. nupt. l. si dictum. §. 1. ff. de
euict. l. quod si §. restitutio. vbi Bar. ff. de min.
l. cum postulassem §. 1. ff. de damn. infect. Tira-
quell. lib. 1. retract. §. 1. glos. 20. num. 25. &
glos. 28. num. 41. 42. Ronchegall. in l. eandem
in princ. num. 217. 230. ff. de duob. Reis. Co-
uar. in 2. resol. cap. 16. num. 9.* Decoctoribus
12 ergo, & fallitis beneficium hoc non com-
petit, ratione doli, quem in eis præsumi
adnotauit *Natt. cons. 361, num. 7. Brunor. d.
quæst. 9. num. 35. Cancer. d. cap. 8. num. 45.
Plot. de in lit. iuram. §. 4. num. 64. Cost. de
remed. 27. num. 13. Trentacinq. d. resol. 27. n.
28. Natt. cons. 461. nu. 7. vol. 2. Thomin. cons.*
13 *22. num. 117. vol. 1.* Vnde, & criminosus
semetipsum pœnæ subdidisse dicitur, neque
damnum sentire videtur, vbi propria cau-
sa in id incidit. *l. Imperatores. ff. de iur. fisc.
l. quod quis ff. de reg. iur.* Perinde de interpre-
14 tum sententia non valere creditur statutū,
quo fortunæ vitio lapsis bonorum cessio
interdicitur, *Bald. in l. fin. num. 4. C. qui bon.
ced. poss. Stracc. in d. par. 3. in princ. num. 3. Ro-
der. Suar. tit. de cess. bonor. §. 1. circa fin.* Ne-
que à Principe absque iusta causa expressa,
& speciali eius derogatione tolli cessio in
15 vniuersum potest *c. per tuas vbi Abb. de
Arbitr. Bero. quæst. 130. num. 2.*
16 Sed ne longius ire necesse nobis sit, sta-
tuta, quæ omnem omnino cessionis vsum
tollunt, & adimunt debitoribus, non ad
alios, quam decoctores, & dilapidatores
pertinent. *Stracc. d. par. 2. num. 1. & par. 3.*
17 *num. 1. Menoch. de arbitr. quæst. 90. num. 15.*
Atque hanc semper fuisse statuentium mē-
tem, verisimile ex eo est, quod statuta
omnia, ex naturali æquitate interpretatio-
nem admittant, ne quis indebite damno
afficiatur, *l. 2. vbi glos. C. de noxal. act. Al-
ciat. de verb. signif. lib. 1. num. 46. 47. Menoc.*
18 *de arbitr. quæst. 7. num. 18.* Quodque statu-
ta Italiæ de incarcerandis debitoribus stri-
cte intelligi debeant secundum *Menoch. de
arbitr. cas. 383. num. 9.* At quia ita intelligo
locutum *Trentacinq. d. resol. 27. nu. 39.* dum
voluit, statutum, per quod cessionis bene-
ficium tollitur, esse validum, quia respectu

decoctorum eius dictum procedret.

19 Denique, qui ad bonorum cessionem admittitur iureiurãdo bonorũ copiã indicare tenetur, *glos. & Doct. in l. 1. C. qui bon. ced. Cancer. d. c. 8. de cess. bon. n. 15. 16. Afflict. decis. 296. in fin. & decis. 379. in princ. Muscatell. d. glos. detinebitur num. 82. Trentacinq. d. resolut. 27. num. 9. 10.* & cauere cogitur si
20 ad pinguiorem fortunam venerit, se quatenus poterit satisfacturum. *l. 4. ff. de cession. bonor. cap. Odoardus de solut. Treuis. decis. 8. n. 9. lib. 1. Roland. cons. 7. num. 8. vol. Muscatell. d. glos. detinebitur, num. 87. Cance. d. cap. 8. num. 21. 22. Tusch. d. concl. 217. num. 4.*
21 Quod verum intellige, nisi cessio ignominiose fieret: quia remotis familiaribus cum pudendis lapidem percusisset, vel alijs non dissimilibus vituperosis modis: tunc enim cedens bonis, liberatur in totum, vt nihil suis creditoribus soluere teneatur; succedit namque dicta ignominia (quæ pœna corporalis est) loco debiti pecuniarij, ita *Bald. in l. fin. ff. in ius vocan. Cnid. Papæ decis. 343. Cancer. d. cap. 8. num. 23. Brun. à Sole quæst. 7. num. 10. 11. quæst. 9. num. 38. Menoch. de Arbitr. cas. 183. num. 23. Tusch. d. conclus. 217. num. 4. Roland cons. 7. n. 10. 11. vol. 2. Muscatell. d. nu. 87. 88. 89. cum seqq. Thesaur. decis. 36. ad fin. Trentacinq. d. resol. 27. num. 8. Couar. lib. 2. resol. cap. 1. num. 5. 6. Cost. subsid. remed. 25. num. 3. Caual. comm. contr. commun. q. 729. num. 12.* Quare diximus ex his, Non audiatur Carolus Buttino, nisi se carceratum constituat inter carceres.

Die quarta Iulij nona Indict. M.DC.XI.

ARGVMENTVM.

Filius familias, qui simul cum patre in instrumento se obligauit, An sui iuris effectus in beneficio, (l. 4. ff. & C. Quod cum eo qui alend. pot.) audiendus sit, si cum iuramento (omni legum auxilio) renunciauit.

Die 4. Iulij, nona indict. MDCXI.

SVMMARIVM.

1 *Filius familiæ, qui propria, vel patris voluntate contraxit, si sui iuris effectus à paterna abstineat hereditate, deducto ne egeat conueniri debet.*

2 *Filius fam. hoc gaudet beneficio, licet creditor si pauperior, secus in marito, & vxore paupere, num. 3.*

4 *Priuilegium ne quis teneatur vltra quam facere potest, personale est.*

5 *Priuilegium miserationis causa concessum renunciatione non tollitur. Contra numero 12.*

6 *Beneficium ne teneatur filiusfamil. vltra id quod facere potest miserationis causa introductum videtur. Contra numero 18. 19. 20.*

7 *Beneficio tit. ff. & C. quod cum eo, nec cum iuramento renunciari potest.*

8 *Fauori suo quisque renunciare potest.*

9 *Priuilegium, quod ratione reuerentiæ personæ competit, renunciari non potest: secus si ratione contractus, vel societatis.*

10 *Beneficium tit. ff. & C. quod cum eo, fauorem debitoris, & creditoris respicit, quibus prouidere voluit Prætor ne in damno sint, aduersus textus in l. 2. ff. de capit. dimin.*

11 *Beneficium. ff. & C. quod cum eo propter mutatum eorum statum, filiis fam. fuit indultum.*

13 *Ronit. ad Pragm. Regni Neap. tit. ad Macedon. num. 15. declaratur.*

14 *Glos. in l. a. 1a §. eleganter verb. negat. ff. solut. matrim. declaratur.*

15 *Clausula omni iuris, & legum auxilio, in renunciatione tollit priuilegium ne quis conueniatur vltra quam facere potest. Contrarium num. 22. declar. numer. 23. 24. 25.*

16 *Iuramentum vim habet specialis renunciationis, & consensus. Declar. num. 26. 27. 28. 29. 30. 31.*

17 *Iuramentum non excludit beneficium, ne quis conueniatur vltra quam facere potest. Limit. num. 29.*

18 *Tex. l. 2. ff. & C. quod cum eo, contractum iuratum non comprehendit. Contr. nu. 19. & per tot.*

19 *Generalis iurata renunciatio, beneficium tit. quod cum eo, non includit.*

20 *Text. l. 1. C. Quod Imper. int. pupill. & vid. indiuiduum requirit renunciationem.*

21 *Cap. Odoardus de solut. renunciare clericus non censetur, nisi speciatim dixerit contra Furin.*

DECISIO XX.

In impress. Decisio XLII.



FILIVS famil. qui simul cum patre se obligauit, cum eius sit fideiussor, in id quod facere potest, conueniendus est, nec carceratur. *l. 2. & tot tit. ff. & C. quod cum eo.* dummodo sui iuris effectus paternam non adierit hæreditatem

tem, d.l.2. vbi Doct. notant *& Bald. in l. si ex alio C. eod. Cæpoll. cautel. 14. Ias. in l. qui iurasse §. si pater num. 2. de iure iuran. Castr. in l. 2. & in l. si filius fam. numer. 3. ff. Quod cum eo. Cartar. dict. 7. num. 1. Felic. de Societ. cap. 6. num. 30. Vrsill. ad Afflict. decis. 368. num. 20. 21. Tuscus tom. 3. litt. E. concl. 380. num. 31. Carauit. Rit. 166. n. 79. & in Pragmat ad Macedon. §. 12. num. 17. in fin. Minad. cons. 17. num. 4. Turengl. in prax. ciuil. cap. 1. num. 36. in fin. Franc. decis. 70. decis. 164. decis. 181. decis. 321. Amat. decis. 16.*
2 *num. 9. Brun. de cess. bon. quæst. 4. princip. nu. 78.* Etsi creditor pauperior sit *Bald. in l. 2. num. 5. C. quod cum eo. Alex. ad Bar. in Rub. ff. eo. Paris. cons. 91. nu. 50. vol. 1.* magis com-
3 munem dixit *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 98. num. 36.* Secus in marito, qui deducto, ne egeat beneficio non gaudet, si mulier æque sit pauper, *Bart. in l. maritum num. 4. ff. solut. matrim. vbi Alex. & Ias. num. 20. Aret. col. 2. Duaren. post princ. Barbos. num. 97. & reliqui Classici. Maran. cons. 30. num. 9. Marc. Anton. Gennen. in Prax. Archiep. cap. 3. nu. 14. Neuzan. cons. 59. num 12.* magis communem *Surd. d. num. 34. 36. Costa subsid. Remed. 28. num. 7. Laderc. cons. 30. n. 70. Mars. singul. 99. Paulill. in l. si Præses num. 8. C. de seruit. & aqu. Couar. in cap. possessor. 2. par. §. 2. num. 4. ad fin. de Reg. iur. in 6. Gutier. de iuram. confirmat. par. 3. cap. 15. num. 4. Brun. de cession. bon. 4. par. princ. quæst. 20. num. 30. Auil. ad l. Prætor. cap. 10.* Vnde cum Antonius, & Iacobus Rignone fratres simul cũ patre se obligauerint, ad beneficium, tit. Quod cum eo, admitti posse probant, patre iam decocto, & mortuo cumque instarent creditores Ne audiantur, quia illi renunciauerunt. Dixit M.R.C. Non audiantur: causa ad Consistorium deuoluta, dubitatum fuit.

Primo an filius fam. vnà cum patre se obligans, beneficio *l. 2. ff. & C. Quod cum eo*, renuntiare possit.

Secundo, an generalis renunciatio etiã cum iuramento ex clausula, omni legum auxilio satis sit,

Ad primum scripsit Rouit. ad Pragmat. R. N. tit ad Macedon. num. 22. beneficio, Ne teneatur vltra quam possit, renunciari
4 non posse, quia personali; *ex glos. l. alin §. eleganter in fin. solut. matrim.* comprobant. *Specul. Ioan. Andr. & Alex.* quos citat. Nã
5 miserationis concessum priuilegium, à miserabilibus renunciari non potest. *glos. in l. 1. verb. excedere C. quand. Imp. tit. pupill. &c.* quam notant ibi *Bald. & Salyc. Franc. dec. 181. num. 8. Barbos. d. §. eleganter numer. 50. Felin. in cap. si diligenti num. 16. de for. compet. Barbat. cons. 64. n. col. 2. vol. 4. Amat. decis. 16. num. 52. Mexia de Tax. Pan. conclus. 5. num. 139. Rebuff. ad Reg. constit. tit. de sent. prouis. art. 3. num. 38. Caball. Milleq. 699.* *sed quod, ex l. 2. ff. & C. quod cum eo*, filijsfam.
6 datum est priuilegium, vt deducto ne egeat miserationis causa concessum, inquit illic *Rouitus num. 25. Franc. d. decis. 181. num. 7.* ergo &c.

7 Secundo, & fortius concludit illic *Rouit. num. 23.* Quod nec etiam cum iuramento filiusfam. huic beneficio renunciare potest, & tradit *Couar. de exeq. instrum. qu. 28. Vrsill. ad Afflict. decis. 308. num. 20.* sequutus *Alex.* qui ex omnium dictis *post glos. in d. §. eleganter in fin. scripsit*: Quod si priuilegiũ competit personæ, vt hoc esse videtur *ex l. sed etsi § soli iuncta glos. verb. hæredi eius ff. Quod cum eo*, nec cum iuramento renunciari potest, secus in alijs, quæ originem trahunt ex contractu, notat idem *Alexan. cons. 133. vol. 5.* plane edisserit *Amat. dec. 16. num. 44. 54. Afflict. decis. 222. num. 1. Brun. de cession. bonor. quæst. 20. quæst. 4. princ. n. 22.* communem contra *Vasq. refert Baez. de inop. debit. capit. 17. num. 37.*

His tamen non obstantibus contrarium censuimus verius, imo beneficio prædicto renuntiare posse filium fam. in contractu, quo se vna cum patre insolidum obligauit, ex *Alber. in Rub. ff. quod cum eo.* Quem creditur non legisse *Vrsill. qui d. num. 20. Alber.* id non dixisse inquit, & male, idem probat *Paris. d. cons. 94. num. 45. Carauit. Rit. 166. num. 79. Tapat. lib. 1. Var. tit. quod cum eo vol. 2.* copiosius *Franc. decis. 181. per tot.* Et si iniustam renunciationem hanc alibi ap-
8 pellent *Franc decis. 164. num. 7. & P. Andr. Molfes. cons. 4. num. 4.* Nec mirum, cum possit quisque fauori suo renunciare *l. si Iudex circumuento ff. de pact. l. de minor. l. si quis in conscriben. C. de pact. l. quæritur §. si conditor ff. de ædil. edict. Aldonin. cons. 68. num. 26. cons. 70. num. 103. Franc. decis. 540. num 4. 16. Gabr. tit. de claus. conclus. 3. nu. 26. Macerat. lib. 1. resolut. 112. cas. 13. in fin. Vant. de nullit. tit. ex defect. iurisd. num. 118. Cassador. de Appel. decis. 9. num. 9. Valasc. decis. 135. num. 9. Amat. decis. 28. num. 31.* latè *Tusc. litt. B. concl. 176. 161.* siue expressim renuntiet, *Doct. in l. si quando §. & generaliter ff. de inoff. testam. Beuint. decis. 72. num. 4. Macerat. lib. 1. resol. 200. numero 9.*

9 Non obstat primum. Nam Resp. Quod licet priuilegio, deducto ne egeat, an renuntiari possit, varij variè loquantur, ex omnium tamen dictis, illud mihi verius visum fuit semper: Aut priuilegium illud personæ competit propter debitam reuerentiam, vt de Marito, & Vxore, de Socero, & Genero, & similibus, Doctores edisserunt, & renuntiari non potest. Aut alia ex ratione, vt contractus, vel societatis, & secus est, ex *glos. l. si conuenerit & l. sunt qui ff. de re iud. glos. in d. §. eleganter, vbi Bart. Barbos. num. 1. vers. 75. & in l. maritũ num. 17. ff. solut. matrim. Alex. in d. §. elegan-*

*ter & conf.*133.*num.* 2. *vol.*5.*Surd. de alim. tit.*1.*quæst.*78.*num.*55.*Mart.de iurisd. par.* 4. *cent.* 2.*cas.*186.*Muscatell.de appell.p.* 3. *glos. detinebitur num.*122. *Ias.in l.quo nomine ff.de condit.indeb. Amesc.de potest.cons* 30.*num.*9. 10. *Marant.cons.*30. *num.*7. *Anna alleg.*102. *num.*6.7.8, *Tusc.litt.E*, *concl.*382.*n.* 11. 27. *litt.R concl.*171.*num.*16.*Franc.decis.* 164.*n.* 11.16.17. plene *Amat.decis.* 16. *à num.* 24. *ad fin.vsq.Minad.decis.*2.*num.*2. *Thesaur.decis.*153. *num.* 13.*Costa subsid. Remed.*28.*n.*8. & ideo dixit *Baez.de inop.debit.cap.*15.*n.*14. Ius reuerentiale, nec renunciatione quauis Iurata tolli. Cum ergo beneficium hoc ad iuris ciuilis interpretationem Prætor concesserit, *d.l.*2.*C.quod cum eo*: ibi, perpetui edicti interpretatione de est non propter reuerẽtiam, quam nullatenus filiofa. debitori, & creditor debet, aut è contra licet debitor seruus quodammodo sit creditoris, *glos.fin.l.*3.*C.de nouat.glos.in l.fideicommissa* §. *si rem.verb.non accipere ff. de legat.* 3.*Bart.in l.si constante* §. *quoties num.* 5. *ff.solut.matrim.Crot.in l.*4. §.*Cato.lect.*2.*nu.* 93.*ff.de ver.oblig.* alios citat *Auend. respon.* 8.*num.*6.*Amesc.d.lib.*2.*cap.*23. *num.* 3. *in fine Mouter.decis.*2.*num.*40.*Gutier.in l. nemo potest num.*405.*ff. de legat.* 1. ergo illi renunciari à filio famil. rectè potuit.

10 Nec obstat, miserationis causa beneficium hoc filijs fam. indultum fuisse, vt ex *Franc. d.decis.*181.*num.*7.*notat Rouit.d.Pragm.ad Macedon nu.*25.Nam respond. quod ex *d.l.*2.*ff. Quod cum eo*, solis filijs famil. non est prouisum, sed potius eorum creditoribus. Inspexit nãque Prætor filios fam. sui iuris effectos, & sic nouos homines, ex iuris ciuilis dispositione ad nihilum teneri, iuxta tex. *l.* 2. *ff.de capit. dimin.* Ne creditores in damno sint, & filijfamilias noui homines effecti, ideo statui vtrique consulendo, vt non insolidum, nec in nihilo prout de iure ciuili, sed eatenus tenerentur, quatenus facere possint, ita *Odofred.in Rub.ff. quod cum eo. Bart. & Castren. in l.* 1. *ff.eod. Bart.in l.*2.*C.eod.Ias.in l.qui iurasse* §.*si pater ff.de iureiuran. Franc. decis.*181.*num.*6.*decis.* 221. *sub num.* 20. Ergo non miserationis filiorum causa, sed creditorum potius fauore hoc beneficium fuit concessum: inde

11 est vt dixerit *Bald.in l.*2.*nu.*5.*C. quod cum eo.* Non miserationis causa hoc beneficium à Prætore concessum, sed potius mutatione status, cum alias ad nihilum tenerentur filiijamil. Baldum sequitur *Surd. quæst.*78. *num.*36. Quare scripsit *Azo*, *in summ.tit.C. quod cum eo*, beneficium hoc ex æquitate, & iure quodam speciali competere placuit *Paris.cons.*94. *num.*43.*vol.*1.*Cartar.decis.*7. *num.* 20.

12 Respondeo quod, etsi miserationis causa cum alijs indultum esse beneficium illud fatemur, renuntiari tamen ei posse probat *Cagnol.in Proœm.Digestor.num.*289.*Amesc. de potest.in se ipsum.lib.*2.*cap.* 32.*num.* 3. *Tiraquell.in præfat.l.si vnquam num.*124.*C.de reuocand.donat.*

Non obstat secundum. Nam si renuntiari illi potest absque iuramento (vt diximus) multo magis, & cum iuramento. Et quod *Rouit.*inquit *in d.Pragm. ad Macedon. n.*25. verum est in priuilegio, deducto ne egeat,

13 ratione debitæ reuerentiæ indulto, sicuti loquuntur *Alciat. Zas.Capell.Tholos.& Couar.* quos citat, cui renuntiari cum iuramento posse, negant *Glos.in d.*§. *eleganter*, vbi *Bart. num.*9. *Alex. num.*4.*Barbos.n.*25. *Amesc.d.cap.*24.*num.*2. *Amat decis.*16. *nu.*44. *ad fin.vsque Gom.ad l.Taur.*53.*nu.*49. *Baez. de inop. debit. capit.* 27. *numero* 37. communem *Couar.in cap.quamuis in princ.nu.*4. *ad fin.de pact. in* 6. magis communem *Gutier.de iuram.confirm.par.*1.*cap.*16.*n.* 48.49. *Gom.ad l.Taur.*53.*num.* 49. *Brun. de cession. Bonor.quæst.*20.*quæst.*4.*princ.num.*23.

Nec obstat, ratione personæ beneficium hoc *ff.& C.quod cum eo*, à Prætore conces-

14 sum fuisse, vt nec cum iuramento renuntiari potuerit. Cum si verum sit, priuilegio ratione personæ renunciari non posse ex *glos.in d.*§.*eleganter*: attamen intelligitur *glos.illa*, ratione personę, cui reuerentia debetur, iuxta terminos *eiusd.* §. *eleganter*, vbi sic declarat *Barbos num.*20.*Amesc.d.cap* 24. *num.*19. Ex quibus communi omnium voto diximus, beneficio *tit. quod cum eo* renuntiari à filio famil. rectè potuisse. Et hæc quod ad primum articulum sint satis.

Secundus est articulus, an generalis renunciatio cum iuramento, satis: sit in quo illam sufficere, tradunt *Seraphin.de iuram. priuil.*59. *numer.*2. *Costa de scien. & ignor. cent.*2.*distinct.*33.*num* 14. Sed omni iuris, & legum auxilio renuntiarunt Iacobus, & Antonius Rignone filijfamil. in contractu, quo vna cum patre insolidum se obligarunt, cum in omni contractu, omni legum auxilio renuntiatum ex *Ias. Capell. & Soc.Iun.* dixerit *Milan.decis.*17.*num.* 46.

15 *lib.*2.Beneficio ergo *tit.quod cum eo* renuntiasse videtur. Qui enim omni iuris, & legum auxilio renuntiat, priuilegio deducto ne egeat renuntiasse censetur, *Rol.cons.*113. *num.*10.*vol.* *cons.*17. *num.* 16. *vol.*4. & *de Lucr, Dot.quæst.* 42. *num* 13. idque ex *Corn. Tiraq.& Rip.*comprobat *Bertaz.de instrum. claus.*40.*glos.*6.*num.*4. *Gutier. de iuram. confirm.par.*1.*cap.*16.*num.*63. *Caro.singul.*746. *Maran.cons.*30.*num.*36.*Mart.claus* 126. *n* 3. *Gozad.cons.*69.*num.*20.*cons.*88. *num.*19. *Laderch cons.*30.*nu.*11. Tanti enim hanc clausulam æstimarunt Doctores, quos citat *Franc.de fideic.cap.*5.*num.*504. vt si alia renuntiatio in promptu non sit, per eam [illegible] tem omnibus exceptionibus renuntia[illegible] intelligatur. Operatur namque hæc clausula

fula, vt cuilibet beneficio, speciali etiam fauore introducto, renunciatum sit. *Aret. conf.*104. *num.*9. *Cur. Inn. conf.*18. *nu.*4. *Tiraquel. in præfat. l. si vnquam C. de reuoc. donat. Mart. d. clauf.*126. *num.* 17. comprehendit namque omne auxilium *Socc. Iun. conf.* 180. *num.* 18. *vol.* 4. *Tiraq. in d. l. si vnquam in princ. num.* 121. *Rol. conf.* 17. *num.* 22. *vol.* 4. siue de iure communi illud competat, siue ex iure municipali *Dec. conf.* 452. *numer.* 19. *Ruin. conf.* 51. *num.* 21. *vol.* 1. *Marf. in Rub. de fideiuss. num.* 35. *rom. conf.* 251. *num.* 5. vbi *Addit. verb. vniuersali, Rol. & Tiraquel. d. loco Mart. d. clauf.* 226. *num.* 18. *Rim. iun. conf.* 587. *num.* 28. vsque adeo, vt si vna tantum competat exceptio, ad illam hæc generalis renuntiatio extendatur, *ex Capic. decis.* 88. *num.* 56. *Enriq. in Opusc.* 2. *post. conf. nu.* 27.

16 Secundo, iuramentũ specialis consensus, & renuntiationis vim habet, ad tex. *l. cum pater. §. filius matrem ff. de legat.* 2. *l. cum quis decedens §. mater. priuil.* 56. *num.* 2. *Mart. vot.* 9. *num.* 20. *Decian. conf.* 39. *num.* 80 *vol.* 2. *Carauit ad Pragm. tit. ad Macedon.* §. 12. *nu.* 65. ergo filius famil. per suum iuramentum,

17 quo contraxit, dicto suo beneficio, *titul. quod cum eo,* derogare voluit, & expressim renuntiare, sicut de priuilegio, *Deducto ne egeat,* aduertit *Felic. de Societ. cap.* 6. *n.* 22. *Farin. quæst.* 27. *num.* 70. *Seraphin. d. priuil.* 56. *num.* 3. 4. *Carauit. d. §.* 12. *num.* 70. *Cornaz. consil.* 128. *in princ. vol.* 3. *Surd. de Alim. tit.* 4. *qu.* 78. *nu.* 26. 27. *Gratian. decis.* 130. *num.* 12. *Lop. in cap. per vestras §. fin. num.* 20. *de donat. int. vir. & uxor.* Et quamuis in tali iuramento de huiusmodi priuilegio cogitatum sit in genere: quod satis est, *l. qui iure militari ff. de testam. milit. Gabr. tit. de reg. iur. cõcl.* 4. *n.* 1. *Seraphin. d. priuil.* 56. *num.* 6. *Tusc. litt. E. con-*

18 *clus.* 382. *num.* 30. *Lop. in d. cap. per vestras §. fin. nu.* 22. Præsertim, quod tex. *d. l.* 2. *ff. & C. quod cum eo,* in simplici contractu loquitur, non autem de eo, qui iurata renuntiatione confirmatus est, *Carauit. d. §. sub numero* 70.

19 Contrarium, his non obstantibus, censuimus verius, imò generalem renuntiationem etiam iuratam, nec satis esse, vt beneficio *tit. quod cum eo,* priuetur filius famil. *Aloys. Leo in d. l.* 2. *nu.* 45. *C. quod cum eo. Vr. sill. ad Afflic. d. decis.* 308. *num.* 20. *Tepat. lib.* 1 *tit. quod cum eo col.* 2. *in fin. Franc. decis.* 181. Tum quia specialis, & expressa debet esse beneficij, deducto ne egeat, renuntiatio, *Mantin. de iuram. par.* 4. *effect.* 201. *num.* 2. 3. imò specialissima, *Rom. conf.* 269. *numer.* 3. *Amat. deci.* 16. *num.* 51. *Ruin. conf.* 98. *num.* 22. *vol.* 1. qui de beneficio miserationis causa concesso, loquuntur, cui (nisi specialissima concurrat expressio) renuntiari non potest. *Rebuff. ad Reg. constit. tit. de senten. prouis. art.* 3. *num* 38. *Tusc. lit. I. conclus.* 507.

20 *num.* 7. *lit. E. conclus.* 652. & tradit in term. *Franc. decis.* 181. *num.* 8. sicut de priuilegio *l.* 1. *C. quando Imp. int. pupill. & vid.* quod nisi expressim, renunciari non potest, *Franc. decis.* 187. *Natt. conf.* 590 *num.* 15. *Afflict. in constit. statuimus quæst.* 13. *Parpall. in l. penult. C. de pact. Nentz. Sil. nupt. lib.* 3. *num.* 38. *Carauit. Rit.* 231. *num.* 4. sic in Clerico, qui beneficio *cap. Odoardus de solut. & deducto ne*

21 *egeat,* generali renuntiatione etiam iurata, nec continetur, nisi specialiter de eo dictum sit, *Ferret. conf.* 254. *nu.* 14. quem aduersus *Farin.* contrarium affirmantem *quæst.* 27. *num.* 70, allegat *M. Anton. Macer. Var. lib.* 1. *Resolut.* 40. *sub num.* 5. *Gutier. de iuram. confirm. par.* 1 *cap.* 17. *num.* 14. 25. Sed nulla beneficij huius specialis in hoc contractu interuenit à Rignone renuntiatio, ergo &c.

Secundo: Renuntiatio non extenditur ad ius, quod sibi superuenit ex noua causa, & quod ignorat renunciationis tempore sibi posse competere, *l. mater vbi Bart. ff. de inoff. testam. Bardell. conf.* 30. *num.* 19. Quia ius de futuro in renunciatione non continetur, *l.* 1. *§. decretalis ff. de success. edict. Surd. conf.* 332. *num.* 5. *conf.* 398. *num.* 12. *conf.* 413. *num.* 24. *D. And. Molf. sf. ad consuet. Neapol. p.* 4. *tit. de renunt. quæst.* 6 *nu.* 28. Maximè si ius sit superueniens ex causa de futuro *Bardellon. d. conf.* 30. *nu.* 43. & ex noua causa *Surd. conf.* 15. *num.* 28. *conf.* 267. *num.* 23. *conf.* 398. *conf.* 418. *num.* 24. *Molf. sf. d. quæst.* 6 *numer.* 33. Generalis ergo clausula illa, renuntiaus omni legum auxilio, ad beneficium hoc *titul. quod cum eo,* non extenditur, quia restringenda est renunciatio, ne quis indebite damnum patiatur, ideo semper interpretatur, vt minus noceat renunciauti, *Menoch. conf.* 335. *num.* 9. *conf.* 749. *Surd. conf.* 431. *num.* 32. *conf.* 445. *num.* 56.

22 Nõ obstat primum: quia verius est, clausulam *Renuntians omni iuris, & legum auxilio,* priuilegium *Deducto ne egeat,* non comprehendere, vt renuntiatum sit; Sicuti aduersus *Rol. defendit Corbul. tit. Ob non solut. canon. limit.* 41. *num.* 3. *Amat. decis.* 16. *nu.* 50. Quia dispositio generalis non extenditur ad casus diuersam habentes rationem, *Calcan. conf.* 19. *col.* 1. *ad Cranet. conf.* 144. *n.* 6. *Aldouin. con.* 68. *num.* 54. *Schrad. conf.* 13. *n.* 236. *vol.* 1. & nullum verbum est adeo generale, vniuersale, & indefinitum, quod suis consideratis circunstantijs, vel non debeat ciuiliter intelligi, aut limitationem recipere, ex multis a *Schradero d. conf.* 13. *sub num.* 237. *Aldouin. dict. consil.* 68. *numero* 55

23 Respondeo secundo, quod generalis renunciatio, omni legum auxilio, illas tantum exceptiones comprehendit, quæ filijs famil. competebant, siue contractus tempore, siue postea, ex causa tunc subsistente, non autem exceptionis quæ, eis, vti nouis

uis hominibus, superuenient, *Franc.d.decis.181.num.11.* licet iurata sit, vt mox dicemus num.30. si quidem omnis dispositio intelligitur rebus in eo statû permanentibus, *l.quod Seruius, cum simil. ff.de condict. caus. dat.* siquidem absurdũ esse inquit *Decian.cons.78. num. 26. vol.3.* quod prouisio hominis, quæ à principio intercessit, non tollat prouisionem legis, quæ nondum erat, *Polid.Rip.obser.8.num. 7.* ideo si mutetur status, & competat ius ex alia causa, euanescit ipsa renunciatio, *ad text. in cap. cum inter de renunt.Surd. cons.133.num.29. Menoch.cons.27. num. 47. Molses. d.quæst.6. num. 39.*

24 Respondeo tertio, quod cum generalis hæc renunciatio sub clausula, omni iuris & legum auxilio, in exequutiuis contractus verbis posita sit, principalem dispositionem non alterat *Gemin.cons.86.n.6. Alex.cons.14. num.4.vol.1. Natt.cons.582.numer. 4. Celsus Vgo cons.26.num.49. Rim.Iun.cons. 268.nu. 26.cons.525. num.53.* & in terminis tradit *Amat.decis.5.num.53.*

25 Respondeo quarto, in ijs in quibus de mago agitur præiudicio, expressio specialis, & indiuidua requiritur, nec sufficit vniuersalis, etiam geminata, dispositio, *D. Schrad.cons.13.nu.222. vol.1. Aldoain.cons. 69.num.56.* Sed in beneficio *tit.quod cum eo* de magno agitur filijfam. præiudicio, ne caceretur, & insolidum teneatur, ergo &c. Etenim clausulæ generales, & renunciatiuæ in contractibus, cum apponi soleant ex capite notariorum, nil releuant. *argum. l.si de carta. C.de transact.* & notat plene *Riaud.decis.25.num.50.cons.9.num.95.vol.2. & de Analog.cap.23.num.24.*

26 Non obstat secundo de iuramento. Quia respondet *Franch. decis. 181.num. 13.* iuramentum huic exceptioni non obstare, *Vrsill.decis.303. num.10. Menoch.cons. 17.* & ita iudicatum refert *in Constit. in aliquibus, 2. not.nu.34. in fin.* quod etiam tenent *Canar. de exeq.instrum quæst.28. Bard.de præsent.instrum.par.5.declar.3. Prec.eod.tract. par.12. à princ.num.15. D.Andr.Molses.cons.4.nu.2.* Illud namque contractus naturam non immutat, *l.fin.C.de non numer.pecun. Mantic. de tacit. & ambig. lib.4.tit.31.num.28. Corbul. tit.ob Renuntiat.num. 20.* eamque assumit *Gabr.cons.63.num.5. vol. 1.* vt nec vlterius extendatur, *d. l. fin.§. quemadmodum, de iureiur. Paris.cons.33. vol.3. Mantic. de Tacit.& Ambig.lib.4.tit.32. num. 89. Bardell. cons.18.num.17.cons.2.num.15. cons.1. num.53.54. Mancin. de iuram par. 4. effect. 8. 1. 2. 3. 22. Facoin.lib.2.controuer iur.cap. 61. Surd.cons.20.num.8. decis.3. Tusc.lib.1. conclus.506. num. 1.27. Frat.cons.201.n.20. Gutier.de iuram.confirm.par.1,cap.37.nu.2. Afin. de exeq. §.9.num.203. Gom.tom.2.Variar. Resolut.cap.6.numer.2. in fin. Aldoain. cons.1.num.126. Osasc.decis.49.num. Seraph. de iuram.priuil.73.nu.28. Sfort.de restit.in integr. quæst.20.num.19.* declarat *Rolan. cons. 8.num.42.vol.1.* Nec auget obligationis effectum, sed religionis vinculum addit, & robur, *Bald. in l.si procurator ff. de condict. indeb. Bardell.cons.1.num.52. Cels. Vgo cons. 25.num.21. Mantic.d.tit.32.num. 90. Felic. allegat.10.num.75.76. Mancin.de iuram.p.4.*
27 *effect.66. num.5. Fachin.lib.2. Controuersiar. cap.17. Tusc.lit.C.conclus.505.num.6.concl. 507.* Sic in Camerali obligatione, quæ licet præcedenti obligationi maius addat vinculum, non tamen auget obligationis effectum, *l.Titia testatore ff.de legat.1. Gabr.cons.173.nu.2.vol.2. Amat.decis.10.n. 48. Caball Milleloq. 296.num.*

28 Respondeo secundo, quod cùm iuramentum secundum verisimilem iurantis mentem sit intelligendum, nec vltra operetur, *cap.quemadmodum, de iureiur. c.ex par. 23. el.1.de Cleric.non residen. Tiraquel.in præfat. l.si vnquam num. 171. C.de reuoc.don. Natt. cons.480.num.23. Seraphin.de iuram. priuil. 73.num.15. Bardell.cons.18.nu.11. Becc.cons. 40.num.8.cons.99.num.29. Mancin. de effect. 66.num.6. Gratian.decis. 6. num. 43.61.* Ideo non supplet consensum, *Mantic. d. tit. 32. num.88. Rim.Iun.cons.77.num 32.cons. 5.nu. 134. cons.142. num. 35. cons.203. num. 106. 107.cons.204. num.80.88.89. Gabr.cons.62. num.10. vol.2. Felic.Alleg. 10. num.74. Menoch.cons.37.num.43.cons.84.num.24.37.38. cons.415.num.23. Mancin.de iuram.par.4.effect. 8.num 23. effect.4.num.9.10. Tusc. lit.I. concl.503.num.1.13. Bardell.cons.2.num.46.* Nec operatur deficiente voluntate, *Pereg. de fideicomm.art.52.num.20. Decian.cons.52 num.14.vol.1. Seraphin.d.priuil.73.num.27. Amat.decis.16.num.48. Felic.alleg.10.nu.77. Fachin.d.cap.17. 61. Tusc.d.conclus.505.nu. 12. Bardell.d.cons.2. num.85. Gabr. cons.32. num.30.vol.1. Decian.cons.1. num.149.159. volum. 1.*

29 Fatemur vtique ex his, vt nec per iuramentum filius famil. in plus quam facere possit, teneatur, contra *tex.l.2. ff. & C. quod cum eo.* Verisimile enim non est, quod voluerit per illud ea tollere, quæ in eius fauorem sunt introducta: & licet iuramentum maius addat robur, legi, tamen authoritatem non tollit, quæ semper intelligitur excepta. *cap.venientes de iureiur. l.fin. vbi Bar.t.ff.ad municip. Oldr.cons.97. Seraph. d.priuil.73.num.33. Amat.d.nu. 48. Bardell. cons.30.num.21.* Nec iuramentum porrigitur ad ius, quod ortum habet à futuro, & postea superueniente, *Dec.cons.27.num.5. Tusc.lit.L. concl.501.num.3. Felin.in cap.ex infamatione num. 5.de Simon. Rom.cons.472. num.3. Mancin.de iuram.par.4. effect. 216 n.*
30 *34. Fachin.lib.12. controuer.iur.c. 48.* semperque tacitam illam recipit conditionem,

nisi

nisi iusta contrauentionis causa superueniat. glos. in l. fin. verb. videtur, ff. qui satisd. cogan. Menoch. cons. 27. num. 1. 19. Seraphin. d. priuil. 73. num. 5. plures citat Mancin. d. par. 4. effect. 1. quaest. 6. num. 2.

31 Minus obstat, satis esse iuramentum, vt cogitatum sit in genere. Quia nemo id cogitasse censetur, quod ignorat Gram. decis. 57. num. 8 Alduin. concl. 1. num 160. Polydor Rip. obseru. 37. num. 1. Tusc. d. conclus. 501. num. 2. & conclus. 505. Ideo verius est, iuramentum ad non cogitata non extendi, l. fin. C. de non numer. pecun. cap. Quintanalis cap. veniens vbi glos. verb. praescinissent de iure iuran. Et hanc communem esse opinionem edocuit Burs. cons. 114. num. 12. Rim. iun. d. cons. 274. num. 42. Tiraquell. in praefat. d. l. si vnquam num. 270. Seraphin. de iuram. priul. 119. Mancin. de iuram. par. 4. effect. 1. quaest. 6. num. 78. Aldouin. d. cons. 1 num. 161. ne videatur renuntiare iuri, quod sibi competere ignorat, l. mater decedens ff. de inoff. testam. l. legitimam ff. de petit. hared. confert tex. l. in confirmando, & l. vtilitatem ff. de confirm. tut. Valasc. decis. 166. num. 13. Tusc. lit. I. conclus. 506. lit. C conclus. 754. Tiraq. in praefat. d. l. si vnquam. nu. 99. Molfes. ad consuet. Neap. par. 4. tit. de renun. quaest. 6. num. 37. Omnium latissime Pelaez. de maiorat. par. 4. quaest. 2. nu. 18. & alij passim. Quare concordi voto diximus ex his: Audiatur, M. R. C. sententiam reuocantes, De Mense Martij, M. DC XI.

ARGVMENTVM.

Filius familias sui iuris effectus, contra instrumentum, in quo simul cum patre se obligauit, quando beneficio *l. 2. ff. & C. quod cum eo*, gaudere possit, declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias qui dolo versatus est in contrahendo, beneficium tit. ff. & C.* quod cum eo *non habet.*
Amplia num. 2.
Declar. num. 39. 41.
3 *Dolosus debitor priuilegio non gaudet, Deducto ne egeat, sed insolidum tenetur, & num. 6.*
Amplia num 7.
4 *Maritus non vtitur priuilegio, Ne conueniatur vltra quam facere potest, si dolose fecit ne possit soluere.*
5 *Socer non gaudet priuilegio, Deducto ne egeat, quãdo dolose fecit ne possit soluere.*
8 *Maritus sui culpa factus pauper, non vtitur priuilegio, Ne conueniatur vltra quam facere potest.*
9 *Dolus coniecturis probatur, & per extrinseca, quae iudici sunt arbitraria, nu. 10.*
11 *Debitor dolose contrahit, si sciens se non esse soluẽdo, falsò asserit idoneas facultates habere, & soluẽdo esse num. 12. 13.*
14 *Debitor, qui omnem suam substantiam luxuriosè consumpsit, bonis cedere non potest, num. 15.*
Declara num. 27.
16 *Filius famil. beneficio tit.* Quod cum eo, *non gaudet, qui non in rem patris, sed in proprios vsus creditam pecuniam cõsumpsit.*
Declara num. 28.
17 *Nomine proprio contra here quilibet in dubio praesumitur, & vt sibi est vtilius.*
Declara num. 29.
18 *Beneficium tit.* Quod cum eo, *quare Praetor concesserit.*
19 *Metus reuerentialis in filio, qui sua libertatis est, non praesumitur.*
20 *Matrimonium patriam potestatem dissoluit statuto sic disponente.*
Declara num. 31.
21 *Beneficium tit.* Quod cum eo, *vt filio fam. competat, quae sint probanda extrema, & num. 33.*
22 *Filiusfamil. viuo patre à creditoribus conuentus insolidum tenetur, nec beneficiũ tit.* Quod cum eo *allegat.*
23 *Emancipatus filiusfamil. beneficio tit.* Quod cum eo *gaudet.*
Limita num. 24.
25 *Filius famil. à paterna haereditate se abstinere debet, vt tit.* Quod cum eo *gaudeat beneficio.*
26 *Abstinuisse filium à patris haereditate, quomodo probetur.*
30 *Patre decocto Filius fam. dolosus, aut fraudator non praesumitur.*
32 *Beneficium tit.* Quod cum eo, *non amittit filius famil. si creditam (cum patris sui voluntate) sibi pecuniam in rem patris conuertit.*
33 *Tacitus patris consensus, idem operatur, quod expressus.*
34 *Creditam cum patris consensu, filio pecuniam, vt beneficio ipse gaudeat, tit.* Quod cum eo, *quibus probetur coniecturis.*

DECISIO XXI.

In impress. Decis. XLIII.



REVOCATA M.R.C. interloquutoria (vt diximus in superiori decisione & compilato iam in Cōsistorio processu, iuxta text. *in cap. vt debitus de appell. & cap. cord. eod. tit. in 6.* instabant Iacobus, & Antonius Rignoni fratres, vt ad beneficiū tit. *ff. &c & C. quod cum eo*, admitterentur Ne in persona, & bonis creditoribus teneantur, sed in id dumtaxat, quod facere possunt. Qua in re dicendum videbatur, eos non esse admittendos.

1 Primo: Si dolo versatus est filius fami-
lias, dum contraheretur cum eo, aut aliter, beneficio prædicto non gaudet, *l. sed & si §. interdum l. cum qui ff. Quod cum eo, Franc. decis. 164. num. 11. 16. decis. 221. nu. 3. Paris. cons. 94. num. 8. 13. 42. 54. vol. 4. Socc. Regul. 16. Tuscitom. 3. litt. E, concl. 782. n. 31. Vrsill. decis. 308. num. 20.* & hanc notabilem, *ad tex. l. 2 ff. & C. quod cum eo*, limitationē esse dixerunt *Ferrat. caut. 14. & Carot. de-*
2 *cis. 1. num. 13.* Immo, si in sola culpa filius
familias sit, à d. beneficio excluderetur, ex *Crot.* tradit *Paris. dicto num. 13.* nec mirum. Iuris namque est, dolosum debitorem insolidum teneri, vt nec priuilegio gaudeat, deducto ne egeat, quod alias competeret, *Farin. quæst. 26. num. 5. Natt. cons. 361. n. 27. Marc. Anton. Gennen. in Prax. Archiep. cap. 3. num. 6. Laderch. consil. 30. nu. 4. Maceras. Var. lib. 1 resolut. 41. num. 1. Costa, subsid. Remed. 28. sub num. 7. Marta de iurisd. par. 4. cent. 2. cas. 186. num. 4. Marches. de commiss. 1. par. commiss. 4. cap. 3. num. 24. Puteus decis. 251. decis. 394. par. 1. Brun. Sole quæst. 9. num. 6. Lancell. de Attent. par. 3. cap. 31. num. 44.*

Sed de marito (qui si dolo fecit quo-
4 minus dotem solueret) eo priuilegio non
posse vti, adnotauit *tex. l. etiam §. 1. ff. solut. matrim. Capeg. de Dot. p. 3. quæst. 262. Surd. de Alim. tit. 1. quæst. 78. num. 42. Baez. de debit. inop. cap. 15. num. 11. cap. 16. num. 22. in*
5 *fin.* Idem in socero, voluit *tex. l. penult. ff. de*
de iure dot. Campeg. de dot. par. 2. quæst. 250. Palat. Rub. in cap. per vestras 3. notab. §. 24 num. 7. de donat. int. vir. & vxor. Amat. decis. 16. num. 2. 13. Conar. in cap. quamuis in initio 2. relect. num. 7. Costa, de scien. & ignor. Cen-
6 *tur. 2. distin. 32. num. 20. Surd. de Alim. tit. 4.*
quæst. 78. nu. 43. Sic etiam in cæteris dolum committentibus, tradit *tex. l. sed hoc ita §.*
fin. ff. de re indic. Surd. d. quæst. 78. nu. 42. Baez. d. cap. 26. num. 22. in fin. Quod verum, licet
7 dolus aduersus tertium fuerit commissū.
Bald. in in cap. quæ in Ecclesiarum, col. 3. vers. quæro numquid, de constit Baez. de inop. de-
8 *bit. cap. 8. num. 19. in fin.* Imo idem dijudi-
candum erit, si maritus, aut alij, quibus priuilegium hoc datum est, sui culpa facti sint pauperes, *d. l. etiam, §. licet Amat. d. decis. 16. num. 12. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 67. de constit. Surd. d. quæst. 78. nu. 44.* etsi contrarium dixerit *Mart. d. cas. 186. n. 4.* Quibus nec cessionem bonorum competere probauimus *decis. 41. per totam. Marta de iurisd. part. 4. cent. 2. cas. 123. num. 16.*

9 Et quamuis dolus consistat in animo, re-
cte tamen per coniecturas, & exteriora probatur, *l. dolum ff. de dol. Mascard. de pro-*
10 *bat. conclus. 131. 132. 133. Franc. decis. 180.*
nu. 4. Quæ iuxta personarum, & facti qualitatem, iudici sunt arbitraria *Ruginell. 1. par. qq. cap. 11. num. 66.* Iudicis autem arbitrium desumi iure potest, quando quis ad decipiendum alterum pro sui commodo, verum tacet, aut falsum exprimit, & sibi soli cum alieno praiudicio prospicit, cum dolus sit in rebus suis, vel alienis dissimulis conuersatio, *Ruginell. d. num. 66.*

11 Sed dolose in contrahendo se gesserunt
actores: scientes nempe, tunc non alias esse soluendo, falso asseruerunt idoneas habere facultates, *l. penult. ff. de iur. dot. Cost. de scien. & ignor. cent. 2. distinct. 32. nu. 10. Marc. Anton. Gennen in prax. Archiep. cap. 3. nu. 6. Macerat. resolut. 41. num. 1. Mart. de iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 123. num. 16. Laderch. cons. 30. nu. 4. Puteus decis. 56. num. 10. lib. 1.* & addit *Cepoll. caut. 14.* Quod si studiose multa debita
12 filij famil. contraxerint, vt deinde eman-
cipentur, nec beneficio gauderent *d. l. 2. ff. & C. quod cum eo* sequitur *Caroc. decis. 1. n. 15.*
13 *Vrsill. ad Afflict. decis. 84. num. 2.* Sicut nec
Clericus beneficio *c. Odoardus de solut.* gaudere potest, si illius contemplatione contraxerit debita, *Ferret. cons. 144. Marc. Anton. Gennen. num. 6. ergo &c.*

14 Secundo, A cessione bonorum, exclu-
ditur debitor, qui omnem suam creditorumque substantiam luxuriose consumpserit, *Nemz. cons. 59. Rebuff. cons. 184. The-*
15 *saur. decis. 36. num. 5*, Neque clericus, *cap.*
Odoardus de solut. gaudet beneficio, si in ludo, aut luxuriose viuendo, bona sua consūpserit; *Ferret. d. cons. 144. Marc. Anton. Gennen. in Prax. Archiep. cap. 3. num. 8.* Nec er-
16 go filius famil. *d. l. 2. ff. & C. quod cum eo*,
gaudet, qui creditam pecuniam, non in rem patris, sed in proprios vsus magno cū dispendio consumpsit; non enim æquitatis benignitas, quæ beneficium hoc filius famil. indulsit, ex *Azon. in summ. tit. quod cū eo, Paris. cons. 94. num. 43. vol. 1. Cariar. dec. 7.*
7 *num. 10.* Ita in alterius damnum extendi
con-

conuenit, vt lata nimis fraudibus pateret
via, quibus obuiandum diximus, *decis.36.*
numero.6.
Nec copiosa paupertas eos excusat,
Baez.de inop.debit.cap.8.num.29. & cap.16.
num.25. eo magis, quod actores, patris
nomine non contrahebant, & præsumitur
in dubio nomine proprio aliquem contra-
here, *ad tex. l.3. §. sed quod de tutore, ver-*
sic. & si quidem ff.iudic. solu. Bart. in l. Ti-
tium, & Meuium §. altera ff.de administr.tu-
tel. Bart. & Bald. in l. patruus C.comm.v-
triusque iudic. Bart. Ias. & reliqui in l.1.§.
nunciatio, ff. de non. oper. nunt. Barth.in l.
gerit.num.12.ff.de acquir.hæred. Alciat.regul.
2. præsumpt.24. num. 5. Menoch. lib.3. præ-
sumpt.46.num.9.præsumpt. 49. num.22.23.
& de Arbitr.cap.43.num.10. Sesse decis.86.
num.4. Tuschdist. A. concl.146. Bor.cons. 25.
num.25. Eugen. cons.55.num.40. Surd.consil.
19.num.8.24.23. Decian.cons.85.numer.16.
vol.3. Anna Sing.6.8. Tiraquell.lib.1. Retra-
ct. §. 10. glos.1.numer.3. Mascard.de probat.
conclus.139.num.2.conclus.1233. numero 9.
Cancer.in 2. Resolut. cap.6. de solut. num. 8.
Siquidem in dubio quilibet præsumitur eo
modo actum facere, quo sibi sit vtilius,
Bart. in d. l.gerit num.21.per tex.in l. 12.ff.
de solut. Tiraquell. lib.2. Retract. §. 30. glos.
1.num.32. Menoch.de arbitr.cas.126.num.8.
lib.3.præsumpt.46.& præsumpt. 136.num.16.
Aldouin.cons.2.num.51. Peregr. cons. 46.nu-
mero 19. volumine 1.
18 Tertio notat *Franch.decis.181.numer. 7.*
Ideo beneficium tit. *quod cum eo* filijs fa-
mil. concessit Prętor, quia propter patris
reuerentiam se obligant ad soluendum;
quod ad eos nec peruenit, & patris sunt
fideiussores, *ex l.2.ff. Quod cum eo.l.sed Iu-*
lianus ff.ad Maced.Molfes.cons.4. numer.23.
19 Cumque nullus reuerentialis metus in eo
præsumatur, qui suæ est libertatis, *Granet.*
cons.114.num.7. Menoch.cons.96. nu. 91. Er-
go Antonius alter ex filijs, qui simul cum
patre se obligauit, postquam vxorem du-
20 xerat, nullo reuerentiali metu se obliga-
uit. Quia ex Panormit. Consuetud.ipso iu-
re emancipatus; & à patris potestate libe-
ratus est, ex *Couar.4. decret.par.2.cap.7.§.*
1. num.15. Peguer.decis.134. Spin.de testam.
Glos. Rub.9. num.18. Escobar de Ratioc.c.6.
n.25. Didac. Perez. in l.3.tit.11.lib.4.Ordin.
Molin.de Iust. & iur.disp.221.Baez. de inop.
debit.cap.4. Cancer.lib.1. Resolut.cap.10. &
lib.3.cap.21. num.20. Morla in emp. iur. tit.
12. quæst.8. num.5. Cabed. decis. 72.num.3.
par. 2. Boer. decis. 197. Matthæac. de legat.
lib.3.cap.8. num.22. Parlador.lib.1. Rer.quo-
tid. cap.12. Gregor Lopez l.3.verb.facta tit.
15.par.2. Suar.in repet l.9.tit.delos pleytos,
lib.1.Tori. tit.11.num. 38. Imo cum sui iu-
ris tunc fuerit, beneficio tit. *Quod cum*
eo non gaudet, sed in solidum tenetur, *l.*
sed an bis ibi Quod si qui sint.ff.quod cum eo
Quibus non obstantibus, filiosfam. de
Riguone ad beneficium tit. *quod cum eo* ad-
21 mittendos esse censuimus; cum omnia
probauerint extrema necessaria. I. quod cō-
tractus tunc celebratus sit, quod filij fa-
mil. erant, iuxta text. *l. si ex alio C. quod*
cum eo.l.1.ff.eod. II. Quod in rem patris cre-
ditam pecuniam conuersam fuisse constet,
ad tex. *l.2. l.si ex contractu, C. quod cum eo*
l.2.ff.eod. III. Quod sui iuris sit hodie ob pa-
tris mortem, *l.2.ff.& C.quod cum eo l.si ex*
alio C. eod. aut emancipationem *l. 12. C.*
eod. Costa subsid. remed.28.num.1. in fin. cum
22 si patris duret potestas, insolidum credito-
ribus teneantur. *Paris.cons.94. num.12.43.*
53. 63.64. volum.1. Minad.cons.17. numer.5.
23 Proinde ad euitandum carceres, cautelam
dari filiofamilias (qui vna cum patre se
obligauit) *Baldus* notat *in d. l. si ex alio C.*
quod cum eo, vt curet is à patre emancipari,
quia tunc non insolidum amplius, sed *de-*
ducto ne egeat, teneretur, vt nec carcerari
posset, *Baldum sequitur ibi Salyc.nu.1. Car-*
pan.ad stat. Mediol.416. nu.208. Cepoll.caut.
14. Carauit.ad pragm. Neap.tit.ad Maced.§.
12. à num. 63. ad num. vsque 61. sunt enim
noui homines, *Salyc.in l.2. num.3. C. quod*
cum eo. Franc.decis.181. num.5. decis.221.nu.
10. Nisi dolo emancipentur, *Tusch.d.concl.*
24 *382. Socc.d.regul.16. Caroc.decis. 1. num.15.*
Docuit idcirco *Paris.cons.94. nu. 47. vol.1.*
faciendam esse à Patre emancipationem
post contracta debita per aliquod tempo-
ris spacium, non autem incontinenti, vt
tollatur fraudis suspicio; quæ allegari
posset.
25 Secundo potissimum, quod desideratur,
extremum est, vt paterna filiusfam. se ab-
stineat hæreditate, *d. l.2. & C. quod cum*
eo; alias adeundo obligari videretur ex cō-
uentione, licet susceptæ per patrem obli-
gationi non interuenisset, vt ad minimum
vsque nummum conueniri posset insolidū,
Castr. consil.325. vol. 1. Costa subsid. remed.
remed 28.num.2. Probatur tamen abstenciō
si sui patris hæreditatem cum beneficio in-
uentarij adiuerit filius, ex *l.fin.§.& si præ-*
fatam C.de iur delib.vbi Bald. & Salyc. no-
tant. *Ias.in d.l.fin.§.in computatione nu.9.* ad
idem est tex. *in l.debitor.ff.ad Trebell.& in*
l.ita tamen ff.ad l.falc.cap.1.tit.an Agnat. at-
que ita concludit in terminis *Minad. consil.*
17.num.4.& in Constit.In aliquibus not.2. nu.
34. Ponte cons. 37.num.2. 3. Monticul. de
Inuent. cap.8. in princ. Ann.alleg.30.nu.13.
Non enim verus est hæres, qui eum bene-
ficio inuentarij hæreditatem adijt, *Ceph.*
cons.203. num.7. Bardell.cons.1. nu.30. aut si
ære alieno exhausta sit patris hæreditas, vt
nihil in ea penitus remanserit, saltèm pro
filiorum legitima, *Minad. d. cons.17. nu.3.*
quia in inuentario hæreditas præsumitur

non soluendo. *La Terr. cons. 138. num. 4. Crauet. cons. 225. num. 12. Mascard. de prob. concl. 203. num. 23. concl. 852. Surd. cons. 168. nu. 5. Bertaz. cons. crim. 47. num. 22.* Aut si bona omnia in creditorum commodum renunciet filius *Paris. cons. 94. num. 44. vol. 1.* Cum
26 actores filiosfamil. contractus tempore se esse probauerint, & nunc sui iuris, patris morte, à cuius hęreditate se abstinuerunt, confecto inuentario; imo si illam creditoribus renuntiauerint beneficio, *quod cum eo*, gaudere eos posse diximus.

27 Non obstat primum: quia id verum in dolosis, & fraudolosis filijs famil. aliosque decipientibus, suisque bonis abutentibus, & causam præstantibus, ne soluendo sint; Quæ omnia in Iacobo, & Antonio Rognone cessant penitus. Quibus cum nec prædictorum aliquod sit imputandum, allegatis Doct. decisionibus stabimus. Nec culpa, aut delictum illis imputari potest, quia præordinata, hac in re, esse debent ad finem, ne soluant *Gramm. decis. 25. num. 2.* Proinde, vt qui delictum commisit, vel alias res illicitas, quibus ad paupertatem deuenit, si id non egerit ad finem fraudandi creditorem, priuilegium, Ne conueniatur vltra quam facere potest, non amittit, *Loaz. in l. filiusfam. §. diui num. 363. ff. de legat. 1. Fulgos. in auth. Res quæ col. 1. C. comm. de legat. Gram. d. num. 2.*

28 Non obstat secundum, quòd præualet Actorum probatio, cum plures sint eorum testes, qui dixerint, nihil ad filios famil. ipsos, ex credita pecunia peruenisse, sed in rem patris omnem versam fuisse. quo in casu dixit *Minad. d. cons. 17. num. 4.* non teneri filium fam. vltra quam facere potest.

29 Nec obstat præsumi in dubio, quod nomine proprio quis contrahat. Quia cum credita pecunia in rem patris versa fuerit, qui suam familiam ex ea aluit, patris ergo sui gratia, contrahebant filij, *Marant. cons. 15. num. 31.* paria enim sunt gratia alicuius negotiari, aut nomine alicuius. ex *Bald. in l. si quis seruo, C. quod cum eo tradit Maran. d. cons. 5. num. 32.*

30 Nec obstat, Patrem decoxisse. Quia licet sui culpa decoxerit, non ex hoc est, vt filij vna cum patre creditoribus obligati, fraudatores etiam sint, si culpa careut. Sic de socijs, ex Vbald. & Cuman. respondet in terminis *Paris. cons. 94. num. 62. vol. 1.*

31 Non obstat tertium, quia negamus filios viuo patre suæ libertatis fuisse: tum quia in eadem domo cum patre morabantur omnes, tum quia sub patris sui lege, & potestate viuebant. Nec matrimonium, ab Antonio filio contractū, à patria potestate eum in omnibus liberauit, vt sui iuris per omnia esse cēseatetur, ex statutaria Panormitanæ vrbis Lege. Quia respondit hac in re *Bald. in l. apud hostes ad fin. C. de suis & legitim.* canonicam, siue legalem emancipationem, ius patriæ potestatis tantum tollere quoad damnum, & filijfamil. incommodum, non autem quo ad ea, quę vtilia ei sunt. sequitur *Gutier. in §. sui num. 121. instit de hered qualit. & differ. Padill. in l. si emancipata num. 13. C. de iur. & fact. ign.* dixit idcirco *Suar. ad l. 9. tit. delos Pleytos à nu. 22. ad num. vsque 28.* matrimonio dissolui patris potestatem in odiosis, si quæ sunt filio fam. in fauorabilibus autem sub patris adhuc potestate eos esse.

Et licet à Bal. & Suar. dissentiant Hispanorum aliqui, quos citat *Cancer. lib. 3. resolut 21. de transmiss num. 26.* imo in odiosis & fauorabilibus, quæ filijs sunt, matrimonio dissoluitur patris potestas. Respondet tamen *Cæsar. Grass. decis. 3. alias 180. tit. Qui filij sint legitimi* id apud Hyspanos verum iudicasse *Rot. Rom.* Stāte clara, & generali *d. l. 47. Tauri* dispositione, cuius verba sunt hæc. *El hijo, obiya casado sea auido por emancipado en todas las cosas para siempre.* Qui enim totum dicit, nihil excludit & verbum, *Semper* omne tempus, & omnem casum complectitur, *Glos. verb. semper & Doct. in l. 1. ff. solut. matrim. Lancell. Gall. cons. 16. num. 33.* quam etiam opinionem tenet in *d. l. Taur. 47. glos. por emancipado verbo intellige*, & sentire videntur *Gom. ad d. l. 47. num. 3. Decius in l. quisque patris n. 3. C. vnde lib. Gutier. d. § sui num. 28. 29. Cancer. d. cap. 21. num. 30. 31.* dum volunt, quod si lex, vel statutum simpliciter, non intendens filium particulariter aliqua ex causa priuilegiare, sed legem condere, circa emancipationem statuit, vt aliquo facto habeatur pro emancipato, quia tunc indistinctè, & quoad commoda, & quoad incommoda habebitur pro emancipato. Sed Senatus Panormitanus Hispanorum lege illa non vtitur, sed *sua*, quæ nec per verbum *todas*, nec per verbum *para siempre* loquitur: Imo statutaria sua lex in fauorem, & priuilegium filij, eum ex causa emancipat: ideo in odiosis eum emancipasse concludimus, non autem in fauorabilibus, cum priuilegium non tollat ius commune vtile priuilegiato, ex *Bald. in d. l. apud hostes in fin.* qui tex. allegatur *in l. 3. si emancipa ff. de contrab.* sequitur *Cancer. d. cap. 21, nu. 26. 27.*

Minus obstat, ad eum creditam pecuniam omnem peruenisse. Quia contrarium dicunt filiorum testes, quorum numerus cum sit maior, minorem superat, & aptiorem etiam scientiæ causam reddunt.

32 Respondeo secundo, Patris sui voluntate creditam pecuniam ad filium ipsum peruenisse, quæ in rem patris redacta demum fuit: quo in casu non insolidum, sed in quantum facere potest, condemandus est filius *d. l. 2. ff. & C. quod cum eo,* & est text. *in l. pater filio, & in l. fin. §. ex parte ff. eodem*

Parif.conf.94.num.44.vol.1. Minad. conf.17. num.4.& in Confiit.in aliquibus nos.2.nu.34. probat etiam *Bart.in l.Pomponius ff.de neg. gest.* asserens, filium familias sui iuris deinde effectum pro negotijs ab eo gestis tempore, quo sub patris potestate erat, non alias teneri, nisi quatenus factus est locupletior, sequitur *Parif. d.conf.94. num.51.*

3 Nec obstat, expressum patris consensum eos nec habuisse. Quia satis est tacitus, qui idem, quod expressus operatur, ita *Bart. in l.fin.ff. Quod cum eo, & in l.cuicunque, ff.de institor. Marant.conf.5. num.28.* confert etiam tex. *l.cum quid ff.si cert.pet.* quod taciti, & expressi eadem est virtus. Qui tacitus patris consensus, ex actibus extrinsecis probatur: voluntas namque, & consensus. ne dum verbis, sed factis etiam declaratur. *l.de quib.ff. de leg. l. qui ad certum ff. locat.* Pater namque, filiorum negotijs immiscuit (vt deponunt testes) vendendo nempe, mensurando, & tradendo frumentum, quod filij alijs vendebant. His ergo ratihabitionem probatam dicimus, quæ mandato æquiparatur, *l.fin.C.ad Macedon. Maran.d.conf.5.num.28.in fin.*

Rursus se immiscuit pater, filiorum merces, & pecuniam in domum suam deferendo, quibus probari consensum dixit *Angel. in. l. glos. exercitoria,instit. Quod cum eo. Maran.d.conf.5.num.30.* & dum familiam suam ex credita filijs pecunia, & mercibus earumque pretio alit, ita *Maran.d.nu.30.* Nam voluntas non tantum verbis, sed etiã factis declaratur, *l. Paulus respondit.ff.rem rat.hab. l. de quibus ff. de legib. c. dilecti de appel.glos.c.tener.de re.iudic. Imol. conf.73. late Tiraquel. de nobilit. cap.6. num.9.* Imo plus factis, quam verbis. *l. si tamen §. & qui ff de adil.edic.latè Perals.in l.cum fundus num.; ff.de legat.2.Poppon.conf.17.num.14. Valasc.decis.169.num.11.*

Ex his communi voto diximus, Admittantur Actores ad beneficium tit. *Quod cũ eo*, de Mense Iunij M.DC.XII.

ARGVMENTVM

Filiusfam. sui iuris effectus, qui simul cum Patre se obligauit, An censualem executionem (ad formam Bullæ) præueniendo, possit impedire opposita (Tit. Quod cum eo) exceptione.

SVMMARIVM.

1 *Debitor perpetua tutus exceptione præuenire potest actorem, eumque inuitum Iudicis officio ad iudicium trahere, vt agat; alias silentium illi imponeatur.*

2 *Redditualis debitor, implorato Iudicis officio, creditorem præuenire potest, ne molestetur. Contrar. num. 15. 19. Distingue numero 23. 28.*

3 *Debitor redditus (si executionem vigore bullaris instrumenti in eum fieri quis tentet) præueniendo potest agere, vt instrumentum declaretur nullum, ad illius etiam impediendam exequutionem.*

4 *Exceptio tit. ff. & C. Quod cum eo, aduersus exequutionem admittitur.*

Declara num. 9.

5 *Exceptio (ne quis conueniatur, vltra quam facere potest) aduersus guarentigiatum instrumentum cum pacto de non opponendo admittitur.*

6 *Debitor bullarem exequutionem potest præuenire, & bonis cedere, ne vlterius molestetur.*

7 *Præuentioni renuntiare potest debitor cum iuramento.*

8 *Debitor, cui ius excipiendi denegatum est, agendo præuenire non potest.*

9 *Statutum si priuilegiat executionem, vt nulla opponi possit exceptio; Nec opponi contra eam poterit exceptio tit. ff.& C.Quod cum eo.*

10 *Cessionis bonorum exceptio aduersus censualium exequutionem nõ admittitur, nisi parte non opponente præuenisset debitor, & ad bonorum cessionem fuisset admissus.*

11 *Statutum si priuil. sit instrumentum tit. Quod cum eo, & deducto ne egeat, admitteretur exceptio.*

12 *Ritus Regni priuilegiat instrumentum.*

DECISIO XXII.

In impress. Decisio XLIV.



1 QVI tutus exceptione est, si futuras timet inquietationes, implorato iudicis officio potest agere, vt silentiam creditori imponatur, ad tex. l. contendat, *vbi Bart. Castr. & reliqui, ff. de fideiuss. & in l. si pater C. qui bon. ceder. poss. glos. in l. Aurelius §. si centum, ff. de libertat. legat. Contar. num. 108. & Cagn. in l. diffamari C. de ingen. & manumis. Azeued. l. 10. num. 33 tit. 13. lib. 8. recop. Couar. in 1. resolut. cap. 18. num. 3. Piuell. in l. 1. par. 2. num. 50. C. de bon. matern. Zuccard. consil. 68. Raud. cons. 21. vol. 1. Gabr. tit. de Act. conclus. 5. per tot. Osasc. decis. 151. num. 3. 9. 10. decis. 130. Gail. lib. 1. obser. 9. 11. 12. Costa subsid. Remed. 1. num. 2. Franc. decis. 256. decis. 341. num. 5. decis. 385. num. 2. decis. 657. Cartar. decis. 20. num. 12. Benint. decis. 66. Capic. decis. 18. num. 34. Rim. cons. 4. num. 49. vol. 1. Decian. cons. 118. nu. 19. vol. 3. Peregr. cons. 82. vol. 1. & de fideicomm. ar. 41. num. 7. Alb. cons. 251. num. 6. vbi Apostill. vol. 2. Caualcqu. decis. 25. 23. 24. part. 2. decis. 9. n. 3. p. 4. Dec. cons. 3. & in ca. in præsentia num. 15. de probat. in cap. sollicitudinem num. 2. de appell. Neuiz. cons. 41. nu. 41. Castr. in auth. quæ supplicatio, num. 3. C. de precib. Imp. offer. Alex. cons. 70. vol. 7. cons. 103. volum. 6. Rom. cons. 412. Ponte decis. 31. Cancer. in 3. resolut. cap. de Action. & obligat. numer. 53.* Quia molestia per exceptionem eliditur, *glos. in l. obligationum fere, §. conditio vers. veluti ff. de act. & obl.* Quo iuris remedio vti quis poterit etiam contra minorem, mediante patris persona, aut curatoris ad litem dati, *Raud. d. cons. 21. num. 331. Caual. decis. 9. num. 10. part. 4.* Neque tunc desinet is reus esse, *Gratian. discept. 85. n. 11. 12. 13. Ponte d. decis. 31. per tot. Costa subsid. Remed. 50. num. 13. cum seq. Bardell. cons. 1. numer. 1. Franc. decis. 657. num. 3. & alij passim.*

Cumque Antonius, & Iacobus Rignone simul cum patre ad censum annuum obligatis, quem super eorum bonis ad formam bullæ vendiderunt Confraternitati Sancti Spiritus Vrbis Panormi, beneficio, *l. 2. ff. & C. quod cum eo*, se tutos esse putantes, Ne ad illius solutionem conuenirentur insolidum, postquam paterna hereditate se abstinuerunt, Coram M.R.C. egerint,

2 implorato Iudicis officio, quod silentium redituali creditori imponatur, ne in bonis aut persona de cætero molestarentur, ex *Bart. in l. si societatem §. arbitrorum num. 18. ff. pro soc. Alex. nu. 13. 22. Bart. num. 3. 4. in l. si finita §. eleganter ff. de damn. infect. Felin. in cap. si autem num. 6. de rescrip. in cap. si quis contra num. 1. de for. compet. in cap. significauit num. 5. de testibus. Tusc. litt. E. concl. 414. num. 1. 2. Cartar. d. decis. 20. nu. 3. Contard. in d. l. diffamari nu. 117* & notat Bald. *in l. 1. C. comm. de manumis.* satis esse quod inquietari quis dubitet, vt Iudicis officium possit implorare, ne inquietetur. *ad tex. d. l. si pater. vbi notat Bart. & Contard. tradit d. num. 117. Caualc. d. decis. 9. sub. nu. 5. Cartar. d. decis. 9 sub num. 8. Suard. alleg. 4. nu. 7. 8. Rom. in l. 1. num. 6. C. de Carbon. Edic. nec dissentit Felin. in d. cap. si autem sub. nu. 6.* Sicut satis etiam est, quod dubitet quis in sua possessione molestari, vt petat à iudice prouisionem fieri ne molestetur, *Bart. in l. fin. in princ. ff. quod met. caus. Dec. in l. si super C. de transact. Aug. in §. si plures col. instit. de fideiuss. Aun. alleg. 120. num. 3. Suar. d. num. 8. Cancer. d. cap. 1. de Action. n. 53. 5. Cartar. decis. 20. num. 5.* Vel petat à iudice declarari rem esse suam, citato inquietante pro suo interesse, sic enim vendicare rem potest à se possessam, quò ius suum magis confirmet, *l. sed & possessori*, ibi, *& si suam esse iurauerit, ff. de iureiur. Caual. decis. 9. n. 1. par. 4. Raud. cons. 21. num. 277. vol. 1.*

3 Idem seruandum etiam erit, si timet exequutionem in eum fieri, nam petere tunc potest, quod instrumentum, quatenus de facto processit, cancelletur, ad *tex. l. sub specie, vbi Bart. & alij notant C. de posul. Cartar. d. decis. 20. num. 1.* etiam ad impediendam instrumenti exequutionem, *Contard. in l. 1. lim. 7. num. 24. C. si de mom. poss. fuer. appell. Costa subsid. remed. 50. num. 3. Rebuff. ad Reg. Constit. tit. de lit. obligat art. 1. glos. 9. num. 45. Afflic. decis. 387.* qui præuentionem super nullitate instrumenti admittit, sequitur *Carauit. Rit Neap. 190. nu. 12.* Bullalis reditus priuilegio non obstante. Denegatis nãque à statuto exceptionibus, denegata non dicitur præuentio, quam in bullali debito procedere scripserunt *Intrigl. de censib. quæst. 54. num. 6. quæst. 65. n. 6. Milan. decis. 7. num. 2. 3. lib. 2. Graff. de except in prælud. num. 246. & except. 12. n. 2.*

4 Nec mirum, quia opponi *d. l. 2. ff. & C. quod cum eo*, exceptio recte potest, ad impediendum (iuxta Neap. Praxim) instrumenti liquidationem, siue liquidati iam instrumenti exequutionem, iuramento non obstante, *Rouit. in Pragm. 1 ad Macedon. n. 14.* ex his, quæ *Franc.* notat *decis. 181. nu. 11. Carauit. Rit. Neap. 166. num. 17. Minad. cons. 17. num. 4.* Sicat post sententiam opponi potest ad impediẽdam illius exequutionem

nem *l. filiusfam. ff. Quod cum eo, Bald. Salyc. Castr. & reliqui in l. si ex alio C. eod. l. rei indicatæ §. fin. ff. solut. matrim. l. Nesennius §. fin. ff. de re iudic. Ronit. loc. cit. num. 13. Salyc. in l. 2. num. 6. C. quod cum eo. Bart. & Alex. in l. ex diuerso §. si in iudicio ff. solut. matrim. Crass. except. 23. Nizoll. allegat. 4. num. 23. Afin. in prax. §. 3. cap. 44. Costa subsid. remed. 28. n. 5. & sub num. 8. Molfes. conf. 4. n. 2. Vrsill. decis. 308. nu. 20. Morla in emptor. iur. tit. 5. de rest. integr. quæst. 3. num. 50. Minad. consil. 17.* qui sic obtinuisse testatur, *in Constit. in aliquibus nōt. 2. nu. 24. in fin. Aloys. Leo in l. de alimentis num. 24. C. de transact. & in l. 1. num. 7. C. de re iudic. Muscatell. de appell. par. 3. glos. seruata num. 122. Frec. de præsent. instrum. par. 12. in princ. num. 15. Baud. de præsen. & execut. instrum. par. 5. declarat. 3. Canar. de execut. instrum. quæst. 28. Padill. in l. 1. num. 36. C. de iur. & fact. ignor. Franc. decis. 164. num. 1.* Quia sententia nec impugnat, nec instrumētum, cum sit à petitione quid separatum. Per illam namque mutatur solum, & restringitur exequutio ad modum habilem. *Alex. conf. 89. vol. 1. Canar. d. quæst. 28. n. 62. Gallef. de Camer. obligat quæst. 3. nu. 1. Morla d. n. 30. Tusc. d. lit. E, concl. 382. numer. 6. & 2. 13. 14. Suard. in l. post rem indicatam §. sed pro euidentia num. 48. Franc. decis. 164. num. 1. Padil. d. nu. 36. Caual. de Brac. Reg. par. 6. pag. 97. Signor. consil. 46. num. 2. Aloys. Leo in d. l. de alimentis num. 24. & in l. exceptionem n. 18. C. de probat. & in l. 1. nu. 8. C. de re indic. Muscatell. d. glos. seruata num. 124. 125. Costa d. subsid. Remed. 28. num. 6. Canagnol. ad Decret. Montisfer. 23. §. 1. nu. 2.* Etsi patre viuo fuerit filiusfam. insolidum condemnatus, *l. si filiusfam. vbi Cast. & reliqui ff. quod cum eo Paris. conf. 94. num. 46. vol. 1.*

Quo fit, exceptionem, ne quis conueniatur vltra quā facere potest, aduersus guarentigiatum instrumentum, statuto nō obstante, recte admitti, *Iaf. in l. 1. nu. 18. C. de iur. & fact. ignor. & ibid. Padill. nu. 39. Canar. d. quæst. 28. Auend. tit. de las except. n. 28. Parlad. lib. 2. Rer. quotid. cap. fin. par. 5. §. 11. num. 25.* siue pacto de non opponendo, quod nec iuris exceptionem denegat, quæ patens sit & probata, *Laderch. consil. 123. num. 5. Ruginel. 1. par. qq. cap. 22. num. 20. in*
6 *fin.* Et licet causata pro bullali censu exequutio, miserabili cessionis bonorum exceptione differri non possit, si tamen exequutionem præuenerit debitor, & ad bonorum cessionem admissus fuerit pro præteritis, aut futuris Bullaris redditus annualitatibus, de persona molestari amplius nō posset, *Petr. Greg. de censib. quæst. 6. priuil. 8. Intrigl. de censibus quæst. 54. num. 6. quæst. 65. numero 5.*
7 Rectores vero S. Spiritus præuenire eos potuisse negabant, quia in Bullali contractu, cum iuramento, se obligarunt actores, de non præueniendo; quod si non expressim, sub pacto saltem de non opponendo continetur, *Grass. in prælud. de excep. nu. 247. Curauit. Rit. 168. num. 1. Mastrill. dec. 14. decis. 157. num. 7. Milan. decis. 7. num. 23 lib. 2.* Præuentioni namque renūtiare potuit debitor in contractu iurato, *Frec. de liquid. instrum. par. 9. quæst. 1.* & notat *Franc. dec. 670.*
8 *num. 3.* Imo qui non potest conuentus excipere, nec potest agendo præuenire, donec soluerit, *Bald. conf. 261. vol. 1. Tusc. lit. E. concl. 374. num. 26. Cartar. decis. 22 num. 11. Cancer. in 3. resol. cap. 1. de act. & oblig. n. 54.* Audiri ergo non possunt Actores, nisi solutis prius decursis omnibus bullalis reditus interusuriis, ad quæ tenentur,

Cōsistorium hac in re, singularem existimauit *Bart.* distinctionem *in l. filiusfam.*
9 *ff. quod cum eo.* Aut statutum instrumenti exequutionem priuilegiat, vt nulla contra eam opponi possit exceptio: Aut priuilegiat instrumentum, ne vlla aduersus illud opponatur exceptio. Comprobant *illic Castr. & Socc. in l. miles num. 4. nu. 4. ff. de re indic. Franc. decis. 182. num. 11. Cartar. dec. 7. num. 3. Cels. Hugo conf. 45. per tot. Suar. in l. post rem indicatam §. sed pro euidentia n. 47. 48. ff. de re ind. Minad. consil. 17. num. 4. Canar. d. quæst. 28. num. 63. in fin. Cancer. in 2. resol. cap. 3. de instrum. guarentig. num. 83. Brun. de cession. bonor. quæst. 13. Fab. Ann. consil. 124. num. 6. Crass. excep. 23. Afin. in Prax. §. 31. cap. 33. Costa subsid. remed. 28. sub num. 8.*

Priori in casu, exceptionem *tit. ff. & C.*
10 *quod cum eo,* non admitti, concludunt præcitati Patres. Nam & petita bonorum cessio aduersus bullalis instrumenti executionem nec admittitur, ex *Petr. Greg. de censib. quæst. 6. priuil. 8. Milan. decis. 7. num. 2. lib. 2. Grass. de except. cap. 15. num. 5. Intrigl. de censib. quæst. 54. num. 6. quæst. 65 nu. 5. Fab. Ann. conf. 124. num. 6.* nisi censualium debitor, parte non opponente exequutionem præueniendo bonis cesserit, quia tunc molestari in persona amplius non posset. *Intrigl. d. quæst. 54. num. 6. quæst. 65. num. 5. Petr. Greg. d. quæst. 6. priuil. 8.* Sed Pragmatica de censibus solam priuilegiat exequutionem, in tex. ibi, Planè circa executiones, *in tex. ibi, Plane circa exequutiones vigore contractus huiusmodi faciendas, exceptiones aduersus eas quomodolibet opponendas, certum, & determinatum modum dare volentes:* & ibi, *Sancimus huiusmodi censualium contractum paratam exequutionem habere;* & ibi *Quæ quidem exequutio nullo falsitatis.* Ergo nec agendo præuenire potuerunt actores, vt *tit. ff. & C. quod cum eo,* aduersus censūs executionem admittatur exceptio.
11 Posteriori in casu, beneficij prædicti exceptionem admitti, non est dubium, ex *Barb. & alij in præcitatis locis,* quibus assen-
12 tit *Fab. Ann. consil. 124. num. 6.* Sed *Rit. 101.* exe-

exequutionem creditori præmittens, instrumentum dumtaxat priuilegiat, vt adnotauit *Iaf.in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Socc.conf.51.vol.1.in tex.ibi Quicunque igitur creditor ostendat instrumentum publicum*; inde est, vt bullali exequutione excepta, Pronunciet semper M.R.C.Reijciantur oppositiones, deducto ne egeat.

Non obstat. Quia procedunt si debitoris præuenientis obligatio ex sententia, aut alio quouis instrumento descendat; qui enim iurat contra sententiam non opponere, nec renuntiasse censetur, quæ iudicis officio competunt *Auend.de except. nu. 29. 30 Sesse decis.88. num. 8.* sed quæstio (cuius noster est sermo) de bullali exequutione præuenienda est. Ergo admitti *d. tit. quod cum eo*, exceptio non potest ageudo: cum prohibitis sit debitor aduersus bullalem exequtionem excipere. Quare diximus, *Nõ audiantur nisi facta prius solutione censuus decursorum* Die XXIII. Februarij MDCXI. *Fuitque sit exequutum*.

ARGVMENTVM.

Filiusfamil. qui cum patre ad sororis dotem se obligauit, renunciato priuilegio, (Deducto ne egeat;) An sui iuris effectu Beneficio (tit. Quod cum eo) gaudeat, si pro non soluta dote, conueniatur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium tit. Quod cum eo idem est.* Deducto ne egeat, *& nu. 11. quod Declara num.* 18.
2 *Expressum dicitur, quod tacite etiam inest ex natura verbi hoc importantis. Distingue vt num.*19.
3 *Expressum est, quod non est omninò omissum sed sequitur ad expressum.*
4 *Renuntiatio si requiritur specialis potest fieri per æquipolentia verba.* Declara *num.* 20.
5 *Renuntiare qui potest expressè, potest etiam tacitè.*
6 *Renũtiatione contineri dicimus, quod fuit cogitatum in genere.* Declara *num.*21.22.
7 *Iuramentum operatur, vt sit cogitatum in genere. Declara num.*23.24.25.
8 *Clausula (iurantes, &c.) in fine instrumenti ad omne eiusdem instrumenti pactum refertur.*
9 *Verba quæ non possunt aliter verificari, eo in casu censentur expressa. Declara num.* 26.
10 *Extraneus dotans, priuilegium tanquam donatarius soluendo habet* Deducto ne egeat.
11 *Tex.l.si extraneus ff.de iu.dot.declaratur.*
12 *Frater, & si Clericus sororem consanguineam dotare tenetur, si nõ habet de proprio num.*28.
13 *Renuntiatio in fine contractus posita de aliquo iuris beneficio; omnes eo in contractu obligatos respicit, vt ab omnibus renuntiatum sit.*
14 *Frater vtrinque; coniunctus, si dotat sororem nõ conuenitur vltra quã facere potest.*
15 *Beneficium quod cum eo, & beneficium* Deducto ne egeat, *in quibus differant.*
16 *Beneficium tit. Quod cum eo indiuidualem requirit renuntiationem.*
17 *Iurata etiam dispositio intelligitur rebus sic stantibus.*
27 *Dotare filias, & filijs propter nuptias donare, paternum est officium.*

DECISIO XXIII.

In impress. Decisio XLV.



LABORARE debet Iudex, inquit *Franc. decis. 164. num. 7.* vt creditor debitum assequatur. Maxime si pro dote actum sit, pro qua in dubio pronũciandũ, dixit tex. *l. in ambiguis ff.de iur.dot. Doc.in l.1.ff sol.mat.& in rubr.eiusd.tit. Nouell.de dot.par.9.priuil.1.& alij passim.* Vnde dicendum videbatur, Syluium Signorino Baronem Gattaino ad sororis dotẽ simul cum patre obligatum, beneficio *tit. ff.& C.quod cum eo*, gaudere non posse.

Primò: Quod filijsfamil. vna cum patre se

se obligantibus priuilegium concessit Prætor: Illud esse, inquit *glos. 1 d.l.2.verb.poss. & verb.non dari C.quod cum eo*, Deducto ne egeat. Fuit namque beneficium hoc inductum, Ne egeant. quam potissimam esse rationem voluit *Brun.de cession.Bonor.q.22. q.4.princ. nu.1. Amat.decis.16. nu. 27.* sicuti verba tex. *d.l.2.* ibi, *Nisi in id quod facere potest*, explicat tex. *l.sunt qui, cum inde sequen.ff. de re iudic.* & eruditus *Barbos.in l. maritum num.5 solut.matrim.* ex tex. *l. inter eos, §.fin.ff. de re iudic. & l.condemnatione ff.de reg.iur.* quorum etiam verborũ praxim edocuit *Bald.in d.l.2.num.3.C.quod cum eo*, vt creditori adiudicentur rationes cum onere prouidendi filio famil. alimenta pro decenti eius honestate, attenta nempe personæ qualitate, & dignitate, *Salyc.in l.2. num.4. 5. 6.C.de eden. Aloys. Leo in l. de alimentis num.23. C.de transact.Costa de scien. & ignor.cent.2 distin.32.num.15.* Alij, & verius, vt id aduersus agentem creditorem retineat filiusfamil. quo possit viuere, sicuti exponit *Glos. verb. potest in §. sed si instit.de act.& tex. l. in condemnatione, ff. de reg.iur. iuxta glos. verb. facere, l.miles vbi Rip.ff.de re iud. Bald. in l.2. num.3. C. quod cum eo.Laderch.cons.30.in fin. Molign. de retent. quæst.148. Costa d. subsid.remed. 28.sub num.6.* communem dixit *Caual. de Brach. reg.par.6. fragm.97.* attenta redituum quantitate, & non patrimonij *Petr.Gregor.de dot. parag.quæst.18. num. 6.* Sed Siluius in maritali instrumento, quo se ad sororis dotem obligauit, priuilegium, deducto ne egeat, renuntiauit expressim, ergo *l.2 ff.& C. quod cum eo*, renuntiasse censetur; Quia expressum id etiam est, quod tacite inest
2 ex natura verbi illud inferentis *l. certum.ff. de condit.& demonstr. Auth.de hæredit.& fal. §.si vero expressim Angel.cons.331.num.3.& in l.Prætor.ff. de nou.oper. nun. Tiraquell. ad ll. connub.glos.7.num.176. Fab. Ann. consil. 120.num.41. Rim. Iun. cons. 21. nu.68. Pret. de interpr.vlt.volunt lib.3. solut. 11. num. 7. Afflict.decis 3.nn.5. Crauet.de antiquit.temp. 1.par.quæst.4.num.38.Ceph.cons.150. nu.12. cons.196. num.12. Zuccard. cons.8.num.18. vol.1. Decian.cons.44.num.23.138.cons.80. num.21 cons.76.num.6. vol.4.* quo loci plene ostendit expressum in scriptis satis dici illud quod ex scriptis colligi potest; Idem tenet *Aldobr.cons.109 n.7.vol.1. Anguissol. cons.66.num.8.cons.277.num.9.vol.1. Castill. de vsufr. cap.1.num.50.Gabr.cons.127.n.41. vol.1.Camill. Gall.de verb.signif.lib.1.cap.8. num.9.Casanat.cons.60.num. 8.12.26.* & tradit *Bald.in l.1.num.20. in fin.C. de his, quæ ant.aper.tabul.*
3 Aut aliquid est omnino omissum, & habetur pro omisso, & tacito; Aut sequitur ad aliquod expressum, & reputatur cautum, & expresũ, licet verè, vt expressum nõ sit; exornat *Socc.in l.hæred.mei, §.cũ ita n.16. ff. ad Trebell. & latius Cassan.d.cons.60.n.7.* Expressum etiã dicimus, quod venit ex mẽte legis, *Bart. in l. prætor.in princ.ff.de nou. op.nunc.Ceph.cons.451.nu.30.Menoch. cons. 235. num.51. lib.1.quæst.25. num.9.& lib.3. præsumpt.42.num.21.præsumpt.122.num.34 præsumpt.134. num.37. Surd.cons.116.n.57. Burs.cons.461.num.90.Anguis.cons.66. nu.9. vol.1.Niconit.in Rub.C.de eden.n.52. Gabr. cons.14.n.35.38.vol.1.* & expressum, vel subintellectum à lege, æquiparantur, *Castill. d.cap.1.num.52.Osasc.decis.142.nu.11.Gaill. lib.2.obser.30.num.3. Costa de rat.port.q.33. num.7.Honded.cons.40.vol.2.Barz. decis.20. num.14.Mascard.concl.1107.nu.18.Menoch. cons.95.num.15.*
4 Secundo, æquipollens satis est, vbi speciale aliquid requiritur, *Marta, vot. 9. n. 11.* & sufficit quoad effectum, impleri formam. *Rot. Diuers.167.num.561.par.Osasc. decis.12.* vbi per actum æquipollentem inducitur idem effectus, *Gom.ad Reg.Cancell. quæst.11.* sed verba, *deducto ne egeant*, æquipollent verbis *d.l.ibi, Nisi in id quod facere possint, C.quod cum eo*; illi ergo si renuntia-
5 tum est, huic renuntiatum censetur. Nam qui potest expressim beneficio huic renuntiare, potest etiam tacite, quod ab expresso proueniet, *Sur.de alim.tit.1.q.78.nu.55.* nec iuramentum simpliciter præstitum, defectus postea superuenientes, & contractum annullantes, tollit, etiamsi renuntiationes adsint, nisi necessario ex eis inferatur *Siluan.cõs.40.n.18.Tusc. lit.t. concl.*
6 *506.n.30.* satisque est fuisse cogitatum in genere, vt renuntiatum sit, *l. qui iure militari ff.de testam milit.Gabr.d.concl.4.num.4.*
7 Accedente præsertim iuramento, quod satis est, vt cogitatum sit in genere. *Gabr. d. concl.4.num.14.* Etsi in fine instrumenti illa
8 dumtaxat legatur clausula circumcisa (iurantes &c.) quæ perinde habetur, ac in quolibet pacto expressim fuisset inserta, *Grass.except.22.n.12.Costa de scien. & ignor. inspect.75. num.5.Tusc.lit.I, concl.501.n.1.*
9 Tertio. Cum renuntiatis verba, *Deducto ne egeat*, alio in casu respectu filijfam. cum patre ad sororis dotem se obligantis verificari non potuerint, quam in beneficio *d.l.2.ff.& C.Quod cum eo*, perinde est, ac si nominatim illi fuisset renuntiatum, *Mart.vot.9.n.12.* ex his quæ congerit *Surd. d.cons.143.n.30.cons.299.nu.12.* expressum namque in indiuiduo dicitur, si dispositio in alio verificari non potest, *Doct.in l.2.ff. de lib.& posthum.late Tiraquell.ad ll.connub glos.num.128. Ceph.cons.622.nu.54. Mantic. de coniect.vltim.volunt.lib.7.tit.12 n.11. Hõded.cons.30.num.60.61.cons.63.à nu. 87. ad. n.96.vol.1.Lauren.Pin.cons.42.num.9.vol.1. Castill.de vsufr.cap.39.num. 29.* expressumque dicitur etiam illud, ad quod tantum fieri

fieri potest relatio, *Burs.cons.381.sub.n.11.* & dispositio generalis, quæ verificari solũ potest in vna specie, cẽsetur specialis. *Natt. cons.314. num. 2. Bero.cons.129.nu.11. vol.1.* Genus namque vbi non potest verificari, nisi in vna specie, dicitur species, vel habetur pro specie, *l. si optio. ff. de opt. legat. l. fundus qui locatus cum l. sequ. in fin. ff. de fund. instrue* & latius comprobat atque ad nonnulla vtilia infert, *Perali. in l. si quis in principio testamenti, ff. leg. 3. num. 222 & in l. Menius §. duorum num. 13. ff. de leg. 2. Castill. d. cap. 39. n. 31. 32.*

10 Certi namque iuris est, extraneo dotanti priuilegium, *Deducto ne egeat*, non competere, *ex l. Nesennius vbi glos. verb. insolidum ff. de re iudic. l. penult. ff. de iure dot.* ibi *quoad extraneum attinet, semper hoc ve-*
11 *rum est. Maran. cons. 30. num. 1.* Et quamuis *tex. l. si extraneus ff. de iure dot.* cuilibet dotanti priuilegium hoc concessisse videatur, & tradit *Ias. in l. inter eos nu. 4. ff. de re iudic. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 78. num. 15.* verius tamen est, non ratione dotis id eo in text. statutum, cum repugnet, *tex. d. l. penul. ff. de iur. dot.* sed potius ratione donationis, *ad tex. d. l. si extraneus ibi ex libertate.* Quod generale est, non solum in dotante, sed in alio quouis donante, *d. l. inter eos*, & declarat *Maran. d. cons. 30. n. 1. Costa subsid. remed. 28. nu. 11. Caual. de Brach. Reg. par. 6. fragm. 97. Martin. Coler. decis. 14. n. 20.*

12 Quarto, Defectu patris, sororem dotare tenetur frater, *ex glos. l. cum plures §. cum tutor verb alio patre in fin. ff. de admin. tut.* & tradunt *Cyn. in l. omni C. de admin. tut. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 25. n. 8. 9.* quam receptam sententiam asserunt *Bar. in l. 1. n. 12. ff. solut. matrim. Rip. n. 82. Bolognet. n. 128. Barbos. par. 4. num. 124. Socc. Iun. numer. 199. Crot. numer. 42. Boer. decisione 129. Rol. cons. 85. n. 4. vol. 3. Siluan. cons. 12. n. 1. Caual. decis. 29. n. 26. par. 3. Menoch. cons. 81. num. 2. Gars. de expens. cap. 3. num. 34. Molin. lib. 2. de primog. cap. 15. num. 60. Triuis. decis. 22. nu. 2. lib. 1. Petr. Greg. de parag. quæst. 25. n. 10. Cordub. in l. si quis à liberis §. idem rescripsit. num. 92. ff. de lib. agnosc. Palat. Rub. in c. per vestras 3. not. §. 24. n. 3. de donat. inter. vir. & vxor. Thesaur. decis. 192. n. 7. Guid. Pap. decis. 439. in fin. Aufrer. ad Capel. Tholos. dec. 290. n. 8. Afflict. decis. 371. n. 3. Alb. cons. 151.* quod verum nedum si soror nihil habet in bonis sed in ea quæ aliquid habet, quod ad congruam eius dotem satis non sit, secundum eius dignitatem & qualitatem, *Pepou. cons. 24. num. 1. 2. 3. 4. 5.* idque ad fratrem Clericum extenditur, qui deficientibus bonis propriis, de fructibus beneficii sororem dotare tenetur, *c. peruenit. & ibi Abb. n. 1. Butr. num. 2. Imol. num. 1. de arbitr. Capell. Tholos. decis. 190. Boer. decis. 129. nu. 8. Ias. in l. 1. num. 29. Barbos. par. 4. num 132. ff. solut. matrim. Triuis. d. decis. 22. nu. 2. & alij à Cordub. relati in d. l. si quis à liberis §. idem rescripsit num. 96. Gars. d. cap. 3. num. 36.* Non ergo in rem patris se obligauit Siluius filiusfam. sed in proprium commodum, cum soluendo non esset pater; ideo cessat beneficium prædictum *l. 1. ff. & C. quod cum eo.*

13 Nec renunciatio *Deducto ne egeat*, maritum potius, & socerum respicit, quorum sanè magis interest, ne insolidum teneantur; sed, sed etiam Siluium filium, cui priuilegium *Deducto ne egeat* competere diximus, quia contrahentes omnes vna tantũ oratione beneficio illi, *Deducto ne egeat* renuntiarunt: neque diuersitatis vrget ratio, omnes ergo æqualiter determinat, *ad tex. l. iam hoc iure cum simil. ff. de vulg. & pupill. Greg. de Parag. quæst. 25. num. 8. & alij passim.* imo si *Deducto ne egeat*, beneficio, maritus, & socer, nec cum iuramento renuntiare possunt, *ex Caual. de Brach. Reg. par. 6. pragm 97. & dixi decis. 41. n. 9.* adeo ergo, quorum respectu renunciationis actus est nullus, & à lege improbatus, trahenda non est renunciatio, sed ad filium potius, cuius intuitu valida est renunciatio ad *tex. l. quoties in stipulationibus ff. de verb. oblig. plene Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 29. num. 1. 2.* à proprietate namque verborum recedimus, ne inutilis sit stipulatio, *l. stipulatio ista §. hi qui & §. hæ quoque ff. de verb. oblig. Franc. decis. 594. num. 8. decis. 649. num. 9. 10. 11.* Intelligenda ergo sunt verba illa de valida potius renunciatione, & quæ fieri potuit, *l. quoties ff. de reb. dub. Rim. Iun. cons. 58. nu. 38. Menoch. lib. 3. præsumpt. 29. num. 58. Dec. in c. quoniam Abbas de off. deleg. & cons. 404. nu. 8. in fin. Socc. Iun. cons. 79. num. 70. vol. 3. Rol. cons. 61. n. 37. vol. 1. Ceph. cons. 294. num. 45.* eaque semper sumenda interpretatio est, ne frustatoria sit dispositio, *l. 3. ff. de testam. milit. cum simil. Menoch. de præsump. lib. 1. quæst. 37. n. 12. Caball. cons. 141. num. 4. Rim. Iun. cons. 275. n. 15. cons. 620. cons. 831. num. 46.* & sit etiam extensio contra iuris regulas, *Coz. cons. 5. n. 6. Bece. cons. 41. num. 20. Surd. cons. 173. nu. 27. dixi plenius decis. 36. num. 17. 18.*

Quibus non obstantibus, contrarium censuimus verius, imo beneficio prędicto non renuntiasse Siluium, etsi priuilegio (*Deducto ne egeat*) renuntiauerit cum iuramento.

14 Primo. Duo ex dotis contractu priuilegia sibi competere, allegat Siluius, Alterum ratione promissæ dotis, *Deducto ne egeat*, quod fratri dotanti dari affirmat *Ias. in l. sunt qui in id num. 4. ff. de re iudic. Thesaur. decis. 119 num. 2. decis. 153. num. 5. Ant. decis. 16. num. 10. Surd. de alim. tit. 1. q. 78. numer. 6.* & diximus *num. 10.* Alterum est quod tamquam filiusfamil. vna cum patre obligatus à Prætore habet priuilegium, ex

l. 2.

l.2.ff. & C.quod cum eo, cumque separata
illa sint, & diuersa iuris beneficia, renun-
ciato vno, alterum renunciatum esse nega-
mus, *l.iubemus C.ad Velleian.glos.in cap.1.
de capit.qui cur.vend.*Menoch.*lib.3.præsump.
97. num.4.* licet sit simile. Nec mirum,
quoniam ex diuersis (quorum eadem non
est ratio) minime infertur, *l. Papinianus*
15 *exnli ff.de minor.*Diuersitas, vel ex eo com-
prehenditur. I.Quod miserationis causa
datum sit, *ex Franc.decis.181.num.7.Ronit.
Pragm.1. ad Macedon.nu.22.* Siue, vt verius
dixerim ratione, æqualitatis, & iure quodã
speciali, *ex Azon.Cart. & alijs in decis. 42.
num.11.*Sed priuilegium. *Deductio ne egeat*
dotanti competit ratione reuerentiæ, cui
renunciari nec potest.II. Hoc filijsfam.da-
tum est, si sui iuris sint, & paterna absti-
neant hæreditate, *l.2.ff.& C. quod cum eo.*
Nam si durante patria potestate conueni-
rentur, insolidum teneri diximus, Sed il-
lud dotanti competit, siue durante, aut so-
luta patria potestate conueniretur ad dotẽ
quam promisit, vt tradunt omnes in *n.14.*
III. Huius beneficij exceptio peremptoria
est, quia nec vnquam teneretur filiusfam.
Sed illius exceptio in dote dilatoria est,
quia per eam non liberatur debitor, si ad
pinguiorem fortunam peruenerit, *glos. &
Bart. in l. 1. ff. de except. Franc.decis. 164.
num.10. decis.221.nu.5. 11. Cost. subsid. re-
med. 28. num.10. Aloys.Leo.in l. 1.nu.9. de
re indic.Aufr. ad Capel. Thol. dec. 258.* siue
anomala potius sit, *ex Poli.Rip.obser. 375.*
siue non. Aliç etiam sunt iuris differentiæ,
quas missas facimus, dum vtiliora, & vsu
frequentiora discutere proposuimus.

16 Secundo, huius beneficij renunciatio a-
deo expressa esse debet, vt indiuidualis om-
nino sit, se certioratum asserens de tenore
& beneficij huius continentia. Nec satis
est, *l.2.ff. & C. quod cum eo*, renuntiasse
filiumfamil. ideo sub inuolucro, & sine
beneficij prædicti cognitione, illi renun-
tiare non conuenit. ita videndus *Ronit. d.
Pragm.1.n.24.26.* etsi contrarium sentire
videatur *Paris.cons.94.num.45.in fin.vol. 1.*
Merito renunciationis huius praxim edo-
cuit omnium primus *Alber.in Rub.ff. Quod
cum eo*, si dixerit filiusfamil. insolidum se
obligare, etiam sui iuris effectus, sciens se
tunc non teneri, beneficio *d.l.2.ff.& C.quod
cum eo*, quo vti velle renuntiauit, sui iuris
effectus. Cum ergo nulla in dotali contra-
ctu beneficij huius facta sit mentio, nec
minus de tenore, eiusque continentia,
fateri necesse est, Siluium tunc filium
famil. pro sororis dote vna cum patre se
obligautem, beneficio huic non renuntias-
se, plene *Franc.decis.181.*

17 Tertio. Quælibet dispositio etiam iura-
ta, intelligitur semper rebus sic stantibus
*l. quod seruus ff.de condit.ob caus.c.breui de
iureiur. Oldr. cons.241. num. Feder. de Sen.
cons.239.cons.281.Gemin. cons.84.Castr.cõ-
sil.449. num.2.vol.1.Gratia.discep.96.n.23.
Bardell.cons.62. nu.19.Tusc.lit.I.concl.503.
n.34.lit.D.concl.502. Natt.cons.50.num.2.
Tiraquell.in præfat.l.si vnquam. nu. 166.C.
de reuoc.don.Cancer.in 2.resol. cap.8. de iu-
ram.num.96.* adeo vt mutato rerum statu,
mutanda illa sit, *Surd. cons. 445. vol.3.*
copiosius comprobat *Casanat.cons.44.* Sed
beneficium hoc cum nec contractus tem-
pore filio competeret, quia ex noua cau-
sa tunc non subsistente superuenit, ob pa-
tris, nempe mortem, nouus homo effectus,
Franc.decis.181.num.11. illi ergo renuncia-
tum non est, maxime ex verborum genera-
litate, & æquiuoca eorum natura; Imo iu-
ramentum ad causam superuenientem, vel
ad incognitam extendi nec posset, *c.cum
inter de renunt.c.Clericus de iureiur.vbi glo.
& Canonistæ, & speciatim Bart.in l.qui Ro-
mæ. §. duo fratres, ff.de verb. oblig. Abb. in
c.petitio in fin.de iureiur. Goz. cons.32. nu.7.
Socc.cons.89.num.13. vol.1. Ruginell. pp. qq.
cap.81.nu.24.* nec ad futura, *Fachin.lib.12.
controuer.iur.cap.48.dixi decis.42. num. 30.*
Quia consensus in vno actu, & ad vnum
finem præstitus, minime extra illum speci-
ficum finem, & actum extenditur, *l. iube-
mus.C.ad Vel.Menoch. cons.75.num.70.con-
sil.156. n.42.late Surd.cons.36. nu.28. Bar-
dell.cons.1.nu.41. Fenut.de moment tempor.
cap.10.num.31.Aldonin.cons.59. n.22. 23.*

Non obstat F.quia licet quoad iuris ef-
fectum, beneficium *l.2.ff.& C. quod cum eo*,
idem denotet, quod, *Deductio ne egeat*;
18 Attamen respectu etiam priuationis, renũ-
ciatione vnius, alterum non est sublatum,
vt diximus *n.14.* Cumque indiuidua neces-
saria sit renunciatio, ex his, quæ annotaui-
mus *n.16.* expressa censeri non potest, *vt
19 Doct.*considerant. Quod enim ex genera-
liter enuntiatis proficiscitur, vel à ratione
in lege expressa, vel ab antecedentibus ne-
cessarijs, si genus inspiciamus proprie ex-
pressa dicenda sunt; si vero speciem eius
indiuiduam intueamur, tacita sunt. *Camil.
Callin.lib.2. de verb.signif. cap.11. nu.3. &
lib.8.cap.13.num.2. Casan.cons.60. numer.6.*
Proinde expressum illud dicimus, quod no-
minatim fit *l.si expressum ff.de appel. Tira-
quell.ad ll.connub.glos.7.n.88.Rot.Gen. decis.
14.n.40.Cagnol.in l.expressa n.5.ff.de reg.iur.*
& vbi lex requirit expressum, coniecturæ
nec sufficiunt, *glos.in l.qui plures ff. de vulg.
& pupill.Tiraq.ad ll.Connub.glos.5.nu. 163.
Menoch.de præsump.lib.1.q.45.n.21.* Et ideo
si requiritur expressio verbis facta, nec præ-
sumptiones satis sunt, cum nec id dicatur
verbis expressis, *l.3.in princ. vbi Bar. ff. de
leg.tut.Tiraq.d.glos.5.n.165.Menoc.d.q.45.
n.23.*nec vbi lex, vel dispositio specialem
requirit expressionem, *Tiraq.d.glos.5.n.169.*

Menoch.d.q.45. num. 27. Quocirca inquit *Dec.in l.cum quid* 1. *lect.3.not.ff. si cert. pet.* & *ibi Socc.Bologn.Purpur.n.20.et aly* Quod si statutum paratam tribuit exequutionem expressis in instrumẽto iuxta *Rit.103.à 101.* illam non dicitur dedisse, quæ ex coniectutis colliguntur, cum expressa propriè non fiat, *Menoch.d.q.45.nu.29.Cum. Rit.6. n.69.Rit.76.n.6.* & *Nos alibi.*

20 Non obstat 2. Quia æquipollentia verba satis non sunt, vbi indiuidualis requiritur expressio, & vbi lex expressionem requirit pro forma; nec satis est expressio sub inuolucro verborum, *l.sed si quis, §.quæsitum ff. si quis caut.Tiraq.ad ll.Connub.glos.5.nu.98. Menoch.d.q.45.n.* 20. Imo tacitus id potius est, *ex Gall.* & *Casan.quos citaui.*

21 Neque in his, quæ sunt de forma, satis est in genere cogitatum fuisse, *Gabr.tit. de reg.iur.concl.4.n.17.* Sicut nec sufficit gene-
22 raliter cogitatum esse, vt excludantur ea, quæ ex contractus natura veniunt, *Gabr. d. concl.4. num.19.*

Nec iuramentum satis est, vt beneficij prædicti ex *l.2.ff.* & *C.quod cum eo*, scientiã
23 in genere saltem habuerit. Quia licet contendant *Doct.* quod vbi adest iuramentum, ibi scientia præsumatur, *Cancer.lib.2.c.8. n.46.Thesau.decis.222. nu.11.12. Gab.tit.de iureiur.conclus.3.Seraph.de iuram. priuil.63, Ioan.Zanger de excep.par.3.c.9.n.42.* Vera tamen illa est distinctio, quam descripsit *Graff de excep.par.3 cap.9.n.42.* Aut in instrumento fideiussionis susceptę per mulierem, quæ alioquin non obligatur etiam in foro coscientiæ, *ex Tiraquell ad ll. Connub. glos.4.n.16.* nisi certis tantum casibus; vt per *Surd.cons.367.vol.3.* si in instrumento inquam legitur mentio facta de beneficio Velleiani, mox iurasse mulierem exprimatur, certe præsumitur certiorata, sequitur *Cast.de scien.* & *ignor.inspect.75.n.2.* Aut in instrumento nihil dictum est, & tunc iuramentum non supplet, *Graff.* & *Cost. in loc. nuper citatis.* Quia iuramentum non trahitur ad ignorata, neque tollit præsumptionem ignorantiæ, quæ à iure resultat, *Bar.* & *Alex.in l.sciendum.ille num.8. hic nu. 36. ff.de verb.oblig.*

24 Respond. 2. Excepta mulieris, minoris & rustici obligatione, iuramentum præiudicat, vbi sufficit scientia in genere; alioquin secus, *Seraph.de iuram.priuil.119. Costa d.inspect.75.num.4.*

25 Respon.3. Cogitatum esse in genere, si actio generalis est, vt si cum iuramento super actione tutelæ transactum sit, quia tunc ad dependitia à re petita, & connexa extenditur iuramentum, *tex.est singul. secundum Doct.in l.si cum tibi C.de iudic.quem sequitur post alios Valasc.decis.39.nu.5.* at si vnum ab alio non penderet, cogitatum in genere dici non potest. Cumque beneficium, *Deductio ne egeat*, & beneficium *tit. quod cum eo*, separata sint, nec vnum alteri connexum, aut dependens, renuntiato vno alteri renunciatum non censetur.

26 Non obstat 3. Quia renunciatio, *Deductio ne egeat*, respectu filijfam. vna cum patre, ad sororis dotem se obligantis, satis verificatur, si pro non exoluta dote quandocunque conueniretur. Sed hoc (de quo nostra est quæstio) *d.l.2. ff.* & *C. quod cum eo*, beneficium non aliter filiofam.competit, nisi sui iuris sit effectus, & paterna se abstineat hæreditate. Alias viuo adhuc patre, insolidum (vt diximus) teneretur.

27 Non obstat 4. Quia dotare filias, & filijs propter nuptias donare, paternum est officium, *l.fin.C.de dot.promiss.l.qui liberos ff. de rit. nupt.vbi Coras.num 10.Curt.Iun.consil.133. Treuis. decis.22. numer.3. lib.1. Fachin.lib.13.controuer. iur.cap.78. Menoch.cõsil.33.cons.238 cons.370. Ludou.decis. Perus. 21. Osasc.decis.43. num.7. Gabr.consil. 165. vol.2.Rol.cons.64.num.6.vol.1.Petr. Gregor. de Dot.Parig.quæst.20.num.5. Carot.in rep.l. fin.quæst.4. C.de dot promiss.Doct.in l.1.ff.sol. matrim.vbi Alex.num.30.Ias.num.25. Rip. num.54.Socc. Iun. num 157. Marta quæst.7. art.1.per tot.* Imo si de maternis, & paternis bonis se filiam dotare dixerit, de suo pater dotasse censetur, si in ære habeat, *Alciat.reg.1.præsump.26 num.5. Polid. Rip. obser.17.n.9.Menoch.de arbitr.cas.88.* & *lib.3 præsump.15.Marta de dote art. 1. Mascard. de probat.concl.571.concl.1150.Socc.cons.110. num.8.vol.3.Rum.cons.12.nu.6. vol.2.Paris. cons.8.vol.3.Burs cons.215.num.3. Neuizan. cons.16.num.8. Afflict.decis.175. Ludou. Pe-*
28 *rus. decis. 21. num. 16.* Neque frater sororem dotare tenetur, nisi certis tantum casibus, vt si præsertim soror sit inops, quæ aliter nec possit dotari, nec patrem habeat & frater diues sit, vt dixi *nu.* 12. Cumque dotationis tempore viuebat pater, qui filiam dotare potuit, prout eam dotauit, quia diues erat, & è contra Siluius frater pauper tunc erat, & sub dotantis patris potestate, nullo iure ad id cogi poterat, siue iuris rigorem, siue æquitatem inspiciamus. Fuit ex his *concordi omnium voto*, in Consistorio confirmata M. R. C. sententia, per quam iudicauerat, *Quod gaudeat Siluius* beneficio *tit. ff.* & *C. quod cum eo*, & vlterius non molestetur. Die XIV. Aprilis, X. Indic. M. DCXII.



EX LIBRO DECISIONVM
MARCHIAE AMATI
Asculana.

ARGVMENTVM.

Socer an teneatur vltra, quam facere possit.

SVMMARIVM.

1 *Socer habet priuilegium, ne conueniatur, vltra quam facere possit. Fallit, vt num.2.*

3 *Iurans, non potest suum iuramentum impugnare, nisi petita absolutione.*

4 *Pater non tenetur, nisi in quantum facere potest.*

5 *Pater spiritualis an possit conueniri, vltra quam facere possit. Patris loco qui habentur, non possunt conueniri nisi in id quod facere possunt, d.num.4.*

6 *Mater non tenetur, nisi in quantum facere potest, num.5.etiamsi esset tutrix num. 6.*

7 *Auus, auia, proauus, & alij superiores vtriusque sexus non tenentur, vltra quam facere possunt.*

8 *Parentum appellatione, qui veniant.*

9 *Filius emancipatus, an teneatur vltra, quam facere possit.*

10 *Frater non tenetur, nisi in quantum facere potest.*

11 *Maritus non tenetur vltra quam facere potest.*

12 Priuilegium, *ne quis conueniatur, nisi in quantum facere potest, an competat ei, qui propria culpa factus est pauper, vel ex delicto. numero 23.*

13 *Mulier non tenetur, nisi in quantum facere potest, fallit num. 14.*

15 Clericus *non tenetur, nisi in quantum facere potest.*

16 *Iudex condemnatus in syndicatu, an vtatur priuilegio, quod non possit conueniri vltra quam facere possit.*

17 *Doctor, licentiatus, baccalaureus an vtatur d. priuilegio.*

18 *Miles an possit conueniri vltra quam facere potest.*

19 Patronus, *liberique eorum, & parentes, an teneantur vltra quam facere possint.*

20 Donatores *non tenentur, nisi in quantum facere possunt.*

21 Fauori *suo potest vnusquisque renuntiare, præsertim cum iuramento.*

25 Socer *an possit cum iuramento renũtiare priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere potest.*

26 Carcerari *non potest, qui habet priuilegium, ne conueniatur vltra, quam facere potest.*

27 Priuilegium, *ne quis conueniatur, vltra quam facere possit, quare est introductum.*

28 *Reuerentia quare debetur socero.*

29 *Reuerentia erga soc̃erum apud veteres, qualis erat.*

30 *Nobilis debet melius tractari.*

31 *Fauori suo, quod quisque possit renuntiare, quo modo intelligatur.*

32 Reuerentia *est iuris naturalis, & non potest pacto remitti.*

33 *Gratitudo est iuris naturalis.*

34 *Socer habetur loco parentis.*

35 Reuerentia, *quæ debetur socero, quo iure sit introducta.*

36 *Vir, & vxor sunt vna caro.*

37 Pater *viri dicitur pater vxoris, & pater vxoris dicitur pater viri.*

38 *Reuerentia, quæ debetur patri, est de iure diuino, naturali, canonico, & ciuili.*

39 *Gratitudo est demonstranda erga eos, à quibus esse, nutrimentum, & documentum habetur.*

40 *Aequiualens, quibus reddi non possit.*

41 *Filij honeste faciunt, si paternę voluntati minime reluctentur d. numero 40. in vers. non ex necessitate.*

42 *Filij sine consensu parentum nubere non poterant.*

44 *Iuramentum contra bonos mores iuris ciuilis, iuris diuini, & naturalis, non operatur.*

45 *Iuramentum debet intelligi secūdum communem, & verisimilem mētem iurantis.*

46 *Iuramentum an obliget socerum, vltra quam facere possit.*

49 *Exceptio, quod socer non tenetur, nisi in quantum potest, an possit opponi cuntra iuramentum.*

50 *Clausula, omni iuris, & legum auxilio, an tollat priuilegium ne quis conueniatur, vltra quam facere potest.*

51 *Renunciatio generalis, an sufficiat.*

52 *Priuilegio concesso miserationis causa, an possit renuntiari.*

53 *Renunciatio posita in executiuis verbis instrumenti, an alteret dispositionem.*

54 *Exceptioni ne quis conueniatur, nisi in quantum facere potest, an possit renuntiari.*

DECISIO XXIV.

In impress. Decisio XVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.



NTONIVS Scudellinus de Asculo cum pro certa summa pecuniatum obtinuisset à D. Iudice à quo, sententiam fauorabilem de exequēdo quoddam instrumentū contra Siluium Ferrū de eadem Ciuitate eius soccrum, & non obstante appellatione interposita ad Rotam, quæ fuit admissa saluo iure exequendi, fecerit carcerare dictum Siluium de eadem Ciuitate: fuit dubitatum de validitate d. capturæ, quia socer est persona, quæ non tenetur, nisi in quantum facere potest.

1 Ratio dubitandi fuit: quia licet socer habeat dictum priuilegium, vt probatur per tex. in terminis *in l. rei iudicata §. socero quoque ff. solut. matrim. Afflict. decis. 222. dictat consuetudo, num. 2. fol. 171. Franc. decis. 164. contra nurum num. 1. Gall. obser. 88. & communi, n. 6. fol. 202. Brun. in suo tractatu de cession. bonor. quæst. 22. quartæ quæst. princ. num. 2. fol. 72. & Campeg. in suo tractatu de dot. p. 5. quæst. 250. quid è contra n. 1. fol. 299.*

2 qui volunt, vtrumque socerum habere dictum beneficium, tam constante matrimonio, quam eo dissoluto, nisi interuenerit dolus à principio in obligatione, vt dicit

3 *idem Campeg. loco citato:* vel iuramentum, quia tunc iurans, non potest suum iuramentum impugnare, nisi petita absolutione, vt per *Brun. vbi supra.* Prout quoque illud habent onus infrascripti.

4 Et primo, pater tam naturalis. *l. inter eos, ff. de re iudic. Vasquius controuers. c. 97. fol. 191.* quam spiritualis, per ea quæ habentur per *Aretin. num. 11. Ias. n. 15. fol. 149. cum seq. Gomes. num. 24. fol. 147. in §. pænales instit. de action. Tiraquel. de pæn. temper. caus. 21. nu. 10. fol. 248. Mascard. de probation. conclus. 332. num. 21. lib. 1. fol. 248. & Surd. in suo tractat. de aliment. quæst. 11. nu. 21. fol. 11.* quibus addo, quod nouissime scripsit *D. Ioan. Franc. Bonauog.* collega meus in hac Rota *in suis doctissimis addit. ad Ias. in l. sunt, qui in id, ff. de re indic. in vers. addo quod priuilegiū,* cum cęteris, qui loco parentis habentur, per ea quæ tradunt in locis pręcitatis, *Aret. & Ias. num 69. cum seq.* nam pari passu ambulant, vt loquens de patre spirituali tradit *Mars. singul. 215. validum est argumentum in fin. fol. 55.*

5 Secundo, mater. *Brun. de cession. bono. q. 1. quartæ quæst. prin. n. 1 fol. 21. Duegn. reg. 312.*

6 *limitat. 2. in versiculo dico tamen, folio 148.* etiamsi fuisset tutrix, secundum præcitatos, & præcipue per eundem *Duegn. vbi supra,* qui loquitur nedum de matre, sed auia, illius cuius tutelam gerit.

7 Tertio, auus, auia, proauus, & alij superiores vtriusque sexus, vt probatur *in l. sunt, qui in id, ff. de re indic. in verbo. Item*

8 *parens;* nam appellatione parentum omnes maiores vtriusque sexus significantur, *l. appellatione 51. ff. de verbor. signification.*

9 Quarto, filiusfamilias emancipatus, vt ponendo tres limitationes dicit *Veronens. caut. 14. scis quod fol. 7.*

10 Quinto, frater, vt in terminis probat *Thesaur. decis. 119. frater fratrem, num. 2. fol. 104.* licet contrarium teneant plures citati per *Ias. in d. l. sunt qui in d. num. 4.* quorū sententia non placet, quia non est consentanea rationi, *l. verum in princ. ff. pro soc.* vt ibi dicit idem *Ias. & Soccin. in d. l. sunt, qui in id, & Alexand. cons. 133. super quæsitis in princ. libro quinto.*

11 Sexto, maritus, vt probatur *in l. 5.* [illegible] *autem*

autem, de rei vxor. action. in l. patronus. ff. de re indic. & per Glos. in §. sed si, instit. de legat in verbo plenius, littera A. Afflict. d. decis. 222. dictat consuetudo nu. 1. & Veronens. caut. 241. legimus hodie, num. 2. fol. 67. Si non renunciauerit omni iuris, & legum auxilio: quia vbi adest talis renunciatio, potest conueniri vltra quam facere potest, vt in terminis probat *Corn. cons. 128. circa hanc. num. 7. lib. 3. Brun. in d. suo tractatu de cession. bonor. qu. 20. quartæ quæst. princ. n. 34. fol. 71. & Rolan. de lucr. dot. quæst. 42. maritus nu. 22. fol. 42.* vbi ponit tredecim effectus dictæ renunciationis: Vel fuerit contra ipsum actum rei vendicatione, vt per eundem *Veronens. d. caut. 241. num. 2. in versic. secus si cõueniatur, per tex. in l. Nesennius, §. fundum, ff. de re indic. & in l. ex diuerso. ff. sol. matrim.* siue dolo malo suam diminuerit substantiã iuxta tex. *in d. l. §. cum autem, C. de rei vxor.*
12 *action.* & propria culpa factus fuerit pauper, nam tunc non petit dictum beneficiũ ne conueniatur plus quam possit, *Felin. in cap. quæ in Ecclesiar. n. 67. de constitutio.*

13 Septimo, mulier, vt dicit *Bart. in d. §. socero, in princ. Conar. in cap. quamuis pactum de pactis in initio secundæ relectionis, num. 7. fol. 296.* nisi tempore promissionis dotis in
14 dolo fuisset *Brun. vbi supra quæst. 6. quartæ quæst. princ. nu. 1. fol. 71. & seq.* & renunciauerit omni iuris, & legum auxilio, & fauori, *Socin. cons. 124. diligenter puncti n. 1. & 3. lib. 1.* qui in specie sequitur de muliere tutrice.

15 Octauo, Clericus, vt probat *Capell. Thol. decis. 245. & ibi Aufrer. in addition.* vbi hanc veriorem appellat, & cæteri relati per *Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 1. nu. 9. fol. 120. Menoch. de arbitrar. cas. 183. cum de bonorum num. 29.* qui inter cætera allegat *tex. in cap. Odoardus, de solution. Neuizan.* qui testatur de communi *consil. 59. & Saluatoris nostri num. 2. Farinac. in titul. de delict. & pæn. par. 1. quæst. 26. num. 11.* & hoc ad instar militis armatæ militiæ, *Brun. in sæpe d. tract. cession. bonor. in 3. quæst. princ. num 11. fol. 12.* quibus addo *Ioan. Guttier. in suo tracta. de contract. iurat. cap. 17. num. 7. tom. 6. par. 2. fol. 64.*

16 Nono, iudex in causa syndicatus condemnatus *Becc. cons. 1. quæstio proponitur, num. 28.* licet aliud seruetur de consuetudine, vt testatur *Bald. relatus* per *Put. in suo tracta. de syndic. in §. Assessor. cap. 1. An potestas num. 13. fol. 129. & Scap. in suo tracta. de iur. non scrip. lib. 3. in Rubr. 1. de iudic. tam ordin. quam delegat. cap. 17. num. 2. fol. 34.*

17 Et Doctor, vt concludit attestando de cõmuni, *Brun. qu. 10. quartæ quæst. princ. n. 7. fol. 40.* qui *num. 10.* id limitat in Doctoribus qui aduocationis officium nõ exercent nec in publico legunt, sed solo nomine Doctores sunt. Item licentiati, & baccalaureus, vt per *Hieronym. de Ceuallos in suo spec. opinion. com. contra communes quæst. 477. sicut miles in princ. & num. 3. lib. 2.* vbi ad fauorem eorũ, quæ supra dicta sunt de doctoribus, aduocatis, licentiatis, & baccalaureis dicit esse cõmunem opinionem, licet aliud secundum *Alberic. in d l. miles*, seruetur de facto.

18 Decimo, miles, vt probatur *in l. miles qui* vbi *glos. & Bartol. in l. item miles, ff. de re iudicata & per Aufrer. ad Capel. Thol. d. decis. 245. & Brun. de cessio. bono. q. 11. quartæ quæst. princ. num 1. fol. 44.*

19 Vndecimo, patronus, liberique eorum & parentes, vt probatur *in d. l. patronus, ff. de re ind.* Idem de eo qui constituit ius patronatus, tenet *Paul.* & huiusmodi opinio reprobatur *à Lamberteng. in suo tractatu de iur. patron. octauo art. 5. q. princ. cap. 1. p. 1. lib. num. 4. fol. 36.*

20 Duodecimo donatores, vt probatur *in d. l. inter eos, ff. eod. tit.* & per *Brun. in dicto suo tract. de cession. bonor. q. 27. quartæ quæst. prin. n. 1. fol. 97.* vbi in seq. numeris ponit sex limitationes.

21 Decimotertio, socij, *d. l. verum, ff. pro soc. Honded. cons. 85. sententia a ias, n. 23.*

22 Decimoquarto, coloni partiarij, vt per *Honded. vbi supra*, qui allegat *Fulg. in l. si merces, §. vis maior. ff. de locat. Petr. de Vbald. in suo tract. de duob. fratrib. 11. par. num. 34. & Brun. de cession. bonor. quæst. 33. 4. princ. n. 23. fol. 96.*

Et alij, de quibus per *Surd. in suo tract. de Aliment. quæst. 78. his reliqui debet, n. 15. 16. 17. 19. 21. & seq.* apud quem postea aliquos de prędictis casibus tactos inueni, cum pluribus alijs, in quibus cessat d. beneficium, vt *num. 26. & seq. fol. 72.*

Id tamen non verò generaliter, nec particulariter verum: Nam si inspiciatur generale, pro notorio vltra præmissa adducit,
23 quod ex proprio delicto in inopiam incidentes non vtuntur d. beneficio, secundum *Ded. cons. 121. quia contra ea, quæ num. 21. volum. 3. fol. 666.* Etenim qui ratione delicti conuenitur non gaudet priuilegio, *Brun. in dicto suo tract. cession. bonor. q. 1. quartæ quæst. princ. num. 1. fol. 20.* Idem in terminis soceri scribit *Couar. variar. resol. lib. 1. cap. 16. num. 9. in vers. 2. illud fol 18. & Campeg. loco citato*, qui loquitur de vtroque socero: quibus addo nouissime *Hieronym. Pappon. I. C. celeberrimum consil. 99. pro D. Hippolyto n. 4. cum seqq. fol. 195.* optime de ista materia loquentem.

24 Si speciale obijcitur, quod potuit socer, sicut vnusquisque potest, fauori suo renũtiare, *l. si iudex circumuenio, ff. de minor. l. si quis in conscribendo, C. de pact.* pręsertim cum iuramento, vt videtur factum in casu
25 isto, cuius vigore priuilegio introducto propter reuerentiam soceri, de quo in *l. quia parentes, ff. solut. matrim.* renunciari potest

test per ea, quæ habentur *in cap. quamuis pactum, de pactis in sexto* & tradit ibi *Gemin.in 2.notab.& Veronens. eas .112. donatio, num.4.fol.35.* Quibus in terminis soceri addo, quod consuluit *Albert.Brun. consil. 89. viso instrumento iurato dotis, num.4.* & præcipue *num.8.* vbi ad litteram dicit, socerum, quando iurauit per se, exigi pro debitis promissis, non obstante exceptione deductionis *ne egeat:* Et d. capturam sustineri saltem in vim admissionis factæ per Rotam, cum præfata clausula, *Saluo iure exequendi*, ne impugnetur instrumentum, & retardetur executio eiusdem.

Sed contrarium fuit conclusum. Quia
26 non est premendus carcere, qui habet beneficium ne conueniatur, nisi in quantum facere potest, vt fuit resolutum per *Rot. Gennen. sub die 18. Nouemb. 1587. in causa eiusdem Magnanacha contra Ripagnam socerum*, referente Excellentissimo D. Vincentio Oscasaio Cremonensi I.C. peritissimo, tunc temporis in eadem Rota collega meo & dicit *Gasp.Beat.in suo tracta.de inop. debitor.cap.17.num.34. tom.3.par.2. fol. 240.* vbi plures allegat. Quibus addo *Mars. in*
27 *sua prax.criminali in §. attingam, num.65. & Thesau.decis.153. debitor pecuniæ num.4. fol. 129.* est introductum ne egeat *Brun. de cession. bonor. quæstione 22. quarta princ. num.1. fol.72.* & miserationis gratia, vt inquit *Cephal. cons.193. qui semel bonis n.14. & seq.lib.2. Aret.in §.si n.12.versiculo quaro*
28 *quid si à principio, instit.de actio.* Reuerentia enim quę debetur socero, qui parentis locum obtinet, *l.quia parentis ff. solut.matrim.* non patitur carcerationem, detentionem, seu compulsionem, ad cessionem bonorum, introductam ad temperandam, antiqui iuris, & duodecim Tabularum duritiem, *Magon.decision. Lucen.77. Publico, num.7. & seq. fol 230.* vt per *Thesaur. vbi*
29 *supra*. Imo apud veteres tanta erat reuerentia erga socerum, quod ipsum cum genero lucrari nefas esse crediderunt, vt legi-
30 tur apud *Ciceron.1. offic.*& in *Apostill.ad d. l.quia parentis ff.solut.matrimon.* Præsertim vbi agitur cum persona nobili, prout in præsenti specie, quæ melius tractari debet *l.3. §.tutor. qui repertoriū, ff.de suspect.tuto. Couar.in suis relection.in dicto cap. quamuis pactum, in initio secundæ partis, nu.5.versic. iura sanguinis fol. 195.* Nobilis autem quis dicatur, tradunt *Bon.de Curtil.in suo tract. de nobilitat.par.1.num.4 tom.16.fol.1. Paris de Put. de re militari lib.3. de pugn nobil.n.4, d.tom.16.fol.405. Christopho. Lanfranc.in suo tract. vtrum præferendus sit Doctor an miles, num.57.tom.18 fol.20.* qui dicit, quod vera nobilitas ea est, quæ ex scientia, virtute, & bonis moribus pollet. *Sebast. Medices de diffini. diffin.42. nu.20.eodem to. 18. fol.302. Veronensis de Imperator. Milit.deligend.in §.nobilitatis d.to.16. fol.310.cum seq.* recitat sex opiniones supra viginti, *Paleot. de not.spur.quæ fil.cap.61.tom 8. par. 2. nu.8. fol. 72.* qui in hac re spectandam esse consuetudinem vniuscuiusque loci, ac ciuitatis affirmat ex qua quis quãdoque nobilis, quandoque ignobilis existimatur, *& Anto. Gomes super leg T. ur l.79.nu.6.fol.290.* qui dicit, nobilem esse, qui ex antiquo, & priuilegiato sanguine descendit, qui est exẽptus ab oneribus, & tributis plebeiorum dignitate, officio vel scientia, allegando tex. *in l.1.& tot.tit.C.de dignitat.lib.12. & ibi Odofr. Bar.Plate. & Luc. de Pen.* & attestando de communi, etiamsi mater, vel linea materna sit vilis, & plebeia, quia potentior est substantia, & materia, quam forma, & ab ea denominatur tanquam à potentiori causa, & effectu.

Non obstat, dum specialiter pro ratione dubitandi adducebatur, quod quisque potest renuntiare fauori suo, præcipue cum iuramento, & d.capturam sustineri in vim admissionis saluo iure exequendi, ne instrumentum remaneat sine sua effectuali exequutione.

31 Nam ad primum de renunciatione respondetur, id habere locum in fauore mere introducto à iure ciuili, vt habetur in di-
32 cto capitulo, *quamuis pactum*, non autem in casu isto, in quo, cum reuerentia quæ debetur socero, sit introducta à natura, secundum *Bal.in l. liberti, libertique num.6 C de oper. libert.* non autem à dicto Iure Ciuili, vt probat *Bald.in l.fin.in fin.C. de bon.libertor.* non potest pacto remitti, &
33 consequenter ei renuntiari, vt voluit idem *Bald.in d.l.liberti, libertique,* prout quoque
34 est gratitudo, etiam quod ius ciuile disposuerit, vt in obiecto, socerum haberi loco parentis: quia per hãc dispositionẽ non dicitur introductũ aliquid de nouo, sed quod antea etiam de iure diuino erat dispositum
35 vt legitur *Tobiæ capitulo decimo, in fin.* dum dicit (*Honorare soceros*)& late apud *Quintilian. Mandos.in suo tract.de ingratitud.cap. trigesimo octauo, in rubr. de ingratitud. gen. & nur.erga socer.ac socrus erga gener.& nur.*
36 Ratio esse potest, quia cum vir & vxor sint vna caro, vt habetur *Matth. 19.* & per *Apost.1. ad Corint cap. 6. & in cap. sunt qui 27.quæst. 2.* vbi pars corporis viri appellatur, *cap.debitum de bigam. cap.* ad *Apostolicam, de conuersio. coniugat. cap. gaudemus, de diuort. & cap. fraternitatis & seq. 35. qu. decima.* Item vnum corpus, & vna anima, *l.prima ff.de rit.nuptiar.*ac socij diuinæ, humanæque domus, *glos.in l.hæres ff.de negot. gest.* Pater viri erit pater vxoris, & pater
37 vxoris erit pater viri, considerando eos, tanquam vnã carnem, vnum corpus, vnam animam, ac socios diuinæ, & humanæ domus, vt considerant dicta iura.

Et

38 Et ſic reuerẽtia, quæ omni iure debetur
patri, vt de iure diuino probat Dominus
dicens, Honora patrem tuum, & matrem
tuam, & eris lõgæuus ſuper terram, præter
illud Pauli dicentis, *fily obedite parentibus*
veſtris in Domino, *Sot. de iuſt. & iur. art. 4.*
verſ. reſtat. fol. 51. & late *Quintilian. Mandoſ.*
in dicto ſuo tracta. de ingratitud. cap. 3. in ru-
br. de ingratitud. filior. & parent. in verſ. con-
tra vero fily.
De iure naturali *Fortun. de vlt. fin. n. 126.*
tom. 1. fol. 112. maxime quod is, à quib. eſſe
39 & documentum captum fuit, omnes gra-
ti eſſe debent, vt per *Mandoſ. vbi ſupra*, &
40 Philoſophum dicentem, Dijs, magiſtris,
& parentibus non poſſe reddi æquiualens.
De iure canonico. *tex. in capit. non om-*
nis, & cap. ſeq. 32. quæſt. 2. vbi filiæ ob pa-
ternam reuerentiam debent nubere pater-
no arbitrio, vel aui, quando pater eſt ſer-
uus, *cap. patrem puellæ 32. quæſt. 3.* non ex
neceſſitate, ſed quia honeſtate faciunt fi-
lij, ſi paternæ voluntati minime reluctentur,
§. nuptias in fin. inſtitut. iur. canon. lib. 2. tit. 11.
de nupt. fol. 162.
Et de iure ciuili, *l. parentes, l. adoptiuum*
ff. de in ius vocand. & in l. fin. C. eod. titul. &
41 *l. veluti ff. de iuſt. & iur. vbi gloſ. in verbo pa-*
rentibus. Imò talis, & tanta erat iſta reue-
rentia de iure ciuili, quod filij ſine conſen-
ſu parentum nubere non poterant, vt pro-
42 batur *in §. maſculi, inſtitut. de nupt. & ibi*
gloſ. verbo debeat. Debita quoque adeo erit
ſocero, qui vt ſupra probatum fuit, loco pa-
rentis habetur, generumque filiali affectio-
ne proſequitur, vt inquit *Ceph. conſ. 492. mi-*
43 *hi quoque nu. 15. lib. 4. fol. 176.* Quod etiam
cum iuramento tolli, ac remoueri non po-
44 teſt, quia huiuſmodi iuramentum eſt non
ſolum contra bonos mores iuris ciuilis, ſed
etiam iuris diuinis, contra quos non ope-
ratur, *d. cap. quamuis pactum. de pact. in 6.*
Beat. in dicto ſuo tract. de inop. debitor. c. 17.
num. 37. & ſeq. Immo iuris naturalis, cum
tendat ad deſtructionem paternæ reueren-
tiæ, contra quas pariter non operatur, vt
per *Veroneuſ. d. cautel. 112. Donatio, num. 4.*
fol. 35. Beat. vbi ſupra, & Couarr. in d. cap.
quamuis pactum, num. 2. in verſ. vnde illud,
in initio ſecundæ par. fol. 293.
Et quod tale iuramentum non ſit obli-
gatorium, in terminis ſoceri probat *Ca-*
pel. Tholoſa. decis. 258. Item fuit quæſitum
cui magìs quam his, quæ conſuluit *Albert.*
Brun. d. conſ. 89. numer. 4. & ſeq. ſtandum eſt:
præcipuè, cum eius ſententia iuribus, &
rationibus ſupra adductis penitus deſtrua-
45 tur. Quibus addo, quod cum iuramentum
debeat intelligi ſecundum communem, &
veriſimilem mentem iurantis *cap. quemad-*
modum 25. de iur. iurand. cap. ex parte 13. il
ſecondo, de cleric. non reſident. Seraphin. de
priuil. iur. priuil. 73. num. 15. fol. 173. non
46 poteſt per illud dici, ſocerum teneri vltra
quam facere poteſt, nam non eſt veriſimi-
le, quod iurando voluerit tollere introdu-
47 cta ad eius fauorem, & facere contra di-
ctos bonos mores iuris ciuilis, canonici, na-
48 turalis, & diuini, maxime, qui iuramen-
tum licet addat maius robur actui, non
tamen ei aliquid vltra intentionem tribuit.
Seraph. loco citato, num. 27. fol. 376. nec tol-
lit authoritatem legis, quæ ſemper intelli-
gitur excepta, vt per eundem Seraph. vbi ſu-
pra numero trigeſimo tertio: recipit enim
eas qualitates, & conditiones, quas reci-
pit contractu ſuper quo interponitur, & ad
plus non extenditur, quam extendatur a-
ctus, *cap. quemadmodum de iur. iurand. l. fin.*
C. de non numer. pecun. Corbul. in ſuo tractat.
de iur. emphyteor. de cauſ. priuation. ob renun-
ciation. nu. 20. & ſeq. vt quoque videtur in
obligatione in forma cameræ, quæ licet
addat maius vinculum obligationi præce-
denti, non tamen auget effectum obliga-
tionis, vt per text. *in l. Titia textores ff. de*
leg. 1. voluit *Gabr. conſ. 171. arbitror. nu. 2.*
libro 2.
Ad ſecundum reſpondetur, quod licet
Rota admiſerit appellationem, vt ſupra,
non propterea dicitur conceſſiſſe, nec ap-
probaſſe executionem perſonalem in caſu
prohibito, etiam quod executio fuiſſet cõ-
ceſſa vigore publici inſtrumenti in forma
cameræ, in quo in ſpecie dictæ exceptioni
49 fuiſſet renunciatum: quia cum per dictam
exceptionem, quod ſocer non teneatur, ni-
ſi in id quod facere poteſt, non impugne-
tur inſtrumentum, ſed mutetur, & reſtrin-
gatur executio ad modum habilem, vt in
terminis probat *Canar. de execut. inſtr. q. 28.*
num. 63. fol. 309. & Galleſ. ad forma cameral.
obligat. quæſt. 3. tertio quæritur, nu. 1. fol. 70.
huiuſmodi exceptio ſemper poteſt oppo-
ni, & locum habet, vt in ſpecie probat,
Barthol. Socyn. in l. miles, nu. 3. ff. de re iudic.
50 etiam quod cum clauſula, *omni iuris, et le-*
gum auxilio, de qua late ſcribit *Corbul. in ſuo*
tract. de iure emphyt. de cauſ. priuatio ob non
ſolut. canon. limit. 41. num. 3. et ſeq. fol. 294. ei
fuerit renunciatum, quidquid dicat *Ro-*
lan. Val. conſ. 13. viſa tranſactione, num. 20.
lib. 1. ex infraſcriptis &c.
Primo, quia de aſſerta renunciatione
in dicto inſtrumento conſtare non videtur,
niſi per quędam verba cõcernentia genera-
lem renunciationem: quod non ſufficit,
tũ quia debet eſſe ſpecialis, & expreſſa, non
autem in genere, imo ſpecialiſſima, vt in
terminis dicit *Rom. conſ. 269. non eſt dubium*
51 *num. 3. et Ruin. conſ. 98. viſa renunciatione,*
22. lib. 1. qui in ſpecie loquitur de benefi-
cio conceſſo miſerationis cauſa, cui non
poteſt renuntiari, ſecundum *Rebuff. in ſuo*
52 *tract. de ſent. promiſional. art. 3. n. 38. fol. 299.* &
quia tolleretur miſericordia, quod eſt con-
tra

tra bonos mores, vt ibi, etiamsi iuratum fuerit, vt per *Asin. in suo tract. de execut. cap. 335. n. 63. fol. 418.* Tum etiam quia est posita in verbis executiuis, quæ non alterant
53 dispositionem. *Gemin. consil. 86. in causa Traiectensi, num. 6. Alex. consil. 14. circa primum num. 2. lib. 1. Ias. in l. qua dotis, ff. solut. matrim. num. 40. Natt. cons. 582. verbo inuestitura nu. 4. & seq. lib. 3. Cels. Vgon. cons. 26. cum ex facto, num. 49. fol. 72. & Rimin. iun. consil. 268. vana sane n. 62. lib. 3. & cons. 575. quæritur à me num. 53. lib. 3. Rot. Lucan. per Ludouic. decis. 29. Nicolaus num. 78. fol. 186.* In executiuis autẽ non posita dicitur quando reperitur in clausula, *quæ omnia, & singula*, vt in specie habetur per *Decian cons. 305. Iuridicam esse arbitror. num. 6. fol. 125.* facit *Mantica in suo tract. vlt. volunt. lib. 1. tit. 13. num. 7. fol. 13.*

54 Secundo, quia idem esset etiam vbi specifice dicta exceptio opposita appareret, nam præfatæ exceptioni, quod quis non teneatur, nisi in quantum facere potest, non potest renuntiari. *Afflict. d. decis. 222. num. 1. l. alia §. eleganter, ff. solut. matrimon. Canar. in suo tract. de execut. instrum. quæstio. fol. 296.* Maxime quando huiusmodi beneficium est, prout in casu isto introductum propter reuerentiam *glos. in l. si conuenerit, ff. de re iudicat.* quæ inquit aperte beneficio concesso propter reuerentiam personę non posse obijci pactum; secus si iure contractus, quam sequitur *ibi Bart. num. 3. Paul. de Castr. num. 1. & Alex.* Idem clarius dicit *Bart. in d. alia causa §. eleganter. nu. 5.* etiamsi dictæ exceptioni fuerit renunciatum cum iuramento, vt per eundem *Bart. ibi num. 9.* qui dicit huiusmodi iuramentum non esse obligatorium, neque de Iure Ciuili, neque de Iure Canonico *Bald. de cession. bonor. quæst. 20. quarta quæst. principal. nu. 22. fol. 68. & Gasp. Beat in suo tractat. de inop. debitore cap. decimoseptimo, num. trigesimoseptimo, tom. tertio par. secunda fol. 241.* vbi testatur de communi, reprehendendo Vasquium, qui tenuit contrarium.

In causa Nicolai Bandini, cum Sebastiano eius Fratre.

ARGVMENTVM.

Frater an possit facere carcerare fratrem pro debito Ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor potest procedere ad capturam principalis, qui non conseruauit illum indemnem, aliquo ex modis expressis in Statuto Lucensi 166. lib. 1.*

2 *Captura facta pro maiori summa debet declarari nulla etiam in summa debita.*

3 *Etiamsi excessus esset in parua summa.*

4 *Declara tamen vt.*

5 *Frater non potest facere carcerare fratrem pro debito ciuili.*

6 *Contrarium tamen verius.*

7 *Quando aliquid reperitur prohibitũ à Statuto, dicendum est contrarium esse dispositum de iure communi, & 30.*

8 *Statuta non debent esse superflua.*

9 *Opinio Doctoris, licet videatur æquior, tamen in iudicando non est recedendum à communi opinione, maxime si communis opinio haberet fundamentum Glossa.*

10 *Authoritas Glossæ est maxima, & in iudicando sequenda.*

11 *Ferè dictio denotat improprietatem.*

12 *Thesaur. decis. 119. reprobatur.*

13 *Prima charitas incipit à se ipso.*

14 *Socius non potest obtinere exequutionem personalem contra socium.*

15 *Priuilegium, quod competit socio, non potest extendi ad fratrem, etiam ex maioritate rationis.*

16 *Iura si voluissent priuilegiare ita fratres, sicut socios, hoc expresse dixissent.*

17 *Inter fratrem hodie est rara dilectio.*

18 *Æquitas nulla considerari potest, quando frater diues recusat conseruare indemnem eius fratrem, qui pro eo obligatus reperitur.*

19 *Socius potest obtinere exequutionem personalem contra socium, circa ea quæ respiciunt interesse commune societatis.*

20 *Frater potest obtinere exequutionem personalem contra fratrem, circa ea, quæ non sunt inter eos communia*

munia, & postquam sunt inter se diuisi.

21 *Paulus Apostolus cap. 12. ad Romanos non loquitur de fratribus tātum, sed de omnibus Christifidelibus.*

22 *Christiani omnes fide, & Religione sunt fratres in Christo.*

23 *Decisio in terminis attendi debet.*

24 *Opinio Glossæ communiter à scribentibus recepta, & melioribus rationibus fulcita, quam sit decisio aliqua, semper debet sequi, licet contra eam fuerit semel indicatum.*

25 *Opinio Senatus debet praferri opinioni aliorum.*

26 *Declara verum, quando ageretur de opinione Senatus, & de opinione alicuius particularis Doctoris, secus si tractaretur de opinione Senatus, & de opinione communi, quia tunc præfertur communis opinio.*

27 *Opinio æquior contra communem, est communi opinioni præferenda.*

28 *Contrarium tamen est verius.*

29 *Opinio minus vera, ratione æquitatis tunc debet sequi, quando concurreret æquitas scripta, & in casu, quo talis æquitas non fuisset considerata ab ijs, qui communem secuti fuerunt.*

30 *Ex diuersis non fit illatio.*

31 *Decisiones ex dispositione c. Rota Lucens. 56. non habentur pro legibus.*

32 *De Iure non solum ea, quæ ponuntur in decisione, sed etiam ea, quæ in ipsamet sententia continentur per modum causæ, non pariunt effectum rei iudicatæ.*

33 *Non omnia, quæ in decisione apponuntur, debent censeri deliberatè apposita.*

34 *Multa incidenter, & per viam ampliationis in decisione apponuntur quæ dum postea de eis principaliter disceptari conting[it], absonum esset, si rationibus in disc[u]ssione negotij perpendendis non subiacerent.*

35 *Rationes plures, quando allegantur, quarum una sufficit ad fundandam intensionem allegantis, non est credendum, quod alia ita exactè fuerint examinata, & perpensæ, ut in eis tanquam in Iure firmatis, ac decisis debeat solidum fieri fundamentum.*

36 *Sententia lata ex pluribus causis sufficit sustineri ex una, quæ vera sit.*

37 *Rota Romana sæpe discusso negocio recedit ab eo, quod alias in aliqua decisione incidenter, & perfunctoriè dixit.*

38 *Rota Romana in suis decisionibus sæpius sententiam in melius mutant.*

39 *Filiusfam. potest intercedere, & fideiubere pro eius patre de consensu, ad cuius eius fauorē fideiubet.*

40 *Quod semel placuit amplius displicere non potest.*

41 *Illud, quod à principio est voluntatis, ex post facto est necessitatis.*

42 *Ab expensis partes absoluūtur ob articuli dubietatem.*

DECISIO XXV.

Dominus illuminatio mea.



Ronūciatum fuit, Nicolaum Bandinum fuisse benè captum, & non esse relaxandum è carceribus, donec & quousque reddiderit indémnem Sebastianum eius fratrem, pro fideiussione scutorum centum per ipsum præstita prædicto spectabili Nicolao ad fauorem spectabilis Aretini de Podio, & secundum præmissa malè iudicatum per Dominum Iudicem à quo, & benè recursum pro parte dicti Sebastiani. Quia cum respectu huius partitæ scutorum centum, pro qua dictus spectabilis Sebastianus fideiusserat ad fauorem d. Aretini pro dicto Nicolao, dictus Nicolaus non conseruauerit indemnē
1 dictum Sebastianum eius fideiussorem, aliquo † ex modis expressis *in statuto 166. lib. 1.* reliquum erat, quod contra ipsum procederet ad capturam, prout expressè disponitur in dicto statuto, de cuius obseruantia testatur *Magon. decis. Lucens. 6. sub numero 25.*

2 Nec aliquid facere fuit visum, quod cum captura esset facta pro scutis 263. & sic pro maiori summa, quam debebat, *Bart. in l. Fulgimnius §. prætor ait ff. ex quibus cauf. in possess. eat. Bald. in l. certi conditio §. quoniam igitur num. 8. vers. secundus ff. si certum petatur*, & fuit decisum *in Romana spolij 21. Februarij 1600. coram R. P. D. Iusto, & in alia Assisiensi nullitatis subhastationis 17. Maij 1596. coram Illustrissimo Blanchetto*, in quibus fuit dictum hoc procedere, etiamsi
3 excessus esset in parua summa.
4 Quia respondetur quod prædicta procederent, vbi summa scutorum 263. pro quo dictus Nicolaus fuit captus, procederet ex vnica, & indiuidua eius obligatione, pro qua non remaneret amplius debitor, nisi de scutis centum: quia tunc si esset concessa captura pro tota summa dictorum scutorum 263. tanquam concessa pro maiori summa, deberet declarari nulla in totum. Cæterum vbi esset concessa pro summa, quæ constitueretur ex diuersis partitis separatis, & vnaquæque illarum esset in iudicio principaliter petita, prout fuit factū in casu nostro, vt apparet in Inquisitione, in qua fuit pro parte dicti Sebastiani petitum se eximi à dicto Nicolao, à fideiussione scutorum 108. per ipsum præstita prædicto Nicolao ad fauorē Gherardi Pacini, necnō pro alia summa scutorū 55. pro qua fideiusserat pro dicto Nicolao ad fauorem Nicolai Frattæ, & demum pro alia fideiussione scutorum centum facta pro eodem Nicolao ad fauorem Aretini de Podio, quæ in totum faciūt dictam summam scutorum 263. Nam tali casu conclusio prædicta non habet locum, sed potius debet resecari excessus, quàm annullari captura, vt fuit decisum *in vna Lucana expensarum 20. Februarij 1621. coram eodem Iusto*, & tradit *Marescott. in suis varijs resolut. lib. 2. cap. 6. num. 10.*

Nec obstare putauimus, quod † frater
5 non possit facere carcerare fratrem, & illum detineri in carceribus pro debito ciuili ad tradita per *Thesaurum, decis. 119.* Pri-
6 mo, quia, quod † immo frater possit ad instantiam fratris arrestari, firmat *Glossa in l. verum in vers. fraternitas ff. pro socio*, quam ibi sequuntur omnes scribentes, & de communi testantur *Albericus, & Fulgos. ibi. Gaspar Beatius Hispanus in suo tract. de inope debitore cap. 17. num. 80. & seq. Nicolaus de Neapoli in §. sed, & si quis cum parente instit. de act.* & cum eis transire videntur *Surd. de alimentis tit. 1. quæst. 78. num. 6. & & scribentes in l. post diuortium ff. sol. matr.* dum dicunt statuta disponere, quod frater pro fratre capi non possit: nam si hoc est dispositum à statutis, † de iure est contra-
7 rium, cum alias statuta essent superflua,
8 quod non est dicendum, ad *text. in lege, si quando, digestis de legatis 1.*

Secundo, quia idem *Thesaurus in dict. decis. 119. num. 1. & 3.* fatetur, quod opinio *Glossæ* est comm. recepta. Vnde quatenus
9 opinio *Thesauri* videretur æquior, non tamen esset in iudicando ab opinione *Glossæ* communiter approbata recedendum, per ea quæ discusso articulo pro veritate scribit *Coras. in tract. de de comm. opinion. lib. 2. tit. 9. casu 19. per totum.* Maxime cum dicta opinio habeat fundamentum *Glossa, ad Cor-*
10 *neum cons. 182. num. 3. lib. 1.* Authoritas enim *Glossæ* est maxima, & in iudicando sequenda, vt probat *Rolan. cons. 29. num. 29. & seq. lib. 4.*

Tertio, quia rationes, quibus mouetur *Thesaurus*, sunt nimis generales, & non stringunt. Nam dum dicit, quod frater est fere alter, & crudelis est, qui carnem
11 suam odio prosequitur; nihil facit: nam vltra, quod dictio *ferè* denotat improprie-
12 tatem *Oldradus cons. 49. in fin.* adhuc dicimus, quod tantum abest, quod dictus spectabilis Sebastianus possit in hoc considerari crudelis, quod potius, si hoc facere negligeret, fuisset immemor videri posset, cum prima charitas incipiat à se ipso *l. præses C. de seruit. & aqu.*

Nec obstare visum fuit, quod socius non possit obtinere executionem personalem
13 contra socium *l. verum ff. pro socio.* Quia
14 respondetur, quod cum hoc competat socio ex priuilegio, non potest tale priuilegium extendi ad fratrem, etiamsi in fratre adsit maioritas rationis *l. quod vero ff. de legibus, & ibi glos.* Nam si iura voluissent
15 fratribus hoc priuilegium concedere, id aperte dixissent prout fecerunt, quando il-
16 lud socio concesserunt, quod non fecerunt iuxta regulam *l. vnica. §. sin autem ad deficientes C. de caducis tollendis.* Præter quam quod æquiparatio illa dictæ legis fundata videtur in dilectione, vt ex *Gloss. in principio* colligitur, quæ cum hodie rara sit inter
17 fratres, *Barthol. in auth. minoris num. 4. C. qui dare tutores, vel curatores Alba cons. 20. nu. 1.* Certe nullum potest in ea fundamentum fieri.

Neque obstare credimus, quod ista extensio saltem admitti deberet, quia conuenit æquitati, & bonis moribus. Nam contrarium disponitur *in lege, quod vero ff. de legibus.* Vltra quod in casu nostro nulla potest considerari equitas, dum dictus Nico-
18 laus, qui est diues, recusat conseruare indemnem Sebastianum eius fratrem, qui pro illo obligatus reperitur; & propterea non solum Iuri, sed etiam summæ æquitati consonum fuit, hoc beneficium Nicolao denegare.
19 Immo dicimus, quod quemadmodum socijs extra ea, quæ respiciunt inter se communis societatis, non competit hoc benefi-

neficium. *Parif. conf. 99. nu. 67. lib. 3.* ita & fratres extra ea, quæ dependent à bonis inter eos communibus, & postquam fuerunt
20 inter se diuisi, prout sunt DD. Nicolaus, & Sebastianus, ab huiusmodi beneficio excludi debent ex prędictis.

Nec obstant authoritates, quæ denique *in fine decis. Thesauri* afferuntur, ex diuina scriptura. Quia sunt nimis generales, & certe si ex eis inferri posset ad concessionē huius beneficij, illud alicui Christiano denegari non posset, sed omnibus esset com-
21 mune. Nam dum Paulus Apostolus, *ad Romanos cap. 12.* dicit. *Nemo supergrediatur in negocio fratrem suum, neque vrgebit eum, quasi exactor*, & quod charitatem fraternitatis inuicem diligere debemus, & similia, non loquitur de fratribus tantum
22 sed de omnibus Christifidelibus, prout omnes fide, & religione sumus fratres in Christo *cap. ad mensam 11. quæst. 3.*

Nec dicatur, quod Thesauri decisio adhuc attendi debet, cum loquatur in terminis, ad tradita *per Menochium consil. 73.*
23 *nu. 17. & Riminaldum iun. cons. 689. n. 159. & 160.* Quia respondetur, quod cum ha-
24 beamus pro hac parte opinionem Glossæ communiter à scribentibus receptā, & melioribus rationibus fulcitam, illa proculdubio sequenda est, licet contra eam sit semel iudicatum, vt firmat *Coras. de commun. opinione l. 2. tit. 9. casu 15. per totum.*

Nec obstat, quod opinio Senatus debet
25 anteferri opinioni aliorum *Menoch. cons. 320. num. 45. & cons. 827. num. 3. Ludouic. decis. Perus. 7. num. 19. Curt. sen. cons. 56. col. 3. in fine.* Nam respondetur hoc procedere quādo ageretur de opinione alicuius Collegij, & opinione alicuius Doctoris particularis; quia tunc opinio Collegij, & Senatus præferri debet: cōtrarium tamen si a-
26 gereretur de opinione alicuius Collegij, & de opinione communi, prout hic, quia tunc debet pręferri communis opinio *Coras. de comm. opinione tit. 9. casu. 9. n. 36. & seq. lib. 2.*

27 Prout etiam non obstare existimauimus, quod opinio æquior contra communē cō-
28 muni sit præferenda: quia contrarium est verius, vt patet ex eodem *Coras. vbi supra casu 19. per tot.* vbi in fine dicit, quod opinio vera ratione æquitatis tunc debet sequi
29 quando concurrit ęquitas scripta, & in casu, quo talis æquitas non fuisset considerata ab ijs, qui communem sequuti fuerunt.

Nec obstat, quod *Thesaurus* fuerit approbatus multis in locis. vt per *Riminaldum Iun. cons. 124. num. 10.* dum dicit, quod multis in locis fuerunt condita statuta, quod frater non possit facere carcerare fratrem pro debito ciuili, quod habeat cū ipso, iuxta ipsius opinionem. Quia respon-
30 detur, quod immo ex eo, quod in alijs locis vigent huiusmodi statuta, clare colligitur, quod hoc non disponitur de iure communi, cum alias talia statuta essent superflua, vt dixi, & consequenter cum hic
31 non habeamus talia statuta, nihil ex hoc ad casum nostrum inferri potest, ad vulgatam *l. Papinianus ff. de minoribus.*

Nec aliquod negotij facere putamus, quod Rota præterita dictam decisionem *Thesauri* canonizasse visa fuerit in quadā causa vertente inter spectab. Paulum Salgauettum, & venerandam Dominam Elisabettam eius vxorem ex vna, & spectab. Flaminium de Podijs ex altera. Nam vltra quod decisiones ex dispositione *c. Rota*
32 *50.* non possunt haberi pro legibus, quod etiam est de iure, cum sit de iure dispositum, quod non solum ea, quæ ponuntur in decisione, sed etiam ea, quæ in ipsamet sententia continentur per modum causæ non pariant effectum rei iudicatæ *Bart. in l. de publico §. si is cui, num. 4. vbi Castrens. pariter num. 4. & Alexand. num. 5. ff. de operis noui nunciatione*, cum alijs per *Ancaranum cons. 417. num. 3.* Adhuc dicimus, quod in dicta decisione potest fundamentum fieri: nam tantum abest, quod dictam decisionem *Thesauri* canonizauerit, quod immo de ea obiter mentionem fecit, cum aliud irrefragabile fundamentum in casu suo pro exclusione capturæ haberet: & vnus ex Dominis, qui fuit compilator decisionis, postea in eadem causa per plura tenuerit aduersus dictam decisionem *The-*
33 *sauri*: & quidem merito; nam non omnia quæ in decisione apponuntur, censeri debēt deliberatè apposita. Multa enim incidenter, & per viam ampliationis apponuntur quæ dum postea de eis principaliter discе-
34 ptari contingit, nimis absonum esset, si rationibus in decisione negotij perpendendis
35 non subiacerent. Quando enim plures rationes allegantur, quarum vna sufficie ad corroborationem intentionis allegantis non est credendum, quod aliæ ita diligenter, & exactè fuerit examinatæ, ac perpensæ, vt in eis tanquam in re firmata, ac decisa debeat solidum fieri fundamentum, ad tradita per *Curtium Iuniorem cons. 119. n. 2.*
36 & per *Honded. cons. 61. num. 15. lib. 2.* Maxime cum sententia lata ex pluribus causis sufficiat sustineri ex vna, quæ vera sit *Alex.*
37 *in l. qui Romæ §. duo fratres num. 50. & seq. ff. de verborum oblig.* & quod Domini de Rota sæpe discusso negocio recedant ab eo quod alias in aliqua discussione incidenter
38 & perfunctorie dixerint, docet *Cornazanus decis. 97. num. 10. & 11.* & legimus etiam ipsam Romanam Rotam in suis decisionibus sæpe sæpius sententiam in melius mutasse.

Quod vero attinet ad alias summas, exi-

ſtimauimus bene iudicatum per D. Iudicē à quo, dum pronunciauit capturam nullā, quia pro fideiuſſionibus ſcutorum 108. & ſcutis 65. præſtitis per dictum Sebaſtiano pro dicto ſpectabili Nicolao, ſatis videtur pro parte dicti ſpectabilis Nicolai adimpleta, & obſeruata diſpoſitio *dicti ſtatuti* 166. *lib. primo*, per promiſſionem Laurentij filij dicti Nicolai factam ad fauorem dicti Sebaſtiani; & conſequenter non poterat ex cauſa dicti ſtatuti ſub prætextu non adimplementi contra ipſam procederet, & perſonalem executionem, & capturam.

Nec obſtare putauimus, quod dictus Laurentius tanquam filiusfamilias non potuerit intercedere pro dicto Nicolao eius Patre. Quia cum dictus Laurentius promiſſiſſet pro dicto Nicolao de conſenſu dicti
39 Sebaſtiani, & dicta ſatiſdatio fuerit à dicto Sebaſtiano acceptata, prout de tali acceptatione conſtat ex productione inſtrumentorum dictarum cautionum in iudicio *ad Decium conſ.* 413. *num.* 19. cum alijs per *Pariſium conſ.* 125. *num.* 20. certe non poterat dictus Sebaſtianus hodiè contra di-
40 ctam cautionem aliquid opponere, ex illa vulgata regula Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt; & quod illud, quod à principio eſt voluntatis, ex poſt facto ne-
41 ceſſitatis *reg. quod ſemel de regulis iuris in* 6. *& l. ſicut C. de act. & obligat.*

Atque ex his fuit concluſum, dictum Nicolaum fuiſſe detinendum in carceribus, donec & quouſque redderet indemnem dictum Sebaſtianum pro fideiuſſione à dicto Sebaſtiano præſtita ſcutorum centum pro dicto Nicolao ad fauorem Aretini de Podio.

42 Ambas autem partes ab expenſis abſoluimus, ob articuli dubietatem, *ad Textum in l. eum, quem temere ff. de Iudicijs*, & ibi notata per Doctores.

EX DECISIONIBVS SCIPIONIS ROVITI.

ARGVMENTVM.

Inſinuationis renunciatio iurata in donatione vltrà quingentos ſolidos, an præiudicet futuris creditoribus donantis, Item creditores poſteriores ex cauſa oneroſa an præferantur creditoribus ex cauſa lucratiua in bonis communis debitoris effecti non ſoluendo.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus tempus attenditur, vt creditor præferatur in feudo, non autem contractus.*
2 *Inſinuatio ad validandam donationem vltrà quingentos ſolidos, qualis ſit.*
Quam ob cauſam introducta, num. 6.
An ſufficiat pro inſinuatione interuentus Iudicis ad contractus, num. 27. *&* 30.
3 *Inſinuationi an poſſit renuntiari.*
Et quid ſi renunciationi accedat iuramentum num. 4.
5 *Inſinuationi quatenus poſſit renunciari, an iſta renunciatio præiudicet reſpectu tertij, & num.* 10.
7 *Iuramētum ſuper confirmatione donationis nō operatur in præiudicium creditorum.*
8 *Inſinuationis ſolemnitas exolenit in hoc Regno Siciliæ, vt etiam in Regno Franciæ.*
Non fuit in omnibus abrogata inſinuatio, ſed tantum valide ei cum iuramento renunciari poteſt num. 9.
11 *Hæres cum inuentario pro bonis hæreditarijs obligatur vt quilibet adminiſtrator, rei alienæ.*
Debet reddere rationem de fructibus perceptis poſt aditam hæreditatem num. 12.
Tenetur etiam ad ipſorum intereſſe n. 13.
14 *Donator gaudet beneficio ne conueniatur vltrà quam facere poteſt, deducto integro ære alieno.*
Quamuis hoc æs alienum ſit contractum poſt ipſam donationem, num. 16. 19.
Quando autem Donator careat hoc beneficio num. 21.
15 *Beneficium deducto ne egeat, quibus cōpetat.*
Deductio in hoc beneficio qualiter facienda, ibid. & num. 18.
Cur diuerſimodè obſeruetur reſpectu donatoris, num. 20.
Hoc beneficium competit etiam creditori donatoris aduerſus donatarium n. 22.
17 *Hypotheca adiecta in donatione bonorum non officit creditori.*
23 Creditor ex cauſa oneroſa *repetit ſolutā ex cauſa lucratiua, non deducto prius ære alieno.*
Non tamen poteſt moleſtare donatarium anteriorem in re donata, ſi communis debitor ſit ſoluendo, num. 25.
24 Creditor *ex cauſa oneroſa præfertur creditoribus ex cauſa lucratiua.*
26 Clauſula *in donationibus, quod tot intelligantur eſſe donationes, vt nulla excedat quingētos ſolidos, nihil operatur, & n.* 29.
28 *Aſſenſus Regius in donationibus an ſuppleat defectum inſinuationis, & num.* 32.
31 *Iudices ad contractus in Regno ad quid deputentur.*

DECISIO XXVI.

In impress. Decisio XLVIII.



VM Princeps Cōchæ Iulius Cæsar de Capua petijsset in S. C. tolli sequestrum, seu mandatum de depositando, factum Afficiatori Terræ Casarani ad instātiam Nicolai Grilli cessionarij Ioan. Baptistæ Croffoglietti, vti creditori Lucretiæ Filomarinæ Principissæ Conchæ eius Auiæ Paternæ, cuius ipse Princeps est hæres cum beneficio inuentarij; fundabat eius prætensionem, quòd licet ipse possideret Terram prædictam vti hæres prædictæ Principissæ Auiæ, & vti hæreditariam descripsisset in inuentario in actis producto: Tamen quia ipse erat etiam donatarius eiusdem Principissæ pro summa ducatorum sexaginta mill. pro vna vice, & pro summa ducatorum decem mille in altera vice, qui constituunt summam ducatorum septuaginta mille, mediantibus duobus publicis instrumentis, cum expressa obligatione omnium bonorum, constituto, & precario, ac alijs requisitis in amplissima forma; & ex actis plene constabat, quod penes ipsum de bonis hæreditarijs nihil peruenerat vltra Terram prædictam, cuius introitus vix ascendebant ad ducatos tres mille: ex omnibus prædictis resultabat, quod ipse vti creditor ex causa dictarum donationē poterat retinere integros introitus, & successiuè integrū annuū in compensationem interesse dictorum ducat. 70. mill. quod proculdubio ascendit ad satis maiorem quantitatem, etiamsi liquidaretur ad rationem septem pro centenario. Nec poterat controuerti, quod ipse esset creditor anterior ex donationibus; nam vtraque donatio fuit stipulata in an. 1609. & assensus super vtraque fuit impetratus in anno 1615. at creditum Groffoglietti fuit contractum in anno 1614. sed assensus impetratus in anno 1617. & sic per biennium post assensum ipsius Principis, qui propterea

1 remanebat creditor anterior respectu feudalium, ex late deductis, & discussis, ac decisis per *Præs. de Franch. dec. 86. & in decis. 7.* licet vitio impressoris, fuissent posita verba denotantia contrarium; nam dum *num. 10. in fin.* debebat scribi, *Præualet creditorem, qui primo obtinuerat assensum licet postea impetrauerat cessionem*. fuit scriptum, *Qui primo obtinuerat cessionem, & postea impetrauerat assensum*, prout aduotauit ipsemet *Præs.* in nouissimus Adnotationibus impressis post quartum volumen.

Aduocatus creditoris totam vim constituebat in affirmando, quod Terra esset multo maioris valoris, quia fuit appretiata pro ducatis centum mille, & introitus ascendebant vsque ad ann. duc. quinque mille, de quibus apparebant aliqui affictus annorum præcedentium in vita Principissæ. Item, quod penes Principem peruenerat pretium aliorum feudorum venditorū à Principissa, quod nondum erat solutum creditoribus in instrumento venditionis descriptis, & Princeps descripserat in inuentario: ex quibus inferebat, quod Princeps retinebat penes se consimilem, vel paulo minorem quantitatem dictorum ducatorum 70. mil. & propterea introitus dictæ Terrę debebāt remanere in beneficium aliorum creditorum.

Sacrum Consilium hæc omnia reputauit nullius considerationis, quia ex scripturis facile diluebantur. Verum ex officio supplendo ea, quæ desunt Aduocatis, ex more excitauit aliqua motiua in iure, quæ reddiderunt valde difficilem petitionem Principis circa reuocationem mandati sequestratiui.

Primum motiuum fuit, quia hæ dona-
2 tiones in eo, quod excedunt quingentos solidos, egent insinuatione, & publicatione apud acta iudicij, iuxta *tex. in l. sancimus C. de don.* quæ insinuatio in eo consistit vt redigatur in scriptis coram Iudice, & ex hoc publicetur, secundum *Bar.* & alios *in l. Modestinus num. 2. ff de don.* seu vt magis *Napod.* placuit *in consuetud. instrumentum emancipationis in glos. fin. circa fin. vers. præterea* importat decretum Iudicis, per quod capta informatione, & cōcurrentibus causis iustis, & honestis, donatio confirmatur, qui *Napod.* id asserit ex mente *Bartholom. de Capua. & Gutt. de iur. confirm. par. 1. cap. 7. n. 82.* vbi ponit practicam huius insinuationis, dicit, sufficere decretum Iudicis confirmatorium, cum informatione etiam oretenus capta. Alia ad huiusmodi insinuationem necessaria late expendit *Rim. Iun. in §. 1. num. 398. cum pluribus seqq. instit. de don.* omissis alijs, quæ ad hoc propositum tradit *Gratian. tom. 5. discep. for. cap. 827. & cap. 887.*

3 Et est tantæ efficaciæ, vt huius insinuationis solemnitati partes non possint renūciare, vt post infinitos, quos sigillatim citat, concludit *Rimin. in d. §. 1. nu. 625. cum multis seqq.* post *Imol. in cap. cum contingat num. 90. ext. de iureiur.*

4 Quæ conclusio licet patiatur difficultatem, quando interuenit iuramentum, ex diuersitate opinionum inter *Bal. in l. illud C. de sacros. eccl.* qui tenet opinionem negatiuam, etiamsi interueniat iuramentum, & *Ioan. Andr. ad Spec. in tit. de instr. edit.*

§. *Porro in vlt. addi.* qui tenet affirmatiuam existente iuramento, & ex his duobus Athletis ortæ sunt duæ sectæ inter se pugnãtes, prout omnes refert idem *Rimin. d. §. 1. num. 659. & seqq.* vbi tenet affirmatiuam post *Guid. Pap. decis.* 350. & ibi additionator *Ferrer.* dicit, veritatem esse in contrarium; & inter nostros Regnicolas est *Anna Pater sing.* 259. vbi *Anna filius*, & in nouissimis *Addit. num.* 446. *Vasq. de success. creat.* §. 5. *in princ. Ioseph Ludou. decis. Perus.* 66. *n* 6. *Merend. contr. iur. lib.* 1. *cap.* & latissimè *Borrell. in summa decisionum tom.* 3. *tit.* 11. *de insinuan. don.* vbi *num.* 80. *& seqq.* refert singulos DD. pro, & contra.

Tamen, admissa etiam affirmatiua pro iuramento, illa communiter limitatur, vt
5 procedat respectu donantis, & donatarij tantum qui iurauerunt, non autem respectu tertij non iurantis, cui ex dicta donatione posset aliquid præiudicium generari, *Rimin. ibid. num.* 737. quia de natura iuramenti confirmatorij est, vt nihil operetur respectu tertij non iurantis, vt post *Bar. in l. Titia §. Imperator ff. de leg.* 2. *in l. cum quis decedens §. Titia ff. de leg.* 3. *Bal. in l.* 1. *num* 4. *& seq. C. de inoff. don. Crauet. cons.* 229. *num.* 7. *Corn. cons.* 135. *num.* 27. *lib.* 1. latè confirmat *Cancer. lib.* 1. *var. cap.* 8. *num.* 41. & est indubitata conclusio, quæ sumitur ex *tex. in cap. cum contingat in fin.* ibi, *cum in alterius præiudicium non redundent*, *extra de iureiur.*

Ratio est, quia insinuatio est introdu-
6 cta non simpliciter respectu contrahentiũ, sed respectu aliorum, ne quis clam donaret, & postea contraheret cum creditoribus, & sic eos deciperet, iuxta *l. data C. de don.* vbi DD. omnes vnico ore.

Hinc modo fit, quod si talis donatio quantumuis iurata non præiudicat tertio non cõsentienti, nec iuranti, erit tamẽ nulla quoad creditores donantis, etiam posteriores, propter defectum solemnitatis insinuationis, & hic est casus noster, ita explicitissime tradit *Alciat. in cap. cum contingat num.* 178. *&* 179. *de iureiur.* vbi ait, quod hi creditores posteriores poterunt à donatario reuocare bona donata, si allegent aliquod præiudicium, puta quia ipsi nesciẽtes donationem factam contraxissent, & donans non sit soluendo.

Hoc idem dilucidissimis verbis confirmauit ipsemet *Alciat. in l. pacta quæ contra num.* 34. *in fin. C. de pact.* vbi ait insinuationem esse inductam, ne quis clam facta donatione creditores fraudare possit, & ideo respectu creditorum, quorum probabilis est ignorantia, nec iuramentum quidem vllius est effectus; idem apertissimis verbis affirmat *Cancer. var. resol. lib.* 1. *cap.* 8. *nu.* 5. *prope fin.* exemplificans in specie in præiudicio creditorum posteriorum donatoris, & ita in proprijs terminis iudicatum fuisse refert *Papon. lib.* 11. *tit.* 1. *arrest.* 28. qui in specie loquitur, & exemplificat in tertio, cuius interest ratione hypothecæ postea acquisitæ, & idipsum in Senatu Tholosano decisum refert *Maynar. lib.* 2. *decis.* 53. & ita disertissime affirmauit *glos. fin. in d. cap. cum contingat*, dum declarando *text.* in illis ver-
7 bis: *cum in alterius præiudicium non redundent*, subiungit, scilicet *creditorũ*, & sic aperte sentit *glos.* quod iuramentũ confirmatorium non operatur in præiudicium creditorum, quod non potest intelligi, nisi de posterioribus, qui contraxerunt post donationem, nam de anterioribus non erat dubitandum, quod non fieret præiudicium.

Et licet *Reg. de Pont. cons.* 84. *lib.* 1. *in princ.*
8 asserat, quod in hoc Regno, in quo proceditur sola facti veritate inspecta, non est in vsum hęc solemnitas insinuationis, quę est mera subtilitas iuris, & multis annis ante ipsum illud idem affirmauit *Calder. cons.* 1. *tit. de donat.* loquẽs in specie de hoc Regno Siciliæ, cui adhæret *Carol. de Grassal. de Regal. Franc. iure* 7. car. mihi 4. à ter. *vers. hinc est etiam, quod donationes*, vbi idem asserit in Regno Franciæ, & illud idem affirmat *Boer. in consuetud. Bitur. tit.* 9. *de don.* §. 2. *propè fin. vers. sed an hodie*, vbi hoc attestatur de hoc Regno Siciliæ ex *Cald. vbi supra*, & idem de Regno Franciæ; imo *Rebuff. in prohem. Const. Gall. glos.* 5. *num.* 104. indefinite affirmat, quod hodie de consuetudine non fit insinuatio.

Tamen circa hanc consuetudinẽ aduertendum est, quod quatenus prætendatur, hanc consuetudinem esse talem, vt ex ea sint penitus abrogatæ leges loquentes de
9 insinuatione, ita vt insinuatio prorsus ab aula recesserit in hoc Regno, hoc omnino falsum est: Nam videmus, in omnibus contractibus huiusmodi donationum vltra quingentos solidos renunciari huic insinuationi, & legibus de insinuatione loquentibus per clausulam particularem renunciationis, adhibito iuramento; quæ renunciatio non esset necessaria, si insinuationis necessitas à lege inducta, esset abrogata. Quatenus vero prætendatur, hanc consuetudinem operari, vt huic insinuationi possit renunciari cum iuramento, & sic quod sit approbata in Regno illa opinio affirmatiua pro iuramento, quam am-
10 plexus fuit *Ioan. Andr. ad Spec.* cum sequacibus supra allegatis, tunc bene fatemur, hanc consuetudinem adesse in Regno, sed statim sequetur idem iuris effectus, vt scilicet talis renunciatio non præiudicet tertio, qui contraxit post donationem non insinuatam, & illius notitiam non habenti.

Secundum motiuum fuit, quia Princeps repræsentat duplicem personam; vnam debitoris tanquam hæres Principissæ Auiæ,

quæ

11 quæ donauit; alteram creditoris, vti do-
natarius ex propria persona, & ex benefi-
cio inuentarij, p o bona administratione
hæreditatis Auitæ tenetur agere omnia
vtilia, & inutilia prætermittere, prout qui-
libet bonus administrator rei alienæ, vt
constat ex *l. fin. § si præfatam*, *& §. licentia*
Code iure delib. Phanuc. de inuent par. 5. nu. 4.
prope fin. vbi expresse ait, quod quando hæ-
res cum beneficio inuentarij vendit bona
hæreditaria pro satisfaciendis creditoribus
hæreditarijs, eius persona consideratur vti
12 Executoris, & Administratoris. Quod
adeo verum est, vt teneatur reddere ratio-
nem etiam de fructibus perceptis ex hære-
ditate post aditam hæreditatem, vt post di-
sputatum articulum ad partes concludit
Escobar de ratiocin. admin. cap. 9. nu. 76 cum
seqq. Imò in causa Comitissæ Briatici cum
Marchione Briatici fuit iudicatum hære-
13 dem cum beneficio inuentarij tenere ne-
dum ad fructus, sed etiam ad interesse, quod
fuit liquidatum ad rationem nouem pro
centenario, Actuar. de Ferratijs. & nouis-
simè cum magno Allegationum apparatu
fuit iudicatum per Sacrum Consil. iunctis
duabus Aulis, in causa Marchionissæ Cusa-
ni cum creditoribus paternis, Actuar......
& sic Princeps etiam aduersus seipsum te-
netur opponere omnes exceptiones, quas
potuisset opponere Principissa Auia, si vi-
ueret.

Modo sic, certum est, quod Principis-
14 sa si viueret, & esset conuenta ab ipso Prin-
cipe pro solutione duc. 70. mil. in donatio-
nibus contentorum, posset opponere,
quod non tenetur insolidum nisi deducto
ne egeat, ac etiam deducto integro ære
alieno per eam contracto etiam post do-
nationem factam, vt probat *tex. in l. qui ex*
donatione ff. de donat. l. inter eos vers. is qui ff.
de re iud. Ad cuius dilucidationem aduerto
15 quod licet ex dispositione iuris plures per-
sonarum species gaudeant beneficio, ne
conueniatur vltra quam facere possunt,
prout sunt Parens, Patronus, Socius, Ma-
ritus, & Miles: tamen hi omnes non dedu-
cunt etiam æs alienum, sed illud tenentur
soluere de eo, quod deducunt pro eorum
alimentis, arbitrio Iudicis. ita sunt iura
formalia in *l. sunt, qui cum duabus seqq. ff. de*
re iud. sed solus donator antequam dedu-
cat alimenta sibi necessaria, deducit etiam
16 omnes æs alienum contractum quantum-
uis post donationem, ita est *text.* capitalis
in dict. l. inter eos, vers. is, qui ff. de re iud. &
quamuis in eo *text.* nó sit adiecta illa dictio
vniuersalis, *omne*, & sufficeret indefinita,
quæ æquipollet vniuersali, *l. si pluribus ff. de*
leg. 2. l. si plures ff. de leg. 3. cap. si Romanorum
& ibi glos. 19. dist. tamen hoc dubiũ substu-
lit *glos. in l. verùm § 1. in verb. debetur, ff.*
pro socio, quæ expresse dicit, quòd dona-
tor deducit omnes æs alienum? Sed nè in
re tam clara egeamus suffragio glossarum,
interpretemur verba *Pauli* Iurisconsul. in
dict. l. inter eos, cum eodem *Paul. in l. & ex-*
hæredatũ eod. tit. vbi declarans beneficium,
quod habet filiusfam. exhæredatus, aut qui
se abstinuit ab hæreditate patris pro debi-
tis per ipsum contractis in vita patris, ne
scilicet teneatur vltra quam facere possit;
quærit, an sit idem cum priuilegio, quod
habet donator, & exponens priuilegium
competens donatori, profert hæc forma-
lia verba, videlicèt: *Quemadmodum autem*
facere posse credatur, videndum est, vtrum
deducto omni ære alieno, vt is, qui ex dona-
tione conuenitur, an vt maritus, & patronus:
ecce igitur, quomodò *Paulus* glossat seip-
sum, vt de omni ære alieno loquutus fuerit
in *d. l. inter eos.* si ergò omne æs alienum de-
ducendum est, ergo etiám contractum post
donationem; nam de contracto ante fru-
strà dubitaretur, prout singula prædicta
ponderando ad viuum demonstrat *Gutt. de*
iur. confirm. pag. 4. cap. 15. num. 19. 20. & 21.
cum seqq. vbi post *num. 20. vers. itaque omne*
debitum expresse inquit, hoc procedere
in omni debito ex causa onerosa, quod de-
duci debet, licet sit posterius, & solui prius-
quàm promissum ex causa donationis. &
in fine subdit, prædicta habere locum etiã
17 si donatio contineat obligationem cum
hypotheca bonorum, quia ipsa hypothe-
ca est accessoria, & non debet habere effi-
caciorem substantiam, atque naturam,
quàm principalis obligatio, argum. *l. fin.*
cum materia. *C. de non numer. pecun.* idq;
comprobat pluribus rationibus, & proin-
dè sufficiat ad eum facta remissio, qui tan-
dem post *num. 24.* propè *fin. vers. & istum*
casum asserit, quòd ter habuit de facto tàm
coram Iudice Ecclesiastico, quàm sæcu-
lari; & semper ita obtinuit, & *Gutt.* sequi-
tur *Castill. dec. 72.* in princ. eum simplici-
ter citando, quicquid in contrarium asse-
rit ex suo capite *Hieron. Gabr. cons. 82. n. 2.*
vol. 1. sequutus simpliciter à *Mantic. de ta-*
cit. & ambig. conuent. lib. 11. titul. 22. n. 23.
& 24.

Id, quod clarissimè resultat ex praxi fa-
18 ciendi computationem patrimonij illius,
qui non tenetur vltrà, quam facere possit
Ias. in d. l. inter eos, in princ. *de re iud.* in-
quiens, *Quòd ei debet reseruari quantum ad*
alimenta sufficiat secundùm qualitatem, &
conditionem suæ personæ: sed non potest alle-
gare, quod est astrictus ære alieno, & sic quod
priùs fiat deductio æris alieni, & de residuo
adhuc ei detrahatur quantum ei sufficiat ad
alimenta, & si quid superest, detur Actori.
& inde infert, quòd *fiet consideratio sui pa-*
trimonij tempore condemnationis faciendæ,
sicut si nullum esset æs alienum. quod *in con-*
tinenti limitat in donatore conuento à dona-
tario

tario ex causa donationis, qui potest ante omnia deducere as alienum, & de residuo tantum reseruare, quod ad alimenta sufficiat; & postquàm, si quid superest, donatario debet tradi. Hæc *Iason*. Ex qua practica satis perspicuè colligitur, quòd illud æs alienum est deducendum à donatore, quod reperitur tempore condemnationis, non autem tempore donationis, & etiam illud, quod est contractum post donationem.

Et hoc adeò verum est, vt pro absoluto, & indubitato tradiderit *Connan.* diligentissimus indagator iuris ciuilis *lib.8.cap.9.* dum agit de æquitate huius beneficij, ne quis teneatur vltra quàm facere possit, in-
19 quiens expresè, hanc deductionem æris alieni habere locum non in eo ære alieno dùmtaxat, quod habuit, seu debuit antequàm donaret, sed etiam in eo, quod posteà cōtraxit, plura alia subnectens ad corroborationem sui dicti, & *Connanum* simpliciter referendo sequitur *Barbosa in l.maritum* 13.post *num.10. vers.item & secundò ff. solut.matr.* & formalia verba *Connani* referendo sectatur *Pichard. in sua praxi*, seù *manduct.* impressa post *tom.2. suorum commentariorum* super *instit.par.2. pracepto seù* §.9. *num.19.*

Ratio differentiæ inter donatorem, &
20 alias personas, quibus competit hoc beneficium, vt scilicet donatori soli, & non alijs detur deductio totius ęri alieni, quod habet tempore condemnationis, & deductionis faciendæ, est, quia donatarius tractat de lucro captando, cœteri verò de damno vitando, relata ab *Hercul.d.l.sunt qui col. 2.in princ. de re iud.* & est satis expressa in *l. & exharedatum in fin.* cum *l.seqq. eod. tit.*

Hinc fit, quòd si donator ex alia causa,
21 quàm donationis conueniatur à donatario, non gaudebit hoc beneficio, sed tenetur in solidum, vt optimè aduertit *Cuiac. lib.24. obser. cap.38. in fin.*

Tertiū motiuū fuit, quia quatenus Princeps nollet, vel non teneretur vti hoc priuilegio sibi competente ex persona Principissæ contrà se ipsum ad debilitandum suum creditum procedens ex causa lucratiua, scilicet donationis, non tamen poterit impedire, quin hic secundus creditor illo vtatur ad sui commodum ex persona Principissæ suæ debitricis, per solemnem, & peregrinam doctrinā *Cuman.in l.priuilegia* post *n.10. vers. aliud est, ff. de priu. cred.*
22 vbi in specie infert ad hoc priuilegium, quod habet donator aduersus donatariū, affirmans, quòd sicut ipse donator potest deducere æs alienum, ita & creditores eo inuito, ex regul. *tex.in l.si cui*, quæ est pen. *C. de non numer pecun.* & subdit, quod est singulare ad reuocandas donationes, & etiam solutiones factas creditoribus ex causa lucratiua per creditores ex causa onerosa.

Neque *Cumanus* remansit singularis in hac opinione; nam illum sequitur *Ias. in l. inter eos n.7. in fin. & 8.ff. de re iud.* confirmando ex ratione, quam adducit ad probandum, quare post solutionem inte-
23 gri crediti ex causa lucratiua, potest creditor ex causa onerosa repetere id, quod non fuit deductum pro ære alieno.

Alciatus etiam *in l. pupill. n.14. ff. qua in fraud. cred.* ponit casum in eo, qui dedit Titio mille, deinde contraxit debitum mecum. & ait, quod sicut donator habet exceptionem contra Titium, ne conueniatur vltra quàm facere potest,ità & ego secundus creditor ex causa onerosa habebo eamdem exceptionem ex persona debitoris mei, etiam eo inuito, & adducit *Cuman. in d.l. priuilegia*.

Accedat tertiò *Asin. de execut.* §.7. *c.47.* vbi ponit idem exemplum *Alciati*, & concordat cum *Alciat. & Cuman.* & citat etiā *Capyc.decis.78.in.7.* qui allegando *Cuman.* dicit simpliciter, quod creditores ex cau-
24 sa onerosa præferuntur creditoribus ex causa lucratiua.

Id, quod confirmatur authoritate *Castill.in d.dec.Sicil.72.in princ.* vbi tradit pro regula indubitata. quod creditor posterior ex causa onerosa præfertur anteriori ex causa lucratiua, & citat *Cuman. Capyc. Alcia. Asin. Gutier.* in locis supra citatis. His addendi sunt innumeri cumulati ab *Anton.de Amat.resol.26. nu. 14.* qui licet referat multos contrariæ opinionis *num. 13.* tamen *num.16. in fin.* non potuit euitare, illam exceptionem, quod donans non teneatur vltra, quam facere possit, competere etiam secundo creditori, nisi renunciauerit. & demum *num.17.* affirmat, decisionem esse veram pro debitis contractis post donationem omnium bonorum, si sint contracta ex causa onerosa Accedat *Reg. Constantius in l.1.& 2.nu.114. vers.ego verò C.de filijs official.* vbi eius est opinionis, vt donatarius quamuis sub hypotheca bonorum donantis non possit ita vrgere donatorem, vt amittat beneficium, ne teneatur vltra quàm facere potest, *Paschal. de vir. patr. pot.par.2. cap.9. num. 46. Capibl. sing.1.* & ex Theologis quamplurimi adducti per *Gregor.Sayr.in Clau.Reg.lib.2.trac.5 cap.10. nu.34.* & nouissime accedat *Garon. ad const. Mediol. de iure & priuileg. fisc. c.4. num.14. 15. & 16.* pluribus alijs relatis.

Quibus non obstat *tex.in l. fin. §. Lucius ff.de don.& in l.1. C.de iure fisc.lib.10.*in quibus cauetur, donatarium anteriorem in re donata esse præferendum secundo creditori, siue sit priuatus, siue fiscus, qui
25 secundo loco contraxit. Nam illa iura pro-

procedunt re donata iam tradita, & consignata ante contractum secundum debitum, vt probat expressè *tex. in d. §. Lucius*, & quando communis debitor est habilis, & idoneus ad satisfaciendum donatario, & creditori: sed quando res non est tradita, vel non est soluendo pro quantitate vtrique debita, tunc procedunt iura, & authoritates pro creditore posteriore adductæ, ita, vt hoc priuilegium competat posteriori creditori in subsidium, quando aliunde non potest sibi satisfieri, non autem si aliunde, nam tunc tenetur habere recursum ad alia bona præter donata.

His difficultatibus reassumptis fuit in-
26 ter nos motiuatum, si defectus insinuationis possit euacuari ex tribus in facto consistentibus. Et primò stante clausula in instrumento adiecta, quod tot intelligantur esse donationes, vt nulla intelligatur excedere summam quingentorum solido-
27 rum. Secundo, quia in stipulatione harum donationum interuenit etiam Iudex ad contractus, qui dat authoritatem contractui, & proinde eius præsentia sufficit pro actu insinuationis: nam quando donatio fit coram Iudice, tunc secundum communem opinionem relatam per *Imol. in d. cap. cum contingat num. 92. vers alia est opinio*, non requiritur alia scriptura separata
28 pro insinuatione. Tertio, & vltimo, quia in casu nostro interuenit vera, & actualis, ac formalis insinuatio, dum assensus Regius impetratus super vtraque donatione cum inserto tenore vtriusque, fuit integer registratus in Regestis Regiæ Cancellariæ, & sic apud acta Regij Collateralis Consilij, attenta præsertim subscriptione in assensu Proregis, ac Regentium Regiam Cancellariam, ac etiam Viceprotonotarij, cum Secretario, & sic potest dici facta registratio coram maiori Iudice, licet de iure sufficeret, quod esset facta coram minore, iuxta *tex. in l. in hac sacratissima C. de donat.* Prout in simili videmus, quod registrationi refutationum feudalium in proxime successuros introductæ per *Prag. 20. de feud.* plene satisfit per registrationem assensus impetrati super refutatione, nec opus est alia registratione in quinternionibus Regiæ Cameræ requisita à *Pragmat.* prædicta, vt late probat, & decisum refert *Præs. de Franch. decis. 663.*

Verum quoad primum fuit dictum, quod
29 illa cautela est communiter reprobata secundum *Bart. in l. Modestinus num 10. ff. de donat.* quinimo dicit fortius, quod etiam si plures res nominarentur in donatione, & propterea posset dici, quod tot sunt donationes, quot sunt res, per *text. in l. scire debemus ff. de verb. oblig.* tamen quantum ad requisitum insinuationis esset vna donatio, & propterea eget insinuatione, & *Bar.* sequuntur communiter DD. ibi. *Imol. in d. cap. cum. contingat num. 91.* vbi reliqui Canonistæ, *Anton. Padil. in l. 2. num. 1. ff. de leg. 2. Guttier. de iuram. confirm. par. 1. cap. 7. numero 17.*

Quò vero ad secūdū fuit dictum, quod hi Iudices ad contractus dicuntur Iudices Cartularij, qui nullam habent iurisdictionem, & propterea non sunt habiles ad recipiendum has insinuationes, quę non possunt fieri nisi apud Iudicem, qui sit deputatus ad ius reddendum, de quibus est facta mentio in *d. l. in hac sacratissima*, vt in specie tradit aduertendo *Imol. in dict. cap. cum contingat*, paulo ante *num, 93. vers. aduerte*, qui propterea subdit, quod si ex forma statuti in contractibus requireretur præsentia vnius Iudicis de Collegio Iudicum, non sufficeret, contractum donationis fieri coram illo, si excederet summam; ex quo non est deputatus ad reddendum ius, & hic est propriè casus noster, quia Iudices ad con-
31 tracus per *Pragm. 2. de contract.* sunt deputati ad interueniendum tantum in celebratione contractuum, & sine tali Iudice: contractus esset nullus, sed non est deputatus ad ius reddendum, ergo eius præsentia non sufficit ad inducendum requisitum insinuationis, & *Imol.* simpliciter sequitur, *Franc. Aretin. cons. 77. num. 7. in fin.* nec inueni contradictorem.

Et denique resoluitur tertium de assensu registrato ex ipsomet facto: nempe, quia
32 assensus super donationibus fuit registratus in anno 1615. sed creditum Grossoglietti fuit contractum in anno 1614. per annum ante, & sic non poterat habere notitiam donationis præcedētis cer registrationem assensus posteà subsecuta. Vltra quod de iure habet suas difficultates, quæ fortasse alibi discutientur.

Die 19. Augusti 1627. Ex his fuit decretum, quod procedatur ad venditionē Terræ Casarani, firmo remanente sequestro pro nunc pro affictu præsentis anni. Actuarius .....

Appendix ad proximam Decisionem.

SVMMARIVM.

33 *Donatario an præferantur posteriores creditores, et distinctio in hac controuersia adhibita examinatur, et num. 42.*

34 *Donatoris beneficium ne teneatur vltra quā facere potest tempore deductionis faciendæ, cuiusmodi sit.*

An ex eius persona competat hoc beneficiū credi-

creditoribus posterioribus, num. 35.
Fundatur in priuilegio causa onerosæ, contra lucratiuam, num. 36.
Verisimiliter donator præsumitur sibi necessar a ad victum reseruasse, num. 41.
37 *Causa lucratiua non debet præponderare causa onerosæ.*
38 *Hypotheca adiecta in contractu, ab eodemmet regulatur.*
39 *Iuramentum regulatur à cōtractu, super quo interponitur.*
40 *Habet vim nedum generalis, sed etiam specialis hypotheca.*

LOnge post hanc causam decisam peruenis ad manus meas elegantissimus *Tractat. de credito* editus per Eximium Iureconsultum Ioan. *Dominicum Gastum*, & nuper meritissimum Auditorem creatum ab Excellentiss. D. Prorege in Prouincia Terræ Bari, strenuè, hercle, elaboratum, vbi *per 4. q. 11. à num. 1235. per totum n. 1294.* diffuse tractat quæstionem, quam nos supra tetigimus in secundo motiuo; An sci-
33 licet donatarius præferatur creditoribus posterioribus quantumuis hypothecarijs, & post relatos Authores nonnullos tenentes opinionem contra donatarium, ipse sub distinctione dirimit controuersiam, vt scilicet donatarius, qui contraxit absque hypotheca, quantumuis anterior, non præferatur creditoribus hypothecarijs etiam posterioribus, & in hoc casu procedat opinio illorum, Qui affirmant esse præferendos creditores posteriores. At si in donatione concurrat etiam hypotheca bonorum donatoris, tunc omnino vendicet sibi locum regula, qui prior in tempore, potior est in iure, & pro hac sua opinione in principio quæstionis citat *Hieronym. Gabr. d. cons. 82. vol. 1. Felic. de censib. lib. 3. cap. 9. in fin. Mauris. Apicel. ad tutam. paup. de dilation quinquen. tit. 1. Pichar. in §. quædam actiones, num. 70. de action. et Amator. Rodriq. de priuil. cred. par. 2. art. 1. num. 19.* & postquam diù insudauit in refellendo rationes pro creditoribus posterioribus adductas per *Capibl. et Paschal.* ipse pro donatarijs anterioribus cum hypotheca n. 1246. affert duo iura, nempe *text. in l. de rebus C. de donat. ante nupt. et in l. si quidem in 2. resp. C. de donat. inter virum, et vxorem*, quem ipse, dicit nullam recipere cauillationem.
34 & *num. 1271.* ad motiuum adductum per *Consiliar. Paschal.* de beneficio competenti donatori circa deductionem totius æris alieni tempore sententiæ, quod ipse dixerat magis stringere, respondet, illud beneficium esse personale, & competere ipsi donatori tantum, quando vrgeretur à donatario, non autem suis creditoribus posterioribus, per *text. in l. 4. §. si quis ff. de priuil. cred.*

Quæ omnia quamuis ingeniose ab eo considerata sint, ne sine debita animaduersione remaneant; Primum aduerto, quod *tex. in d. l. de rebus C. de donat ante nupt.* quem ipse de nouo citat pro sua opinione, potius confirmat, quam infirmet opinionem, quam defendit *Capibl* dum ex eo tex. resultat, quod res collatæ in sponsam donationis titulo iam fuerant traditæ sponsæ in actu donationis, & sic exierant iam de dominio sponsi; & propterea creditores posteriores quantumuis hypothecarij nullum ius per hypothecam subseqnentem acquirere potuerunt. quod manifeste desumitur ab eodem *text.* nedum ex verbis ibi, *collatis donationis gratia*, quæ actum perfectum, & consummatum ex omni sui parte significant, sed etiam ex vltimis verbis ibi, *eam conuenire minime possunt*, & sic sponsa iam erat in possessione rerum donatarum, alias frustra potuisset dubitari, si poterat conueniri, non possidendo, vt optime probat *text. in l. distractis C. de pignor. l. hæreditas C. de pact. conuent.* Eodem modo *text. in d. l. si quidem in 2. respons. C. de donat. inter vir. & vxor.* quem ipse similiter de nouo citat, retorquetur contra se; nam secundum responsum habet consequētiam à primo in quo præsupponit *Imper.* fuisse iam traditam possessionem à viro, vt in primis verbis ibi, *donationem possessionis*, siue illud verbum *possessionis* intelligas pro ipso actu possessionis, siue intelligas, prout intelligit *glos.* de dominio, nam dominium nunquam transfertur nisi traditione secuta *l. traditionibus C. de pact. l. fin. §. Lucius ff. de donat.* ergo non mirum si in vtroque *text.* creditores posteriores non possint habere recursum ad rem ante donatam, & traditam.

Secundùm aduerto, quod dum ipse pro
35 absoluto, & irrefragabiliter admittit, beneficium, ne donator teneatur vltrà quam facere potest, & propterea in deductione facienda ab ipso de bonis suis, quantum sibi sufficiat ad decentia alimenta, esse habendam rationem totius æris alieni, competere soli donatori, non autem eius creditoribus posterioribus, & ad id allegat *text. in l. 4. §. si quis ff. de priuil. credit.* text. hic nihil ad rumbum, nam loquitur de priuilegio tacitæ hypothecæ, quod competit pupillis, minoribus, & alijs, qui sub cura aliorum sunt, aduersus bona eorum Administratorum; quod certum est, non egredi eorum personas: sed priuilegium, nè donator teneatur vltra quam facere potest, satis diuersum est; quippe quod illud competit nedum ipsi donatori, sed ex eius persona cæteris omnibus, qui eorum bona & iura habent obligata, vt ex *Cumano*, & alijs.

Tertiùm aduerto, quod beneficium hoc com-

competens donatori est fundatum nedum in priuilegio, quod habet causa onerosa aduersus causam lucratiuam, sed in dispositione *text.d.l.inter eos vers. is quoque ff. de re iudic.* qui tribuit donatori facultatem deducendi à bonis donatis non solum totum id, quod sibi sufficiat ad honeste viuendum, sed etiam totum æs alienum, quod reperitur habere tempore deductionis faciendæ, & sic etiam contractum post donationem, vt in corpore decisionis satis superque fundatum est, subdens *Iuriscons.* quod soli donatori competit hoc priuilegium, non alijs, quibus competit beneficium, nè conueniantur vltra quam facere possunt, & sunt enumerati in *l. sunt qui* cum pluribus seqq. *ff de re indic.* hinc sequitur, quod parum modo refert, si hi creditores posteriores sint simpliciter in actione personali, seu etiam in actione hypothecaria, cum alias si essent excludendi creditores hypothecarij, vtique non veniret deducendum integrum æs alienum, sed pro parte tantum, & creditores hypothecarij possent auferre reliquum, quod deduceret donator pro suis alimentis, & sic remaneret absque beneficio in effectu, vt perbelle deduxit *Gutt.de iuram.confirm.* in loco in decisione adducto, & optime arguit *Garon.ad Const.Mediol.sub.tit.de iure & priuil. fisci cap.4.num.14. 15.& 16.* vbi etiam facit mentionem de ipsomet *Gaito* in loco prædicto, eum reprobando.

Et qualitas causæ lucratiuæ, quæ non
37 debet præponderare causæ onerosæ, vt in hac quæstione ponderatur, non ponderatur per viam rationis principalis pro decisione articuli, sed pro ratione differentiæ, quæ est inter donatorem, & alios, qui gaudent eodem beneficio, vt solus donator possit deducere æs alienum, reliqui vero nequaquam. Nam ea consistit in eo videlicet quia solus donatarius habet causam lucratiuam per contractum donationis; alij verò creditores omnes habent causam onerosã; nam tractant de damno, & magis subuenitur in iure ei, qui tractat de damno; quã ei, qui tractat de lucro *l.Proculus in fin. & ibi glos.in verb.faciat ff.de damn.infect. l.iuris ignorantia, vbi glos.magna, cum l.seq.ff.de iur.& fact. ignor. l.fin C.de codicill.*

Quartùm, & vltimùm aduerto, quod illud assumptum *Gutier.* vt scilicet hypothe-
38 ca adiecta in contractu donationis debeat regulari secundum naturam ipsius donationis, non est tam paruifaciendum, quanti præsupponit ipse *Gaitus nu.1249.*& seqq. Nam in iuramento habemus *text.* expressum, vt reguletur secũdum naturam actus super quo interponitur *l.fin. C. de non numerat.pecun.* quod iuramentum inter alios
39 effectus quos producit in contractu, cui accedit, est, vt habeat vim non solum generalis, sed etiam specialis hypothecæ, vt ex multorum authoritatibus docte probat *Seraphin. de priuil. iuram. priuil.* 158. ergo non mirum erit, si etiam ipsa hypotheca
40 adiecta in contractu regulari debeat secũdum naturam ipsius cõtractus, cui accessit.

Demum est ponderanda ratio differentiæ inter donatorem, & alios, qui gaudent hoc beneficio, adducta per *Pichard. in suo manuduct.ad prax.par.2. praecept.9.num.19.*
41 dum ait, non esse verisimile, fuisse aliam mentem donantis, quam vt sibi reseruaret ad victum quod opus esset, nedum in eo ære, quod debebat antequam donaret, sed etiam in eo, quod postea contraxit: nam si futuras rei suæ difficultates præuidisset, nunquam donasset, & ita quemque interpretari debere.

Quæ quidem ratio, si vera est, prout ve-
42 rissima dignoscitur, operabitur effectum suum non solum, quando in donatione nulla accessit hypotheca, sed etiamsi vel strictissima accesserit; nam sequitur ex eo, vt in eo casu deficiat consensus donantis, & deficiente consensu corruat ipsa donatio, cum sit vnus de illis contractibus, qui consensu perficitur, *l.si quis argentum §.de don. §.aliæ autem vers.perficiuntur instit.de act.* & ex eadem resultat, vt appareat manifeste erronea opinio ipsiusmet *Pichardi*, qui in *§.quædam actiones num.20. Instit.de action.* defendebat opinionem pro donatario anteriore cum hypotheca, & sic clauus clauo trahitur pro elucidatione veritatis. Vnde non erit reputandus duræ ceruicis, sed potius subtilioris ingenij, qui sequitur opinionem contra ipsum *Gaitum*, prout ipsemet hoc admittit *n.1277. vers. At si reperiretur*, præsertim cum sit corroborata non solum authoritate huius decisionis nostri Supremi Senatus, sed etiam aliorum Tribunallum grauissimorum pluribus vicibus, de quibus attestatur *Gutier.* loco precitato.

FINIS.

INDEX
VERBORVM, ET SENTENTIARVM PRAECIPVARVM,
Quæ in hoc Tractatu Beneficij, Deducto ne egeat, & Inope Debitore
IOANNIS CASTAGNAE, ET GASPARIS BAEZII HISPANI

Continentur,

Alphabetico ordine digestus.

Prior num. ordinem marginalem. Secundus paginas designat.

A

mine

Ani-

Bona

Psal-

Di-

E

Excus-

Fide-

 non

Hæ-

L

M

N

Q

R

Renun-

Ven-

FINIS.